- Rodericus Nova collectio et compilatio privilegiorum apostolicorum regularium mendicantium et non mendicantium. Antverpiae 1616. fol.
- Roncallius Vetustiora latinorum scriptorum chronica. Patavii 1787. 4. 1—2.
- Rossetti Bobbio illustrato. Torino. 4. 1—3.
- (Roussel) Histoire de Verdun. Paris 1745. 4.
- Roye Vita haeresis et poenitentia Berengarii Andegavensis archidiaconi. Andegavi 1657. 4.
- Rozière Cartulaire de l'église du saint sépulcre de Jérusalem. Paris 1849. 4.
- Rubei Historiarum Ravennatum libri decem. Venetiis 1590. fol.
- Rufini Opera ed. Vallarsius. Verona 1745. fol. 1—2.
- Ruinart vita Urbani II in Mabillon et Ruinart Ouvrages posthumes III.
- Rymer Foedera conventiones litterae inter reges Angliae et alios. Londini 1816. fol. 1—6.
- Rzyszczewski et Muczkowski Codex diplomaticus Poloniae. Varsaviae 1847. 4. 1—2.
- Samper Montesa illustrada. Valencia 1669. fol. 1—2.
- Sanclementius Series critico-chronologica episcoporum Cremonensium. Cremonae 1814. 4.
- Sarti De episcopis Eugubinis. Pisauri 1755. 4.
- Saussey Annales ecclesiae Aurelianensis. Parisiis 1615. 4.
- Savile Rerum Anglicarum Scriptores. Londini 1696. fol.
- Savioli Annali Bolognesi. Bassano 1784. 4. 1—3.
- Saxius Archiepiscoporum Mediolanensium series. Mediolani 1755. 4.
- Saxius Pontificium Arelatense. Aquis Sextiis 1620. 4.
- Schannat Historia episcopatus Wormatiensis. Francofurti 1734. fol. 1—2.
- Schannat Historia Fuldensis. Francofurti 1729. fol.
- Schannat Dioecesis Fuldensis. Francofurti 1727. fol.
- Schannat Vindemiae literariae. Fuldae et Lipsiae 1723. fol. 1—2.
- Schaten Annales Paderbornenses. Neuhausii 1693. fol. 1—2.
- Schaukegl Spicilegium historico-genealogico-diplomaticum ex antiquissimo agro Billungano. Vindobonae 1796. 4.
- Schoepflin Historia Zaringo-Badensis. Carlsruhae 1763. 4. 1—7.
- Schoepflin Alsatia diplomatica. Manhemii 1772. fol. 1—2.
- Schoepf Hennebergisches Urkundenbuch. Meiningen 1842. 4. 1—2.

- Schoettgen Geschichte Conrads des Grossen. Dresden u. Leipzig 1745. 8.
 Schoettgen Historie des Grafen Wiprecht zu Groitzsch. Regensburg 1749. 8.
 Schoettgen und Kreysig Diplomatische und curieuse Nachlese der Historie von Obersachsen. Dresden u. Leipzig 1730. 8. 1—3.
 Schoettgen und Kreysig Diplomataria et scriptores historiae Germaniae. Altenburgi 1753. fol. 1—3.
 Schramb Chronicon Mellicense. Viennae Austriae 1702. fol.
 Schreiber Urkundenbuch der Stadt Freiburg im Breisgau. Freiburg 1828. 8. 1—2.
 Schroeder Wismarische Erstlinge. Wismar. 4.
 Schultes Neue diplomatische Beiträge zu der Fränkischen und Sächsischen Geschichte. Bayreuth 1792. 8.
 Schultes Historische Schriften und Sammlungen. Hildburghausen 1798. 4.
 Schunk Beiträge zur Mainzer Geschichte. Frankfurt u. Leipzig 1788. 8. 1—3.
 Seibertz Urkundenbuch zur Landes- und Rechtsgeschichte Westphalens. Arnsberg 1839. 8. 1—2.
 Smeria Secoli cristiani della Liguria. Torino 1843. 4. 1—2.
 Severtius Chronologia historica successionis hierarchiae archiantistitum Lugdunensis archiepiscopatus. Lugduni 1628. fol. 1—3.
 Sinnacher Beiträge zur Geschichte der bischöflichen Kirche Säben und Brixen in Tyrol. Brixen 1821. 8. 1—3.
 Sirmondi Opera varia. Venetiis 1728. fol. 1—5.
 De Smet Corpus chronicorum Flandriae. Bruxellis 1837. 4. 1—2.
 Socratis scholastici historia ecclesiastica. Amstelodami 1695. fol.
 Sousa Provas da historia genealogica da casa real Portugueza. Lisboa 1739. 4. 1—6.
 Sozomeni Historia ecclesiastica. Amstelodami 1695. fol.
 (Sparke) Historiae Anglicanae scriptores varii. Londini 1723. fol.
 Spelta Historia di Pavia. Pavia 1597. 4.
 (Sperandio) Sabina sagra e profana. Roma 1790. 4.
 Spülcker Beiträge zur älteren deutschen Geschichte. Arolsen 1827. 8. 1—2.
 Spon Histoire de Genève. Genève 1730. 4. 1—2.
 Sprenger Diplomatische Geschichte der Benedictiner Abtei Banz. Nürnberg 1803. 4.
 Stadelhofer Historia imperialis et exemti collegii Rothensis. Augustae Vind. 1787. 4.
 Steichele Beiträge zur Geschichte des Bisthums Augsburg. Augsburg 1850. 8. vol. I.
 Stephani abbatiss S. Genovefae Parisiensis tum episcopi Tornacensis epistolae. Lutetiae Paris. 1682. 8.
 Stülz Geschichte des regulirten Chorherrn-Stiftes St. Florian. Linz 1835. 8.
 Sudendorf Registrum oder merkwürdige Urkunden. Iena 1849. 8. vol. I.
 Suhm Historie af Danmark. Kioebenhavn 1782. 4. 1—14.
 Symmachi Epistolae ed. Lectius. Basileae 1598. 8.
 Tatti Annali sacri della città di Como. Como 1663. 4. 1—8.
 Tegnagel Vetera monumenta contra schismaticos conscripta. Ingolstadii 1612. 4.
 Theineri Disquisitiones criticae. Romae 1836. 4.
 Theodori archiepiscopi Cantuariensis Poenitentiale, ed. Iacobus Petit. Lutetiae Paris. 1676. 4. 1—2.
 Thorkelin Diplomatarium Arna-Magnaeorum. Havniae et Lipsiae 1786. 4. 1—2.
 Thuringia sacra. Francofurti 1737. fol.
 Timon Imago antiquae Hungariae. Viennae Pragae et Tergesti 1762. 4.
 Tiraboschi (G.) Memorie storiche Modenesi. Modena 1793. 4.
 Tiraboschi (G.) Storia dell' augusta badia di Nonantola. Modena 1784. fol. 1—2.
 Tiraboschi (H.) Vetera Humiliatorum monumenta. Mediolani 1766. 4. 1—3.
 Tonduzzi Historie di Faenza. Faenza 1675. fol.
 Torres y Tapia Cronica de la orden de Alcantara. Madrid 1763. fol. 1—2.
 Tosti Storia della badia di Montecassino. Napoli 1842. 4. 1—3.
 Trombelli Memorie storiche di S. Maria di Reno. Bologna 1752. 4.
 Tronci Memorie di Pisa. Livorno 1682. 4.
 Tschudi Chronicon Helveticum. Basel 1734. fol. 1—2.
 (Twysden et Selden) Historiae Anglicanae scriptores X. Londini 1652. fol. 1—2.
 Ughelli Italia sacra ed. Coleti. Venetiis 1717. fol. 1—10.
 Ulcienis ecclesiae chartarium. Augustae Taurinorum 1753. fol.
 Ussermann Episcopatus Wirzburgensis. 1794. 4.
 Ussermann Episcopatus Bambergensis. 1802. 4.
 Varin Archives administratives de la ville de Reims. Paris 1839. 4. 1—4.
 Vaterländisches Archiv des historischen Vereins für Niedersachsen. Hannover 1841. 8.
 Velsler Opera historica et philologica. Norimbergae 1682. fol.
 Verci Storia della marca Trivigiana. Venezia 1786. 8. 1—20.
 Vesi Documenti editi e inediti che servono ad illustrare la storia di Romagna. Bologna 1845. 8. vol. I.
 Vignolius v. Liber pontificalis.
 Vita S. Brunonis Cartusienis institutoris primi. Bruxellae 1639. 8.
 (De Vita) Thesaurus antiquitatum Beneventanarum. Romae 1754. fol. 1—2.
 Voelli et Iustelli Bibliotheca iuris canonici veteris. Lutetiae Paris. 1661. fol. 1—2.

- Wasserschleben Beiträge zur Geschichte der vorgratianischen Kirchenrechtsquellen. Leipzig 1839. 8.
- Wattenbach Beiträge zur Geschichte der christlichen Kirche in Mähren und Böhmen. Wien 1849. 8.
- Wedekind Noten zu einigen Geschichtschreibern des deutschen Mittelalters. Hamburg 1823. 8. 1—3.
- Wegelin Die Regesten der Benedictiner-Abtei Pfäfers und der Landschaft Sargans. Chur 1850. 4.
- Wenck Hessische Landesgeschichte. Darmstadt und Giessen 1783. 4. 1—3.
- Westphalen Monumenta inedita rerum Germanicarum. Lipsiae 1739. fol. 1—3.
- (Wharton) Anglia sacra. Londini 1691. fol. 1—2.
- Wilkins Concilia Magnae Britanniae et Hiberniae. Londini 1737. fol. 1—4.
- Willelmi Malmesbiriensis monachi Gesta regum Anglorum atque Historia novella ed. Hardy. Londini 1840. 8. 1—2.
- Württembergisches Urkundenbuch. Stuttgart 1849. 4. vol. I.
- Würdtwein Notitiae historico-diplomaticae de abbacia Ilbenstadt. Moguntiae 1766. 4.
- Würdtwein Dioecesis Moguntina in archidiaconatus distincta. Manhemii 1769. 4. 1—2.
- Würdtwein Subsidia diplomatica. Heidelbergae 1772. 8. 1—13.
- Würdtwein Nova subsidia diplomatica. Heidelbergae 1781. 8. 1—14.
- Yepes Coronica general de la orden de San Benito. (Vallad.) 1609. fol. 1—7.
- Zaccaria Dell' antichissima badia di Leno libri tre. Venezia 1767. 4.
- Zacharia Anecdota medii aevi. Augustae Taurinorum 1755. fol.
- Zacharia Cremonensium episcoporum series. Mediolani 1749. 4.
- Zapf Monumenta anecdota. Augustae Vindelicorum 1785. 4.
- Zyllesius Defensio abbatiae imperialis S. Maximini. 1638. fol.

INDEX

PONTIFICUM ROMANORUM PER LITERAS DIGESTUS.

Adeodatus. (672—676)	p: 166.	Clemens I. (91?—100?)	p. 1. 917
Agapetus I. (535—536)	73. 935	Clemens II. (1046—1047)	364.
Agapetus II. (946—955)	317. 946	Clemens III. (1187—1191)	869. 951
Agatho. (678—681)	166. 940	Cletus v. Anacletus.	
Alexander I. (109?—119?)	2. 919	Coelestinus I. (422—432)	31. 933
Alexander II. (1061—1073)	389. 948	Coelestinus II. (1143—1144)	605.
Alexander III. (1159—1181)	677. 951	Coelestinus III. (1191—1198)	886. 951
Anacletus. (79?—91?)	1. 917	Conon. (686—687)	170.
Anastasius I. (398—401?)	22. 932	Constantinus I. (708—715)	173. 941
Anastasius II. (496—498)	60. 934	Constantinus II. (767—768)	198.
Anastásius III. (911—913)	309.	Cornelius (251?—252)	7. 924
Anastasius IV. (1153—1154)	652.	Damasus I. (366—384)	18. 931
Anicetus. (157?—168)	4. 921	Damasus II. (1048)	366.
Anterus. (235—236)	6. 923	Deusdedit. (615—618)	155. 939
Benedictus I. (574—578)	89. 936	Dionysius. (259—269)	10. 926
Benedictus II. (683?—685)	169.	Donus. (676—678)	166.
Benedictus III. (855—858)	235. 945	(Donus II.)	331.
Benedictus IV. (900—903)	306.	Eleutherus. (177—190?)	4. 922
Benedictus V. (964)	325.	Evaristus. (100?—109?)	2. 918
Benedictus VI. (972—974)	331. 947	Eugenius I. (654—657)	164. 940
Benedictus VII. (974—983)	332. 947	Eugenius II. (824—827)	224. 944
Benedictus VIII. (1012—1024)	351. 948	Eugenius III. (1145—1153)	615. 950
Benedictus IX. (1033—1048)	359. 948	Ensebius. (310)	12. 927
Benedictus X. (1058—1059)	383.	Eutychianus. (275—283)	11. 926
Bonifacius I. (418—422)	29. 932	Fabianus. (236—250)	6. 923
Bonifacius II. (530—532)	72. 935	Felix I. (269—274)	11. 926
Bonifacius III. (607)	154.	Felix II. v. infra inter antipapas.	
Bonifacius IV. (608—615)	154. 939	Felix III. (483—492)	51. 934
Bonifacius V. (619—625)	156.	Felix IV. (526—530)	71. 935
Bonifacius VI. (896)	302.	Formosus. (891—896)	298.
Bonifacius VII. (974. 984—985)	336.	Gelasius I. (492—496)	53.
Caius (283—296)	12. 927	Gelasius II. (1118—1119)	522.
Calixtus I. (218—223)	5. 923	Gregorius I. (590—604)	92. 937
Calixtus II. (1119—1124)	526. 950	Gregorius II. (715—731)	175. 941
Christophorus. (903—904)	307.	Gregorius III. (731—741)	180.

Gregorius IV. (827—844)	p. 226. 944	Lucius III. (1181—1185)	p. 834.
Gregorius V. (996—999)	339.	Marcellinus. (296—304)	12. 927
Gregorius VI. (1045—1046)	363.	Marcellus. (308—310)	12. 927
Gregorius VII. (1073—1085)	402. 949	Marcus. (336)	14. 929
Gregorius VIII. (1187)	866.	Marinus I. (882—884)	292.
Hadrianus I. (772—795)	203. 943	Marinus II. (942—946)	316. 946
Hadrianus II. (867—872)	254. 945	Martinus I. (649—653 [655])	161. 940
Hadrianus III. (884—885)	293.	Melchisedes (311—314)	13. 928
Hadrianus IV. (1154—1159)	658. 950	Nicolaus I. (858—867)	237. 945
Hilarus. (461—468)	48. 933	Nicolaus II. (1059—1061)	384.
Honorius I. (625—638)	156. 939	Paschalis I. (817—824)	222. 944
Honorius II. (1124—1130)	549. 950	Paschalis II. (1099—1118)	477. 950
Hormisdas. (514—523)	65. 934	Paulus I. (757—767)	193. 942
Hyginus. (139—142?)	3. 920	Pelagius I. (555—560)	82. 936
Innocentius I. (402—417)	22. 932	Pelagius II. (578—590)	89. 936
Innocentius II. (1130—1143)	558.	Petrus (. . . — 67?)	1. 917
Ioannes I. (523—526)	70. 935	Philippus (768)	199.
Ioannes II. (532—535)	73. 935	Pius I. (142?—157?)	3. 920
Ioannes III. (560—573)	89. 936	Pontianus. (230?—235)	6. 923
Ioannes IV. (640—642)	159. 939	Romanus. (897)	303.
Ioannes V. (685—686)	170. 941	Sabinianus. (604—606)	154.
Ioannes VI. (701—705)	172. 941	Sergius I. (687—701)	171. 941
Ioannes VII. (705—707)	173.	Sergius II. (844—847)	229. 944
Ioannes VIII. (872—882)	260. 945	Sergius III. (904—911)	307. 945
Ioannes IX. (898—900)	304. 945	Sergius IV. (1009—1012)	350.
Ioannes X. (914—928)	310. 946	Severinus. (638?—640)	159.
Ioannes XI. (931—936)	313.	Silverius. (536—537)	74. 935
Ioannes XII. (955—963)	321. 946	Silvester I. (314—335)	13. 928
Ioannes XIII. (965—972)	325. 947	Silvester II. (999—1003)	345. 947
Ioannes XIV. (983—984)	335.	Simplicius. (468—483)	49.
Ioannes XV. (985—996)	337. 947	Siricius. (384—398)	20. 931
Ioannes XVII. (1003)	348.	Sisinnius. (708)	173.
Ioannes XVIII. (1003—1009)	348.	Sixtus I. (119?—128?)	3. 919
Ioannes XIX. (1024—1033)	357.	Sixtus II. (257?—258)	10. 925
Iulius. (337—352)	14. 929	Sixtus III. (432—440)	33. 933
Lando. (913—914)	309.	Soter. (168—176)	4. 922
Leo I. (440—461)	34. 933	Stephanus I. (253—257?)	9. 925
Leo II. (682—683)	168. 941	Stephanus II. (752)	189.
Leo III. (795—816)	215. 943	Stephanus III. (753—757)	189. 942
Leo IV. (847—855)	230. 945	Stephanus IV. (768—772)	200. 942
Leo V. (903)	306.	Stephanus V. (816—817)	221.
Leo VI. (928—929)	312.	Stephanus VI. (885—891)	294. 945
Leo VII. (936—939)	314.	Stephanus VII. (896—897)	302.
Leo VIII. (963—965)	324. 946	Stephanus VIII. (929—931)	313. 946
Leo IX. (1048—1054)	366. 948	Stephanus IX. (939—942)	316.
Liberius. (352—366)	15. 930	Stephanus X. (1057—1058)	381.
Linus. (67?—79)	1.	Symmachus. (498—514)	61. 934
Lucius I. (252—253)	9. 925	Telesphorus. (128?—139)	3. 919
Lucius II. (1144—1145)	609.	Thebaldus Buccapeus (1124)	549.

INDEX PONTIFICUM.

XXIII

Theodorus I. (642—649)	p. 160.	Victor II. (1054—1057)	p. 379.
Theodorus. (687)	171.	Victor III. (1086—1087)	447.
Theodorus II. (897)	304.	Vigilius. (537—555)	76. 936
Urbanus I. (223—230?)	6. 923	Vitalianus. (657—672)	165. 940
Urbanus II. (1088—1099)	448. 949	Zacharias. (741—752)	184. 941
Urbanus III. (1185—1187)	854.	Zephyrinus. (c. 202—218)	5. 923
Valentinus. (827)	225.	Zosimus. (417—418)	27. 932
Victor I. (190?—202).	4. 922		

INDEX ANTIPAPARUM.

Albertus. (1102)	520.	Ioannes XVI., Calabritanus, Philagathus. (997—998)	p. 344.
Anacletus II. (1130—1138)	599.	Iohannes de Struma v. Calixtus III.	
Anastasius. (855)	236.	Laurentius. (498—c. 505)	64.
Burdinus, Gregorius VIII. (1118—1121)	548.	Maginulfus, Silvester IV. (1105—1111)	520.
Cadalus, Honorius II. (1061—1064)	401.	Novatianus. (251?)	8.
Calixtus III., Iohannes de Struma (1168 — 1178)	833.	Octavianus v. Victor IV.	
Eulalius. (418—419)	28.	Paschalis. (687—c. 692)	170.
Felix II. (355—365)	17. 930	Paschalis III., Guido Cremensis. (1164 — 1168)	832.
Gregorius. (1012)	356.	Silvester III. (1044—1046)	362.
Gregorius, Victor IV. (1138)	604.	Theodericus. (1100)	519.
Guido Cremensis v. Paschalis III.		Ursinus. (366—367)	18.
Innocentius III., Landus Sitanus. (1178 — 1180).	834.	Victor IV., Octavianus. (1159—1164)	827.
Ioannes diaconus. (844)	228.	Wibertus, Clemens II. (1080—1100)	443.

CORRIGENDA.

- p. 10, lin. 2, adde Aug. 2.
p. 177, - 1, lege ind. 9 — 1 Sept. — 10.
p. 201, - 47, - consilia.
p. 218, - 35, dele (1017).
p. 306, - 39, lege 908.
p. 343, - 29, - bullam.
p. 367, - 31, - Bonizonis liber.
p. 371, - 50, dele (3207).
p. 401, - 18, lege Annoni, archiepiscopo Coloniensi, et Herimanno, episcopo Bambergensi.
p. 401, - .26, dele (3532).
p. 405, - 15, lege divisit.
p. 828, - 36, - (5. Febr.).
-

- — — — —
 S. Petrum una cum S. Paulo in urbe Roma de Christianis sacris praecepisse, conditaque ecclesia extinctam esse, antiquissima sunt testimonia S. Clementis epist. ap. Coustant p. 12, S. Ignatii ep. ad Romanos in eiusdem epist. ed. Petermann p. 153, Dionysii episc. Corinth. ad Romanos epistola, cuius mentio ap. Eusebium Hist. eccl. L. III. c. 25, Irenaeus Contra haeres. L. III. c. 1 et 3 p. 174, 175, Tertullianus de praescriptionibus haeret. c. 36 Opp. II. 46, Caii adv. Proculum liber, quem memorat Eusebius l. I.
- 67?
- Iun. 29. Romae Hunc supremum S. Petri diem prosequuntur Catholici. Eusebii chron. L. II. ap. Maium Scr. vet. nov. coll. VIII. 376: „Olymp. 211, Christi a. 68, Neronis 13 — Petrus et Paulus gloriose Romae occubuerunt.“

S. LINUS. 67? — 79?

- 67?
- — — — —
 Lino ecclesiae Romanae cura ab ipsis apostolis concredita esse dicitur ap. Irenaeum Contra haeres. L. III. c. 3 p. 176.
- 79?
- Sept. 23. — — — — —
 Lini necem martyrologia ad diem 23 m. Sept. referunt, ecclesia catholica celebrat diem 26 m. Novembris. Eum annos 12 sedisse vult Eusebius in Hist. eccl. L. III. c. 13, annos 12 menses 4 dies 12 is, quem censent papa Liberio composjtum, catalogus pontificum Romanorum ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VII, et ap. Eccard Corp. hist. I. 25.

S. ANACLETUS (ANENCLETUS, CLETUS). 79? — 91?

- 79?
- — — — —
 Anacletum Lino successisse, tradit Irenaeus Contra haeres. L. III. c. 3 p. 176. Propter variam scribendi nominis rationem duo sunt pontifices distincti, Cletus et Anacletus; quos alii ambo ante Clementem I., alii post eum, alii ita collocant, ut Clementis nomine dissociantur. Neque vero aut Irenaeus aut Eusebius conscius est huius geminationis.
- 91?
- — — — —
 Moritur Anacletus, quem annos 12 pontificem fuisse, scripsit Eusebius in Hist. eccl. L. III. c. 15. Catalogus ap. Anastas. Bibl. ed. Bianchini II. p. VII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 25 Cleto tribuit annos 6 m. 2 d. 10, Anacleto a. 12 m. 10 d. 3; ille die 26 et 29 m. Aprilis colitur, hic d. 13 m. Iulii.

S. CLEMENS I. 91? — 100?

- 91?
- — — — —
 Clemens et apostolorum discipulus et Anacleti successor perhibetur ap. Irenaeum Contra haer. L. III. c. 3. p. 176; quem Tertullianus in libro de praescript. haeret.

		<p>91?</p> <p>c. 32 Opp. II. 40 a Petro ordinatum esse ait, et Hieronymus in libro de viris illust. c. 15 Opp. ed. Vallarsius II. 839 a plerisque aetatis suae Latinis proximum post Petrum haberi testatur.</p>
		<p>91?—100?</p> <p>(1) Ad litteras ecclesiae Corinthiae, et discordia et seditione contra presbyteros concussae, respondet ecclesia Romana. Discidio dolet, auctoresque seditionis, ut, poenitentia suscepta, presbyteris obediant, hortatur. Suadet hospitalitatem, humilitatem, concordiam, timorem dei. De resurrectione promissa exponit, de Phoenice avi mirabili, de continentia, modestia, sobrietate, de bonis operibus, de mutuis officiis, de servando sacrorum ordine. Ab apostolis quum episcopos et diaconos constitutos esse docet, tum quemadmodum in locum mortuorum episcoporum successores suffiendi sint, praescriptum. Episcopos rite creatos officiaque servantes non esse removendos. Claudium, Ephebum, Valerium, Vitonem, Fortunatum, nuncios suos, brevi remitti cupit. (Cf. Irenaeum Contra haeres. L. III. c. 3 et Eusebium Eccl. hist. L. III. c. 16.) Coustant 9, Mansi I. 171. — „Διὰ γενομένων ἡμῶν“ „Propter calamitates.“</p>
Nov. 23.	—	<p>100?</p> <p>Hic dies Clementis memoriae sacratus est, cui pontifici annos 9 assignat Eusebius in Eccl. hist. L. III. c. 34, annos 9 m. 11 d. 12 catalogus ap. Anastas. Bibl. ed. Bianchini II. p. VIII., Eccard Corp. hist. I. 25.</p>
<hr/> <p>S. EVARISTUS. 100? — 109?</p>		
		<p>100?</p> <p>Evaristum post Clementem ecclesiae Romanae praefuisse, testis est Irenaeus Contra haer. L. III. c. 3. p. 176.</p>
Oct. 26.	—	<p>109?</p> <p>Ad hunc diem martyrologia necem Evaristi revocant; cui ascribit Eusebius in Eccl. hist. L. IV. c. 1: annos 8, in chron. L. II. ap. Maium Scr. vet. nov. coll. VIII. 382: annos 9, catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VII et ap. Eccard Corp. hist. I. 25: annos 13 m. 7 d. 2, catalogus Corbeiensis ap. Mabillon Vet. anal. 218: annos 8 m. 10 d. 2.</p>
<hr/> <p>S. ALEXANDER I. 109? — 119?</p>		
		<p>109?</p> <p>Alexander Evaristo successit secundum Irenaeum Contra haeres. L. III. c. 3. p. 176.</p>
Mai. 3.	—	<p>119?</p> <p>Hoc die celebratur Alexandri officium, quem annos 10 ecclesiam administrasse tradit Eusebius in Eccl. hist. L. IV. c. 4, annos 7 m. 2 d. 1 catalogus ap. Anastasium Bibl. ed. Bianchini II. p. VII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 25.</p>

- — — 119?
Sixtus in Alexandri locum subrogatus esse legitur ap. Irenaeum Contra haeres. L. III. c. 3. p. 176.
- Apr. ? — — 128?
Mors Sixti in martyrologiis ad d. 3 et 6 et 8 m. Aprilis et d. 23 m. Decembris refertur. Ecclesiam Romanam ab eo annos 10 rectam dicit Eusebius in Eccl. hist. L. IV. c. 5; catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VII., Eccard Corp. hist. I. 25 addit etiam menses 3 d. 21.

S. TELESOPHORUS. 128? — 139.

- — — 128?
Telesphorum Sixto proximum fuisse, docet Irenaeus Contra haeres. L. III. c. 3. p. 176.
- Ian. — — 139.
Irenaeus l. l. praedicat de martyrio Telesphori, quod ad diem 2 et 5 m. Ianuarii referunt, primoque Antonini Pii anno factum dicit Eusebius Eccl. Hist. L. IV. c. 10. Apud eundem Eusebium l. l. Telesphoro dantur anni 11, in catalogo ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 25: anni 11 m. 3 d. 3.

S. HYGINUS. 139 — 142?

- — — 139.
Succedit Telesphoro, teste Irenaeo Contra haeres. L. III. c. 3. p. 176.
- Ian. — — 142?
Qui die 10 (al. 11) m. Ianuarii dicitur e vita cessisse, Hyginus ap. Eusebium Eccl. hist. L. IV. c. 11 accipit administratae ecclesiae annos 4, in catalogo Corbeiensi ap. Mabillon Vet. anal. 218 annos 4 m. 3 d. 1, in catalogo ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 25: annos 12 m. 3 d. 6.

S. PIUS I. 142? — 157?

- — — 142?
Pium in Hygini locum substitutum esse, memoriae tradidit Irenaeus Contra haeres. L. III. c. 3 p. 176, cuius maior est de hac aetate auctoritas, quam ut, qui Pium post Anicetum volunt ecclesiam rexisse, ab iis imminui possit.
- Iul. 11. — — 157?
Moritur secundum martyrologia. Eusebius Pio in Eccl. hist. L. IV. c. 11 pontificatum annorum 15 assignat, in Chron. L. II. ap. Maium Scr. vet. nov. coll. VIII. 386: annorum 12, catalogus ap. Anastas. Bibl. ed. Bianchini II. p. VII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 25: annorum 20 m. 4 d. 21, catalogus Corbeiensis ap. Mabillon Vet. anal. 215, ubi pro „Pius“ legitur „Osus“: annorum 18 d. 1, vita Pii in Vignolii libro pontif. I. 28: annorum 16 m. 4 d. 3.

— —	—	157? Anicetum Pii successorem fuisse, auctor est Irenaeus Contra haeres. L. III. c. 3 p. 176.
Apr. 17.	—	168. Moritur. Hic dies enim Aniceto sacer est, quem post annorum 11 gubernationem ecclesiae undecimo anno imperatoris Marci Aurelii occidisse prodit Eusebius in Eccl. hist. L. IV. c. 19. In catalogo Corbeiensi ap. Mabillon Vet. annal. 218 anni 11 m. 4 d. 2 indicantur.

S. SOTER. 168 — 176?

— —	—	168. Soterem post Anicetum in Petri sedem escendisse narrat et Hegesippus ap. Eusebium, Eccl. Hist. L. IV. c. 22, et Irenaeus Contra haeres. L. III. c. 3 p. 176.
— —	—	168 — 176? (2) *Soteris ad Corinthios epistolae mentionem facit Dionysius, episcopus Corinthius, ap. Eusebium, Eccl. hist. L. IV. c. 23.
Apr. 22.	—	176? Moritur. Nam hoc die venerantur Soterem, cui Eusebius in Eccl. hist. L. V. prooemio dedit annos 8, catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VII.: annos 9 m. 3 d. 2, catalogus Corbeiensis ap. Mabillon Vet. anal. 218: annos 9 m. 2 d. 21.

S. ELEUTHERUS. 177 — 190?

— —	—	177. Eleutherus post Soterem ecclesiae praeficitur testibus Hegesippo ap. Eusebium, Eccl. hist. L. IV. c. 22, et Irenaeo Contra haeres. L. III. c. 3 p. 176; quod decimo septimo imperatoris Antonini Veri anno accidisse, asseverat Eusebius in L. V. prooemio.
— —	—	190? Supremus Eleutheri dies utrum 26 m. Maii, an 6 m. Septembris fuerit, ambigunt. Praeteritis tredecim pontificatus annis, eum decimo imperatoris Commodi anno suum obiisse diem, Eusebius in Eccl. hist. L. V. c. 22 accurate quidem significat, eidem vero pontifici in chronico Eusebii ap. Maium Scr. vet. nov. coll. VIII. 388 assignantur anni 15, et in catalogo Corbeiensi ap. Mabillon Vet. anal. 218: anni 15 m. 2 d. 2; quapropter obitus Eleutheri ad annum 192 vel 193 revocatur a plerisque.

S. VICTOR I. 190? — c. 202.

— —	—	190? Ecclesiae praesesse incipit. V. Eusebii Eccl. hist. L. V. c. 22.
— —	Romae	197? Synodus, in qua sanciunt: „ne ullo alio quam dominico die mysterium resurrectionis domini unquam celebretur, utque eo duntaxat die paschaliu <i>m</i> ieiuniorum terminus observetur.“ Eusebii Eccl. hist. L. V. c. 23. Cf. Libellum synodicum in Voelli et Iustelli Bibl. II. 1169.

197?

(3) *Eiusdem synodi Romanae epistola, cui Victoris episcopi nomen praefixum erat, memoratur ap. Eusebium, Eccl. hist. L. V. c. 23.

(4) *A Polycrate, episcopo Ephesio, petit, ut paschalis diei constituendi causa episcopos convocet. V. Polycratis ad Victorem responsum ap. Eusebium, Eccl. hist. L. V. c. 24.

199?

(5) *„Omnes Asiae vicinarumque provinciarum ecclesias,“ in hac manentes sententia, ut pascha quartadecima luna celebretur, „tanquam contraria rectae fidei sentientes, a communione abscondere conatur, datisque litteris universos, qui illic erant, fratres proscribit et ab unitate ecclesiae prorsus alienos esse pronunciat.“ Eusebii Eccl. hist. L. V. c. 24. Cf. Socratis Hist. Eccl. L. V. c. 22.

c. 202.

Mortem Victoris alii ad d. 20 m. Aprilis, alii ad d. 28 m. Iulii referunt; eique Zephyrinum circiter nono anno principatus Septimii Severi successisse legimus ap. Eusebium, Eccl. hist. L. V. c. 28. Sedisse Victor dicitur ap. Eusebium l. l.: annos 10, in eiusdem chron. L. II. ap. Maium Scr. vet. nova coll. VIII. 389: annos 10 (al. 12), in catalogo ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 25: annos 9 m. 2 d. 10, in catalogo Corbeiensi ap. Mabillon Vet. anal. 218: annos 15 m. 3 d. 10.

S. ZEPHYRINUS: c. 202 — 218.

c. 202.

Ecclesiae praeponitur. V. Eusebii Eccl. hist. L. V. c. 28. Cf. supra.

218.

Mortuus die 26 m. Augusti legitur in quibusdam martyrologiis, in aliis die 20 m. Decembris, et anno primo imperatoris Antonini Heliogabalis ap. Eusebium, Eccl. hist. L. VI. c. 21. Nec vero congruentia tradit Eusebius, quum l. l. annos 18 sedisse scribat Zephyrinum, cui tamen etiam in catalogo Corbeiensi ap. Mabillon Vet. anal. 218 tribuuntur anni 18 m. 7 d. 10.

S. CALLISTUS I. (CALIXTUS I.) 218 — 223.

218.

Ecclesiam regendam suscipit. V. Eusebii Eccl. hist. L. VI. c. 21.

223.

Moritur Callistus, cui dicatus hic dies est. Eusebius in Eccl. hist. L. VI. c. 21 assignat ei annos 5, in chronico ap. Maium Scr. vet. nova coll. VIII. 391: annos 4, catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VII et ap. Eccard Corp. hist. I. 25: annos 5 m. 2 d. 10, catalogus Corbeiensis ap. Mabillon Vet. anal. 218: annos 5 m. 10 d. 10.

Oct. 14.

— —	—	223. Succedit Callisto I. V. Eusebii Eccl. hist. L. VI. c. 21.
Mai. 25?	—	230? Moritur. Qui die 25 m. Maii colitur, Urbanum die 19 m. Maii sepultum esse legimus in ipsius vita (Vignolii Lib. pont. I. 41) Neque certius de anno constat. In catalogo quidem ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 25 Urbani finis ad Agricolam et Clementinum consules i. e. ad annum 230 revocatur, eidem autem papae Eusebius in Eccl. hist. L. VI. c. 23 dat annos 8, in chronico ap. Maium Scr. vet. nov. coll. VIII. 391: annos 9; is quem modo memoravi catalogus: annos 8 m. 11 d. 12, catalogus Corbeiensis ap. Mabillon Vet. anal. 218: annos 9 m. 1 d. 2.

S. PONTIANUS. 230? — 235.

— —	—	230? Pontifex constituitur post Urbanum I. V. Eusebii Eccl. hist. L. VI. c. 23.
— —	In Sardiniam	235? Deportatur. Catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VII. (et ap. Eccard Corp. hist. I. 25, ubi „in Sardinia in insula Iconia“ perperam legitur pro: „in Sardinia in insula nociva“).
Sept. 28.	In Sardinia insula	235. „Severo et Quintiano coss. — discinctus est IV. Kalendas Octobris,“ catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 26. „Severo et Quinctiano coss. — afflictus, maceratus fustibus martyr defunctus est III. idus Novembris,“ Vita Pontiani in Vignolii Lib. pont. I. 42. Pontianus sedisse dicitur ap. Eusebium in Eccl. hist. L. VI. c. 29: annos 6, in chronico ap. Maium Scr. vet. nov. coll. VIII. 392: annos 5, in catalogo illo: annos 5 m. 2 d. 7, in catalogo Corbeiensi ap. Mabillon Vet. anal. 218: annos 7 m. 10 d. 22.

S. ANTERUS. 235 — 236.

Nov. 21.	—	235. „Ordinatur XI. Kal. Decembris consulibus Severo et Quintiano.“ Catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 26.
Ian. 3.	—	236. Moritur „III. non. Ianuar. Maxim(in)o et Africano coss.,“ catalogus ap. Anast. Bibl. I. I. Antero in eodem catalogo ascribuntur: mensis 1 d. 10, in ipsius vita (Vignolii Lib. pont. I. 43): m. 1 d. 12, ap. Eusebium in Eccl. hist. L. VI. c. 29: m. 1, in catalogo Corbeiensi ap. Mabillon Vet. anal. 218: m. 1 d. 11. Fluxere autem ex die 21 m. Nov. a. 235 ad d. 3 m. Ianuarii a. 236 mensis 1 dies 14.

S. FABIANUS. 236 — 250.

— —	In ecclesia	236. Eligitur ab omni populo, Eusebii Eccl. hist. L. VI. c. 29. „Maximo et Africano coss.,“ catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 26.
-----	-------------	---

c. 240.

(6) *Privatum, episcopum Lambesitanum, „in Lambesitana colonia ob multa et gravia delicta, nonaginta episcoporum sententia condemnatum, — litteris severissime notat.“ V. Cypriani ep. 55, Opp. p. 84; cf. Coustant p. 118.

250.

Ian. 21.

Necatur „XII. Kal. Febr. Decio II. et Grato coss.“ catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VII. („XII. Kal. Octobr.“ ap. Eccard Corp. hist. I. 26); de martyrio cf. etiam Cypriani ep. 3 et 76, Opp. p. 8 et 152, Eusebii Eccl. hist. L. VI. c. 39. In chronico ap. Maium Scr. vet. nov. coll. VIII. 392 Eusebius Fabiano dat annos 13, catalogus ille annos 14 m. 1 d. 10, catalogus Corbeiensis ap. Mabillon Vet. anal. 218 annos 14 m. 2 d. 10.

S. CORNELIUS. 251? — 252.

251?

Romae

Eligitur „quietus et modestus et quales esse consueverunt, qui ad hunc locum divinitus eliguntur, — de dei et Christi eius iudicio, de clericorum pene omnium testimonio, de plebis, quae tunc affuit, suffragio, et de sacerdotum antiquorum et bonorum virorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cum Fabiani locus, i. e. locus Petri — vacaret,“ Cypriani ep. 52 Opp. p. 68. Creatio Cornelii ad annum 251 referri solet; quem vero quum d. 14 m. Sept. a. 252 obiisse constet, et sedisse legamus ap. Eusebium in Eccl. hist. L. VII. c. 2: annos circiter 3, in eiusdem chronico ap. Maium Scr. vet. nova coll. VIII. 393: annos 3 et dies 3, in catalogo ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 26: annos 2 m. 3 d. 10, quumque consulatus Decii III. et Decii II., quibus consulibus Cornelius pontifex constitutus esse dicitur in eodem catalogo, fuerit nullus, pontificatus eius spatium neque ad annum 1 menses 3 d. 10, ut iubet Pagius, neque ad annum 1 m. 2 d. 3, ut in uno libri pontificalis codice legitur, redigere ausim. Id unum pro certo habemus, ecclesiam Romanam ante Cornelii electionem, Decio imperatore factam, aliquamdiu „propter rerum et temporum difficultates“ vacasse; v. cleri Romani epist. in Cypriani Opp. p. 43.

Romae
in ecclesia

Consecratur a sedecim episcopis. V. Cypriani ep. 52, Opp. p. 67 et 73.

(7) *Cypriano, episcopo Carthaginiensi, se pontificem creatum nunciat. Cypriani ep. 42, Opp. p. 56.

Romae

Synodus episcoporum 60, in qua Novatianus sociique excommunicantur. Eusebii Eccl. hist. L. VI. c. 43. Cf. Libellum synodicum in Voelli et Iustelli Bibl. II. 1171.

”

Synodus, in qua concilii Carthaginiensis de lapsis decretum confirmatur. Cypriani epp. 52 et 68, Opp. p. 68 et 120.

(8) Fabio, episcopo Antiocheno, significat, Novatianum, a Maximo Urbanoque confessoribus et Sidonio ac Celerino destitutum, contra iusiurandum episcopum subito prodiisse, eique tres episcopos, ex „exigua et vilissima Italiae parte“ accessitos, Romae manus imposuisse; quorum unum quidem ad ecclesiam postea rediisse, reliquis vero successores a se datos esse. Qui episcopi Romae congregati Novatianum damnaverint, quique huic sententiae per litteras accesserint, nunciat. Memorat etiam, in ecclesia catholica esse presbyteros 46, diaconos 7, subdiaconos 7, acolythos 42, exorcistas, lectores, ostiarios 52, viduas cum *ἄλιβομένοις* amplius 1500. (Fragmenta.) Eusebii Eccl. hist. L. VI. c. 43, Coustant 146, Mansi I. 817.

(9) *Dionysio, episcopo Alexandrino, litteras adversus Novatianum mittit. Eusebii Eccl. hist. L. VI. c. 47.

(10) *Cypriano, episcopo Cathaginiensi, litteris per Primitivum missis motum se ostendit, „quod, cum de Hadrumetina colonia Polycarpi (episcopi) nomine ad se litterae dirigerentur, posteaquam Cyprianus et Liberalis in eundem locum venissent, coepissent ad presbyteros et ad diaconos (Romanos, non ad ipsum) litterae dirigi.“ Cypriani ep. 45, Opp. p. 59.

		251?
— —	—	(11) *Cyprianum, episcopum Carthaginiensem, epistola Augendo confessori data certiore facit, Nicostratum, Novatum, Evaristum, Primum, Dionysium, Novatiani socios, Carthaginem profectos esse. V. Cornelii ep. in Cypriani Opp. p. 62 et ap. Mansi I. 832.
— —	—	(12) Cypriano, episcopo Carthaginiensi, significat, sceleratum illum hominem (Novatianum), expulsis Maximo et Longino et Machaeo, denuo resurrexisse. Monet iterum, ut Nicostratum, Novatum, Evaristum, Primum, Dionysium a fidelibus caveri iubeat. Cypriani Opp. p. 62, Coustant 133, Mansi I. 832. — „Ne quid minus.“
— —	—	(13) Cypriano, episcopo Carthaginiensi, scribit, Maximum et Urbanum confessores et Sidonium Machariumque, relicta Novatiani parte, in gratiam secum rediisse, „contracto presbyterio“ et episcopis quinque praesentibus haec professos: „Nos Cornelium, episcopum sanctissimae catholicae ecclesiae, electum a deo omnipotente et Christo domino nostro scimus; nos errorem nostrum confitemur; imposturam passi sumus; circumventi sumus perfidiae loquacitate captiosa; nam etsi videbatur quasi quandam communicationem cum schismatico et haeretico homine habuisse, sincera tamen mens nostra semper in ecclesia fuit; nec enim ignoramus, unum deum esse et unum Christum esse dominum, unum spiritum sanctum, unum episcopum in catholica ecclesia esse debere.“ Has litteras suas, Nicephoro acolytho datas, ad ceteras quoque ecclesias mitti vult. Cypriani Opp. p. 60, Coustant 135, Mansi I. 830. — „Quantam sollicitudinem.“
— —	—	(14) *Cypriano, episcopo Carthaginiensi, litteris per Saturum acolythum missis significat, „Felicissimum, hostem Christi, reiectum ab ipso esse, et cum venisset stipatus caterva et factione desperatorum, vigore pleno, quo episcopum agere oportet, pulsum de ecclesia esse.“ Cypriani ep. 55, Opp. p. 79.
— —	—	(15) *Cypriano, episcopo Carthaginiensi, nunciat, Felicissimum sociosque ipsum „aggressos esse, cum summa desperatione comminantes, quod, si litteras, quas attulerant, non accepisset, publice eas recitarent, et multa turpia ac probrosa et ore suo digna proferrent.“ Cypriani ep. 55 Opp. p. 80.
		252?
— —	Centumcellas	In exsilium pellitur. Catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VIII. (et ap. Eccard Corp. hist. I. 26).
		252.
Sept. 14.	Centumcellis	Necatur. „Eodem die, quo Romae Cornelium, sed non eodem anno“, Cyprianum, quem decessisse constat d. 14 m. Sept. a. 258, mortuum esse scripsit Hieronymus in libro de viris ill. c. 67 Opp. ed. Vallarsius II. 894. — „Gallo et Volusiano coss. — ibi (Centumcellis) dormitionem cum gloria accepit,“ catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini I. I. — De Cornelii martyrio cf. Cypriani Opp. p. 97, 117, Eusebii Chron. L. II. ap. Maium Scr. vet. nova coll. VIII. 393.
		NOVATIANUS antipapa. 251?
		251?
— —	Romae	Consecratur hora decima a tribus episcopis Italis manus ei imponentibus. V. Cornelii epist. ap. Eusebium Eccl. hist. L. VI. c. 43.
— —	—	(16) *Cypriano, episcopo Carthaginiensi, se ad pontificatum Romanum elatum nunciat, litteris per Maximum presbyterum et Augendum diaconum et Machaeum ac Longinum missis. Cypriani ep. 41, Opp. p. 55.
— —	—	(17) *Antonianum episcopum litteris tentat. Cypriani ep. 52, Opp. p. 66.
— —	—	(18) *Dionysio, episcopo Alexandrino, affirmat, invitum se in sedem Romanam escendisse. V. Dionysii epist. ap. Eusebium Eccl. hist. L. VI. c. 45.
		253 — 268.
— —	—	Martyrio usum esse Novatianum imperatore Valeriano, narrat Socrates in Hist. eccl. L. IV. c. 28.

		252.
— —	—	Episcopus creatur „Gallo et Volusiano coss.“ Catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VIII, ap. Eccard Corp. hist. I. 26.
— —	—	Lucium, statim ut pontificatum susceperit, exsilio affectum esse, ex catalogo illo et ex Cypriani ep. 58, Opp. p. 96 cogi solet; quamquam opinio est, Corneliani exsilio (v. supra) participem eum esse electum.
		252 — 253.
— —	Romam	Exsilio redit. V. Cypriani ep. 58, Opp. p. 96. In catalogo, quem supra memoravi, haec leguntur: „— ad ecclesiam reversus est III. non. Mart.;“ sed inter „est“ et „III.“ putant „obiit“ vel simile verbum excidisse.
— —	—	(19) * „Dandam esse lapsis pacem et, poenitentia acta, fructum communicationis et pacis negandum non esse, litteris suis signat.“ Cypriani ep. 67, Opp. p. 117.
		253.
Mart. 4—5	—	Moritur. Lucius quamdiu sederit, sane quam incertum est. Etenim ei assignantur ap. Eusebium in Eccl. hist. L. VII. c. 2: „vix octo menses,“ ap. eundem in chron. ap. Maium Scr. vet. nova coll. VIII. 393: anni 3 m. 3 (al. 8), in catalogo ap. Anast. Bibl. l. 1: anni 3 m. 8 d. 10, in catalogo Corbeiensi ap. Mabillon Vet. anal. 218: anni 4 m. 8. Praeterea in illo catalogo ap. Anast. Bibl. l. 1. obitus et Lucii et (librarii ut videtur vitio) Stephani I. ad „Valerianum III. et Galienum II. coss.“ revocatur. Quum vero Stephanum iam a. 253 creatum esse, ex eodem appareat catalogo, et Lucius mense Martio die 4 vel 5 obiisse legatur in kalendaris, proxime a vero abesse videtur Eusebius in Eccl. hist. l. 1.
S. STEPHANUS I. 253—257?		
		253.
— —	—	Constituitor episcopus „Volusiano et Maximino (lege: Maximo) coss.“ Catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VIII, ap. Eccard Corp. hist. I. 26.
		255?
— —	—	(20) * „Litteras scribit de Heleno (Tarsensi) et de Firmiliano (Caesareae Cappadociae episcopo), de omnibus denique sacerdotibus per Ciliciam, Cappadociam, cunctasque finitimas provincias constitutis: sese ob eam causam ab illorum communione discessurum, quod haereticos rebaptizent.“ Eusebii Eccl. hist. L. VII. c. 5.
— —	—	(21) * „Praecipit fraternitati universae, ne quis legatos episcopos (orientalium episcoporum) in domum suam recipiat.“ Cypriani ep. 75, Opp. p. 150—151.
		256?
— —	Romae	Synodus, „quae eos, qui in Africana synodo sine ratione concesserant eos rebaptizari, qui ex quacunq; haeresi ad catholicam accederent ecclesiam, abdicat.“ Libellus synodicus in Voelli et Instelli Bibl. II. 1172, Mansi I. 934.
— —	—	(22) Cypriano, episcopo Carthaginiensi, „inter cetera vel superba, vel ad rem non pertinentia“ ita respondet: „„Si quis a quacunq; haeresi venerit ad vos, nihil innovetur nisi quod (a Petro et Paulo apostolis) traditum est, ut manus illi imponatur in poenitentiam, cum ipsi haeretici proprie alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum““; et „in tantum eius (Stephani) obstinatio dura prorumpit, ut etiam de Marcionis baptismo, item Valentini et Apelletis et ceterorum blasphemantium in deum patrem, contendat, filios deo nasci.“ „„In multum““ inquit „„proficit nomen Christi ad fidem et baptismi sanctificationem, ut quicumque et ubicunq; in nomine Christi baptizatus fuerit, consequatur statim gratiam Christi.““ „De episcopatus sui loco gloriatur et se successorum Petri tenere contendit.“ (Fragmenta). Cypriani ep. 74 et 75, Opp. p. 138 et 142.
		253—257?
— —	—	(23) * Ad Syros et Arabes litteras mittit. Eusebii Eccl. hist. L. VII. c. 5.

257?

Moritur. Colitur enim hoc die; cf. depos. episc. ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. IX. De anno non potest omnis tolli dubitatio. Quanquam Eusebius in Eccl. hist. L. VI. c. 5 Stephano annos 2 tribuit, et catalogus ap. Anast. Bibl. l. l. in eo accedit, quod eum „a consulatu Volusiani et Maximi (i. e. ab a. 253) usque Valeriano III. et Gallieno II“ (i. e. ad a. 255) fuisse refert, tamen quos idem pugnancia tradens catalogus Stephano assignat, annos 4 m. 2 d. 21 praefereudos, ac „Valeriano III. et Gallieno III.“ (i. e. a. 257) pro „Valeriano III. et Gallieno II.“ (i. e. an. 255) legendum putant viri docti, quod Stephanum tempore concilii Carthaginensis III., die 1 Sept. anni, ut opinantur plerique, 256 habiti, in vita fuisse, exploratum sit.

S. SIXTUS II. (XYSTUS II.) 257?—258.

257?

Sixtus quando creatus sit et quamdiu sederit, nequaquam constat. Quem enim scripsit Eusebius in Eccl. hist. L. VII. c. 27 sedisse annos 11, huic et idem Eusebius in chron. ap. Maium Scr. vet. nova coll. VIII. 394 et catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VIII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 26: annos 2 m. 11 d. 6, et catalogus Corb. ap. Mabillon Vet. anal. 218 annum 1 m. 1 attribuit. Auget difficultatem, quod, quum non possit dubitari, quin die 6 Aug. a. 258 Sixtus vitam posuerit, eum Maximo et Glabrone coss., i. e. anno 256, iniisse pontificatum vult catalogus ap. Anast. Bibl. l. l. Verumtamen, qui 11 menses tantum et 6 dies Sixto concedendos putat, Pagio assentiret, dummodo eum, qui ante Xystum fuit, Stephanum constaret ad annum 257 pervenisse.

257—258.

Romae

Synodum, in qua Sabellius et Noetus sunt damnati, volunt a Xysto habitam, quae Victori papae tribuitur in Libello synodico in Voelli et Iustelli Bibl. II. 1171. V. Mansi I. 1001.

258.

Aug. 6.

Romae in
coemeterio

Martyrio afficitur. Cypriani ep. 82, Opp. p. 165: „Xistum autem in cimiterio animadversum sciatis octavo iduum Augustarum.“ Supremo Cypriani anno i. e. anno 258 Sixtum animam efflasse liquet ex Pontii vita Cypriani in huius Opp. p. CXLII.; cf. catalogum ap. Anast. Bibl. l. l.: „Tusco et Basso — VIII. id. Aug.“ Quae in eodem catalogo sequuntur verba: „a consulatu Tusci et Bassi usque in diem XII. Kal. Aug. Aemiliano et Basso coss.“ plane obscura sunt, nisi additur: „presbyteri praefuerunt;“ cf. Henschenii apparatus in Propylaeo ad Acta SS. Maii p. 50 et Coustant p. 258; vacavit enim ecclesia a Sixti nece usque ad diem 21. Iulii 259.

S. DIONYSIUS. 259—269.

259.

Iul. 22.

Ecclesiae administrationem accipit „die XI. Kal. Aug. Aemiliano et Basso coss.“, Catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VIII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 26.

c. 260?

Romae

Synodus, in qua Dionysii, episcopi Alexandrini, sententia improbatur, „filium rem factam et patri non consubstantialem affirmantis.“ V. Athanasii ep. de synodis Opp. I. II. 605.

		c. 260?
— —	—	(24) *Dionysio, episcopo Alexandrino, Romana in synodo quid decretum sit, significat. Athanasii ep. de synodis et ep. de sentent. Dionysii Opp. I. n. 605 et I. i. 198.
— —	—	(25) Scribit contra Sabellianos. (Fragmentum). Athanasii ep. de decretis Nicaen. syn. Opp. I. i. 182, Coustant 273, Mansi I. 1011. — „Ἐξῆς δ' αὖν“ „Iam vero aequum.“
— —	—	(26) *Ecclesiam Caesariensem in Cappadocia consolatur afflictam. Mittit, qui captivos fratres redimant. Basili ep 70, Opp. III. 164.
		269.
Dec. 26.	—	Moritur „VII. Kal. Ianuar. coss. Claudio et Paterno,“ catalogus ap. Anastas. Bibl. l. l. Itaque Dionysius annos 10 m. 5 d. 5 sedisse censendus est; sed huic temporis spatio neque Eusebius assentitur, qui in Eccl. hist. L. VII. c. 30 Dionysio annos 9, et in chron. ap. Maium Scr. vet. nova coll. VIII. 394: annos 2 m. 3 d. 7 ascribit, neque ipse catalogus, qui dat annos 8 m. 2 d. 4.
<hr/>		
S. FELIX I. 269 — 274.		
		269.
Dec. —	—	Creatur pontifex „Claudio et Paterno coss.“ Catalogus ap. Anastasium Bibl. ed. Bianchini II. p. VIII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 27.
		269 — 274.
— —	—	(27) Maximo episcopo et clero Alexandrino haec scribit: „De verbi autem incarnatione et fide credimus in dominum nostrum Iesum Christum ex virgine Maria natum, quod ipse est sempiternus dei filius et verbum, non autem homo a deo assumptus, ut alius sit ab illo; neque enim hominem assumpsit dei filius, ut alius ab eo existat sed cum perfectus deus esset, factus est simul et homo perfectus ex virgine incarnatus.“ (Fragmentum). Mansi I. 1114, Coustant 298. — „Ἐπι δὲ τῆς“ „De incarnatione“ „De verbi autem.“
		274.
Mai. 30.	—	Moritur „Aureliano II. et Capitolino coss.“ catalogus ap. Anast. Bibl. l. l. Dies ex martyrologiis intelligitur. Nec vero plane quadrant, qui Felici assignantur, anni 5 ap. Eusebium in Eccl. hist. L. VII. c. 32, neque anni 5 m. 11 d. 25 in illo catalogo, neque anni 4 m. 1 d. 10 in catalogo Corbeiensi ap. Mabillon Vet. anal. 218.
<hr/>		
S. EUTYCHIANUS. 275 — 283.		
		275.
Ian. 5?	—	Eutychianus, Aureliano III. et Marcellino coss. (i. e. anno 275) pontificatum adeptus, annos 8 m. 11 d. 3 sedisse legitur in catalogo ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VIII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 27. Itaque, quum die 7 Dec. 283 obierit, creatio ad diem 5 Ianuarii sine ulla dubitatione referenda esset, si et omnes, quos indicat catalogus ille, annorum mensium dierum numeri semper nobis proberentur, neque Eusebius a catalogo tantopere discreparet de Eutychiano, ut ei in Eccl. hist. L. VII. c. 32 „vix decem menses,“ in chronico ap. Maium Scr. vet. nova coll. VIII. 396 „menses octo“ tribueret. Cf. praeterea catal. Corbeiens. ap. Mabillon Vet. anal. 218, in quo „annus 1 m. 1“ ascribuntur Eutychiano.
		283.
Dec. 7.	—	Moritur „VII. id. Dec. Caro II. et Carino coss.“ Catal. ap. Anast. Bibl. l. l. (Eccard Corp. hist. I. 27: „III. id. Dec.“).

- Dec. 17. — **283.**
Suscipit pontificatum „XVI. Kal. Ianuarias coss. Caro II. et Carino.“ Catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VIII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 27.
- Apr. 22. — **296.**
Moritur „X. Kal. Maias, Diocletiano VI. et Constantio II. coss.“ quum „annos 12 m. 4 d. 7“ (leg. 6) ecclesiae praefuisset secundum eum, quem ante dixi, catalogum. Eusebius Caium sedisse scripsit in Eccl. hist. L. VII. c. 32: „annos circiter quindecim,“ in chronico ap. Maium Scr. vet. nova coll. VIII. 396: „annos quinque.“

S. MARCELLINUS. 296—304.

- Iun. 30. — **296.**
Accedit ad pontificatum „pridie Kalendas Iulias, coss. Diocletiano VI. et Constantio II.“ Catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VIII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 27.
- — **304.**
Moritur Diocletiano IX. et Maximiano VIII. coss., ut testatur catalogus ille. In quo si anni 8 m. 3 d. 25 recte assignantur Marcellino, hic die 24 m. Octobris a. 304 naturae concessit; colitur autem die 26 m. Aprilis. Eusebius in chron. ap. Maium Scr. vet. nova coll. VIII. 297 Marcellino dat annos 9. — Post hunc pontificem vacuam per annos 7 m. 6 d. 25 sedem fuisse, legimus in catalogo, qui tamen ipse pontificatum iam quarto anno susceptum a Marcello docet consulum nominibus.

S. MARCELLUS. 308—310.

- — **308.**
Creatur pontifex in „consulatu X. et Maximiani“ (lege „consulatu Maximiani X. et Maximiani VII.“), catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VIII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 27. — Apud eum, qui tum fuit, Eusebium de Marcello silentium est et in Eccl. hist. et in chronico.
- Ian. 16. — **310.**
Moritur. Diem praebet martyrologium Hieronymianum. Quare qui est anno 308 constitutus, si anni 1 mensium 7 dierum 20 pontificatus ei recte tribuitur in catalogo illo, Marcellum oportet e vita anno 310 abisse; nec perperam iudicant, in eodem catalogo, ubi Marcellum „usque post consulatum X. et VII.“ pervenisse reperimus, ita scribendum fuisse: „usque II. post consulatum (Maximiani) X. et (Maximiani) VII.“ Cf. Pagium ad annum 309 et Coustant p. 311.

S. EUSEBIUS. 310.

- Apr. 18? — **310.**
Quo die pontificatum susceperit Eusebius, non videtur pro certo indicari posse. Nam cui Caesariensis Eusebius in chronico ap. Maium Scr. vet. nov. coll. VIII. 398 menses 6 assignat, hunc catalogus ap. Anastasium Bibl. ed. Bianchini II. p. VIII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 27 „menses 4 d. 16 a XIV. Kal. Maias

Sept. 26.	<p>310. (18. Apr.) usque in diem XVI. Kal. Sept. (17. Aug.)“ vult sedisse. Verum ex die 18 Apr. ad d. 17 Aug. menses 4 uno deducto die numerantur. Huc accedit, quod die 26 Sept. naturae Eusebium satisfecisse, verisimillimum est (v. infra). — Fieri solet, ut, morte Eusebii ad diem 26 Sept. relata et pontificatu mensium 4 dierumque 16 probato, die 10 Maii dicant eum esse consecratum; sed fidem catalogo tribuere de pontificatus spatio, quum de consecrationis et mortis diebus negaveris, videtur fere temerarium esse.</p> <p>Moritur „VI. Kal. Octobr.“ Deposito episcoporum ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. IX. Hic dies, quum etiam veteribus in martyrologiis inveniatur, diei 17 m. Augusti, quem praebet catalogus ille, videtur praefendus.</p>
-----------	---

S. MELCHIADES (MILTIADES). 311—314.

Iul. 2.	<p>311. Accipit pontificatum „die sexto nonas Iulias in consulatu Maximiano VIII. solo, quod fuit mense Septembri Volusiano et Rufino“ (Maximiano enim, anni 311 consuli, suffectus mense Septembri est una cum Eusebio Volusianus Rufius, cf. Constant 322), Catalogus ap. Anastasium Bibl. ed. Bianchini II. p. VIII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 27. — Itaque sedes post Eusebium vacaverat amplius 9 menses.</p> <p>„Mittit diaconos (in his Stratonem et Cassianum) cum litteris Maxentii imperatoris et litteris praefecti praetorio ad praefectum Urbis, ut ea recipiant, quae tempore persecutionis ablata, memoratus imperator Christianis iusserat reddi.“ V. Augustini brevic. coll. dies 3 (Opp. XXXIII. 83, 84), ad Donatistas post collat. (ibid. p. 109).</p>
Oct. 2.	<p>313. Synodus episcoporum 19, iussu Constantini imperatoris (v. Eusebii Eccl. hist. L. X. c. 5) coacta, in qua, Caeciliano episcopo Carthaginiensi probato, reicitur Donatus. Optatus Milevitanus de schism. Donatist. p. 23, Augustini brevic. collat. dies 3 (Opp. XXXIII. 70, 71, 79, 81) et ad Donatistas post. collat. (ibid. p. 151), epist. Constantini ad Aelafium ap. Mansi II. 463.</p>
Ian. 11.	<p>314. Moritur „III. id. Ianuar. Volusiano et Anniano coss.“ cum „annos 3 (lege 2) m. 6 d. 9“ sedisset, Catalogus l. l. At in „depositione episcoporum“ ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. IX. hoc legitur: „IV. id. Ianuarii Miltiades in Callisti.“</p>

S. SILVESTER I. 314—335.

Ian. 31.	<p>314. Init pontificatum in „consulatu Volusiani et Anniani — pridie Kalendas Februarias.“ Catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VIII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 28.</p>
— —	<p>314 — 335. „A sacrilegis accusatus apud Constantinum (imperatorem) causam propriam prosequitur.“ V. epist. concilii Romani a. 378 habiti ap. Coustant 529.</p>
Dec. 31.	<p>335. Moritur, postquam annos 21 m. 11 ecclesiam rexit „usque in diem (imo: pridie) Kalendarum Ianuariarum, Constantino et Albino coss.“ Catalogus l. l. Cf. „Depositionem episcoporum“ ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. IX.: „Pridie Kalendas Ianuarii Silvestri in Priscillae.“</p>

Ian. 18.	—	336. Ingreditur pontificatum „Nepotiano et Facundo coss. — die XV. Kalendas Februarias.“ Catalogus ap. Anastas. Bibl. ed. Bianchini II. p. VIII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 28.
Oct. 7.	—	Moritur „die nonarum Octobrium coss. suprascriptis“ gesto mensium 8 dierum 20 pontificatu, Catalogus l. l. Hieronymus in cont. Euseb. chron. ap. Maium Scr. vet. nova coll. VIII. 400 Marco menses 8 assignat.
S. IULIUS. 337—352.		
Febr. 6.	—	337. Adit pontificatum „in consulatu Feliciani et Titiani — die VIII. id. Februarii.“ Catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini II. p. VIII. et ap. Eccard Corp. hist. I. 28.
—	—	340. (28) *Eusebianos ad synodum, qua eorum cum Athanasio, episcopo Alexandrino, componatur discordia, vocat, petentibus eorum legatis, Macario presbytero et Martyrio atque Hesychio diaconis. V. Iulii epist. in Athanasii Opp. I. 112. (29) *Athanasium, episcopum Alexandrinum ad synodum vocat. V. Iulii ep. in Athanasii Opp. I. 112, 117.
—	—	341. (30) *Eusebianos litteris per Elpidium et Philoxenum presbyteros missis ad synodum, tempore praestituto Romae celebrandam, invitat. Athanasii Apol. contra Arian. c. 20, Opp. I. 110. Cf. epist. Iulii ibid. p. 111 sq. (31) *Athanasii Alexandrini et Marcelli Ancyranum episcoporum defensores ad synodum Romanam evocat. V. Iulii ep. in Athanasii Opp. I. 113.
—	Romae	342. Synodus episcoporum amplius 50, in qua Athanasius Alexandrinus et Marcellus Ancyranus episcopi criminibus, quae intulerant iis Eusebiani, absolvuntur. V. Athanasii Apol. contr. Arianos c. 1. et 20, Opp. I. 97, 110. (32) Danium, Flacillum, Narcissum, Eusebium, Marem, Macedonium, Theodorum, eorumque socios reprehendit et de insolentibus litteris per Elpidium et Philoxenum Antiochia missis, et quod ad synodum, Macarii presbyteri et Martyrii Hesychiique diaconorum, quos ipsi legassent, rogatu coactam, non venerint. Eorum excusationes non accipit. Suorum actorum rationem probat. Athanasium et Marcellum episcopos tuetur. In synodo quid actum sit, nunciat. Monet, ut discordiae finem faciant, ad seque veniant. (Epistola est per Gabianum comitem missa). Athanasii apol. contra Arianos c. 21, Opp. I. 111, Coustant 353, Mansi II. 1211. — „ <i>Ἀνέγνω τὰ γράμματα.</i> “ „Legi litteras.“
—	—	347. (33) *Synodo Sardicensi se de absentia excusat. V. synodi acta in S. Hilarii Opp. II. 629.
—	Romae	349. (34) *Presbyteris et diaconis et populo Alexandriae de Athanasio episcopo ad eos redeunte gratulatur. Athanasii Apol. contra Arian. c. 52, Opp. I. 135, Coustant 399, Mansi II. 1233. — „ <i>Συγγαίω καὶ γὰρ.</i> “ „Gratulor et ipse.“ Synodus, in qua Photinus fertur damnatus esse (ap. Mansi III. 163), in dubitationem vocatur a Benedictinis. V. S. Hilarii Opp. II. 637 annot. c.
—	—	337 — 352. (35) Dionysio (episcopo Corinthio) exponit, unam esse Christi naturam, quique cum Paulianistis discernant duas, eos in errore versari. (Haec et quae sequuntur epistolae Iulio ab Apollinaristis suppositae habentur). Coustant append. 62, 69, Leonis M. Opp. I. 743, Mansi II. 1191. — „ <i>Θαυμάζω.</i> “ „Miror.“

337—352.

- — — (36) Prosdocio scribit, unam esse patris et filii et spiritus sancti divinitatem, filiumque esse et perfectum deum in carne, et in spiritu perfectum deum, cet. Constant append. p. 74, Mansi II. 1245. — „Τὸ φρόνημα“ „Sententia nostra.“
- — — (37) Scribit de corporis et deitatis in Christo unitate. Maii Vet. scr. nova coll. VII. 165. — „Ἅγιον.“
- — — (38) Omnibus ecclesiae catholicae episcopis de una Christi persona proponit. Maii Scr. vet. nova coll. VII. 168. — „Πέπεισμαι.“
- — — (39) Divinam verbi incarnationem impugnantes refutat. Maii Vet. scr. nova coll. VII. 168. — „Μηδείς“

352.

- Apr. 12. — Moritur „pridie id. Aprilis, Constantio V. et Constantio Caesare coss.“ Catalogus ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini I. L. Sederat igitur Iulius annos 15 m. 2 d. 7; catalogus ille vero praebet annos 15 m. 1 d. 11, catalogus Corbeiensis ap. Mabillon Vet. anal. 218: a. 15 m. 2 d. 8, Hieronymus in cont. Eusebii chron. ap. Maium Scr. vet. nova coll VIII. 400: annos 16 m. 4.

S. LIBERIUS. 352—366.

352.

- Mai. 22. — Auspicatur pontificatum „die XI. Kal. Iun. — Constantio V. et Constantio Caesare coss.“ Catalogus ap. Anastas. Bibl. ed. Bianchini II. p. VIII., ap. Eccard Corp. hist. I. 28.

352—353.

- — Romae Concilium, in quo de Athanasio agitur. V. infra ep. 43.

353—354.

- — — (40) Osio, episcopo Cordubensi, nunciat, Vincentium, episcopum Capuanum, ad Constantium imperatorem una cum Marcello, item Campaniae episcopo, missum, non solum licentiam concilii Aquileiae celebrandi non impetrasse, „sed etiam ipsum in illam ductum esse simulationem.“ (Fragmentum). S. Hilarii Opp. II. 676, Constant 421, Mansi III. 200. — „Quia in nullo.“
- — — (41) Caecilianum, episcopum Spoletinum, monet, caveat, ne Vincentii, episcopi Capuani, exemplo corrumpatur. (Fragmentum). S. Hilarii Opp. II. 676. — „Nolo te factum.“

354.

- — — (42) Eusebio (episcopo Vercellensi) significat, Luciferum, episcopum Calaritanum, quum post Vincentii defectionem „per Italiam episcopi publica conventionem coacti fuerint sententiis Orientalium obedire,“ ad imperatorem de impetranda concilii venia accessurum; cui assit, hortatur. Baronii annal. 353 n. XX., Coustant 421, Mansi III. 204. — „Me frater carissime.“
- — — (43) Constantium imperatorem „repetita satisfactione“ adductum non esse dolet, ut in gratiam secum rediret, et convocandi concilii concederet licentiam, non modo Athanasii causa, sed etiam ob alia multa negotia petitam. Negat, litteras a se suppressas esse. Affirmat, se Orientalium episcoporum et Aegyptiorum in Athanasium litteras „legisse ecclesiae, legisse concilio,“ quod vero octoginta episcopi Aegyptii iudicassent, id pluris habuisse, quam illorum contra Athanasium sententiam. Scripta illa omnia per Vincentium Arelatem missa esse. Quod de pace secum iungenda significaverint Orientales, quantum tandem spei in illis poni posse, quorum legati ante octo annos in concilio Mediolanensi Arium damnare recusaverint? Luciferum (episcopum Calaritanum), Pancratium presbyterum, Hilarium diaconum, nuncios suos, commendat; synodique celebrandae potestatem petit. S. Hilarii Opp. II. 671, Coustant 423, Mansi III. 201. — „Obsecro tranquillissime“ „Opto tranquillissime.“

		354.
—	—	(44) Eusebio (episcopo Vercellensi) Luciferum, episcopum (Calaritanum), Pancratium presbyterum, Hilarium diaconum, in defendenda ecclesia elaborantes, commendat litteris Calepio datis. Baronii annal. 354 n. VI., Coustant 427, Mansi III. 205. — „Remeante filio meo.“
—	—	(45) *Fortunatiano, episcopo (Aquileiensi), mandat, laboret cum legatis suis, ut imperator concilium celebrari sinat. V. sequentem epistolam.
—	—	(46) Eusebium (episcopum Vercellensem) laudat, quod Lucifero, Pancratio, Hilario, legatis suis, optime consuluerit, cum iisque ad imperatorem accedere statuerit; quorum negotium Fortunatiano quoque, episcopo (Aquileiensi), a se commendatum scribit. Baronii annal. 354 n. VII., Coustant 428, Mansi III. 205. — „Sciebam, domine frater.“
		355.
—	—	(47) Eusebium (Vercellensem), Dionysium (Mediolanensem), Luciferum (Calaritanum) episcopos exulantes consolatur. Sibi parem fortunam instare scribit. „In ipsa congressione“ (i. e. in concilio Mediolanensi) quid actum sit, sibi significari vult. S. Hilarii Opp. II. 675, Baronii annal. 355 n. XXXVI., Coustant 429, Mansi III. 206, Luciferi Opp. 2. — „Quamvis sub imagine.“
—	Romae	A spadone, Constantii imperatoris legato, ut Athanasium damnaret, admonitus, se id facturum negat. S. Athanasii hist. Arian. ad monachos c. 35, 36, Opp. I. i. 288, 289.
—	Roma	„A Constantio ad comitatum mitti praeceptus — Liberius aegre, populi metu, qui eius amore flagrabat, cum magna difficultate noctis medio asportatur.“ Ammiani Marcellini L. XV. c. 7. Cf. Athanasii hist. Arian. ad monach. c. 37—39, Opp. I. i. 289, 290.
—	In comitatu (Mediolani?)	Damnare Athanasium ab ipso Constantio imperatore iussus, perstat in recusando. Theodreti Eccl. hist. L. II. c. 16. Cf. Athanasii h. A. ad mon. c. 39, Opp. I. i. 290.
—	Beroeam Thraciae	Relegatur. Theodreti Eccl. hist. L. II. c. 16, 17.
		357.
—	Beroeae	(48) *Constantio imperatori Athanasium a se condemnatum nunciat. V. sequentem epistolam.
—	„	(49) Episcopis Orientalibus scribit, antea quidem, ut a Iulio, decessore suo, sic ab ipso defensum fuisse Athanasium; quem autem quum iure damnatum novissime cognovisset, faciendum sibi putasse, ut eorum sententias probaret. Qua de re litteras ad Constantium imperatorem per Fortunatianum missas nunciat. Formulam Sirmiensem, a Demophilo expositam, laudat. Mandat, reditum sibi impetrent. S. Hilarii Opp. II. 677, Baronii annal. 357 n. 42, Coustant 441, Mansi III. 207. — „Pro deifico.“
—	(..)	(50) Ursacio, Valenti, Germinio significat, se prius, quam litteras episcoporum orientalium ad imperatorem miserit, Athanasium damnasse. A Fortunatiano se petiisse scribit, ut litteras suas ad imperatorem perferret. Se Urbis desiderio teneri; pacemque sibi esse cum Epicteto et Auxentio. S. Hilarii Opp. II. 681; Baronii annal. 357 n. 43, Coustant 443, Mansi III. 209. — „Quia scio vos.“
—	(..)	(51) Vincentio (episcopo Capuano) nunciat, Urbicum diaconum sibi ereptum esse, seque de damnato Athanasio episcopos Orientales certiores fecisse. Rogat, conveniat Campaniae episcopos, ut reditum sibi ab imperatore per litteras petant. S. Hilarii Opp. II. 682, Baronii annal. 357 n. 44, Coustant 447, Mansi III. 210. — „Non doceo, sed.“
		358.
—	Romam	„Tertio anno redit,“ Faustini et Marcellini lib. prec. ad imperat. praef. in Max. Bibl. vet. patr. Lugd. V. 652 et in Gallandii Bibl. vet. patr. VII. 461. — Liberium annorum duorum exsilio perfunctum esse, testes sunt Athanasius in hist. Arian. ad mon. c. 41 p. 291, Theodoretus in Eccl. hist. L. II. c. 17. Itaque, quum exeunte anno 356 in exsiliium eum perrexisset, rediisse Romam videtur ineunte 358 anno. Quod die 2. Aug. accidisse vult alter, in Liberii et Felicis memoria interpolatus catalogus, quem exhibet Henschenius in Propylaeo ad Acta SS. Maii p. 52. — Cf. Vit. S. Eusebii presb. Romani ap. Baluzium, Misc. I. 33.

— —	—	362. (52) * „Ad provincias“ mittit „post cassatum Ariminense concilium generalia decreta,“ quibus Arianos baptizatos rebaptizari vetat. V. Siricii papae ad Himerium epistolam, in Leonis M. Opp. III. 246, Coustant 623, Mansi III. 655.
— —	—	363. (53) Episcopis Italiae catholicis praescribit, ut ignoscant iis, qui imprudenter commissam in concilio Ariminensi culpam professi, Arianorum praeceptis renuncia-verint; sed erroris auctores damnari vult. S. Hilarii Opp. II. 702, Coustant 448, Mansi III. 210. — „Imperitiae culpam.“
— —	Romae	366. Synodus. V. epistolam sequentem.
— —	—	(54) Orientis orthodoxis episcopis respondet, gratissimas sibi fuisse litteras, ab Eustatio, Silvano, Theophilo episcopis allatas, quibus cognoverit, eos concilii Nicaeni decreta cum Italis et Occidentalibus probasse. Formulam concilii Ariminensis qui dolo decepti accepissent, ab iis ipsis iam damnatam esse nunciat. Qui in erroribus Arianis „post hanc synodum“ perseveraverint, eos cum Ario et Sabellianis et Patropassianis expertes ecclesiae fore scribit. Socrates Hist. eccl. L. IV. c. 12, Coustant 457, Mansi III. 213, 377. — „Τὴν εὐχραισιώδη“ „Optatissimum nobis.“
Sept. 24.	—	Moritur „VIII Kalendas Octobris Gratiano et Dagalaifo coss.“, Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praefat. l. l.
<hr/>		
FELIX II. antipapa. 355 — 365.		
— —	Romae in palatio	355. Consecratur ab „improbis tribus catascopis i. e. exploratoribus, haud episcopis nuncupandis“, Athanasii Hist. Arian. ad monachos c. 75, Opp. I. i. 307. — Felicem anno decimo ante obitum suum, paulo post Liberium in exsilium pulsum, i. e. anno 355 exeunte pontificem creatum esse, liquet e Faustini et Marcellini lib. prec. ad imperatores praef. in Max. Bibl. vet. patr. Lugd. V. 652 et ap. Gallandium Bibl. vet. patr. VII. 461.
— —	Roma	358. A Liberio reduce expellitur. Vita S. Eusebii presbyteri Rom. in Baluzii Misc. I. 33: „Liberius de exilio revocatus fuerat —, occupantur ecclesiae a Liberio, eicitur Felix de episcopatu.“ Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praef. l. l.: „redit Liberius, — Felix notatus a senatu vel populo de Urbe propellitur.“
— —	In praediolo suo	„Orationibus vacat“, Vita S. Eusebii presb. Rom. l. l. — Cf. catalog. alterum in Propylaeo ad Acta SS. Maii p. 52 sub Liberio: „Felix depositus de episcopatu habitavit in praediolo suo a die III. Kal. Aug. —“
— —	Romam	358—359. „Post parvum tempus irrumpit.“ Faustini et Marcellini lib. pr. ad imp. praef. l. l.
— —	In Iuli basi- lica trans Tiberim	„Stationem dare praesumit“. Faustini et Marcellini lib. pr. ad imp. praef. l. l.
— —	Roma	„A multitudine fidelium et proceribus iterum cum magno dedecore proiicitur.“ Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praef. l. l.
Nov. 22.	—	365. Moritur „Valentiniano et Valente coss. X. Kalend. Decemb.“ Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praef. l. l.

Sept. —	In basilica Iuli	366. Eligitur ab iis, qui Liberio studuerant contra Felicem. Faustini et Marcellini lib. prec. ad imperatores praef., in Max. Bibl. vet. patr. Lugd. V. 652 et ap. Gallandium Bibl. vet. patr. VII. 461.
„ —	„	Consecratur a Paulo, episcopo Tiburtino, ante Damasi I. ordinationem, ut narrat Faustinus et Marcellinus l. l. Sed aliter est apud Hieronymum in cont. Euseb. chron. (Maii Scr. vet. nova coll. VIII. 404), ubi paullo post Damasum consecratum Ursinus constitutus esse traditur. Rufinus in Hist. eccl. L. II. c. 10, Opp. I. 283 narrat, Ursinum in basilica Sicinini esse consecratum.
Oct. —	In exsilium	Expellitur, cum Damasus „redemisset iudicem Urbis Viventium et praefectum annonae Iulianum.“ Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praef. l. l.
		367.
Sept. 15.	Romam	Revenit „XVII. Kalend. Octobr. Lupicino et Iovino coss.“ Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praef., in Max. Bibl. vet. patr. Lugd. V. 652, ap. Gallandium Bibl. vet. patr. VII. 462.
Nov. 16.	Roma	„XVI. Kal. Decembres iussione (Valentiniani) imperatoris ad exilium sponte properat.“ Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praef. l. l.

S. DAMASUS I. 366 — 384.

Sept. —	In Lucinis	366. Eligitur ab iis, qui Felicem creaverant. Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praef., in Maxim. Bibl. vet. patr. Lugd. V. 652 et ap. Gallandium Bibl. vet. patr. VII. 461.
„ —	Ad basilicam Iuli	„Armatus fustibus perrumpit, et magna caede fidelium per triduum debacchatus est,“ postquam „omnes quadrigarios et imperitam multitudinem pretio concitavit.“ Sic est ap. Faustinum et Marcellinum l. l.
Oct. 1.	In Lateranensi basilica	Consecratur „post dies septem“ (sc. mortuo, ut opinor, Liberio). Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praef. l. l.
„ 26.	Basilicam Liberii (basilicam Sicinini),	quo septem presbyteri Ursinini confugerant, „obsidet hora diei secunda, VII. Kalend. Novemb. die, Gratiano et Dagalaifo coss., et grave proelium concitat; nam effractis foribus igneque supposito, aditum unde irrumperet exquirebat; — tunc universi Damasiani irruentes in basilicam, centum sexaginta de plebe tam viros, quam mulieres occiderunt, vulneraverunt etiam quamplurimos,“ Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praef. l. l. — Qua de caede sic est ap. Ammianum Marcellinum L. XXVII. c. 3: „Damasus et Ursinus supra humanum modum ad rapendam episcopatus sedem ardentis, scissis studiis asperrime conflictabantur; — et in concertatione superaverat Damasus, parte, quae ei favebat, instante. Constatque, in basilica Sicinini, — uno die centum triginta septem reperta cadavera preceptorum.“ — Cf. Hieronymi cont. Euseb. chron. ap. Maium Scr. vet. nova coll. VIII. 404: „Ursinus — Sicininum cum suis invadit, quo Damasiae partis populo confluyente, crudelissimae interfectiones diversi sexus perpetratae.“
— —	Romae	366—367. Synodus episcoporum 28 et presbyterorum 25, in qua Liberius damnatur. Vita S. Eusebii presb. Romani ap. Baluzium Misc. I. 33. — Cf. Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praef. l. l.: „Quos (Italiae episcopos) cum ad natale suum solemniter invitasset (Damasus) et nonnulli convenissent ex eis, precibus apud eos molitur et pretio, ut sententiam in sanctum Ursinum proferant. Qui responderunt: Nos ad natale convenimus, non ut inauditum damnemus.“
— —	Romae	c. 368. Synodus, in qua Ursacius et Valens et eorum socii damnantur. Athanasii ad Afros episcopos epistola, Opp. I. II. 718.

370 — 371.

Romae Synodus Gallicanorum et Italicorum episcoporum 90 (al. 93), in qua Auxentius, episcopus Mediolanensis, damnatur. V. eam, quae sequitur, epistolam. Cf. Libellum synodicam in Voelli et Iustelli Bibl. II. 1187.

(55) Episcopis Illyricis nunciat, in synodo Auxentium, haeticum episcopum Mediolanensem, damnatum esse. Nicaeni concilii leges servandas scribit, neque ullam esse decretorum Ariminensium auctoritatem. (Ps.-Isidorus addidit haec: „Data XVII. Kal. Nov. Siricio et Ardabure viris cl. coss.“ Mansi III. 443.) Theodreti Eccl. hist. L. II. c. 22, Sozomeni Hist. eccl. L. VI. c. 23, Holstenii Coll. Rom. I. 165, Constant 481, 487, Mansi III. 455, 459. — „Πιστεύομεν“ „Confidimus quidem“ „Credimus sanctam.“

374.

(56) *Petro, episcopo Alexandrino, per quendam diaconum mittit „consolatorias simul et communicatorias litteras.“ V. Petri ep. ap. Theodoretum Hist. eccl. L. IV. c. 22; cfr. Constant 593. num. VI.

374 — 375.

Romae Synodus, in qua Apollinaris et Timotheus damnantur. V. Damasi ep. ap. Theodoretum Eccl. hist. L. V. c. 10. Cf. Pagium ad a. 373.

378.

Synodus, in qua Apollinaristae, Sabelliani, Eunomiani, Macedoniani, Photiniani damnantur. V. epistolam sequentem; cf. Pagium ad a. 373 et 378.

(57) Paulino, episcopo Antiocheno, praescribit, ne aut Vitalem aut illius socios recipiat, nisi prius quum formulam Nicaenam, tum anathematis contra Apollinaristas, Sabellianos, Eunomianos, Macedonianos et Photinianos, in synodo Romana prolatos, litterisque istis annexos, subscripserint. Leonis M. Opp. III. 397, Holstenii Coll. Rom. I. 180, (Theodreti Hist. eccl. L. V. c. 11), Constant 507, 517, Mansi III. 425, 481. — „Per filium meum“ „Per ipsum filium“ („Ἐπειδὴ μετὰ“) („Quoniam post“) („Et quia post“).

(58) *Petro, episcopo Alexandrino, Roma proficiscenti, tribuit litteras, quibus et Nicaeni concilii decreta (consubstantialitatis fidem) et Petri ordinationem confirmat. V. Socratis Hist. eccl. L. IV. c. 37 et Sozomeni Hist. eccl. L. VI. c. 39; cf. Constant 594 num. VII.

Romae Synodus a Gratiano et Valentiniano imperatoribus haec petit: „ut iubere pietas vestra dignetur, quicumque vel eius (Damasi) vel nostro iudicio, qui catholici sumus, fuerit condemnatus, atque iniuste voluerit ecclesiam retinere, vel vocatus a sacerdotali iudicio per contumaciam non adesse, seu ab illustribus viris praefectis praetorio Italiae vestrae, sive a vicario accitus ad urbem Romam veniat, aut, si in longinquiore partibus huiusmodi emerit quaeestio, ad metropolitani per locorum iudicia deducatur examen“ cet.; deinde haec: „ut episcopus Romanus, si concilio eius causa non creditur, apud concilium se imperiale defendat.“ Romani concilii epist. ap. Constant 523, Mansi III. 624.

378?

(59) Episcoporum Orientalium erga se reverentiam laudat. Miratur, eos, ut Timotheum damnaret, a se petuisse, quem una cum Apollinari praeceptore iamdiu praesente Petro, episcopo Alexandrino, damnatum esse scribit. Monet, ut concilii Nicaeni leges custodiant. Theodreti Hist. eccl. L. V. c. 10, Constant 571, Mansi III. 427. — „Ὅτι τῇ ἀποστολικῇ“ „Quod debitam.“

380.

(60) Acholio, Eurydico, Severo, Uranio, Philippo et Ioanni episcopis scribit, Maximo Cynaico episcopatum Constantinopolitanum recte abrogatum esse. Etenim „philosophorum habitum non convenire incessui Christiano; — philosophiam, sapientiae saecularis amicam, esse inimicam fidei, venenum quoddam spei, bellum gravissimum caritatis; — huic homini, qui in habitu idoli incedat, nunquam adscribendum nomen esse Christiani.“ In concilio Constantinopoli habendo ut dignum virum eligendum curent, monet, neu „patiantur aliquem contra statuta maiorum de ci-

- 380.**
vitate alia ad aliam transduci.“ Holstenii Coll. Rom. I. 37, Coustant 535, Mansi VIII. 749. — „Decursis litteris.“
- — — (61) Acholio (episcopo Thessalonicensi) Rusticum, Gratiani imperatoris silentiarium, Romae „gratiam dei“ (i. e. baptismum) consecutum commendat. De catholico episcopo in locum Maximi Constantinopolitani substituendo addit. Holstenii Coll. Rom. I. 42, Coustant 539, Mansi VIII. 750. — „Ad meritum.“
- 383?**
- — — (62) Hieronymo mandat, Osanna quid sonet apud Hebraeos, sibi exponat. S. Hieronymi Opp. I. 63, Coustant 573, Mansi III. 425. — „Commentaria cum.“
- 384.**
- — — (63) Hieronymo quinque ex testamento veteri quaestiones proponit. Se Lactantii libris delectari negat. S. Hieronymi Opp. I. 156, Coustant 579, Mansi III. 424. — „Dormientem te.“
- — — (64) *A Symmacho, Urbis praefecto, neque „assectatores catholicae religionis ullam contumeliam pertulisse,“ neque „illum e suis aut carcere aut vinculis attineri,“ testatur. V. Symmachi ep. ad Theodosium et Arcad., L. X. ep. 34. p. 500.
- Dec. 10. — **MORITUR.** Dies legitur in martyrologio Hieronymi (Opp. XI. 519). Nec de anno dubitari potest, siquidem omnes paene catalogi, Damasum annos 18. m. 2 (al. 3), d. 10 (al. 11) sedisse testantur. — In Marcellini comitis chronico ap. Roncallium vet. lat. scr. chron. II. 268 scriptum est, eum mense Octobri occidisse.

S. SIRICIUS. 384 — 398.

- ‡Primae, quae exstant, epistolae pontificiae, in quibus anni consulum nominibus indicantur, sunt Siricii (ep. 65, 68).
- 384.**
- Dec. — — Creatur pontifex „Ricimere et Clearcho coss.“ Prosperi Aquitani chron. integr. ap. Roncallium, Vet. lat. scr. chron. I. 638.
- 385** (*Archadio et Bautone coss.*)
- Febr. 10. — (65) Himerii, episcopi Tarraconensis ad Damasum litteris acceptis, et in „conventu fratrum“ lectis, respondet, 1) Arianos rebaptizandos non esse; 2) baptismum nisi paschatis pentecostesque diebus non dandum; 3) apostatas excommunicandos quidem, sed, si redierint, recipiendos, perpetuaeque afficiendos poenitentia; 4) sponsam a nemine, nisi a sponso, in matrimonium duci licere; 5) voluptatibus qui post poenitentiam absolutionemque servierint, iis eucharistiam negandam esse; 6) monachos monachasque impudicos e monasteriis pellendos; 7) nec sacerdotes consecratos uti uxoribus, 8) nec eos fieri sacerdotes licere, qui a secundis non abstinuerint nuptiis; 9) qui possint fieri lectores, qui acolyti et subdiaconi, qui presbyteri, qui episcopi; 10) de laicis, qui provecta aetate capessierint ordinem sacerdotalem; 11) qui clerici in secundas nuptias venerint, eos munere privandos esse; 12) feminas supervacaneas e sacerdotum domibus removendas; 13) monachos virtute commendatos in clericorum numerum recipiendos; 14) laico, acta poenitentia, sacerdoti fieri non licere; 15) poenitentes, digamos, viduarum maritos, qui imprudenter sint clerici facti, ad ampliora officia promovendos non esse. — Hortatur „ad servandos canones et tenenda decretalia constituta,“ utque haec responsa sua quum dioecesis episcopis, tum Carthaginiensibus, Baeticis, Lusitanis, Gallicis nunciatur. Leonis M. Opp. III. 246, Voelli et Iustelli Bibl. I. 190, Coustant 623, Mansi III. 655. — „Directa ad decessorem.“
- 385?**
- — — (66) *Maximo imperatori scribit et de tuenda fide catholica et de Agricio, presbytero „indebite“ facto. V. Maximi ep. ap. Coustant 640, Mansi III. 671.

		385?
		(67) *Anysio (episcopo Thessalonicensi) litteris per Candidianum episcopum missis concedit, „ut nulla licentia sit sine consensu eius in Illyrico episcopos ordinare praesumere.“ V. Siricii ep. ap. Holstenium Coll. Rom. I. 43, Constant 642, Mansi VIII. 750.
		386. (Post consulatum Arcadii augusti et Bautonis.)
Ian. 6.	Romae ad s. apostoli Petri reliquias	Concilium episcoporum 80, qui decernunt: 1) ne quis „extra conscientiam sedis apostolicae, hoc est primatis, audeat ordinare“; 2) „ne unus episcopus episcopum ordinare praesumat“; 3) ne fiat clericus, qui „post remissionem peccatorum cingulum militiae saecularis habuerit“; 4) ne viduam ducat clericus; 5) ne qui laicus duxerit viduam, clericus fiat; 6) ne quis alienae ecclesiae clericum ordinet; 7) ne „abiectionem clericum alia ecclesia admittat“; 8) „ut venientes a Novatianis vel Montensibus per manus impositionem suscipiantur, praeter eos quos rebaptizant“; 9) ne „sacerdotes et levitae cum uxoribus suis coeant.“ — Concilii acta in epistola insunt, quae sequitur.
„ 6.	Romae in concilio	(68) Episcopis Africanis concilii decreta nunciat. Leonis M. Opp. III. 448, Constant 651, Mansi III, 669. — „Cum in unum.“
		386?
		(69) Anysii (episcopi Thessalonicensis) de episcopis in Illyrico ordinandis privilegium confirmat, eumque monet, videat, „ne, ut factum sit, certatim in una ecclesia dum ordinare praesumant indignos, veluti tres episcopos fecisse videantur.“ Holstenii Coll. Rom. 43, Constant 642, Mansi VIII. 750. — „Etiam dudum.“
		390?
		(70) Diversis episcopis (al. ecclesiae Mediolanensi) significat, se „facto presbyterio“ damnasse Iovinianum, Auxentium, Genialem, Germinatorem, Felicem, Plotinum, Marcianum, Ianuarium, Ingeniosum, novae haeresis auctores. Leonis M. Opp. III. 255, Constant 663, Mansi III. 663. — „Optarem semper.“
		392.
		(71) Anysio et ceteris episcopis per Illyricum constitutis respondet, de Bonoso episcopo se iudicare non posse, quod concilium Capuanum „finitimis et praecipue Macedonibus“ causam cognoscendam mandaverit. De Maria post natum Christum virgine addit. Holstenii Coll. Rom. I. 189, Constant 679, Mansi III. 674. — „Accepi litteras.“
		384 — 398.
		(72) *De recipiendis Priscillianistis consilia dat. V. Conc. Toletanum I. ap. Mansi III. 1005; cf. Constant 701. num. V.
		(73) Orthodoxis per diversas provincias scribit de ecclesiasticis honoribus caute deferendis. Constant 659, Mansi III. 667. — „Cogitantibus nobis.“
		398?
		(74) *Ruffinum presbyterum Romam invitat. Hieronymi Apolog. L. III. c. 20, Opp. II. 549; cf. Constant 705, n. XI.
		398.
		(75) *Ruffini presbyteri socios Roma „communicantes ecclesiae“ discessisse, testatur. Hieronymi ep. 127, Opp. I. 952; cfr. Constant 705, n. XII.
Nov. 26.		Moritur „Honorio IV. et Eutychiano coss.“, Prosperi Aquitani chron. integr. ap. Roncallium vet. lat. scr. chron. I. 643. Dies ex Hieronymiano martyrologio (S. Hieronymi Opp. XI. 519) intelligitur; nec probandus est, quem indicat Vita Siricii in Vignolii lib. pont. I. 127, dies 22 Febr. Sederat igitur Siricius annos paene 14; quamquam in omnibus fere catalogis leguntur anni 15.

Nov. Dec.	—	398. Creatur pontifex „Honorio IV. et Eutychiano coss.“ Prosperi Aquitani chron. integrum ap. Roncallium vet. lat. scr. chron. I. 643.
— —	—	399. (76) *Episcopis Campaniae de Paulino (postea episcopo Nolano) mittit „brevi post ordinationem suam epistolas plenas et religionis et pietatis et pacis.“ S. Paulini ep. 20, Opp. p. 110. cf. Coustant 730.
— —	—	399? (77) *Paulinum „ad natalem suum“ (i. e. in diem suscepti pontificatus) invitat. S. Paulini ep. 20, Opp. p. 110.
— —	—	(78) *Anysio, episcopo Thessalonicensi, „omnia, quae in illis partibus gerantur, tradit cognoscenda.“ V. Innocentii I. ep. ap. Coustant 739.
— —	—	400. (79) Simpliciano (episcopo Mediolanensi) per Eusebium presbyterum significat, se, Theophili episcopi (Alexandrini) litteris motum, Origenis scripta damnasse. S. Hieronymi Opp. I. 552, Mansi III. 945. — „Grandem sollicitudinem.“
— —	—	400 — 401. (80) *Venerio, episcopo (Mediolanensi), de Origine damnato scribit. V. eam, quae sequitur, epistolam.
— —	—	(81) Ioanni, episcopo Hierosolymitano, respondet, Ruffinum, si Origenis libros in Latinum convertendo illius laudes spectaverit, damnandum esse, sin vituperationem, probandum. Significat, se de ipso Origine damnato ad Venerium, episcopum (Mediolanensem), litteras dedisse, et „beatissimorum principum manasse responsa, quibus unusquisque deo serviens ab Origenis lectione revocetur, damnatumque sententia principum, quem lectio reum prophana prodiderit.“ S. Hieronymi Opp. II. 577, Rufini Opp. I. 407, Coustant 723, Mansi III. 943. — „Probatae quidem.“
— —	—	401. (82) *Episcopos Africanos hortatur, „ut de haeticorum et schismaticorum Donatistarum insidiis et improbitatibus, quibus Africanam ecclesiam vexent, nullo modo dissimulent.“ V. Concilium Carthag. d. 13 Sept. 401 ap. Mansi IV. 491, III. 1023; cf. Coustant 732 n. VII.
— —	—	(83) *„Ad orientem“ litteras mittit, in quibus dicit „libros Origenis <i>περὶ Ἀρχῶν</i> a Ruffino translatos et simplici Romanae ecclesiae traditos, ut fidei veritatem, quam ab Apostolo didicerant, per eum perderent.“ Hieronymi apol. L. III. c. 20 et 21, Opp. II. 549; cf. Coustant 734.
— —	—	401? Moritur aut exeunte anno 401 aut ineunte 402, quum ei et a scriptoribus veteribus (ut a Socrate in Hist. eccl. L. VII. c. 9 et a Prospero l. l.) et in catalogis assignentur anni 3, quibus alii addunt dies 10, alii dies 21 vel 22. Papebrochius et Pagius in martyrologio Hieronymiano legi aiunt, Anastasium die 14 m. Decembris esse mortuum, sed in eiusdem martyrologii exemplo, quod in Hieronymi Opp. XI. 522 exstat, id frustra quaesivi.

S. INNOCENTIUS I. 402 — 417.

402.

Suscipit pontificatum „Arcadio V. et Honorio V. coss.“. Prosperi Aquitani chron. integr. ap. Roncallium vet. lat. scr. chron. I. 643. Sed si ab ipso Prospero recte dantur Innocentio anni 15 m. 2. d. 21 dies 21 Decembris a. 401 fuit primus eiusdem pontificis, quippe qui die 12 Martii 417 obierit.

402.

(84) Anysio (episcopo Thessalonicensi), pontificatum post Anastasii mortem „consentientibus sanctis sacerdotibus omnique clero ac populo“ sibi delatum esse, nunciat. Privilegium a Damaso et Siricio et Anastasio ei datum confirmat, „ut omnia, quae illis partibus gerantur, cognoscat.“ Holstenii Coll. Rom. I. 45, Coustant 739, Mansi VIII. 750. — „Cum deus noster.“

404. (*Honorio augusto VI. et Aristeneto coss.*)

Febr. 15.

(85) Victricio, episcopo Rotomagensi, mittit „regularum hunc librum per plebes finitimas et consacerdotes, quasi didascalicum atque monitorem, sedulo insinuandum,“ qui praeter alia, quae sequuntur, praecepta illas concilii, d. 6 Ianuarii a. 386 a Siricio celebrati, leges continet hoc ordine: 1) Sir. conc. 1 et 2; 2) Sir. conc. 3; 3) clericorum lites a congregatis provinciae episcopis diiudicandas esse, „nec alicui licere (sine praeiudicio tamen Romanae ecclesiae) relictis his iudicibus, ad alias coevolare provincias;“ 4) „maiores causas ad sedem apostolicam post iudicium episcopale referendas“ esse; 5) Sir. conc. 4; 6) Sir. conc. 5; 7) qui in secundas transierint nuptias, eos non posse clericos fieri; 8) Sir. conc. 6 et 7; 9) Sir. conc. 8; 10) Sir. conc. 9; 11) et 12) monachos, qui sint clerici facti, debere in coelibatu permanere; 13) curiales ne fiant clerici; 14) monachas velatas, quae „nupserint vel se clanculo corruerint, non esse admittendas ad poenitentiam, nisi is, cui se iunxerant, de seculo recesserit;“ 15) monachas nondum velatas violatae virginitatis poenitentia solvendas non esse. Leonis M. Opp. III. 204, Concil. Gall. I. 307, Voelli et Iustelli Bibl. I. 196, Coustant 746, (Mansi III. 1032). — „Etsi tibi frater.“

(86) *Ioannis (Chrysostomi), episcopi Constantinopolitani, et Theophili, episcopi Alexandrini, factionibus „pares litteras communionis mittit, improbens iudicium, quod a Theophilo (in Ioannem) factum videbatur;“ dicens, debere aliam cogi synodum irreprehensibilem occidentalium et orientalium, primum quidem secedentibus ab illo consensu amicis, deinde et inimicis.“ Palladii Vit. S. Ioh. 22, Coustant 919.

(87) Theophilo, episcopo Alexandrino, iam iterum respondet, se „sine ratione a Ioannis (Chrysostomi) communionem non discessurum.“ Vocat eum ad synodum. Palladii Vit. S. Ioh. 24, Coustant 787, Mansi III. 1096. — „Ἀδελφὸς Θεόφιλε“ „Frater Theophile.“

(88) *Ioannem (Chrysostomum), episcopum Constantinopolitanum, litteris Theotecno presbytero datis ad patientiam hortatur; se enim, quominus ei opem ferat, impediri ait a potentibus quibusdam. Palladii Vit. S. Ioh. 24, cf. Coustant 921, n. VIII.

c. 404.

(89) Episcopis in synodo Toletana constitutis significat, schismate Hispanico per Hilarium episcopum et Elpidium presbyterum nunciato, „in consensu presbyterii“ statutum esse: 1) Baeticos et Carthaginenses episcopos non debuisse ideo „a pace omnium discedere,“ quod Symphosius et Dictinius, deposita Priscilliani haeresi, recepti fuissent; 2) episcopos a Rufino et Minucio in alienis ecclesiis contra canones Nicaenos ordinatos deiiciendos esse; 3) Ioannem episcopum removendum, nisi Symphosium et Dictinium iniuriis afficere desistat; 4) in quibusdam ordinationibus vitiosis pacis ergo connivendum esse; 5) Gregorii, episcopi Emeritensis, querelam esse audiendam. Addit 6) de iis, quibus fieri clericis liceat. Coustant 763, Mansi III. 1066. — „Saepe me et.“

405. (*Stilicone (II.) et Anthemio coss.*)

Febr. 20.

(90) Exsuperio, episcopo Tolosano, respondet: 1) et diaconos et presbyteros incontinentes omni munere ecclesiastico privandos esse; 2) morientibus nec poenitentiam nec communionem negandam; 3) contra ius fasque eos non agere, „qui post baptismum administraverint, et aut tormenta sola excrucierint aut etiam capitalem protulerint sententiam“ in noxios; 4) quid sit, cur uxores adulterae, adulteris viris facilius possint puniri; 5) licitum esse, „a principibus poscere mortem alicuius vel sanguinem de reatu; quam rem principes nunquam sine cognitione concedere“ scribit; 6) adulteros esse conjuges, quorum vel alter vel altera divorcium ante fecerit; 7) „qui libri recipiantur in canone.“ Leonis M. Opp. III. 182, Conc. Gall. I. 315, Voelli et Iustelli Bibl. I. 199, Coustant 789, Mansi III. 1038. — „Consulenti tibi.“

—	—	405. (<i>Stilicone (II) et Anthemio coss.</i>)
—	—	(91) Clerum populumque ecclesiae Constantinopolitanae consolatur. Iohannis episcopi vicem dolet, datumque illi successorem reprobatur. Solos canones Nicaenos custodiendos esse dicit, sed damnandos illos, quos haeretici addiderint. Curae sibi esse scribit, ut synodus oecumenica convocetur. Addit, quae gesta essent, ea se ex Demetrio, Eulysio, Palladio, episcopis fugitivis, cognovisse. Sozomeni Hist. eccl. L. VIII. c. 26, Coustant 795, Mansi III. 1095. — „ <i>Ἐκ τῶν γραμμάτων.</i> “ „Ex litteris caritatis.“
—	—	(92) *Honorio imperatori queritur iniurias, Ioannis episcopi Constantinopolitani parti illatas. Palladii vit. S. Ioh. 28. Cf. Coustant 924 n. XVII.
—	—	406.
—	—	(93) *Arcadio imperatori de Ioanne (Chrysostomo) episcopo Constantinopolitano scribit. Palladii Vit. S. Ioh. 31, cf. Coustant 925 n. XIX.
—	—	c. 406.
—	—	(94) Aurelium Carthaginiensem et Augustinum Hipponensem episcopos litteris Germano presbytero datis salutatur. S. Augustini Opp. XL. 439, Voelli et Iustelli Bibl. I. 203, Coustant 807, Mansi III. 1049. — „ <i>Acceptissimi mihi.</i> “
—	—	407.
—	—	(95) Ioannem (Chrysostomum, episcopum Constantinopolitanum) solatur, patientiaque niti iubet. Sozomeni Hist. Eccl. L. VIII. c. 26, Coustant 814, Mansi III. 1117. — „ <i>Ἐὶ καὶ πάντα</i> “ „Etsi innocens.“
—	—	408.
—	Romae	Alarico rege in obsidione Urbis perseverante, Innocentius clam concedit, ut ethnico ritu sacrificetur; sic Zosimus quidem L. V. c. 41 ed. Bonn. p. 305 tradit. Sacrificiorum illorum mentio fit etiam ap. Sozomenum in Hist. eccl. L. IX. c. 6.
—	—	409.
—	Ravennam	Ad Honorium imperatorem accedit cum senatus Romani legatis. Zosimus L. V. c. 45 p. 310. Cf. Sozomeni Hist. eccl. L. IX. c. 7.
—	(Ravennae)	(96) Martianum, episcopum Naissitanum, iterum hortatur, ut presbyteros et diaconos, a Bonoso ante damnationem ordinatos, si abiecerint errorem, recipiat. Etenim Germanionem presbyterum et Lupentium diaconum secum, „nunc in Ravennati urbe constituto,“ questos esse scribit, „se quidem ecclesias in eius constitutas paroeciis retinere, sed eius communionem non potuisse mereri.“ Voelli et Iustelli Bibl. I. 207, Coustant 820, Mansi III. 1057. — „ <i>Superiori tempore.</i> “
—	—	410.
Aug. —	Ravennae	Commoratur, dum Romam Alaricus rex expugnat et diripit. Orosii hist. L. VII. c. 39 ed. Havercamp. p. 573.
—	—	412. (<i>Honorio IX. et Theodosio V. augustis coss.</i>)
Iun. 17.	—	(97) Rufo (episcopo Thessalicensi) mandat „curam causasque, si quae exoriantur per Achaiae, Thessaliae, Epiri veteris, Epiri novae, et Cretae, Daciae Mediterranae, Daciae Ripensis, Moesiae, Dardaniae et Praevali ecclesias.“ Holstenii Coll. Rom. 47, Coustant 815, Mansi VIII. 751. — „ <i>Lectissimo et.</i> “
—	—	(98) Aurelio, (episcopo Carthaginiensi) scribit, anni proximi pascha die 22 m. Martii agendum sibi videri. Mandat, rem in synodo tractandam curet. Quae si suam in sententiam concesserit, se „deliberatam paschalem diem iam litteris ante, ut moris sit, servandam suo tempore praescripturum esse“, ostendit. Archidamum presbyterum commendat. Voelli et Iustelli Bibl. I. 204, Coustant 818, Mansi III. 1049. — „ <i>Caritatis nostrae.</i> “
—	—	c. 413.
—	—	(99) Iulianae, nobilis feminae, religionem laudat et confirmat. Voelli et Iustelli Bibl. I. 203, Coustant 819, Mansi III. 1051. — „ <i>Singulare membrum.</i> “

- Dec. 13. — 414. (*Flavio Constantio cons.*)
 (100) *Episcopis* Macedonibus et diaconis respondet, 1) qui viduam duxerit, ei ne ultimum quidem ecclesiastici ordinis locum esse concedendum; 2) „qui catechumenus habuerit atque amiserit uxorem, si post baptismum fuerit aliam sortitus.“ eum digamum esse; 3) homines ab haereticis baptizatos, manus impositione non fieri clericatus honore dignos, sed laicam tantum communionem adipisci; 4) falso rumore sedem Romanam ad damnandum Photinum elicitam esse. Coustant 830, Leonis M. Opp. III. 188, Voelli et Iustelli Bibl. I. 207, Mansi III. 1058. — „Magna me gratulatio.“
- — — c. 414.
 (101) Rufo, Gerontio, Sophronio, Flaviano, Macedonio, Prosdocio, Aristeo, *episcopis* per Macedoniam constitutis, respondet, Maximinianum et Eumenem *episcopos*, qui de Bubalio et Tauriano ad eos epistolam a se accepissent, tempestate aliquamdiu esse detentos. Quas ipse Bubalius protulerit, litteras falsas esse scribit. Sententiam de perditissimis illis hominibus suam divulgari vult. Voelli et Iustelli Bibl. I. 202, Coustant 841, Mansi III. 1048. — „Mora coepiscoporum.“
- — — c. 415.
 (102) Alexandrum, *episcopum* Antiochenum, laudat, quod pacem cum iis conciliaverit, „qui quondam Paulini atque Evagrii *episcoporum* censiti fuerant nomine.“ Elpidium Pappumque *episcopos* recuperasse ecclesias, gaudet. „Ecclesiae Antiochenae communionem recipit,“ quoniam omnibus de Ioanne (Chrysostomo) conditionibus sit satisfactum. De Acacio *episcopo* addit. („Subscripterunt viginti *episcopi* Italiae.“) Voelli et Iustelli Bibl. I. 205, Coustant 843, Mansi III. 1053. — „Apostolici favoris.“
- — — (103) Alexandro, *episcopo* (Antiocheno), scribit, gratissimam sibi fuisse legationem ab eo missam. Crebras litteras poscit. Voelli et Iustelli Bibl. I. 204, Coustant 846, Mansi III. 1052. — „Quam grata mihi.“
- — — (104) Acacio, *episcopo* Beroeensi, significat, si omnes inimicitias in „sanctum Ioannem (Chrysostomum), mirandum *episcopum*,“ deposuerit, eum ab Alexandro, *episcopo* Antiocheno, „has suae societatis litteras“ accepturum. Voelli et Iustelli Bibl. I. 206, Coustant 847, Mansi III. 1056. — „Adgaudere litteris.“
- — — (105) Maximiano *episcopo* respondet, ad Atticum, *episcopum* Constantinopolitanum, se litteras mittendas non censuisse, quod nec pacis studium sibi significasset, neque, ut Alexander, *episcopus* Antiochenus, de b. Ioanne (Chrysostomo) satiafecisset. Voelli et Iustelli Bibl. I. 204, Coustant 848, Mansi III. 1051. — „Miramur, prudentiam.“
- — — (106) Bonifacio presbytero nunciat, quibus conditionibus pacem fecerit cum Alexandro, *episcopo* Antiocheno. Paulum diaconum rem omnem ordine narraturum scribit. Voelli et Iustelli Bibl. I. 204, Coustant 849, Mansi III. 1051. — „Ecclesia Antiochena.“
- — — (107) Alexandro, *episcopo* Antiocheno, respondet 1) de ecclesiae eius auctoritate; 2) licet, „divisis imperiali iudicio provincis,“ duae sint metropoles factae, *episcopos* tamen duos metropolitanos non esse creandos; 3) ne Cyprii in ordinandis *episcopis* canones Nicaenos negligere pergant; 4) ne Arianorum clerici „cum sacerdotii aut ministerii cuiuspiam suscipiantur dignitate.“ Voelli et Iustelli Bibl. I. 205, Coustant 850, Mansi III. 1054. — „Et onus et honor.“
- Mart. 19. — 416. (*Theodosio augusto VII. et Palladio coss.*)
 (108) Decentio, *episcopo* Eugubino, respondet, 1) nec pacem ante confecta mysteria indicendam; 2) nec largitorum nomina ante preces recitanda esse; 3) consignare infantes solius *episcopi* esse; 4) sabbato ieiunium esse servandum; 5) de fermento die dominica ad presbyteros mittendo; 6) energumenos ab *episcopo* designandos esse; 7) „poenitentibus quinta feria ante pascha remittendum esse;“ 8) de unctione extrema. Leonis M. Opp. III. 198, Voelli et Iustelli Bibl. I. 194, Coustant 855, Mansi III. 1028. — „Si instituta.“
- Iun. 2. — (109) Aurelio (*episcopo* Carthaginiensi) scribit, quo facilius labefactata ecclesiae auctoritas restitatur, cavendum esse, ne contra leges creentur *episcopi*. „Haec reci-

416. (*Theodosio Augusto VII. et Palladio cons.*)

tanda per omnes Africanas ecclesias scripta dirigi“ vult. („Julio quarto et Palladio cons.“, leg. „Iunio Quarto Palladio cons.“ — Quam adulterinam vocat Coustant p. 932, epistolam hanc sinceram esse docent Ballerini in Leonis M. Opp. III. p. CCII.). — „Qua indignitate.“

402 — 417.

- — — (110) Probo significat, quum Fortunius post Ursam uxorem in captivitatem abstractam duxisset Restitutam, se, reversa Ursa, confirmasse nuptias priores, secundas diremisit. Voelli et Iustelli Bibl. I. 203, Coustant 909, Mansi III. 1049. — „Conturbatio“.
- — — (111) Felici, episcopo Nucерiano, respondet, ad clericatum non esse idoneos 1) eos, qui se ipsi consulto mutilaverint, 2) digamos, eosque qui viduas duxerint, 3) laicos, qui militaverint, qui „causas egerint, hoc est postulaverint,“ qui „administraverint,“ qui „curiales“ sint; sed 4) qui „habentes uxores baptizati sint, ac sic se instituerint, ut opinio eorum in nullo vacillet — et si non concubam, non pellicem noverint,“ eos fieri clericos licere, 5) ea lege, ut ad honores altiores pedetentim promoveantur. Voelli et Iustelli Bibl. I. 201, Coustant 910, Mansi III. 1045. — „Mirari non possumus.“
- — — (112) Maximum et Severum, episcopos per Brutios, docet, qui, facti presbyteri, genuerint filios, eos esse sacerdotio multandos. Voelli et Iustelli Bibl. I. 202, Coustant 912, Mansi III. 1047. — „Ecclesiasticorum canonum.“
- — — (113) Agapito, Macedonio, Mariano, episcopis Apulis, scribit, Modestum, post criminum multorum poenitentiam clericum contra canones Nicaenos institutum, non solum non debere episcopum fieri, sed clericatu etiam esse privandum. Voelli et Iustelli Bibl. I. 202, Coustant 913, Mansi III. 1047. — „Multa in provincia.“
- — — (114) Florentium, episcopum Tiburtinum, ab invadenda Ursi episcopi „Nomentana sive Feliciensi paroecia“ dehortatur, eumque, si ius suum persequi velit, post pascha ad se venire iubet. Voelli et Iustelli Bibl. I. 203, Coustant 914, Mansi III. 1048. — „Non semel.“
- — — (115) Laurentio, episcopo Seniensi, negotium dat, expellat ex agro Seniensi „haereticos Photini venena sectantes; quorum doctrinae nefariae auctorem Marcum dudum de urbe pulsum“ esse scribit. Voelli et Iustelli Bibl. I. 206, Coustant 915, Mansi III. 1057. — „Diu mirati sumus.“
- Ian. 27. — 417. (*Post consulatum Theodosii augusti VII. et Iunii Quarti Palladii.*)
- (116) Concilii Carthaginensis episcopis de epistola per Iulium episcopum missa gratias agit, eorumque navitatem laudat. Respuit hanc Pelagii Caelestique de libero arbitrio sententiam: „Nos adiutorium dei nec debere quaerere, nec eo egere.“ S. Augustini Opp. XL. 424, Leonis M. Opp. 134, Coustant 887, (Mansi III. 1071.) — „In requirendis.“
- „ 27. — (117) Sylvano seni, Valentino et ceteris, qui in Milevitana synodo interfuerant, respondet, Pelagium et Caelestium, „inventores novarum vocum — ecclesiastica communione privandos esse, donec resipiscant.“ („Honorio et Constantio cons.“) S. Augustini Opp. XL. 431, Leonis M. Opp. III. 144, Coustant 895, Mansi III. 1075. — „Inter caeteras Romanae.“
- „ 27. — (118) Aurelio, Alypio, Augustino, Evodio, Possidio episcopis rescribit, se sperare, fore ut Pelagiani, quum ipsum Pelagium damnatum esse compererint, errorem proiciant. Significat de dubiis cuiusdam concilii (Diospolitani?) actis, per laicos allatis. S. Augustini Opp. XL. 435, Leonis M. Opp. III. 160, Coustant 900, Mansi III. 1078. — „Fraternitatis vestrae.“
- „ 27. — (119) Aurelium, episcopum Carthaginensem, resalutatione impertitur. Leonis M. Opp. III. 164, Coustant 904, Mansi III. 1080. — „In familiaribus.“
- — — (120) Ioannem (episcopum Hierosolymitanum) reprehendit, quod facinora, ab Eustochio et Paula virginibus sibi nunciata, non prohibuerit. S. Hieronymi Opp. I. 1089, Coustant 908, Mansi III. 1125. — „Direptiones, caedes.“
- — — (121) Hieronymum presbyterum iniurias passum consolatur. Auctorum nomina ad se deferri vult. De superioribus ad Ioannem, episcopum Hierosolymitanum, litteris significat. S. Hieronymi Opp. I. 1038, Coustant 907, Mansi III. 1126. — „Numquam boni.“
- — — (122) Aurelio (episcopo Carthaginensi) scribit, se Hieronymo afflicto dolere. Litteras

417.

illi quam primum reddi vult. S. Hieronymi Opp. I. 1038, Coustant 907, Mansi III. 1128. — „Piissimam etiam.“

Mart. 12.

Moritur. Martyrologium Hieronymianum, Opp. XI. 485. — Innocentium neque die 21 Dec. (ut vult Papebrochius), neque d. 28. Iulii (ut in libro pontificali legitur) occidisse facile dederis. Patet enim ex epistolis 116, 117, 118 et 123, eum etiam die 27. Ianuarii a. 417 sedisse, atque iam die 22. Martii fuisse Zosimum.

S. ZOSIMUS. 417 — 418.

417. (*Honorio augusto XI. et (Flavio) Constantio II. coss.*)

Mart. 18.

Consecratur. Quoniam post Innocentium, die 12. Mart. mortuum, sedisse constat Zosimum iam die 22. Martii (v. ep. 123), unusque interfuit dominicus dies 18. Martii, non licet huic diei abiudicari Zosimi consecrationem.

„ 22.

(123) Universis episcopis per Gallias et septem provincias constitutis praecipit, ne quis Galliae sacerdos sine Patrocli, episcopi Arelatensis, successorumve illius formati Romam aut alio proficiscatur, utque ab eodem metropolitano consecrentur Viennensis provinciae et primae et secundae Narbonensis episcopi. Invadi parocias ecclesiae Arelatensis vetat. Coustant 935, Conc. Gall. I. 337, Mansi IV. 359. — „Placuit apostolicae.“

— —

(124) Aurelio et universis episcopis per Africam constitutis nunciat, Caelestii causa in S. Clementis basilica examinata, testimonia in illum adhuc prolata idonea sibi non esse visa; duos tamen menses spatii ad instaurandam actionem accusatoribus datos esse. Caelestium cum aliis, qui affuerint, sacerdotibus a se admonitum esse scribit, ut vitarent „has tendiculas quaestionum et inepta certamina, quae non aedificant sed magis destruant.“ Coustant 943, Mansi IV. 350. — „Magnum pondus.“

Sept. 21.

(125) Aurelio et universis episcopis per Africam constitutis significat, datis litteris superioribus, allatas esse Praylii, episcopi Hierosolymitani, et Pelagii epistolas, huius „absolutam fidem“ testantes. Herotem et Lazarum, accusatores Caelestii et Pelagii, omnino reiiciendos esse censet. Coustant 949, Mansi IV. 353. — „Postquam a nobis.“

„ 22.

(126) Aurelio et universis episcopis per Africam constitutis, — Universis episcopis per Gallias et septem provincias constitutis, — Universis episcopis per Hispaniam constitutis „a pari“ praescribit, ne Ursum et Tuentium Priscillianistam, a Proculo (episcopo Massiliensi) contra iura Patrocli, episcopi Arelatensis, consecratos, „in communione ecclesiae, in quocumque ecclesiastico gradu suscipiant.“ Coustant 955, Conc. Gall. I. 339, Mansi IV. 361. — „Cum adversus statuta.“

„ 26.

(127) Hilario, Narbonensis primae provinciae episcopo, interdicit, ne ius episcoporum suae provinciae ordinandorum, episcopo Arelatensi antiquitus concessum, sibi vindicet. Coustant 960, Conc. Gall. I. 343, Mansi IV. 364. — „Mirati admodum.“

„ 26.

(128) Patrocli, episcopi Arelatensis, dignitatem metropolitanam, damnato Proculo, confirmat. De formati dandis et de honoribus ecclesiasticis gradatim deferendis addit. Coustant 961, Conc. Gall. I. 346, Mansi IV. 365. — „Quid de Proculi.“

„ 29.

(129) Episcopis provinciae Viennensis et Narbonensis secundae „a pari“ significat consecrare utriusque Narbonensis et Viennensis provinciae episcopos, unius metropolitani Arelatensis esse, non Proculi (episcopi Massiliensis), neque Simplicii, Viennensis episcopi. Coustant 959, Conc. Gall. I. 343, Mansi IV. 363. — „Multa contra.“

— —

(130) * „Ad Gallias Hispaniasque“ missis litteris sancit, „ne quis penitus contra patrum praecepta, qui ecclesiasticis disciplinis per ordinem non fuerit imbutus et temporis approbatione divinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum ecclesiae sacerdotium adspirare praesumat.“ V. Zosimi epist. ap. Coustant 968, Mansi IV. 347.

418. (*Honorio XII. et Theodosio VIII. augustis coss.*)

Febr. 21.

(131) Hesychio, episcopo Salonitano, respondet, inferioribus gradibus neglectis, sacerdotium neque ad monachos, neque ad laicos deferendum esse. Voelli et Iustelli Bibl. I. 211, Leonis M. Opp. III. 264, Coustant 968, Mansi IV. 347. — „Exigit dilectio.“

		418. (Honorio XII. et Theodosio VIII. augustis coss.)
Mart.	5.	— (132) Patroclo, episcopo Arelatensi, respondet, quos Proculus consecraverit, eos a nemine recipiendos esse. Coustant 972, Conc. Gall. I. 347, Mansi IV. 367. — „Cum et in praesenti“.
„	5.	— (133) „Clero, ordini et plebi consistenti Massiliae“ significat, Patroclo, episcopo Arelatensi, negotium esse datum, ut in Proculi damnati locum novum episcopum curaret substituendum. Coustant 973, Conc. Gall. I. 347, Mansi IV. 368. — „Non miror Proculum“.
„	21.	— (134) „Aurelio ac ceteris, qui in concilio Carthaginiensi adfuerunt,“ respondet, licet haec sedi apostolicae tradita sit auctoritas, „ut de eius iudicio disceptare nullus auderet,“ tamen se, litteris missis „pariter cum ceteris voluisse habere tractatum“ de Caestio. Cui se „commodasse in omnibus fidem, verbisque eius non discussis, ad omnem syllabam praebuisse assensum“ negat, remque adhuc integram esse affirmat. (Honorio Augusto XII. consule.) Coustant 974, Mansi Conc. IV. 366. — „Quamvis patrum“.
—	—	— (135) „Tractoria, ad orientales ecclesias, Aegypti dioecsim, Constantinopolim, Thessalonicam, Ierosolyma“ missa, Pelagium Caelestiumque damnat, „nisi correcti etiam egerint poenitentiam“. (Fragmenta.) Coustant 994.
—	—	— (136) * Augustinum cum aliis episcopis Caesaream in Mauritania ad negotia quaedam ecclesiastica administranda convenire iubet. V. Coustant 997, num. IX.
Oct.	3.	— (137) Presbyteris et diaconibus suis Ravennae constitutis excommunicatos nunciat presbyteros quosdam, qui „contra canones adversus se ad comitatum ire voluerint“. Leonis M. Opp. III. 267, Voelli et Iustelli Bibl. I. 212, Coustant 980, Mansi Conc. IV. 349. — „Ex relatione“.
Nov.	16.	— (138) Episcopos per Byzacium constitutos reprehendit, quod nec reverentiam sibi praestent, et de sacerdotibus iudicare laicos sinant. Coustant 983, Mansi IV. 369. — „Miror vos nullam“.
—	—	— (139) Fratrem Faustinum, et filios Philippum et Asellum presbyteros monet, ut mandata sua diligenter persequantur. Addit concilii Sardicensis canones de episcoporum, presbyterorum, diaconorum appellationibus. (Fragmenta.) Coustant 981. V. Mansi IV. 403, 405. — „Vobis commissa“.
—	—	Romae „Diu gravi incommodo laborat“. V. Symmachi praef. Urb. epist. ad Honorium ap. Baronium annal. 418 n. LXXIX.
Dec.	26.	„ Moritur, cum annum 1 m. 9 d. 9 sedisset, teste Prospero Aquitano in chron. integro ap. Roncallium vet. lat. scr. chron. I. 650. Cf. Symmachi ep. I. I.

EULALIUS antipapa. 418 — 419.

		418.
Dec.	27.	In ecclesia Lateranensi Eligitur. Symmachi praef. Urb. epist. ad Honorium imp. ap. Baronium annal. 418 n. LXXIX: „vir sanctus Eulalius ad ecclesiam Lateranensem de exequiis prioris episcopi (Zosimi) a populo et a clericis — adductus“. Bonifacianorum epist. ad Honor. et Theod. imperatores ap. Baronium annal. 419 n. VIII.: „Sed quoniam Lateranensem ecclesiam, obstructis paene omnibus ingressibus, archidiaconus Eulalius, contemptis impie summi sacerdotis exequiis, (cum) diaconibus et paucissimis presbyteris ac multitudine turbatae plebis obsederat —“.
„	28.	„ Per biduum (d. 27. et 28. Dec.) cum maxima multitudine et cum pluribus sacerdotibus remoratur, ut exspectetur dies consuetus (i. e. dominicus dies 29. Dec.), quo possit solemniter ordinari“. Symmachi epist. ap. Baronium annal. 418 n. LXXIX.
„	29.	„ Consecratur. Honorii imp. epist. ad Symmachum ap. Baronium annal. 419 n. II: „Eulalius cui competens numerus ordinantium legitimus, solemnitas temporis, locique qualitas recte venerandum nominis apicem contulerunt“. Bonifaciani in epist. ap. Baronium 419 n. VIII. Eulalium consecratum esse aiunt „circumventis paucissimis presbyteris — exhibito etiam cum aliis Ostiensi episcopo“.

		419.
Ian. 6.	In S. Petri basilica	„Eo die solemnia celebrat“. Symmachi epist. ibid n. V. Cf. Bonifacii I. regesta.
„ c. 20.	—	Ad synodum, Ravennae die 8. Februarii iussu Honorii imperatoris celebrandam, invitatur. V. Honorii et Symmachi epistolas ibid. n. XI. et XII.
Fbr. Mart.	Ravennae	In synodo, indicta in „diem VI. iduum Februarii“, dimissa paulo ante d. 15. Martii; V. Honorii imp. epp. ibid. n. XI, XVII, XVIII. De synodo perbrevis exstat ap. Baronium annal. 419. n. XV. relatio haec: „Synodus inter se dissentiens praesentem causam terminare non potuit; unde venerabilis imp. Honorius ad Maias Kalendas hoc credidit negotium differendum et interim propter dies, qui imminabant, sanctae paschae (30. Mart.), utrosque, Bonifacium scilicet et Eulalium, ab Urbe iussit abscedere, et Spoletinum episcopum Achilleum Romae sacra mysteria celebrare“. Cf. Honorii epist. ibid. n. XXXIII.: „cum — in synodo — id fieri definitum esset: ut sciret se specialiter esse damnatum, quicumque ad incitandum populum Urbem fuisset ingressus“.
Mart. 18.	Romam	„XV. Kalend. Aprilis“ ingreditur contra imperatoris interdictum. Symmachi epist. ibid. n. XXVI.
„ c. 28.	Romae	Per Officium Urbanum iussu imperatoris admonitus, ut omni festinatione exiret urbe, parere recusat. Symmachus enim in epistola ibid. n. XXXII. „vespertinis horis“ inquit „per Officium Urbanum, id quod praeceperat invictissimus imperator (litteris, Ravennae die 25. Martii datis, ibid. n. XXX.), ea die, qua perlatum est, ei (Eulalio) innotuisse agnoscitur; quo lecto, mandavit, se diligenter tractaturum; nec tamen, instanter admonitus, exire curavit“.
„ c. 29.	Basilicam Lateranensem	Invadit „alia die“. Symmachi epist. ibid. n. XXXII.
„ c. 29.	Roma	Pulsus „illuc dirigitur, ubi iussus fuerat residere“. Symmachi epist. ibid. n. XXXII.
Apr. 3.	—	Reicitur ab Honorio imperatore. Honorii epistola ad Symmachum, ibid. n. XXXIII.: „Nam cum ordinatione nostra et sententia episcoporum, quorum in synodo maior se multitudo collegerat, — id fieri definitum esset, ut sciret se specialiter esse damnatum, quicumque ad incitandum populum Urbem fuisset ingressus, oblitus sui probavit (Eulalius) ex praesenti facto, quale videatur habuisse principium; quoniam ergo recte hunc Urbe constat esse depulsum, — Bonifacium venerabilem virum episcopum — sublimitas tua Urbem ingredi debere, nos statuisset cognoscat“.

S. BONIFACIUS I. 418—422.

418.

Dec. 28.	In Theodoraee ecclesia	Eligitur. Symmachi epist. ad Honorium imp. ap. Baronium annal. 418 n. LXXIX. „subito aliquanti presbyteri cum Bonifacio — ad Theodoraee ecclesiam collecto populo properarunt, ibique habito tractatu ipsum ordinare episcopum velle coeperunt“. Bonifacianorum epist. ad Honor. et Theodos. imperatores ap. Baronium annal. 419 n. VIII.: „altero die (i. e. post Eulalium electum) ad eandem ecclesiam. ubi prius ab omnibus fuerat constitutum — properavimus, ibique —, quem deus iussit, elegimus“.
„ 29.	In ecclesia Marcelli	Consecratur. Quo die facta est consecratio, eodem Symmachus de ea Honorio imperatori significavit epistola die 29. Dec. data ap. Baronium annal. 418 n. LXXIX.: „presbyterum Bonifacium in ecclesia Marcelli ordinandum esse duxerunt“. Bonifaciani ap. Baronium annal. 419 n. VIII. sic nunciant: „Bonifacium — asseruimus divinae institutionis ordine consecratum; nam subscribentibus plus minus 70 presbyteris, astantibus novem diversarum provinciarum episcopis, benedictionem competentem tempore constat fuisse celebratam“.
„ 29.	Ad S. Petri basilicam	Consecratus procedit. Symmachi epist. ap. Baronium annal. 418 n. LXXIX.

419. (*Monaxio cons.*)

Ian. 6.	Ad S. Paulum	Procedit contra imperatoris interdictum. Symmachus enim praefectus Urbis ad Honorii epistolam, die 3. Ianuarii 419 datam, sic respondit die 8 m. Ianuarii ap.
---------	--------------	---

			419. (Monaxio cons.)
			Baronium annal. 419 n. V.: „cum eo tempore ad me sacra perlata esset auctoritas, quo sancti diei erat celebranda solemnitas“ (quam constat fuisse epiphaniam domini) „statim misso primiscriinio Bonifacium ad me venire admonui, — ac se a processione — abstineret, qui, conventionem contempta, processit —; quod ubi nunciatum est, — ad S. Paulum, quo convenerat, — direxi“ — cet.
Ian.	6.	Romam	„Violenter ingreditur“, a Symmacho praefecto urbis vetitus introire. Symmachi epist. ibid. n. VI.
„	6.	A certa Urbis parte	„Repellitur, nec permissus est, quod cogitabat, implere“. Symmachi epist. ibid. n. VI.
„	8.	„Non longe ab Urbe	Remoratur“. Sic legitur in Symmachi epistola die 8. Ianuarii data, ibid. n. VI.
„	c. 20.	—	Vocatur ad synodum, die 8. Februarii, Honorii imperatoris iussu, Ravennae celebrandam. V. Honorii et Symmachi epp., ibid. n. XI. et XII.
Fbr. Mart.		Ravennae	In synodo. V. supra Eulalii antipapae regesta.
Apr.	10.	Romam	Ingreditur, ab Honorio imperatore pontifex comprobatus. Dies intelligitur et ex Honorii epistola ap. Baronium, annal. 419 n. XXXIII., qua Bonifacius sancitur, data die 3. Aprilis Romaeque die 8 eiusdem mensis accepta, et ex Symmachi responso, ibid. n. XXXIV., ubi legitur, „interiecto biduo“ post acceptam illam Honorii epistolam, Bonifacium Romam pervenisse.
„	26.	—	(140) Faustino episcopo, Philippo et Asello presbyteris respondet, eorum incolumitate se gaudere. Haec addit: „Vobis igitur et desideriis vestris Christus arrisit, qui dignatus est et in unam revocare divisas, et scissa sarcire, quod, fratribus et compresbyteris venientibus cito Dulcizio et Felice, necesse est vobis melius intimetur.“ Mansi IV. 451. — „Dilectionis vestrae pagina“.
Iun.	13.	—	(141) Patroclo, Remigio, Maximo, Hilario, Severo, Valerio, Iuliano, Castorio, Leontio, Constantino, Iohanni, Montano, Marino, Mauricio et ceteris episcopis per Gallias et septem provincias constitutis mandat, ut, synodo ante diem Kalendarum Novembrium intra provinciam convocata, de Maximo, episcopo Valentino, iudicent, criminibus accusato. Eorum sententiam se confirmaturum, addit. Voelli et Iustelli Bibl. I. 214, Coustant 1015, Conc. Gall. I. 367. Mansi IV. 394. (Ivonis decr. V. c. 271). — „Valentinae“.
—	—	—	(142) Rufo (episcopo Thessalonicensi) Macedoniarum Achaearumque ecclesiarum cura („ut scrinii nostri monumenta declarant“) affecto, scribit, ut, quem Corinthii episcopum expetiverint, Perigenes iis concedatur. Holstenii Coll. Rom. I. 51, Coustant 1019, Mansi VIII. 752. — „Beatus apostolus Petrus“.
Sept.	19.	—	(143) Rufi (episcopi Thessalonicensis) studium in exsequendis mandatis suis laudat. Scribit, „se credidisse, post epistolas suas pro ecclesiastica disciplinae observatione transmissas, omnibus aditum praesumptionibus praeccludendum“. De Perigene, electo episcopo Corinthio, litteras desiderat. Holstenii Coll. Rom. I. 54, Coustant 1021, Mansi VIII. 753. — „Credebamus, post“.
			420.
Iul.	1.	—	(144) Honorium imperatorem rogat, „conferat fratribus et consacerdotibus suis a se et ab omnibus, qui ecclesiam faciunt Romanam, ad eum legatis“, quemadmodum ecclesia tuta reddatur adversus „insidiantium procellarum fluctus“. Voelli et Iustelli Bibl. I. 213, Coustant 1025, Mansi IV. 391. — „Ecclesiae meae“.
			422. (Honorio XIII. et Theodosio X. augustis coss.)
Febr.	9.	—	(145) Hilario, episcopo Narbonensi, concedit, faciat ut lubeat episcopo illi, quem Patroclus, episcopus Arelatensis, consecratum contra canones ecclesiae Lutevensi, in Narbonensi provincia constitutae, praefecerit. Leonis M. Opp. III. 269, Voelli et Iustelli Bibl. I. 215, Coustant 1032, Conc. Gall. I. 371, Mansi IV. 395. — „Difficile quidem“.
Mart.	11.	—	(146) Rufum (episcopum Thessalonicensem) hortatur, coerceat adversarios. Significat, se „comminationis et correptionis plenas litteras misisse“ ad Thessalos et „ad synodum, quae dicitur illicite congreganda de causa episcopi Perigenis“. Mandat, Perrevii episcopi causam cognoscat. Addit de Pausiano, Cyriaco, Calliopo excommunicandis, de Maximo removendo, de Severo, apostolicae sedis legato, quam primum remittendo. Holstenii Coll. Rom. I. 60, Coustant 1034, Mansi VIII. 754. — „Retro maioribus“.

		422. (Honorio XIII. et Theodosio X. augustis coss.)
Mart. 11.	—	(147) Universos episcopos per Thessaliam constitutos monet, ne „se ab apostolicae sedis communione et potestate separare nitantur, eorum petentes auxilium, quos ecclesiasticarum sanctio regularum maioris esse non dedit potestatis“. Rufi episcopi iura, a patribus constituta, servari iubet. Vetat, ne quis „episcopos per Illyricum citra conscientiam Rufi ordinare praesumat“. Holstenii Coll. Rom. 65, Constant 1037, Mansi VIII. 755. — „Institutio“.
„ 11.	—	(148) Rufo et ceteris episcopis per Macedoniam, Achaiam, Thessaliam, Epirum veterem, Epirum novam, Praevalin et Daciam constitutis interdicit, ne synodum ad examinandum statum Perigenis, a sede apostolica constituti episcopi Corinthii, convocent. Namque sedis apostolicae „iudicio non licere retractari“ scribit, et „maximas Orientalium ecclesias in magnis negotiis sedem semper consuluisse Romanam“. Perigenis causam ad Rufum, episcopum Thessalonicensem, vicarium suum, delegat. Holstenii Coll. Rom. 69, Constant 1039, Mansi VIII. 756. — „Manet beatum apostolum“.
Sept. 4.	Romae	Moritur, quum, teste Prospero in chron. integro ap. Roncallium vet. lat. scr. chron. I. 650 et cat. Corb. ap. Mabillon vet. anal. 218, sedisset annos 3 m. 8 d. 6. Ipsum diem reperimus in Hieronymiano martyrologio, Opp. XI. 510: „pridie non. Sept. Romae in coemeterio Maximi, via Salaria, depositio Bonifacii episcopi.“

S. COELESTINUS I. 422—432.

		422.
Sept. 10?	—	Consecratus esse videtur sine mora proximo post Bonifacii mortem die dominico, 10. Sept. Augustinus enim in epistola ad ipsum Coelestinum ap. Constant 1052 „te in illa sede“ inquit „dominus deus noster sine ulla, sicut audivimus, plebis suae discissione constituit“. Quamquam Prosper in chron. integro ap. Roncallium vet. lat. scr. chron. I. 651. „Mariniano et Asclepiodoto coss.“, anno 423, praefectum esse ecclesiae scripsit Coelestinum.
		c. 425.
— —	—	(149) Perigeni, Dynato, Basilio, Sapio, Paulo, Aeternali, Sabatio, Iuliano, et Senecioni episcopis per Illyricum constitutis scribit, se tantopere de iis laborare, ut Felix, Dyrracenaе provinciae episcopus, sua opera sit inimicorum insidiis exemptus. Sub excommunicationis poena iubet eos obedire Rufo, episcopo Thessalonicensi, vicario suo. Holstenii Coll. Rom. I. 85, Constant 1063, Mansi VIII. 760. — „Inter ceteras curas“.
— —	—	(150) *Episcopis Africanis „de adventu Apiarii (presbyteri ecclesiae Siccensis) laetatum se fuisse, missis per presbyterum Leonem litteris, intimat“. V. Afrorum resp. ap. Constant 1058, cf. ibid. p. 1220, num. IV.; Mansi IV. 515.
		428. (Flaviis Felice et Tauro coss.)
— —	—	(151) *Patroclo, episcopo Arelatensi, litteras per Fortunatum subdiaconum mittit, quibus venire Romam iubet Daniele, qui de vitiatibus in Oriente monialibus accusatus in Galliam concesserat. V. Coelestini epist. ap. Constant 1069.
Iul. 26.	—	(152) Universis episcopis per Viennensem et Narbonensem provincias constitutis scribit, ne nimio vestitui indulgeant sacerdotes; ne morientibus poenitentia denegetur; ne cui deferatur episcopatus, nisi qui sit inferioribus perfunctus muneribus; suo quaeque provincia metropolitano contenta sit; episcopi ne obtrudantur, sed cleri et plebis et ordinis consensus in iis eligendis requiratur; ne laici, aut digami, aut viduarum mariti fiant episcopi. De Daniele episcopo iam excommunicato, et de Massiliensi episcopo addit. Voelli et Instelli Bibl. I. 219, Leonis M. Opp. III. 270, Constant 1066, Conc. Gall. I. 383, Mansi IV. 464. — „Cuperemus quidem“.
— —	—	(153) *Iis, qui Nestorium, episcopum Constantinopolitanum consecraverint, episcopis gratulatur. V. Coelestini ep. ap. Constant 1115.

			429. (Flavius Florentio et Dionysio coss.)
Iul.	21.	—	(154) Universos episcopos per Apuliam et Calabriam constitutos docet, ad laicos non esse episcopatus deferendos. Voelli et Iustelli Bibl. I. 222, Leonis M. Opp. III. 276, Coustant 1072, Mansi IV. 469. — „Nulli sacerdotum“.
—	—	—	Germanum, episcopum Autissiodorensem „ad actionem Palladii diaconi vice sua mittit, ut, deturbatis haereticis (Pelagianis), Britannos ad catholicam fidem dirigat“. Prosperi Aquitani chron. integr. ap. Roncallium vet. lat. scr. chron. I. 655: „Florentio et Dionysio coss.“
			430. (Theodosio XIII. et Valentiniano III. augustis coss.)
Aug.	—	Romae	Synodus, in qua de dogmate Nestorii, episcopi Constantinopolitani, agitur. V. Arnobii catholici et Serapionis conflictum, Max. bibl. patr. Lugd. VIII. 222, Liberati Breviar. p. 18. Cf. Coustant 1097 et Mansi IV. 546:
„	11.	—	(155) Cyrilli, episcopi Alexandrini, orthodoxiam laudat. Mandat, excommunicet Nestorium, episcopum Constantinopolitanum, nisi haereticam de ortu Christi sententiam admonitus intra dies decem abiecerit. Coustant 1101, Mansi IV. 1017, V. 515. — „Τῆ ἡμετέρα“ „Tristitia nostrae“.
„	11.	—	(156) Iohanni (Antiocheno), Iuvenali (Hierosolymitano), Rufo (Thessalonicensi), Flaviano (Philippensi) episcopis „a pari“ scribit de haeresi Nestorii ac de litteris ad Cyrillum missis. Cf. Liberati Breviar. p. 18). Coustant 1107, Mansi IV. 1047. — „Ἐνχόμεθα“ „Optaremus quidem“.
„	11.	—	(157) Nestorio, episcopo Constantinopolitano, denunciatur, nisi iam tertio commonitus intra dies decem in viam redierit, fore ut excommunicetur. Coustant 1113, Mansi IV. 1025. — „Ἐφ' ἡμέρας“ „Aliquantis diebus“.
„	11.	—	(158) Presbyteros, diaconos, clericos, dei servos et catholicum populum Constantinopolitanum cohortatur, respuant nefanda Nestorii de partu virgineo Christique divinitate praecepta. Excommunicationes ab eodem prolatas dissolvit. Cyrillum in ista causa vicarium suum constitutum nunciat. Coustant 1131, Mansi IV. 1035. — „Πρὸς τούτους“ „Ad eos, qui faciunt“.
			431. (Basso et Antiocho coss.)
Mai.	7.	—	(159) Cyrillo, episcopo Alexandrino, respondet, Nestorium ipsis indutiis exactis, modo damnet errorem, esse recipiendum. Addit, se homines suspectos caute tractaturum. Coustant 1150, Mansi IV. 1292. — „Intelligo sententiam“.
„	8.	—	(160) Episcopis et presbyteris quibusdam, ad Ephesinam synodum euntibus, ut Cyrilli, episcopi Alexandrini, praeceptis utantur, praescribit. Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epistolae p. 470, Coustant 1152, Mansi IV. 556. — „Cum deo nostro“.
„	8.	—	(161) Synodum Ephesinam hortatur, custodiant leges apostolicas, rixasque vitent. Arcadium et Proiectum episcopos et Philippum presbyterum, legatos suos, commendat. Coustant 1155, Mansi IV. 1283, V. 569. — „Τοῦ ἁγίου πνεύματος“ „Spiritus sancti“.
„	15.	—	(162) Theodosium imperatorem obsecrat, „ne quid turbidae novitati licere permittat“. De legatis ad synodum Ephesinam missis addit. Coustant 1163, Mansi IV. 1291. — „Sufficiat licet“.
—	—	—	(163) Venerium, Marinum, Leontium, Auxonium, Arcadium, Fillucium et ceteros Galliarum episcopos monet, ne prebyteros quosdam „indisciplinatas quaestiones vocantes in medium, pertinaciter praedicare adversantia veritati“ sinant. Augustinum, „sanctae recordationis virum“, ipsius communionem semper usum esse, scribit. Voelli et Iustelli Bibl. I. 215, Coustant 1185, Conc. Gall. I. 425, Mansi IV. 454. — „Apostolici verba“.
—	—	—	„Ad Scotos, in Christum credentes, ordinatum Palladium primum episcopum mittit“. Prosperi Aquitani chron. integr. ap. Roncallium vet. lat. scr. chron. I. 658.
Dec.	25.	Ap. beatissimum apostolum Petrum	V. infra ep. 165.
			432. (Flavio Aetio et Valerio coss.)
Mart.	15.	—	(164) Synodo Ephesinae remotum Nestorium, Maximaniumque suffectum gratulatur. Illum Antiochia expelli vult; quidque de sociis statuendum sit, decernit. Coustant 1196, Mansi V. 266. — „Tandem malorum“.

		432. (Flavio Aetio et Valerio coss.)
Mart. 15.	—	(165) Theodosium II. imperatorem laudibus effert, quod et Nestorium depulerit et Maximianum episcopum Constantinopolitanum constituerit. Rogat, ut Nestorium „ab omni societate removeat“. Litteras imperatorias, per Iohannem presbyterum et Epictetum diaconum missas, se legisse scribit „in totius congregatione Christianae plebis apud beatissimum apostolum Petrum—die—Christi—natali“. Monet, ut possessiones ecclesiae, a Proba in Asia relictas, tueatur. Mansi V. 269, Coustant 1203. — „Causis suis divinam“.
„ 15.	—	(166) Maximiano ecclesiae Constantinopolitanae praefecto gratulatur, eumque ad Caestianum errorem impugnandum adhortatur. Coustant 1206, Mansi V. 271. — „Vidimus et amplexi“.
„ 15.	—	(167) Clerum et plebem Constantinopolitanam Nestorio haeretico liberatos esse gaudet. Illum iure esse damnatum, ostendit. Monet, ut in fide permaneant. Coustant 1208, Mansi V. 273. — „Exsultatio matris“.
Iul. 26?	—	Moritur. Coelestini consecratio si ad diem 10. Sept. a. 422 recte est revocata, dubitari non debet, quin die 26. Iulii a. 432 occiderit, quum eum annos 9 m. 10 d. 9 sedisse et Prosper in chron. integro ap. Roncallium vet. lat. scr. chron. I. 651, et catalogus Corb. indicet ap. Mabillon vet. anal. 218.

S. SIXTUS III. (XYSTUS III.). 432 — 440.

		432.
Iul. 31.	—	Consecratur. Testatur Prosper Aquitanus in chron. integro ap. Roncallium vet. lat. scr. chron. I. 658, Sixtum, Aetio et Valerio coss. (a. 432) creatum, annos 8 d. 19 sedisse, et p. 663, eo mortuo sedem „40 amplius dies“ vacasse; itaque quum et Leonem I, qui post Sixtum fuit, die 29. Sept. 440 consecratum esse constat, nec dubitari possit, quin dominico die sit rite ordinatus Sixtus, manifestum est, et id factum esse die 31. Iulii 432, et obiisse Sixtum die 18. Augusti a. 440, et post eundem per ipsos 43 dies vacasse sedem Romanam.
— —	—	(168) Cyrillo, episcopo Alexandrino, et reliquis episcopis Orientalibus significat, se omnium consensu consecratum esse praesentibus eorum legatis, Hermogene et Lampridio episcopis. Laudat Cyrillum, qui clementiam in poenitentem Nestorii socios utendam censeat. Iohannem quoque Antiochenum, si reliquerit haeresim, recipi vult. Coustant 1231, Mansi V. 375. — „Χάρις“ „Gratiam habentes“.
— —	—	(169) Cyrilli, episcopi Alexandrini, legatos, consecrationis suae testes, laudat. Ad episcopos Orientales se Themisonis archidiaconi monitu litteras misisse nunciat. Addit de episcopo Antiocheno et reliquis Nestorianis, si resipuerint, recipiendis. Coustant 1237, Mansi V. 373. — „Ἡσθη“ „Laetatus sum“.
		433. (Theodosio XIV. et Maximo coss.)
Iul. 31.	Ad b. apostolum Petrum	Synodus. V. epistolam sequentem.
Sept. 17.	—	(170) Cyrillo, episcopo Alexandrino, scribit, optatissimas sibi et synodo, „ad b. apostolum Petrum“ die natali suo (i. e. consecrationis acceptae die 31. Iulii) congregatae, fuisse eius litteras, quibus cognoverint, Iohannem, episcopum Antiochenum, ad ecclesiam rediisse. Coustant 1254, Mansi V. 371 — „Magna sumus laetitia“.
„ 17.	—	(171) Iohanni, episcopo Antiocheno, ad ecclesiam reverso, gratulatur. Iam tandem exsulem se ait sensurum esse Nestorium. Laudat et imperatorem et Maximiani, episcopi Constantinopolitani, fidem. Coustant 1258, Mansi V. 379. — „Si ecclesiastici“.
		435. (Theodosio XV. et Valentiniano IV. augustis coss.)
— —	—	(172) Perigenem, episcopum Corinthium, monet, ut Anastasio, episcopo Thessalonicensi, eandem habeat reverentiam, quam reliqui praesent pontifices per Illyricum constituti. Holstenii Coll, Rom. I. 88, Coustant 1262, Mansi VIII. 760. — „Gratulari potius“.

Iul.	8.	—	435. (<i>Theodosio XV. et Valentiniano IV. augustis coss.</i>) (173) Synodo Thessalonicam conventurae ostendit, Anastasio, episcopo Thessalonicensi, nihil a se tributum esse, nisi vetera decessorum iura, a sede apostolica instituta. Ea persequitur. Perigenem, episcopum Corinthium, Anastasio obedire iubet. Holstenii Coll. Rom. I. 90, Coustant 1263, Mansi VIII. 761. — „Si quantum inservitur“.
Dec.	18.	—	437. (<i>Aetio iterum et Segisvulto coss.</i>) (174) Proclum, episcopum Constantinopolitanum, monet, ut sacerdotes e provinciis episcopi Thessalonicensis „sine eiusdem epistolis atque formata“ venientes eodem, quo canonum contemptores, habeat loco. Holstenii Coll. Rom. I. 93, Coustant 1264, Mansi VIII. 762. — „Licet fraternitatem“.
„	18.	—	(175) Universis episcopis per Illyricum consistentibus significat, omnium ecclesiarum Illyricianarum curam Anastasio, episcopo Thessalonicensi, mandatam esse. Hortatur, ut ei obtemperent, neu sequantur „constituta, quae praeter ipsius praecepta Orientalis synodus decernere voluerit“. Holstenii Coll. Rom. I. 97, Coustant 1269, Mansi VIII. 762. — „Doctor gentium“.
—	—	—	439. „Iulianus Eclanensis, iactantissimus Pelagiani erroris assertor, — multimoda arte fallendi, correctionis spem praefrens, molitus est in communionem ecclesiae irrepere. Sed his insidiis Sixtus papa, diaconi Leonis hortatu, vigilanter occurrens, nullum aditum pestiferis conatibus patere permisit, et — omnes catholicos de reiectione fallacis bestiae gaudere fecit“. Prosperi chron. integr. ap. Roncallium vet. lat. scr. chron. I. 663: „Theodosio XVII. et Festo coss.“
Aug.	18.	—	440. Moritur. V. quae supra annotavi ad d. 31 Iulii 432.
S. LEO I. 440—461.			
Aug.	—	—	440. Eligitur absens, „quem tunc inter Aetium et Albinum amicitiae redintegrandae gratia Galliae detinebant, quasi ideo longius esset abductus, ut electi meritum et eligentium iudicium probaretur“, Prosperi Aquitani chron. integr. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. I. 663. Cf. S. Leonis sermon. prim. Opp. I. 7: „Dominus — benedixit nobis, quia fecit —, ut praesentem me crederet vestrae sanctitatis affectio, quem fecerat necessitas longae peregrinationis absentem“.
Sept.	29.	Romae	Consecratur „Valentiniano V. augusto et Anatholio coss.“ Prosperi chron. integr. l. 1. — Leonem annos 21 sedisse, tradit Marcellinus comes ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron.; itaque in catalogo Corbei. ap. Mabillon Vet. anal. 218 pro annis 20 m. 1 d. 13 legendi sunt anni 21 m. 1 d. 13, ut etiam alii catalogi indicant. Quare quum die 10. Nov. 461 eum constet obiisse, consecrationem eius oportet ad dominicum diem 29. Sept. 440 referamus. Quem diem ipse Leo tuetur epistola (Opp. I. 724), qua singulis annis ad concilium die 29. Sept. Romae celebrandum a Siciliae episcopis legatos mitti iubet; hoc enim in more positum erat, ut pontificum Romanorum „die natali“, id est consecrationis die, quotannis synodus Romae haberetur. Cf. S. Leonis sermones, Opp. I. 7 sq., et supra in Xysti III. registis ep. f70.
—	—	—	442? (176) Episcopo Aquileiensi praecipit, ut convocata sacerdotum provincialium synodo, ad damnandam haeresim cogantur Pelagiani Caelestianique clerici, quos non eierato errore receptos esse ex Septimi, episcopi Altinensis, litteris se cognovisse scribit. Clericos transire ab ecclesia ad ecclesiam licere negat. Leonis M. Opp. I. 589, Mansi V. 1211. — „Relatione sancti“.
—	—	—	(177) Septimi, episcopi Altinensis, fidem laudat. De litteris „ad metropolitanum episcopum provinciae Venetiae“ (i. e. Aquileiensem) datis significat. Leonis M. Opp. I. 594, Mansi V. 1216. — „Lectis fraternitatis“.

443. (*Maximo iterum et Paterio coss.*)
- — — (178) *Cyrillum, episcopum Alexandrinum, de dubio anni 444 tempore paschali consultit. — V. fragmentum epistolae S. Cyrilli in Leonis M. Opp. I. 601.
- — — (179) *Paschasinum, episcopum Lilybaetanum, adversis rebus afflictum, litteris Silano diacono Panormitano datis, consolatur, ac de paschali anni proximi tempore ad se scribere iubet. V. Paschasini ep. ad Leonem. Leonis M. Opp. I. 607, Mansi V. 1222.
- Oct. 10. — (180) Omnibus episcopis per Campaniam, Picenum, Tusciam et universas (Italiae) provincias constitutis praescribit, 1) ne servus invito domino sacerdos fiat; 2) ne viduarum mariti, neve multarum nuptiarum homines in sacerdotibus sint; 3) ne clerici neve laici fenerentur; 4) clerici ne alieno quidem nomine fenus exercent. 5) Qui vel sua haec vel decessorum suorum neglexerint decreta, eos remotum iri ostendit. Leonis M. Opp. I. 612, Cocqu. I. 29, Mansi V. 1226. — „Ut nobis gratulationem“.
- — — Romae „Plurimos Manichaeos — de secretis suis erutos et oculis totius ecclesiae publicatos, omnes dogmatis sui turpitudinem et damnare facit et prodere, incensis eorum codicibus, quorum magnae moles fuerant interceptae“. Prosperi Aquitani chron. integr. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. I. 677: „Maximo II. et Paterno coss.“
444. (*Theodosio XVIII. et Albino coss.*)
- Ian. 12. — (181) Episcopis metropolitanis per Illyricum constitutis scribit, suum esse, omnes curare ecclesias, quum Petro primatum commiserit dominus. Anastasium, episcopum Thessalonicensem, vicarium suum constitutum nunciat, cui pareant, cuius iura observent, monet. Canonibus praeceptum esse scribit: „ut episcopi, presbyteri atque diaconi unius uxoris viri sint, et hanc virginem acceperint“. Leonis M. Opp. I. 617, Cocqu. I. 29, Holstenii Coll. Rom. I. 152, Mansi V. 1230. — „Omnis admonitio“.
- „ 12. — (182) Anastasium (episcopum Thessalonicensem) suum in Illyrico vicarium declarat, eique asserit potestatem et metropolitanos Illyricianos consecrandi et synodos, quibus episcoporum lites componantur, convocandi; sed maiores causas, quae definiri ab eo non potuerint, reservat sibi. De presbyteris diaconisque die dominica consecrandis addit. Leonis M. Opp. I. 619, Holstenii Coll. Rom. I. 143, Mansi V. 1233. — „Omnium quidem litteras“.
- „ 30. — (183) Universis episcopis per Italiae provincias constitutis significat, magno Manichaeorum numero a se Romae deprehenso, nonnullos ad fidem rediisse, alios „secundum Christianorum principum constituta per publicos iudices perpetuo esse exsilio relegatos“, alios aufugisse. Quos investigari iubet. Leonis M. Opp. I. 623, Cocqu. I. 30, Mansi V. 1236. — „In consortium vos“.
- 445.
- Iul. 21. — (184) Dioscoro, episcopo Alexandrino, scribit, sacerdotes aut nocte sabbatum insequenti, aut matutino diei dominici tempore ieiunos a ieiuniis consecrandos esse, sacrificiumque sollemnioribus diebus propter populi frequentiam bis offerendum. Leonis M. Opp. I. 628, Mansi V. 1240. — „Quantum dilectioni“.
- — — Romae Concilium. V. sequentem epistolam.
- — — (185) Universis episcopis, per Viennensem provinciam constitutis, Hilarium, episcopum Arelatensem, qui huc arrogantiae processisset, „ut se b. Petro non pateretur esse subiectum, ordinationes sibi omnium per Gallias ecclesiarum vindicans et debitam metropolitanis sacerdotibus in suam transferens dignitatem, ipsius quoque b. Petri reverentiam verbis arrogantioribus minuendo“, per ipsum nunciat „non tantum ab alieno iure depulsum, sed etiam Viennensis provinciae potestate privatum“ esse. Ordinationes provinciarum iis subiectarum a se affectari negat. Ipsi metropolitanis restituit ius sacerdotum ordinandi. Leontio episcopo concessum scribit, „ut praeter eius consensum alterius provinciae non indicatur concilium“. Episcopos ab Hilario iniuste deictos, Celidonium et Proiectum, „in sanctorum concilio sacerdotum“ in integrum restitutos esse, significat. Leonis M. Opp. I. 633, Conc. Gall. I. 491, Mansi V. 1244. — „Divinae cultum“.
- 445?
- — — (186) *Episcopis per Mauritaniam Caesariensem constitutis significat, se Potentio sacerdoti ad eos proficiscenti mandasse, ut de episcopis illicite creatis, „inquireret, sibi quae omnia fideliter indicaret“. V. Leonis epist., Opp. I. 658, Mansi V. 1257.

Ian. 6.	—	<p>446. (Aetio III. et Symmacho coss.) (187) Senecioni, Caroso, Theodulo, Lucae, Antiocho, Vigilantio, metropolitanis per Illyrici provincias constitutis, scribit de privilegiis Anastasii, episcopi Thessalonicensis, de ordinationibus ab Achaiae provinciae metropolitano illicite factis; de episcopo per eundem Thespiensibus obruso. Sancit, ne episcopus episcopi clericum sibi vindicet. Leonis M. Opp. I. 677, Mansi V. 1275, Holstenii Coll. Rom. I. 158. — „Grato animo epistolas“.</p>
Aug. 10.	—	<p>446? (188) Universis episcopis per Caesariensem Mauritaniam constitutis scribit, ex Potentii relatione se cognovisse, indignos quosdam apud eos esse sacerdotes. Neque enim licere sacerdotiis praefici aut, eos immaturos aut „quos unius uxoris viros fuisse aut esse non constiterit“, aut secundarum uxorum vel viduarum maritos, aut homines inferioribus ordinibus non perfunctos. Episcopos ex laicis factos non improbat. Litteras confessorias sibi mitti vult a Donato, antea Novatiano, et a Maximo, quondam Donatista, episcopis. De Aggaro et Tyberiano episcopis ex laicis ordinatis litteras poscit. Famulas dei per barbaros vitiatas pro puris virginibus non habet. Episcopis, qui indignum consecraverint sacerdotem, ius ordinationis ademptum iri ostendit. Maioribus tantum civitatibus praeficiendos esse ait episcopos, et Restitutum episcopum iure postulasse, „ut, si episcopi eorum locorum, in quibus non debuissent ordinari, decesserint, loca ipsa ad ius suum reverterentur“. Vitiatis famulis illis sacramentorum communionem negari non vult. Lupicino episcopo communionem redditam nunciat. Leonis M. Opp. I. 657, Cocqu. I. 25, Mansi V. 1257. — „Cum de ordinationibus“.</p>
— —	—	<p>(189) Anastasium, episcopum Thessalonicensem, vicarium suum, „a traditis regulis immodice discessisse“, dolet. Reprehendit injurias Attico, veteris Epiri metropolitano, illatas. Veterem episcoporum metropolitanorum dignitatem imminui vetat. Laicos, neophytos, digamos, viduarum maritos non vult episcopos fieri. Ad eligendum episcopum cleri plebisque consensu opus esse scribit. Addit de consecratione metropolitanorum, de conciliis celebrandis, de episcopis non transferendis, de alienis clericis invito episcopo non recipiendis, de episcopis modeste evocandis, de causis gravioribus ad se deferendis. Leonis M. Opp. I. 681, Cocqu. I. 31, Mansi V. 1278. — „Quanta fraternitati“. (Cf. Fragm. in Leonis M. Opp. II. 1627, Mansi VI. 427: „Si quis episcopus propriae“.)</p>
Iul. 21.	—	<p>447. (Calepio et Ardabure coss.) (190) Turribio, episcopo Asturicensi, multis exponit verbis de Priscillianistarum erroribus, quorum vestigia in Hispania comparuisse, ex eius litteris intellexerat. Ad examinandam episcoporum fidem concilium celebrari vult aut generale Tarracoenisium, Carthaginensium, Lusitanorum, Galliciorum episcoporum, aut, si id fieri non possit, Galliciae saltem sacerdotum. Leonis M. Opp. I. 694, Cocqu. I. 33, Mansi V. 1288. — „Quam laudabiliter pro“.</p>
— —	—	<p>(191) *Tarracoenisibus, Carthaginensibus, Lusitanis, Galliciis episcopis „concilium synodi generalis“ indicit, „ut plenissimo disquiratur examine, an sint aliqui inter episcopos, qui Priscillianistarum haereseos contagio polluantur, a communionem sine dubio separandi, si nefandissimam sectam damnare noluerint“. V. Leonis Opp. I. 710 epist. ad Turribium, d. d. 21 Iulii 447; Cf. Idatii chronicon in Roncallii Vet. lat. scr. chron. II. 31.</p>
Sept.c.29.	Romae	Synodus. V. binas, quae sequuntur, litteras.
Oct. 21.	—	<p>(192) Universos episcopos per Siciliam constitutos de baptismo epiphaniae die dato reprehendit. Quod cur solis paschae pentecostesque diebus tribuendum sit, docet. Praecipit, ut annis singulis ternos episcopos mittant ad concilium die 29 Septembris Romae celebrandum. Leonis M. Opp. I. 715, Cocqu. I. 37, Mansi V. 1305. — „Divinis praeceptis et“.</p>
„ 21.	—	<p>(193) Universis episcopis per Siciliam constitutis scribit, clericos Tauromenitanos et Panormitanos in synodo a se celebrata esse questos de ecclesiasticis bonis per episcopos alienatis. Quod sine cleri consensu fieri vetat. Qui vero clerici assenserint de detrimento ecclesiae faciendo, eos privatum iri dicit quum ordine tum communionem. Leonis M. Opp. I. 727, Cocqu. I. 39, Mansi V. 1414. — „Occasio specialium“.</p>

Dec. 30.	—	447. (<i>Calepio et Ardabure coss.</i>) (194) Ianuario, episcopo Aquileiensi, respondet, clerici in haeresim lapsi, si ad fidem redierint, quem ante tenuerint gradum, in eo permaneant, aditu ad ampliora officia intercluso. Leonis M. Opp. I. 730, Cocqu. I. 39, Mansi V. 1317. — „Lectis fraternitatis tuae“.
Mart. 8.	—	448. (<i>Posthumiano et Zenone coss.</i>) (195) In Dorum, episcopum Beneventanum, vehementer invehitur, quod cuidam immaturo detulerit presbyterium. Quorum presbyterorum assensu id acciderit, eos „ultimos inter omnes ecclesiae presbyteros haberi“ iubet. Iulio episcopo negotium scribit datum, ut sua exsequeretur praecepta. Leonis M. Opp. I. 733, Mansi V. 1319. — „Iudicium, quod de te“.
Iun. 1.	—	(196) Eutychem, presbyterum (Constantinopolitanum), laudat, quod de Nestoriana haeresi, studiis quorundam renascente, sibi nunciaverit. Leonis M. Opp. I. 737, Mansi V. 1323. — „Ad notitiam nostram“ „Εἰς γνῶσιν“.
—	—	(197) *Bassianum, episcopum Ephesinum, damnat, „quoniam praeter regulas factus est“. V. acta concilii Chalcedonii ap. Mansi VII. 282, 290. Cf. Leonis M. Opp. I. 1445, II. 442.
Febr. 18.	—	449. (<i>Asturio et Protogene coss.</i>) (198) Flavianum, episcopum Constantinopolitanum, non prius, quam imperatorem, de scandalo exorto sibi significasse, miratur. Eutychem presbyterum questum nunciat, quod, reus ab Eusebio episcopo factus, immerito excommunicatus esset. Qua de re certior fieri vult. Leonis M. Opp. I. 761, Mansi V. 1338. — „Cum christianissimus“ „Ὅπως ὁ“.
„ 18.	—	(199) Theodosio II. Augusto respondet, se Eutychem causam non satis perspectam habere. De qua quo facilius iudicare possit, accuratius instrui cupit. Leonis M. Opp. I. 767, Mansi V. 1341. — „Quantum praesidii“.
Mai. 21.	—	(200) Flaviano, episcopo Constantinopolitano, rescribit, se, quum ex litteris eius errorem Eutychem intellexerit, locum pravitati non esse daturum. Rodanum has perferentem litteras commendat. Leonis M. Opp. I. 792, Mansi V. 1359. — „Pervenisse ad nos“.
Iun. 13.	—	(201) Flaviano, episcopo Constantinopolitano, de falsis Eutychem dogmatibus accurate scribit. Quem tamen, si damnaverit errorem, suscipiendum censet. Iulium episcopum (Puteolanum), Renatum presbyterum (S. Clementis?), Hilarum diaconum, Dulcitium notarium, legatos mittit. Leonis M. Opp. I. 801, Conc. Gall. I. 523, Mansi V. 1365. — „Lectis dilectionis tuae“ „Ἀναγνώστες τὰ“.
„ 13.	—	(202) Theodosio II. Augusto significat et de legatis missis ad synodum Ephesinam, Eutychem causa indictam, et de litteris ad Flavianum datis. Leonis M. Opp. I. 839, Mansi V. 1391. — „Quantum rebus“ „Ὅσω“.
„ 13.	—	(203) Pulcheriam Augustam, ut tollendae Eutychem haeresi det operam, hortatur. De suis legatis addit. Leonis M. Opp. I. 847, Mansi V. 1396. — „Quantum sibi fiduciae“ „Ὅσῃν πεποιθήσῃ“.
„ 13.	—	(204) Pulcheriam Augustam in Eutychem errores iterum incitat. Ad concilium Ephesium, iam die 1 Augusti celebrandum, venire propter temporis augustias sibi licere negat; legatos vice sua functuros. Leonis M. Opp. I. 853, Mansi V. 1401. — „Quantum praesidii“.
„ 13.	—	(205) Fausto et Martino et reliquis archimandritis Constantinopolitanis scribit contra Eutychem haeresim, cui tamen, si errorem exuerit, clementiam negari non vult. Leonis M. Opp. I. 859, Mansi V. 1406. — „Cum propter causam“ „Ἐπειδὴ διὰ“.
„ 13.	—	(206) Synodo Ephesiae scribit, „nimis a compage ecclesiasticae aedificationis alienum esse eum, qui et b. Petri confessionem non capiat et Christi evangelio contradicat“. Legatos a se missos nunciat, „qui vice sua sancto conventui intersint et communi cum eis sententia, quae domino sint placitura, constituent“. Leonis M. Opp. I. 863, Cocqu. I. 42, Mansi V. 1409. — „Religiosa clementissimi“ „Ἡ τοῦ ἡμερωτάτου“.
„ 13.	—	(207) Iuliani, episcopi Coensis, fidem laudat. De legatis ad synodum Ephesiam missis et quo pacto tractandus sit Eutychem, addit. Leonis M. Opp. I. 869, Mansi V. 1413. — „Litterae dilectionis tuae“.
„ 13.	—	(208) Iuliano, episcopo Coensi, exponit de Eutychem erroribus. Leonis M. Opp. I. 875, Mansi V. 1415. — „Licet per nostros“ „Ἐὶ καὶ διὰ“.

449. (<i>Asturio et Protogene coss.</i>)		
Ian.	20.	— (209) Flaviano, episcopo Constantinopolitano, significat, litteras eius sibi redditas esse. Ad synodum ab imperatore decretam legatos a se missos esse scribit, „quamvis evidenter appareat, rem, de qua agatur, nequaquam sinodali indigere tractatu“. Leonis M. Opp. I. 885, Mansi V. 1423. — Litteras tuae dilectionis“.
„	20.	— (210) Theodosium II. imperatorem, fidei unitati faventem, laudat. Ad synodum se non accessisse, „cum nec aliqua“ inquit „ex hoc ante exempla praecesserint, et temporalis necessitas me non patiatur deserere civitatem“. Legatos missos nunciat, licet „tam evidens fidei causa sit, ut rationabilius ab indicenda synodo fuisset abstinendum“. Leonis M. Opp. I. 886, Mansi V. 1424. — „Acceptis clementiae“.
Iul.	23.	— (211) Flavianum, episcopum Constantinopolitanum, hortatur, „inimicos nativitatis et crucis Christi“ oppugnare pergat. Poenitentibus vero haereticis veniam dari vult. Leonis M. Opp. I. 887, Mansi V. 1425. — „Profectis iam nostris“.
Aug.	11.	— (212) Flavianum, episcopum Constantinopolitanum, scribendi intercapedinem fecisse, queritur. Quid sit actum, cito vult certior fieri. Leonis M. Opp. I. 889, Mansi V. 1427. „Augeat sollicitudinem“.
„	22.	— (213) Constantino, Audentio, Rustico, Auspicio, Nicetae, Nectario, Floro, Asclepio, Iusto, Augustali, Ynantio, Chrysaphio gratulatur, quod „in Arelatensium civitate, defuncto sanctae memoriae Hilario, virum etiam sibi probatum, fratrem Ravennium, secundum desideria cleri, honoratorum et plebis unanimiter consecraverint“. Leonis M. Opp. I. 890, Conc. Gall. I. 505, Mansi V. 1428. — „Iusta et rationabilis“.
—	—	— (214) Ravennio susceptum episcopatum Arelatensem gratulatur. De eius rebus saepius instrui cupit. Leonis M. Opp. I. 891, Conc. Gall. I. 507, Mansi V. 1429. — „Provectionem dilectionis“.
Aug.	26.	— (215) Ravennio, episcopo Arelatensi, mandat, pelli iubeat Petronianum, qui, diaconum Romanum simulans, per Galliarum ecclesias circueat. Leonis M. Opp. I. 892, Conc. Gall. I. 509, Mansi V. 1430. — „Circumspectum te“.
—	—	— (216) Theodosio II. imperatori de Ephesia synodo queritur. Rogat, „ut omnia in eo statu esse iubeat, in quo fuerint ante iudicium“, atque ut generalem synodum in Italia convocari sinat. Leonis M. Opp. I. 901, 907, Mansi VI. 7, 11. — „ <i>Ἄνωθεν</i> “ „Antea et ab“ „Olim et ab“.
Oct.	—	Romae Synodus. V. sequentes epistolas.
„	13.	— (217) Theodosio II. imperatori Ephesiae synodi iniurias proponit, quaeque superioribus litteris, ea iterum poscit. Leonis M. Opp. I. 909, Mansi VI. 13. — „ <i>Τοῖς γράμμασι</i> “ „Litteris clementiae vestrae“.
„	13.	(Romae) (218) In synodo. Pulcheriae Augustae mittit exemplum epistolae, quae, ante synodum Ephesiam data, ad eam non pervenerat. Qua in synodo intercessionem a legatis suis factam esse scribit. Monet, ut concilii in Italia celebrandi licentiam ab imperatore petat. Leonis M. Opp. I. 919, Mansi VI. 19. — „ <i>Εἰς ἐπιστολαί</i> “ „Si epistolae, quae“.
„	13.	— (219) Anastasio, episcopo Thessalonicensi, gratulatur, quod a synodo Ephesia abfuerit, eumque in fide perstare iubet. Sibi enim „definitissimum esse“ ait „in suae communionis numero non futuros eos, qui conentur antiqua catholicae fidei fundamenta convellere“. Leonis M. Opp. I. 929, Mansi VI. 27. — „Quantum relatione“.
„	13.	— (220) Iuliano, episcopo Coensi, significat, quo ferat animo ea, quae in Ephesia synodo gesta sint. Consilia sua ex nuncio eum esse cogniturum scribit. Leonis M. Opp. I. 930, Mansi VI. 28. — „Cognitis, quae apud“.
„	13.	— (221) Flavianum, episcopum Constantinopolitanum, de iniuriis synodi Ephesiae consolatur, fortique animo esse iubet. Leonis M. Opp. I. 931, Mansi VI. 28. — „Quae et quanta“.
„	15.	(Romae) (222) In synodo. Clerum, honoratos et plebem Constantinopolitanam consolatur de malis ab Alexandrino episcopo in synodo Ephesia Flaviano illatis. Hortatur, ut fidem custodiant, „in qua“ inquit „Christianissimum principem novimus permanere“. Leonis M. Opp. I. 931, Mansi VI. 30. — „ <i>Εἰς γνώσιν</i> “ „In notitiam nostram“.
„	15.	„ (223) In synodo. Faustum, Martinum, Petrum, Emmanuelem, presbyteros et archimandritas Constantinopolitanos, monet, ne Flavianum episcopum neve fidem deserant. Leonis M. Opp. I. 937, Cocqu. I. 42, Mansi VI. 33. — „ <i>Εἰ καὶ τὰ</i> “ „Quamvis ea, quae“.

Dec. 25.	—	449. (<i>Asturio et Protogene coss.</i>) (224) Theodosio II. imperatori scribit, se Nicaena in fide perseverare, damnareque quum Nestorii dogma, tum sententiam eorum, „qui veritatem carnis nostrae negent a Iesu Christo susceptam esse“. Concilii in Italia celebrandi licentiam petit. Leonis M. Opp. I. 955, Mansi VI. 45. — „Pro integritate fidei“.
Febr. 22.	Romae in basilica apostoli Petri	450. (<i>Valentiniano augusto VII. et Avieno coss.</i>) In synodo cum Valentiniano III. imperatore. V. epistolam Valentiniani in Leonis M. Opp. I. 962, Mansi VI. 50.
—	—	(225) Cleri et honoratorum et plebis Constantinopolitanae religionem laudat. „Manichaeorum confoederari errori“ scribit eos, „qui ab unigenito dei filio verum et nostrae naturae hominem negent esse susceptum, omnesque eius corporeas actiones simulatorii velint fuisse phantasmatis“. „Nec quisquam“ inquit „sibi audeat de sacerdotali honore blandiri, qui potuerit in execrandi sensus impietate convinci“. Synodi indicendae potestatem ab imperatore peti vult. Leonis M. Opp. I. 975, Mansi VI. 58. — „Licet de his, quae“.
Mart. 17.	—	(226) Pulcheriae Augustae fide laetatur. De suo celebrandae synodi desiderio addit. Leonis M. Opp. I. 982, Mansi VI. 64. — „Gaudere me plurimum“.
„ 17.	—	(227) Martino et Fausto presbyteris et archimandritis mandat, operam dent, „ut omnibus ecclesiae filiis innotescat, quid contra impium sensum ipse secundum doctrinam evangelicam et apostolicam praedicet“. „Se omnes conatus suos ei causae, in qua universalis ecclesiae salus infestetur, impendere“, dicit. Leonis M. Opp. I. 983, Mansi VI. 65. — „Bonorum operum“.
Mai. 5.	—	(228) Constantino, Armentario, Audentio, Severiano, Valeriano, Urso, Stephano, Nectario, Constantio, Maximo, Asclepio, Theodoro, Iusto, Ingenuo, Augustali, Superventori, Ynantio, Fonteio, Palladio, comprovincialibus episcopis metropolis Arelatensis, respondet, se controversiam inter Viennensem et Arelatensem episcopos ita decrevisse, ut prior Valentiae, Tarantasiae, Genavae, Gratianopoli, posterior reliquis eiusdem provinciae civitatibus praesideret. Leonis M. Opp. I. 998, Conc. Gall. I. 515, Mansi VI. 76. — „Lectis dilectionis vestrae“.
„ 5.	—	(229) Ravennio, episcopo Arelatensi, mandat, ut epistolam suam „ad orientem pro fidei defensione directam, vel sanctae memoriae Cyrilli, quae suis sensibus tota concordet“, universis cum fratribus communicet. Petronium presbyterum et Regulum diaconum, legatos suos, secreta mandata allaturos esse, nunciat. Leonis M. Opp. I. 1000, Conc. Gall. I. 521, Mansi VI. 78. — „Diu filios nostros“.
Iul. 16.	—	(230) Theodosio II. imperatori respondet, se Anatolio, nuper creato episcopo Constantinopolitano „non dilectionem negare, sed manifestationem catholicae veritatis exspectare“. Monet, agat, „ut quam primum ad se“ illius „scripta perveniant, aperte scilicet atque dilucide protestantia, quod, si quis de incarnatione verbi dei aliud aliquid credat aut asserat, quam catholicorum omnium et ipsius professio protestetur, hunc a sua communione secernat“. Abundium et Asterium episcopos ac Basilium et Senatorem presbyteros mittit cognitum Anatolii fidem; quam si „a puritate suae fidei atque patrum auctoritate dissentire“, intellexerint, concilii universalis in Italia congregandi licentiam ab imperatore concedi cupit. Leonis M. Opp. I. 1005, Mansi VI. 83. — „Omnibus quidem vestrae“. (Cf. Fragm. in Leonis M. Opp. II. 1619, Mansi VI. 423: „Credimus filium“.)
16.	—	(231) Pulcheriae augustae nunciat, se mittendas ad Anatolium litteras non censuisse, quoad confessoria illius epistola afferretur. De legatis missis et de universalis concilii necessitate addit. Leonis M. Opp. I. 1009, Mansi VI. 86. — „Gaudeo fidei clementiae“.
„ 17.	—	(232) Presbyteris et archimandritis quibusdam Constantinopolitanis significat, Anatolium et eos „qui eundem consecraverint, praeter id quod ordinationem novi antistitis pertineat, nihil sibi de compressis vel abdicatis erroribus indicasse, quasi in illa ecclesia nullum scandalum exstitisset“. Legatos suos commendat. Leonis M. Opp. I. 1012, Mansi VI. 88. — „Causa fidei, in qua“.
—	—	(233) Fausto presbytero respondet, „ne confundatur de evangelio generationis domini Iesu Christi, filii David, filii Abraham secundum carnem“. Leonis M. Opp. I. 1016, Mansi VI. 91. — „Κεχαρισμένον“, „Gratum semper est“.

Sept. 13.	—	450. (Valentiniano augusto VII. et Avieno coss.) (234) Martino presbytero scribit, „ad haeresim destruendam sollicitudinem suam non defore, donec omnipotentis dextera dei omnia diaboli arma confringat“. Addit, se bene sperare de legatis Constantinopolim missis. Leonis M. Opp. I. 1019, Mansi VI. 95. — „Gratias agimus deo“.
Nov. 8.	—	(235) Faustum et Martinum presbyteros et archimandritas hortatur, ut constantiam sumant „contra antichristi praecursores, cui Nestorius et Eutyches sub diversa quidem erroris specie, sed sub eodem spiritu falsitatis militare voluerint“. Leonis M. Opp. I. 1022, Mansi VI. 96. — „Omnes scribendi“.
Apr. 13.	—	451. (Adelfo cons.) (236) Marciani imperatoris fide ex eius litteris cognita gaudet, eumque a deo „ad hoc, ut fides catholica ab insidiis inimicorum suorum defenderetur, electum esse“ scribit. De plenioribus litteris per legatos missis addit. Leonis M. Opp. I. 1033, Mansi VI. 103. — „Litteras pietatis vestrae“.
„ 13.	—	(237) Pulcheriae augustae de victa Nestorii Eutyichisque haeresi gratulatur, eamque laudat, quod et legatos suos adiuerit, et eiectos sacerdotes catholicos reduxerit, et Constantinopolim referri iusserit Flaviani reliquias. Lapsos, damnato errore, recipi vult. Eusebium, episcopum (Dorylensem), iniuste pulsam, Romae degentem, et Iulianum, Coensem episcopum, et eos, qui Flaviano faverint, clericos Constantinopolitanos commendat. Leonis M. Opp. I. 1035, Mansi VI. 105. — „Quod semper de“.
„ 13.	—	(238) Anatolii, episcopi Constantinopolitani, orthodoxia gaudet. Lapsis errorem damnantibus communionem reddi censet. Nomina Dioscori, Iuvenalis, Eustathii „ad sacrum altare recitari“ vetat. Commendat Iulianum et Eusebium episcopos, clericosque Flaviano amicos. Leonis M. Opp. I. 1038, Mansi VI. 108. — „Gaudemus in domino“.
„ 13.	—	(239) Iuliano, episcopo (Coensi), miseris liberato gratulatur, eumque ad pertinaces haereticos „districtius comprimendos“ adhortatur. Leonis M. Opp. I. 1042, Mansi VI. 111. — „Litteras fraternitatis tuae“.
„ 23.	—	(240) Marcianum imperatorem, pacis ecclesiasticae studiosissimum, monet, „ne cuiusquam procaci impudentique versutia quasi de incerto, quid sequendum sit, sinat inquiri; cum ab evangelica apostolicaque doctrina ne uno quidem verbo liceat dissidere“. Non disceptandum esse, ait, „utrum Eutyches impie senserit, et utrum perverse Dioscorus iudicavit“. De synodo indicenda quid sibi videat, legatos aperturos esse scribit. Leonis M. Opp. I. 1043, Mansi VI. 112. — „Quamvis per Constantinopolitanos“.
Iun. 9.	—	(241) Marciano imperatori commendat Lucentium episcopum et Basilium presbyterum Constantinopolim missos, ut poenitentes haereticos recipiant. Synodum ante petitam in aliud tempus differri vult, „quoniam illae provinciae, de quibus maxime sint evocandi (sacerdotes), inquietatae bello, ab ecclesiis suis eos non patiantur abscedere“. Leonis M. Opp. I. 1046, Mansi VI. 114. — „Multam mihi fiduciam“.
„ 9.	—	(242) Pulcheriae Augustae legatos suos commendat. Ostendit, „sicut Nestorianam impietatem, ita et Eutychianam blasphemiam ab omnium esse catholicorum eliminandam consortio“. Quare petit, ut Eutyches „ab eo loco, qui Constantinopolitanae urbi nimis vicinus sit, longius transferatur, ne frequentioribus solatiis eorum, quos ad impietatem suam traxerit, utatur“. Monasterio illius catholicum abbatem praefici vult. Leonis M. Opp. I. 1048, Mansi VI. 116. — „Religiosam pietatis“.
„ 9.	—	(243) Anatolio, episcopo Constantinopolitano, mandat, studeat una cum suis legatis sic agere, „ut nec benevolentiae partes, nec iustitiae negligentur“. Iubet illos recipi, qui, metu quondam ad haeresim adducti, iam damnaverint eam, sed auctores machinatoresque impietatis „maturioribus apostolicae sedis consiliis reservari“. Leonis M. Opp. I. 1050, Mansi VI. 118. — „Licet sperem dilectionem“.
„ 9.	—	(244) Iulianum, episcopum Coensem, monet, ut in haeresi penitus delenda legatos suos adiuvet. Leonis M. Opp. I. 1052, Mansi VI. 119. — „Quam gratum mihi“.
„ 19.	—	(245) Anatolio, episcopo Constantinopolitano, commendat Basilium et Ioannem presbyteros, a quibus et Nestorianam et Eutychianam haeresim Romae damnatam nunciat. Leonis M. Opp. I. 1054, Mansi VI. 120. — „Ad declinandam erroris“.
„ 24.	—	(246) Paschasino, episcopo Lilybaetano, mittit exemplum suae ad Flavianum de Eutychiana haeresi epistolae (ep. 201), cui et „Constantinopolitanam ecclesiam cum monasteriis omnibus et multis episcopis“, et universos Antiochenae provinciae episcopos subscripsisse nunciat. De controverso anni 455 tempore paschali

		451. (<i>Adelfo cons.</i>) quid sentiat, scire cupit. Leonis M. Opp. I. 1057, Mansi VI. 123. — „Quamvis non dubitem“.
Iun.	24.	(247) Marciano semper Augusto significat, ad synodum, praeter ipsius voluntatem hoc iam tempore indictam, una cum Bonifacio presbytero et Iuliano episcopo missum esse Paschasinum, episcopum Lilybaetanum. Quem synodo praesidere vult, „quia“ inquit „quidam de fratribus contra turbines falsitatis non valere catholicam tenere constantiam“. Leonis M. Opp. I. 1060, Mansi VI. 126. — „Credebamus, clementiam“.
„	26.	(248) Marcianum Augustum obsecrat, „ut in praesenti synodo fidem, quam beati patres ab apostolis sibi traditam praedicaverint, non patiat quasi dubiam retractari; illudque potius iubeat, ut antiquae Nicaenae synodi constituta, remota haereticorum interpretatione, permaneant“. Leonis M. Opp. I. 1063, Mansi VI. 127. — „Poposceram“.
„	26.	(249) Anatolio, episcopo Constantinopolitano, scribit, mirari se, quod imperator synodum tanta festinatione congregari iusserit. Quocirca diversarum provinciarum evocari sacerdotes non potuisse nunciat; legatos tamen a se missos esse. Leonis M. Opp. I. 1065, Mansi VI. 129. — „Cognita clementissimi“.
„	26.	(250) Iulianum, episcopum Coensem, legatis suis in synodo Nicaeae celebranda suffragari iubet. Leonis M. Opp. I. 1066, Mansi VI. 130. — „Quid de dilectionis“.
„	26.	(251) Synodo Nicaeae celebrandae scribit, licet ipse invitatus ab imperatore venire non possit, tamen in suis se legatis synodo praesessurum. Admonet, videant, ut „relecta penitus audacia disputandi contra fidem divinitus inspiratam, vana errantium infidelitas conquiescat, neu liceat defendi, quod non liceat credi“. Hortatur, ut suam ad Flavianum epistolam amplectantur, et exsultantes episcopos catholicos restituendos curent. Leonis M. Opp. I. 1067, Mansi VI. 131. — „Optaveram quidem“ „ <i>Ἐμοὶ μὲν</i> “.
Iul.	20.	(252) Marciano imperatori scribit, in synodo, „compressa vel remota inquietudine ac pravitate paucorum, facile firmatum iri probandam concordiam“. Monet, „nulla penitus disputatio cuiusquam retractationis admittatur, ne per vanam fallacemque versutiam aut infirma videantur, aut dubia, quae ab initio sint fundata et sine fine mansura“. Legatos suos commendat. Leonis M. I. 1075, Mansi VI. 135. — „Sanctum clementiae vestrae“.
„	20.	(253) Pulcheriae Augustae ostendit, velle se, ut haeretici poenitentes in synodo Nicaeae celebranda tractentur clementius, quam „in illo Ephesino non iudicio sed latrocinio“ tractati sint catholici. Leonis M. Opp. I. 1076, Mansi VI. 138. — „Religiosam clementiae vestrae“.
—	—	(254) *Paschasino et Lucentio episcopis et Bonifacio presbytero, legatis suis, communionem Theodoro episcopo Cyrensi a se redditam nunciat. V. synodi Chalcedoniae acta ap. Mansi VII. 190.
—	—	(255) Ravennium, episcopum Arelatensem, hortatur, ut anni 452 pascha agat die 23 m. Martii. „Ad praecipuum“ inquit „religionis nostrae pertinet sacramentum, ut in festivitate paschali nulla sit toto orbe diversitas“. Leonis M. Opp. I. 1079, Conc. Gall. I. 531, Mansi VI. 140. — „Ad praecipuum“.
—	—	(256) *Eusebio, episcopo Mediolanensi, nunciat, episcopos ad orientem missos „effectum commissae legationis reportasse“. Epistolae ad Flavianum datae exemplum mittit per Abundantium episcopum et Senatorem presbyterum. V. Eusebii epist. in Leonis M. Opp. I. 1080 et ap. Mansi VI. 141.
		452. (<i>Herculano cons.</i>)
Ian.	27.	(257) Ravennii, Rustici, et ceterorum episcoporum per Gallias constitutorum, litteris, „caelesti doctrina“ plenis, gaudet. Exponit de Nestoriano Eutychnoque errore fugiendo. A synodo Chalcedonia et litteras suas confirmatas et Dioscorum, episcopum Alexandrinum, damnatum esse nunciat. Addit, se reditum legatorum suorum expectare. Leonis M. Opp. I. 1136, Mansi VI. 181, Conc. Gall. I. 543. — „Optassemus quidem“.
—	—	(258) Rustico, Ravennio, Venerio et ceteris episcopis per Gallias constitutis significat, acta synodi Chalcedoniae a suis sibi legatis allata esse. Synodum sibi de incarnatione Christi assensam esse gaudet. Exemplum sententiae in Dioscorum sociosque prolatae mittit. Leonis M. Opp. I. 1140, Conc. Gall. I. 545, Mansi VI. 185. — „Impletis per“.

		452. (Herculano cons.)
Mai. 22.	—	(259) Marciano imperatori respondet, se perniciosissimo errore in synodo Chalcedonia extincto gaudere, sed dolere de Anatolii episcopi Constantinopolitani ambitione, contraria ecclesiarum privilegiis, in Nicaena synodo institutis. Regiam civitatem esse ait illius sedem. non apostolicam. Legatos suos Anatolii insolentiae in synodo iure optimo obstitisse scribit. Monet, agat, ut ille „consulat paci, neque sibi aestimet licuisse, quod Antiochenae ecclesiae episcopum ordinare praesumsit; abstineatque ab ecclesiasticarum iniuria regularum, ne se ab universali ecclesia abscidat“. Leonis M. Opp. I. 1143, Mansi VI. 187. — „Μεγάλη χάριτι“ „Magno munere“.
„ 22.	—	(260) Pulcheriae Augustae scribit de victoria fidei et Anatolii arrogantia. „Superbum nimis esse et immoderatum“ ait, „ultra proprios terminos tendere et, antiquitate calcata, alienum ius velle praeripere, atque, ut unius crescat dignitas, tot metropolitanorum impugnare primatus“. „Consensiones episcoporum, sanctorum canonum apud Nicaeam conditorum regulis repugnantes, in irritum mittit et per auctoritatem b. Petri apostoli, generali prorsus definitione cassat“. Leonis M. Opp. I. 1154, Mansi VI. 195. — „Sanctis et deo“.
„ 22.	—	(261) Anatolio, episcopo Constantinopolitano, gratulatur, quod eo adiuvante fides valuerit; sed eum reprehendit, quod synodo haeresis extinguendae gratia congregata ad proprium quaestum sit abusus. Dolet, „in hoc eum esse prolapsum, ut sacratissimas Nicaenorum canonum constitutiones conaretur infringere, tamquam opportune se ei hoc tempus obtulerit, quo secundi honoris privilegium sedes Alexandrina perdidit et Antiochena ecclesia proprietatem tertiae dignitatis amisit: ut, his locis iuri eius subditis, omnes metropolitani episcopi proprio honore priventur“. Excommunicatione proposita monet, ut deponat superbiam. Leonis M. Opp. I. 1157, Mansi VI. 198. — „Φανερόθεντος“ „Manifestato, sicut“.
„ 22.	—	(262) Iulianum, episcopum Coensem, reprehendit, quod pro Anatolio episcopo, alienorum honorum appetenti, litteras ad se dederit. Leonis M. Opp. I. 1171, Mansi VI. 207. — „Cum frequentibus“.
Iun. 11.	—	(263) Theodoro, episcopo Foroiliensi, de concedendis peccatis respondet, obiurgans eum, quod metropolitanum ante non consuluerit. Leonis M. Opp. I. 1173, Mansi VI. 208, Conc. Gall. I. 549. — „Sollicitudinis quidem tuae“.
— —	Ad Mincium	Attilam, Hunnorum regem, adit, a Valentiniano imperatore pacificatum missus, Prosperi Aquitani chron. integr. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. I. 671: „Suscepit hoc negotium cum viro consulari Avieno et viro praefectorio Trigetio beatissimus papa Leo; — tota legatione dignanter accepta, ita summi sacerdotis praesentia rex gavisus est, ut bello abstinere praeciperet, et ultra Danubium promissa pace discederet“. Iordanis de reb. Get. c. 42 ap. Muratori R. It. Scr. I. 212: „Leo papa per se ad eum accedit in Aeroventu Mamboleio (al. in agro Venetum Ambuleio), ubi Mincius amnis comitantium frequentatione transitur“. Cf. Cassiodori chron. ap. Roncallium II. 230, Victoris Tunnunensis chron. ibid. II. 339, Hist. miscell. L. XV. ap. Muratori R. It. Scr. I. 100.
Nov. 25.	—	(264) Iuliano, episcopo Coensi, rescribit, monachorum Palaestinarum, Eutyichis et Dioscori sectatorum, turbas opprimendas, imperatoremque commovendum esse, ut seditionis faces in exsilium agantur. Anastasii ad Epictetum epistolae (contra Nestorium scriptae) exemplum adiungit. Iuvenalis, episcopi Hierosolymitani, calamitatem dolet. Frequentes epistolas poscit. Leonis M. Opp. I. 1177, Mansi VI. 212. — „Gravia sunt et“.
		453. (Opilione cons.)
Mart. 10.	—	(265) Marciano imperatori queritur, quod Anatolius, episcopus Constantinopolitanus, Aetium, catholicum virum, archidiaconatu privaverit, et Andream Eutyichianum in illius locum substituerit. Rogat, arceat Anatolium ab insectandis catholicis. Commendat Iulianum, episcopum Coensem, „nam“ inquit „vicem ipsi meam contra temporis haereticos delegavi, atque propter ecclesiarum pacisque custodiam, ut a comitatu vestro non abesset, exegi“. Leonis M. Opp. I. 1185, Mansi VI. 217. — „Quam excellenti“.
„ 10.	—	(266) Pulcheriam Augustam monet, ut Aetium restituendum et Andream removendum curet. Iulianum, vicarium suam, commendat. Leonis M. Opp. I. 1188, Mansi VI. 220. — „Multis exstantibus“.

		453. (<i>Opilione cons.</i>)
Mart.	11.	(267) Iulianum, episcopum Coensem, laudat, „quod“ inquit „de malis, quae multa et saeva pertulimus, pio nobiscum dolore compateris; sed utinam haec, quae nos perpeti dominus aut permisit, aut voluit, ad correctionem proficiant servatorum, et ut desinant adversitates, finiantur offensae“. Hortatur, „ut speculati de Constantinopolitanae urbis oportunitate non desinat, ne Nestoriani et Eutychiani dogmatum impius usquam turbo consurgat“. De causis seditionis monachorum Palaestinarum et de monachorum Aegyptiorum ecclesiaeque Alexandriae statu litteras poscit. Acta concilii Chalcedonii, Latine reddita, mitti iubet. Leonis M. Opp. I. 1190, Mansi VI. 220. — „Agnovi in dilectionis“.
„	21.	(268) Episcopis, qui synodo Chalcedoniae interfuerunt, aperit, se, quae de fide stauerint, probare, sed, quae ad explendam episcopi Constantinopolitani vanitatem contra leges Nicaenas acta sint, ea irrita futura. Leonis M. Opp. I. 1193, Mansi VI. 225. — „Πᾶσαν μὲν“ „Omnem quidem fraternitatem“.
„	21.	(269) Marciano imperatori de litteris ad episcopos synodi Chalcedoniae missis significat. Commonitorium eius ad „monachos imperitos“ laudat. Iulianum, episcopum Coensem, commendat. Leonis M. Opp. I. 1199, Mansi VI. 229. — „Πολλή μοι“ „Multa mihi in omnibus“.
„	21.	(270) Pulcheriae Augustae scribit, gaudere se, quod monachos seditiosos admonerit. De epistola ad episcopos synodi Chalcedoniae data nunciat. Leonis M. Opp. I. 1206, Mansi VI. 233. — „Quamvis nullas nunc“.
„	21.	(271) Iuliano, episcopo Coensi, mittit litterarum ad episcopos synodi Chalcedoniae datarum exempla duo, quorum alteri suam ad Anatolium epistolam adiunctam ait, ut eligat, utrum ad provinciarum sacerdotes dimittendum imperatori tradat. Gaudet de Marciani „edicto“ et Pulcheriae „responsione“ ad monachos seditiosos missis. Iussu imperatoris se Eudociam Augustam ad iuvandam fidem catholicam admonuisse nunciat, „ut auctores seditionum — vindicantium timent potestatem“. Monet, ut interim aequo animo ferat iniurias. Episcopum „a Thessalonicensi (ecclesia) ordinationis nuncium missum“ narrasse scribit, Anatolium „Illyricos episcopos, ut sibi subscriberent, convenisse“. Leonis M. Opp. I. 1208, Mansi VI. 234. — „Quam vigilanter“.
Apr.	2.	(272) Iuliano, episcopo Coensi, mandat, hortetur imperatorem, ut „incentores cruentarum seditionum iubeat competentius coerceri“, et iis, „quorum vel consilio vel impulsu mala tanta commissa sint, nullius favoris praestet solatia“. Miratur, Thalassum episcopum Gregorio cuidam, antea monacho, „scribendi vel praedicandi aliquam permisisse facultatem“. „Omni virtute resistendum esse“ ait „ne ea, quae ad sacerdotes pertineant, monachi sibi audeant vindicare“. Leonis M. Opp. I. 1210, Mansi VI. 237. — „Litteras dilectionis tuae“.
Iun.	11.	(273) Maximo, episcopo Antiocheno, scribit de Nestoriana et Eutychiana haeresi pariter propellenda; de privilegiis ecclesiae Antiochenae, „tertia sedis“, non immi- nuendis; de Nicaenis legibus custodiendis; de litteris ad Anatolium, episcopum Constantinopolitanum, missis. Monet, videat, „ut praeter eos, qui sint domini sacerdotes, nullus sibi docendi et praedicandi ius audeat vindicare, sive ille monachus, sive sit laicus“. Leonis M. Opp. I. 1212, Mansi VI. 238. — „Quantum dilectioni tuae“.
„	11.	(274) Theodoritum, episcopum Cyrensem, exsultare iubet, quod „incarnationis divinae mysterium saeculo redditum sit“. Exponit de Nestorianis et Eutychianis aequali lance vitandis damuandisque. De litteris ad Maximum missis addit. Leonis M. Opp. I. 1218, Mansi VI. 244. — „Remeantibus ad nos“.
„	15.	(275) Marciano imperatori significat, dissensionem esse ortam, quo die pascha anni 455 sit celebrandum; namque quod in centenaria Theophili, episcopi Alexandrini, computatione ascriptum sit diei 24 Aprilis, id ab aliis ad diem 17 eiusdem mensis revocari. Rogat, „ut studium praestet, quatenus Aegyptii, vel si qui sunt alii, qui certam huius supputationis videntur habere notitiam, scrupulum absolvant, ut in eum diem generalis observantia dirigatur“. Leonis M. Opp. I. 1228, Mansi VI. 251. — „Tam multis documentis“.
„	15.	(276) Iuliano, episcopo Coensi, mandat, hortetur imperatorem de constituendo anni 455 die paschali. Leonis M. Opp. I. 1232, Mansi VI. 254. — „De paschali“.
„	15.	(277) Eudociam Augustam monet, nitatur, ut monachi Palaestini ad pacem fidemque perducantur. Leonis M. Opp. I. 1234, Mansi VI. 256. — „Quanta mihi catholicae“.

			453. (<i>Opilione cons.</i>)
			(278) Universis monachis per Palaestinam constitutis, qui epistolam ad Flavianum in Graecum male conversam erant indignati, copiose exponit et de incarnatione verbi et de Nestorii Eutychisque erroribus. Dolet, eos „evangelicae et apostolicae doctrinae resultare, exagitando seditioibus civitates. conturbando ecclesias, nec solum iniurias, sed etiam caedes presbyteris atque episcopis inferendo“. Ut resipiscant, monet. Leonis M. Opp. I. 1236, Mansi VI. 258. — „Sollicitudini meae, quam“.
Iun.	25.	—	(279) Iulianum, episcopum Coensem, Constantinopoli degentem, de litterarum intermissione reprehendit. Leonis M. Opp. I. 1244, Mansi VI. 264. — „Saepissime dilectionem“.
			454. (<i>Aetio et Studio coss.</i>)
Ian.	9.	—	(280) Marciano imperatori gratulatur et de oppressis Palaestinae tumultibus et de Iuvenali episcopo Hierosolymitano restituto. Aegyptum „exsecrabilis Dioscori contagis“ liberari cupit. Leonis M. Opp. I. 1245, Mansi VI. 265. — „Geminis clementiae“.
	9.	—	(281) Iuliano, episcopo Coensi, de litteris ad imperatorem missis indicat. Nunciat, se Proterii, episcopi Alexandrini, epistolam fide plenam accepisse, iuraque tuiturum. Monet, operam det, ut paschale anni 455 tempus constituatur. Quare suarum ad Chalcedonios episcopos litterarum pars ea, quae agat de Anatolii ambitione, non sit recitata, miratur. Imperatore pro Anatolio ad se scripsisse addit. Leonis M. Opp. I. 1246, Mansi VI. 266. — „Christianissimi principis“.
Mart.	9.	—	(282) Marciano imperatori rescribit, libenti animo se cum Anatolio, episcopo Constantinopolitano, amicitiam facturum, dummodo et ambitionem deponat, et haereticorum intermittat consuetudinem, et ad epistolas suas respondeat. Leonis M. Opp. I. 1249, Mansi VI. 269. — „Si quantum vestra“.
	10.	—	(283) Proterio, episcopo Alexandrino, respondet, restricte observandum esse, ne in haeresim pelliciantur animi. Monet, doceat populum, suis in scriptis nihil novi, sed vetera tantum praecepta patrum inesse. Ecclesiae eius iura confirmat. Leonis M. Opp. I. 1253, Mansi VI. 271. — „Laetificaverunt me“.
	10.	—	(284) Marcianum imperatorem Proterio, episcopo Alexandrino, favere gaudet. De litteris ad eundem missis nunciat. Petit, ut sua ad Flavianum epistola, quam ab haereticis interpolatam ait, per Iulianum episcopum vel per alios viros idoneos in Graecum convertatur, ac signo imperiali consignata Alexandriam mittatur. Leonis M. Opp. I. 1256, Mansi VI. 274. — „Puritatem fidei“.
	10.	—	(285) Iulianum, episcopum Coensem, de epistola ad Flavianum in Graecum transferenda monet. De anni 455 paschate quid sit imperatori rescriptum, audire cupit, „quoniam“ inquit „imminent dies, ut nosse possimus, quem diem formatis adscribere debeamus“. Leonis M. Opp. I. 1259, Mansi VI. 276. — „Sumtis fratris et“.
Apr.	15.	—	(286) Marciano imperatori pollicetur, in gratia se cum Anatolio fore, si is promissa persolverit. Eutychen ex eo loco, ubi adhuc exsulaverit, „ad longinqua et secretiora“ relegari cupit. Quid Alexandrini de anni 455 paschate responderint, significari sibi vult. Leonis M. Opp. I. 1274, Mansi VI. 288. — „Quod saepissime“.
Mai.	29.	—	(287) Anatolium, episcopum Constantinopolitanum, laudat, quod, remoto Andrea, Aetium restituerit. Hortatur, ut lapsos, si damnaverint errorem, suscipiat, neu contra decreta Nicaena alienos honores appetat. Leonis M. Opp. I. 1277, Mansi VI. 290. — „Si firmo incommutabilique“.
	29.	—	(288) Marciano imperatori de litteris ad Anatolium datis significat. Petit, ne damnatam haeresim patlatur a Caroso, monacho perverso, Constantinopoli defendi. Leonis M. Opp. I. 1279, Mansi VI. 292. — „Litterarum clementiae“.
	29.	—	(289) Marciano imperatori significat, ecclesiarum concordiae gratia se Alexandrinorum sententiae accessisse, ut pascha anni 455 agatur die 24 m. Aprilis, Proteriumque de ea re certiorum esse factum. Iam iterum petit, ne ecclesiae Constantinopolitanae oconomos a publicis iudicibus audiri sinat. Leonis M. Opp. I. 1282, Mansi VI. 294. — „Sollicitudinem meam“.
Iul.	28.	—	(290) Universos episcopos catholicos, per Gallias et Hispanias constitutos, de paschate anni 455 die 24 m. Aprilis celebrando certiores facit. („Post consulatum Opilio-

			454. (<i>Aetio et Studio coss.</i>) nis“). Leonis M. Opp. I. 1283, Conc. Gall. I. 567, Mansi VI. 295. — „Cum in omnibus“.
Sept.	4.	—	(291) Iuvenali, episcopo Hierosolymitano, restitutionem gratulatur, sed dolet, praeteritarum miseriarum ansam ab eo ipso fuisse praebitam. Hortatur, ut in fide permaneat. Leonis M. Opp. I. 1285, Mansi VI. 297. — „Δεξάμενος“ „Acceptis dilectionis tuae“.
Dec.	6.	—	(292) Iuliano, episcopo Coensi, scribit, se mortuo Dioscoro sperare, fore ut iam facilius tollatur haeresis. Imperatoris fidem implorari iubet. De rebus Alexandrinis erudiri vult. Leonis M. Opp. I. 1295, Mansi VI. 303. — „Litteras dilectionis tuae“.
			455. (<i>Valentino Augusto VIII. cons.</i>)
Mart.	11.	—	(293) Iulianum, episcopum Coensem, interrogat, quid sit, cur Carosus, ad fidem reversus, pergat Anatolii communionem vitare. Mandat, sibi significet et de eventu legationis Aegyptiae a Ioanne susceptae, et de statu episcopi Antiocheni, rei facti. Leonis M. Opp. I. 1296, Mansi VI. 304. — „Per filium meum“.
„	13.	—	(294) Marciano imperatori occidentales sacerdotes omnes admonitos nunciat, ut huius anni pascha die 24 m. Aprilis agerent. Carosum et Dorotheum, monachos haereticos, in exsilium eictos esse gaudet. Leonis M. Opp. I. 1297, Mansi VI. 305. — „Quanta sit in vestra“.
„	13.	—	(295) Anatolium, episcopum Constantinopolitanum, ad comprimendas haereticorum reliquias adhortatur. Leonis M. Opp. I. 1298, Mansi VI. 306. — „Curae esse dilectioni“.
Iun.	2?	„Extra portas“ Romae	Geisericum, Wandalorum regem, „ita lenivit, ut, cum omnia potestatis ipsius essent, tradita sibi civitate, ab igne tamen et caede atque suppliciis abstinere“, Prospero Aquitani chron. integr. ap. Roncallium vet. lat. scr. chron. I. 675. — Verisimillimum est, Romam a Geisericum die 2 Iunii esse captam; tradit enim Victor Tunnunensis in chron. ap. Roncallium II. 341, illum Romam ingressum esse „tertia die postquam Maximus occiditur“, quem imperatorem die 31 m. Maii interfectum reperimus in Prosperi chron. e cod. Vatic. ap. Roncallium I. 719. Cf. Papencordt Geschichte der vandalischen Herrschaft in Africa p. 344 sq.
Iul.	6.	Romae	„In octavis apostolorum Petri et Pauli“. V. Leonis sermon. 84. Opp. I. 335. „Pudet dicere“, inquit „sed necesse est non tacere, plus impenditur daemonis, quam apostolis, et maiorem obtinent frequentiam insana spectacula, quam beata martyria; — liberationem nostram non, sicut opinantur impii, stellarum effectibus, sed ineffabili omnipotentis dei misericordiae deputantes, qui corda furentium barbarorum mitigare dignatus est, ad tanti vos beneficii memoriam toto fidei vigore conferte“.
			457. (<i>Constantino et Rufo coss.</i>)
Ian.	1.	—	(296) *Leoni I. Augusto imperium gratulatur. V. Leonis papae epist., Opp. I. 1300. (297) Iuliano, episcopo Coensi, respondet, gaudere se, quod „ea, quae Eutychianistae post obitum principis Marciani excitare moliti sint, destructa sint“. Addit, incertos „quosdam ad se rumores de Alexandrini populi ausibus“ allatos esse. Leonis M. Opp. I. 1299, Mansi VI. 306. — „Gratias deo, quod“.
Iul.	11.	—	(298) Leonem I. imperatorem hortatur, ut perturbatam ecclesiam Alexandrinam ab haereticis defendat, et eidem ecclesiae catholicum episcopum praefici iubeat, decretaque Chalcedonensia tueatur. Leonis M. Opp. I. 1300, Mansi VI. 307. — „Officiis, quae ad“.
„	11.	—	(299) Anatolio, episcopo Constantinopolitano, respondet, admonitu eius se ecclesiam Alexandrinam imperatori commendasse. Leonis M. Opp. I. 1302, Mansi VI. 309. — „Satis claret“.
„	11.	—	(300) Iulianum, episcopum Coensem, et Aetium presbyterum de intermisso litterarum officio reprehendit. De rebus Alexandrinis addit. Leonis, M. Opp. I. 1304, Mansi VI. 310. — „Quamvis dudum“.
Sept.	1.	—	(301) Leoni I. imperatori gratias agit, quod „in totius mundi pacem, Chalcedonensis synodi se esse custodem“ professus sit. Leonis M. Opp. I. 1305, Mansi VI. 311. — Licet proxime“.
„	1.	—	(302) Euxitheum Thessalonicensem, Iuvenalem Hierosolymitanum, Petrum Corinthium, Lucam Dyrrachenum „a pari“ concitat adversus Eutychianos, qui inter-

			457. (<i>Constantino et Rufo coss.</i>)
			fecto Proterio, episcopo Alexandrino, id contendant, ut ad abolenda statuta Chalcedonia cogatur concilium. Sperat fore, ut imperator et Patricius (Aspar), si sacerdotum intellexerint concordiam, ecclesiam perturbari ab haereticis non patiantur. Leonis M. Opp. I. 1311, Mansi VI. 315. — „Cognitis, quae apud“.
Sept.	1.	—	(303) Basilio, episcopo Antiocheno, quae superiore epistola, eadem iisdem verbis aperit, praemissa vituperatione ordinationis sibi non significatae. Leonis M. Opp. I. 1309, Mansi VI. 313. — „Ordinationem quidem“.
„	1.	—	(304) Iuliano, episcopo Coensi, mandat, ut superiores epistolas suas (ep. 302) ad episcopos celeriter perferendas curet. „Miratur, calumniantium vanitati aliquid adhuc in epistola sua (ad Flavianum), quae universo mundo placuit, obscurum videri, ut de ea putent apertius exponendum“. Leonis M. Opp. I. 1314, Mansi VI. 317. — „Existente occasione“.
„	1.	—	(305) Aetio, presbytero Constantinopolitano, mandat, ut exempla suarum „generalium litterarum“ (v. supra ep. 302, 303) ad Antiochenum et Hierosolymitanum episcopos mittat. „Exemplaria quoque litterarum, quas Galli ad se atque Itali episcopi concordi credulitate miserunt, pariter dirigit“. Leonis M. Opp. I. 1315, Mansi VI. 318. — „Accepimus dilectionis“.
„	1.	—	(306) Anatolium, episcopum Constantinopolitanum, monet et de catholica puritate conservanda et de Attico, presbytero haeretico, aut corrigendo aut removendo. Leonis M. Opp. I. 1313, Mansi VI. 316. — „Fidem dilectionis tuae“.
Oct.	11.	—	(307) Episcopos Aegyptios, Constantinopoli exsulantes, consolatur et bene sperare iubet. Imperatori se gratias egisse scribit, quod humane eos suscepisset. Leonis M. Opp. I. 1316, Mansi VI. 319. — „Licet laboribus“.
„	11.	—	(308) Anatolio, episcopo Constantinopolitano, indicat de litteris ad episcopos Aegyptios missis. Hortatur, coerceat clericos ad haeticorum causam inclinantes. Leonis M. Opp. I. 1317, Mansi VI. 320. — „Diligentiam necessariae“.
Dec.	1.	—	(309) Leoni I. imperatori significat, se quamvis cupiat, non posse ad eum venire. Hortatur, ne sinat de statutis Chalcedoniis denuo tractari, atque ut ecclesiam Alexandrinam, nunc „speluncam latronum“, catholicae fidei reconciliet. Addit de clericis Constantinopolitanis, haeticorum sociis, expellendis, et Iulianum, episcopum Coensem, Aetiumque presbyterum commendat. Leonis M. Opp. I. 1321, Mansi VI. 323. — „Litteras clementiae tuae“.
„	1.	—	(310) Episcopos Aegyptios, Constantinopoli exsulantes, iubet magno animo esse, monetque, ut imperatorem ad communem fidem defendendam sedulo adhortentur. Leonis M. Opp. I. 1328, Mansi VI. 329. — „Olim me commissorum“.
—	—	—	(311) Anatolio, episcopo Constantinopolitano, mandat, hortetur imperatorem, ut et universalem ecclesiam tueatur, et liberet Alexandrinam. Gaudet, quatuor tantum episcopos Aegyptios stare cum Timotheo, haeretico episcopo Alexandrino. Synodum haeticis ab imperatore concedi non vult. Monet, ut Atticum presbyterum et Andream, Eutychanos, nisi resipuerint, pellat. Leonis M. Opp. I. 1326, Mansi VI. 327. — „Rursus acceptis“.
			458. (<i>Leone et Maioriano Augustis coss.</i>)
Mart.	21.	—	(312) Nicetae, episcopo Aquileiensi, respondet, quae femina, capto viro, ad secundas transierit nuptias, eam illi reverso et reposcenti esse reddendam; immolaticios cibos qui ex necessitate ederint captivi, iis poenitentiam non negandam; rebaptizatis ad ecclesiam redeuntibus et poenitentiam iniungendam et manum imponendam esse, at qui semel ab haeticis baptizati sint, eos sola manus impositione recipiendos. Leonis M. Opp. I. 1330, Mansi VI. 331. — „Regressus ad nos“.
„	21.	—	(313) Episcopos clericosque Aegyptios, Constantinopoli exsulantes, in spem restitutionis adducit. De legato ex imperatoris voluntate a se mittendo significat. Ne evangelicam fidem impugnari sinant, monet, „nam“ inquit „definitarum rerum, quas tantae synodi vel christianissimi principis sanxit auctoritas et apostolicae sedis confirmavit assensus, nihil oportet discuti“. Leonis M. Opp. I. 1336, Mansi VI. 335. — „Tribulationem, quam“.
„	21.	—	(314) Presbyteris, diaconis, clericis Constantinopolitanis scribit de fide catholica servanda, de decretis Chalcedoniis non violandis, de Attico et Andrea Eutychanis aut corrigendis aut removendis. Leonis M. Opp. I. 1337, Mansi VI. 337. — „Laeticatus valde sum“.

		458. (Leone et Maioriano Augustis coss.)
Mart. 21.	—	(315) Leoni I. imperatori significat, se eius hortatu legatos missurum; quibus praescriptum fore, ut, „quae quidem sit apostolicae fidei regula, demonstrant“, ne vero „confligant cum hostibus fidei“, quum de rebus et Nicaeae et Chalcedone constitutis quaeri non debeat. De liberanda ecclesia Alexandrina addit. Leonis M. Opp. I. 1339, Mansi VI. 338. — „Multo gaudio mens“.
„ 28	—	(316) Anatolio, episcopo Constantinopolitano, respondet, se, quum de cavendis haereticorum fautoribus scripserit, eius offensionem non spectasse. Ab Attico presbytero certam definitamque haeresis Eutychiani improbationem exigi vult. Leonis M. Opp. I. 1342, Mansi VI. 341. — „Lectis dilectionis tuae“.
Aug. 17.	—	(317) Leoni I. imperatori commendat Domitianum et Geminianum, legatos suos. Quaestiones in synodo Chalcedonia absolutas non licere scribit de integro institui. Hortatur, ut ecclesiam Alexandrinam liberet, et catholicum episcopum ibi constitui iubeat, exsulesque episcopos Aegyptios restituat. Leonis M. Opp. I. 1344, Mansi VI. 343. — „Multis manifestisque“.
„ 17.	—	(318) Leoni I. imperatori quum de Nestorii Eutychisque erroribus, tam de incarnatione Christi copiose exposuit, adianctis testimoniis Hilarii, Athanasii, Augustini, Ambrosii, Iohannis, Theophili, Gregorii, Basilii, Cyrilli. Leonis M. Opp. I. 1353, Mansi VI. 351. — „Promississe me“ „Υποσχόμενον“
— —	Romae	Synodus. V. sequentem epistolam.
Oct. 24.	—	(319) Neoni, episcopo Ravennati, significat, in synodo nuper habita esse statutum, ne baptisma negetur iis, qui, quum infantes in captivitatem abstracti essent, domum reversi memoriam accepti baptismatis non habeant. Docet, homines ab haereticis baptizatos impositione manus esse recipiendos. Leonis M. Opp. I. 1405, Mansi VI. 387. — „Frequenter quidem“.
— —	—	458 — 459.
— —	—	(320) Rustico, episcopo Narbonensi, permittit, ut de Sabiniano et Leone, adulteris presbyteris, statuat. Hortatur, ne se munere episcopali abdicet. Addit, episcopum clero eligendum esse, plebi expetendum, provincialibus episcopis consecrandum; de presbyterorum diaconorumque poenitentia; de episcoporum et presbyterorum matrimoniis; de uxoriis et concubiis; de poenitentia; de monachis et monialibus, qui a suscepto voto defecerint; de baptismo. Leonis M. Opp. I. 1416, Conc. Gall. I. 475, Mansi VI. 397. — „Epistolas fraternitatis“.
— —	—	459. (Recimere cons.)
Mart. 6.	—	(321) Universis episcopis per Campaniam, Samnium et Picenum constitutis praescribit, ne baptismum, nisi paschatis pentecostesque diebus, tribuant, neve scriptam poenitentium professionem publice recitent. Leonis M. Opp. I. 1429, Mansi VI. 410. — „Magna indignatione“.
— —	—	460. (Magno et Apollonio coss.)
Iun. 17.	—	(322) Leoni I. imperatori gratulatur de Timotheo Aeluro ex ecclesia Alexandrina expulso. Monet, ut in locum illius catholicum substituendum curet episcopum, „nulla damnatae toties impietatis infectum aspergine“, neu restitui sinat Timotheum, „si etiam in professione fidei nihil negligat, nihil fallat“. Leonis M. Opp. I. 1431, Mansi VI. 412. — „Si gloriosum pietatis“.
„ 17.	—	(323) Gennadio, episcopo Constantinopolitano, queritur, quod Timotheo, deiecto episcopo, liceret Constantinopolim venire. Cuius aditum sermonemque defugiat, operamque det, ut catholicus ecclesiae Alexandrinae praeficiatur episcopus. Leonis M. Opp. I. 1433, Mansi VI. 414. — „Dilectionis tuae litteris“.
Aug. 18.	—	(324) Timotheo Solofaciolo, episcopo Alexandrino, electionem gratulatur, eumque ad delenda vestigia Nestoriani Eutychianique errorum adhortatur. Crebras litteras poscit. Leonis M. Opp. I. 1435, Mansi VI. 415. — „Evidenter apparet“.
„ 18.	—	(325) Presbyteris et diaconis Alexandrinis de novo episcopo gratulatur. Pacem concordiamque suadet, „quia“ inquit „varietatem veritas, quae est simplex atque una, non recipit“. Leonis M. Opp. I. 1436, Mansi VI. 416. — „Gaudeo exultanter“.
„ 18.	—	(326) Episcopos Aegyptios hortatur, ut, quem consecraverint, Timotheum, Alexandrinum episcopum, in abolendis scandalis adiuvant. Leonis M. Opp. I. 1437, Mansi VI. 417. — „Litteris fraternitatis vestrae“.

Nov. 10.	Romae	461. Moritur. Martyrologium Hieronymianum in S. Hieronymi Opp. XI. 517: „Romae depositio S. Leonis papae“. Cf. Leonis M. Opp. II. 585. n. 1.
S. HILARUS. 461—468.		
Nov. 12.	—	461. Consecratur die dominico „2 id. Novembris“, ut tradit e fonte nescio quo unus Marianus Scottus ap. Pertz M. G. Scr. V. 535.
Ian. 25.	—	462. (<i>Severo Augusto cons.</i>) (327) Leontio, episcopo Arelatensi, pontificatum ad se venisse nunciat; quod totius provinciae episcopis significari vult. Conc. Gall. I. 597, Mansi VII. 931. — „Quantum reverentiae“.
—	—	(328) Ad Leontii, episcopi Arelatensis, litteras (quas putat antea datas, quam superior sua epistola ad eum pervenerit) respondet. Frequenter cum eo per litteras colloqui cupit. Pollicetur, „hoc se ad universalem sacerdotum domini concordiam provisurum, ut omnes non sua audeant quaerere, sed quae sunt Christi studeant obtinere“. Conc. Gall. I. 601, Mansi VII. 933. — „Dilectioni meae“.
Nov. 3.	—	(329) Leontium, episcopum Arelatensem, de episcopatu Narbonensi, per Hermem in vaso, nondum ad se retulisse, miratur. Mandat, omnia sibi significet, „ut“, inquit „quod definire possimus, recurrenti pagina possitis agnoscere“. Conc. Gall. I. 601, Mansi VII. 933. — „Miramur fraternitatem“.
„ c. 12. Dec. 3.	Romae	Concilium. V. epistolam, quae sequitur. (330) Episcopis provinciae Viennensis, Lugdunensis, Narbonensis primae et secundae et Alpinae (al Alpium Penninarum) nunciat, se, „numero concilio et ex diversis provinciis ad diem natalis sui (i. e. consecrationis diem 12 Nov.) in honorem b. Petri apostoli congregato“, decrevisse, ut quam ordinandorum episcoporum potestatem habuisset Hermes episcopus, a Biterrensi ecclesia ad Narbonensem contra decreta patrum translatus, ea deferretur ad Constantium, episcopum Ucticensem, sed illis, qui Hermi successissent, restitueretur. Praecipit, ut, quotannis metropolitanis a Leontio, episcopo Arelatensi, per litteras admonitis, „ex provinciis quibus potuerit“ concilium episcopale ad tuendam canonum auctoritatem celebrent; ubi „quae non potuerint terminari“ causae graviores, eas ad se deferri vult. Vetat clericos sine litteris metropolitani e provincia proficisci, ab alienoque episcopo recipi. Mandat, statuatur de paroeciis ecclesiae Arelatensis, Hilario, Leontii decessori, ablatis. Ecclesiarum bona conservari iubet. Conc. Gall. I. 603, Mansi VII. 934. — „Quamquam notitiam“.
Oct. 10.	—	463. (<i>Basilio cons.</i>) (331) Leontio, episcopo Arelatensi, mandat, ut „in conventu synodali, secundum statuta sua annis singulis congregando“, rationem a Mamerto, episcopo Viennensi, reposcat, quare „contra sedis apostolicae constituta“ episcopum Diensis ecclesiae, „apostolicae sedis auctoritate ei non deputatae“ consecraverit, ipso oppido hostiliter occupato. Conc. Gall. I. 607, Mansi VII. 936. — „Qualiter contra sedis“.
Febr. 24.	—	464. (<i>P(ost) C(onsulatum) Basilii cons.</i>) (332) Victuro, Ingenuo, Ydatio, Eustasio, Fonteio, Viventio, Eulalio, Verano, Fausto, Auxanio, Proculo, Ansonio, Paulo, Memoriali, Caelestio, Proiecto, Eutropio, Avitiano, Urso, Leontio episcopis respondet, se de Mamerto, episcopo Viennensi, non capturum poenam; si vero Leontii, episcopi Arelatensis, laedere iura perrexerit, fore ut quatuor illae civitates, Viennensi ecclesiae a Leone I. tributae, restituantur ecclesiae Arelatensi. Quae ut Mamerto significaret, Verano episcopo mandatum esse scribit. Nunciat, se censuisse, ut Diensis episcopi „sacerdotium, Leontii confirmaretur arbitrio, a quo rite debuerit consecrari“. Conc. Gall. I. 609, Mansi VII. 938. — „Sollicitis admodum“.

—	—	464. (P(ost) C(onsulatum) Basili cons.)
—	—	(333) *Verano episcopo dat negotium, ut, quid ipse statuerit, Mamerto, episcopo Viennensi, significet. V. superiorem epistolam.
—	—	(334) Episcopus provinciae Viennensis, Lugdunensis, Narbonensis primae et secundae, Alpinae, hortatur, ut singulis annis a Leontio, episcopo Arelatensi, vocati ad concilium se conferant, „neu quisquam fratrum in alterius prorupturus iniuriam transcendat terminos, a venerandis patribus constitutos“. De Mamerto, episcopo Viennensi, addit. Conc. Gall. I. 613, Mansi VII. 937. — „Etsi meminerimus“.
Nov. 19.	In basilica S. Mariae	465. (Flavio Basilisco et Herminero cons.) Synodus episcoporum 48, qui decernunt, ne consequantur gradus sacros, qui non virginem in matrimonium duxerint, qui secundas ad nuptias pervenerint, rudes litterarum, mutilati, poenitentes. Episcopis interdicitur, ne successores suos designent. Voelli et Iustelli Bibl. I. 249: „XIII. Kal. Dec.“; Mansi VII. 959: „XV. Kal. Dec.“; Lupus ad Ephes. conc. var. patr. epist. p. 471 et Mansi VII. 965: „XVI. Kal. Dec.“
Dec. 30.	—	(335) Ascanio et universis episcopis Tarraconensis provinciae Silvanum, episcopum Calagurensem, excusatum nunciat. Reprehendit eos, quod, insciente Ascanio metropolitano, nonnulli eorum ordinati sint, et quod a se petierint, ut Irenaeum episcopum, in ecclesiam Barcinonensem contra canones translatum, confirmaret. „In conventu fratrum — natalis sui festivitate congregato“ statutum nunciat, ut Irenaeus ad priorem ecclesiam rediret, Barcinonensibusque de proprio clero episcopus praeficeretur, ab Ascanio et eligendus et consecrandus. Viduas qui duxerint, eos numero episcoporum eximi iubet, itemque litterarum imprudentes et mutilatos. Ecclesiis duos simul episcopos praeesse vetat. Voelli et Iustelli Bibl. I. 252, Lupus Ad Ephes. conc. var. patr. epist. p. 479, Mansi VII. 927. — „Postquam litteras“.
—	—	(336) Ascanium, episcopum Tarraconensem, ut privilegia sua tueatur, monet. De rebus superiore epistola significatis addit. Mansi VII. 929. — „Divinae circa“.
—	—	465?
—	—	(337) Leontio, Verano, Victuro episcopis mandat, ut de controversia inter Ingenuum, episcopum Ebredunensem, et Auxanium episcopum cognoscant. Quae sibi in Ingenuum elicitae sint, ea stare debere negat. Provinciam eiusdem integram servari et Cemeneleonensem Niciensemque ecclesias uni eidemque episcopo regendas denuo mandari iubet. Conc. Gall. I. 615, Mansi VII. 930. — „Movemur ratione.“
—	—	461—468.
—	—	(338) Nicephoro et aliis episcopis per provincias significat, se Euxitheo (episcopo Thessalonicensi) scripsisse, ut N. „in eversionem regionis“ consecratus episcopus Adrianopolitanus, „si in hoc officio, quod indigne adeptus esset, desideraret permanere, quidquid contra catholicam (fidem) sensisset, cum Euticia et Nestoria sua professione condemnaret“. (Fragmentum.) Mansi XV. 761. — „N. autem“.
Febr. 21.	—	468. Moritur. Quum enim secundum catal. Corb. ap. Mabillon Vet. anal. 218 et alios multos catalogos Hilarus annos 6 m. 3 d. 10 sederit, mors eius ipsi diei 21 m. Febr. a. 468 ascribenda est; quem diem Marianus etiam Scottus diserte indicat ap. Pertz M. G. Scr. V. 536: „Hilarius papa obiit 9 Kal. Martii“.
S. SIMPLICIUS. 468—483.		
Febr. 25.	—	468. Consecratur. Nam quem d. 2 m. Martii a. 483 mortem obiisse constat, eum annos 15 et dies 7 sedisse reperimus in cat. Corb. ap. Mabillon Vet. anal. 218.
Nov. 19.	—	475. (Post consulatum Leonis Augusti.) (339) Florentio, Equitio, Severo episcopis nunciat, ordinandi potestatem Gaudentio, episcopo Aufiniensi, ademptam esse, Severoque episcopo mandatum, „ut in supra-

			475. (<i>Post consulatum Leonis Augusti.</i>) dicta ecclesia hoc fungatur officio“. Illicitas illius ordinationes rescindit. Quartam redditus ecclesiastici partem Gaudentio tribui vult, alienata vero ecclesiae bona repeti iubet. Mansi VII. 973. — „Relatio nos vestrae“.
			476. (<i>Basilisco Augusto cons.</i>)
Ian.	9.	—	(340) Acacio, episcopo Constantinopolitano, mandat, omnibus nervis contendat, ut imperator ecclesiam Alexandrinam a Timotheo invasore liberet, neu synodum cogi ab haereticis patiat. Mansi VII. 977. — „Quantum presbyterorum“.
„	10.	—	(341) Basiliscum (non Zenonem) imperatorem obsecrat, ut Timotheum Aelurum, qui et ecclesiam Alexandrinam, pulso catholico episcopo, iterum invaserit, et Constantinopoli sacra procuraverit, coerceat; catholicumque de incarnatione dogma, ut Marcianus et Leo imperatores, sic ipse tueatur contra haereticos. Mansi VII. 974. — „Cuperem quidem“.
„	11.	—	(342) Presbyteros et archimandritas Constantinopolitanos laudat, quod Timotheum Aelurum non receperint. Hortatur, persistent in fide, et statutis Chalcedoniis et Leonis I. epistolis explicata. Mansi VII. 979. — „Per filium nostrum“.
—	—	—	(343) Acacium, episcopum Constantinopolitanum, iterum monet, ut et Timothei Aeluri consuetudinem vitet, et imperatorem ad servanda statuta Chalcedonia adhortetur. Mansi VII. 978. — „Cum filii nostri.“
			477. (<i>Post consulatum Basilisci et Armati.</i>)
Oct.	8.	—	(344) Zenoni Augusto recuperatum imperium gratulatur. Ecclesiam Alexandrinam, ab invasore liberatam, legitimo episcopo reddi, et in locum eorum, quos ecclesiis praefecerit Timotheus Aelurus, catholicos substitui, decretaque Chalcedonia servari vult. Mansi VII. 980. — „Inter opera“.
			478. (<i>Illo cons.</i>)
—	—	—	(345) Acacio, episcopo Constantinopolitano, gratias agit, quod dilabentem haereticorum fortunam sibi nunciaverit. Imperatorem moneri vult, „ut Timotheus (Aelurus) ad irremeabile dirigatur exilium“. Eadem sorte dignum esse scribit Paulum, de Ephesia ecclesia, et Petrum, Antiochia depulsum, et Antonium, „tyrannorum antesignanum“, et Ioannem, Apameni sacerdotii invasorem; quos omnes anathematizat in perpetuum. In synodo Constantinopolitana statui quidquam contra decreta Chalcedonia vetat. Holstenii Coll. Rom. I. 194, Mansi VII. 995. — „Litteris tuae dilectionis“.
Mart.	13.	—	(346) Acacio, episcopo Constantinopolitano, respondet, litteras eius sibi gratas fuisse, quibus cognovisset, Timotheum (Solofaciolum) ecclesiam Alexandrinam recuperasse. Quem admoneri iubet, ut de Dioscori damnati nomine quondam „inter altaria recitato“, sibi satisfaciat. Mansi VII. 983. — „Quam sit efficax“.
—	—	—	(347) Zenoni Augusto gratulatur, quod Timotheo (Solofaciolo) ecclesiam Alexandrinam restituerit; cuius litteras sibi redditas esse nunciat. Rogat, pelli iubet Petrum, eiusdem ecclesiae invasorem, iure damnatum. Mansi VII. 984. — „Per Petrum virum“.
—	—	—	(348) Acacio, episcopo Constantinopolitano, significat, Timotheum Solofaciolum, episcopum Alexandrinum, a se veniam petiisse, quod quondam timore perterritus Dioscori nomen inter altaria recitasset. Addit de sua ad imperatorem epistola, et de deprecoriis ad se litteris eorum, qui cum Timotheo Aeluro et Petro fuerant. Mansi VII. 985. — „Quantos et quam uberes“.
Oct.	17.	—	(349) Acacio, episcopo Constantinopolitano, mandat, moneat imperatorem, ut Petrum, invasorem ecclesiae Alexandrinae, in exilium agat. Mansi VII. 987. — „Proxime quidem dilectioni“.
„	23.	—	(350) Zenonem Augustum hortatur, protegat Timotheum, restitutum episcopum Alexandrinum, propellatque Petrum, eiusdem ecclesiae invasorem. Bini Conc. II. 209, Mansi VII. 986. — „Proxime quidem cum“.
			482. (<i>Severino cons.</i>)
Mai.	30.	—	(351) Ioannem, episcopum Ravennatem, reprehendit, quod Gregorium episcopum Mutinensem consecraverit invitum. Quem tamen sancit ea lege, ut „nullam causam cum eo habeat“, sub suamque iurisdictionem subiunctus sit. Iubet eidem tradi „possessionem in Bononiensi triginta solidorum reddituum liberorum — salvo

482. (*Severino cons.*)
 proprietatis iure Ravennatis ecclesiae“. Ioannem, si ordinandi privilegio insolenter abuti perrexerit, eo privilegio privatum iri ostendit. Voelli et Iustelli Bibl. I. 254, Mansi VII. 972. — „Si quis esset intuitus“.
- Iun. 22. — (352) Zenonem imperatorem laudat, quod qui episcopum Antiochenum interemissent, eos supplicio affici iusserit. Quod facinus, si haeretici suo consilio in exsilium eieci essent, eventurum fuisse negat. Novum episcopum Antiochenum, contra canones provincialiumque episcoporum iura Constantinopoli ab Acacio episcopo consecratum, confirmat quidem, sed ne id posthac fiat, cavet. („Dat. — post consulatum Illo v. cl.“; pro quo, ut censet Pagius, legendum videtur: „Dat. p. c. Placidi v. cl.“). Mansi VII. 988. — „De ecclesia Antiochena“.
- — — (353) Acacio, episcopo Constantinopolitano, iisdem de rebus, de quibus superiore ad Zenonem epistola, scribit. Mansi VII. 989. — „Clementissimi principis“.
- Iul. 15. — (354) Acacio, episcopo Constantinopolitano, consecrationem Calendionis, episcopi Antiocheni, necessario factam, ignoscit. De ecclesia Alexandrina, post Timothei Solofacioli mortem ab haeticis turbata, eum sibi nihil significasse, miratur. Mansi VII. 991. — „Antiocheni exordium“.
- „ 15. — (355) Acacium, episcopum Constantinopolitanum, de intermisso litterarum officio reprehendit. Nunciat, synodum Aegyptiam clericumque Alexandrinum nuper sibi significasse, Timotheo mortuo, ab omnibus fidelibus electum Ioannem esse. Quem confirmaturo sibi litteras imperatoris redditas esse scribit, quibus idem periurii coarguatur. Petrum autem, haeticorum socium, miratur in eadem epistola dignum dici, qui praesit ecclesiae Alexandrinae. Monet, omni ope contendat, ne imperator faveat haeretico. Mansi VII. 992. — „Miramur pariter“.
- — — (356) Zenonem imperatorem hortatur, ne Petrum, hominem sempiterno exsilio dignissimum, ecclesia Alexandrina potiri sinat. (Fragmentum). Mansi VII. 994. — „Sed iam veniamus“.
- Nov. 6. — (357) Acacium, episcopum Constantinopolitanum, saepenumero admonitum, de rebus Alexandrinis nihil sibi nunciasse, miratur. Mandat, petat ab imperatore, ut eidem ecclesiae pax reddatur. Leonis M. Opp. III. 313, Mansi VII. 995. — „Cogitationum ferias“.
- 468 — 483.
- — — (358) Zenonem, episcopum Hispalensem, sedis apostolicae vicarium constituit; eique mandat, ne „apostolicae institutionis decreta, vel sanctorum terminos patrum, ullo modo transcendendi permittat“. Mansi VII. 972. — „Plurimorum relatu“.
- 483.
- Mart. 2. — Moritur „VI. non. Martias“. Quo die obiisse eum, auctore nescio quo, tradit Marianus Scottus ap. Pertz M. G. Scr. V. 536, eodem in basilica b. Petri sepultum esse vult vita Simplicii in Vignolii lib. pont. I. 163.

S. FELIX III. 483—492.

†Felicis ad Thalasium archimandritam epistola (ep. 374) epistolarum papalium prima habet (praeter consulum nomina) indictionis notam.

483.

- Consecrationis dies non constat, quum neque supremus Felicis dies nisi in martyrologio Romano legatur usquam, neque, quamdiu eederit, exploratum sit, catalogo Corb. ap. Mabillon Vet. anal. 218 annos 8 m. 5 d. 17, aliisque et catalogis pontificum et vitae Felicis codicibus annos 8 m. 11 (al. 10) d. 18 (al. 19) indicantibus. Solet statui dies 6 m. Martii a. 483.
- (359) Zenoni Augusto nunciat, mortuo Simplicio, se pontificem creatum esse. Vitalem et Misenum episcopos, legatos suos, commendat. Obsecrat eum, ut catholicae fidei consulat, Marcianique et Leonis imperatorum vestigia secutus, atque ad suam pristinam virtutem reversus, Petrum, haeticum sedis Alexandrinae inva-

			483.
			sorem, abigat. Baronii annal. 483 n. XXXI., Mansi VII. 1032. — „Decebat profecto“.
—	—	—	(360) Ad Acacium, episcopum Constantinopolitanum, litteras mittit per Vitalem et Misenum episcopos. Obstinatum eius de rebus Alexandrinis silentium moleste fert. Ad servanda statuta Chalcedonia eum adhortatur, studereque iubet, ne Petro Alexandrino faveat imperator. Baronii annal. 483, n. XXI., Mansi VII. 1028. — „Postquam sanctae“.
—	—	—	(361) Acacium, episcopum Constantinopolitanum, litteris, Vitali et Miseno et „fidelissimo suo Felici, defensori s. ecclesiae Romanae,“ datis, Romam vocat, ut libello respondeat, quem Ioannes, episcopus Alexandrinus ab haereticis pulsus, sibi porrexerit. Mansi VII. 1108. — „Episcopali diligentia.“
—	—	—	(362) Zenoni imperatori Acacium Romam excitum nunciat. Mansi VII. 1108. — „Cum sibi redditam“.
			484. (<i>Venantio cons.</i>)
Jul.	Romae	—	Synodus episcoporum 77. V. epistolam, quae sequitur.
„	28.	—	(363) Acacium, episcopum Constantinopolitanum, sacerdotis et nomine et munere privat, ac damnat anathematizatque in perpetuum, quod aliena iura contra canones Nicaenos sibi vindicaverit, neque receperit modo haereticos, sed etiam ecclesiis praefecerit, velut Tyriae ecclesiae Ioannem, Antiochena pulsum; quod Petrum et in invadenda sede Alexandrina adiaverit et tueri pergat; denique quod Vitalem et Misenum, legatos suos, (iam privatos tum muneribus tum communionem) corruerit. (Subscripserunt episcopi 77.) Leonis M. Opp. III. 317, Mansi VII. 1053. — „Multarum transgressionum“.
—	—	—	(364) Hoc „edictum sententiae dirigit propter Acacii, episcopi Constantinopolitani, damnationem: Acacius, qui secundo a nobis admonitus, statutorum salubrium non destitit esse contentor, meque in meis credidit carcerizandum, hunc deus caelitus prolata sententia de sacerdotio fecit extorrem; ergo si quis episcopus, clericus, monachus, laicus, post hanc denunciationem eidem communicaverit, anathema sit spiritu sancto exsequente“. Sirmondi Opp. I. 435, Mansi VII. 1065, Gallandii Bibl. vet. patr. XI. 812. n. a. — „Acacius, qui“.
Aug.	1.	—	(365) Zenoni imperatori scribit, contra ius fasque accidisse, ut Vitalis et Misenus, legati sui, „tanquam in captivitate redacti tenerentur et chartis, quas baiulabant, violenter ablatis, ad communicandum haereticis, hoc est, apocrisiariis Alexandrini Petri, adversus quem ierant, de custodia sint producti“. Sedem b. apostoli Petri affirmat, „Alexandrino Petro communionis nunquam vel praebuisse vel praebituram esse consensum“. De Acacio damnato et de excommunicationis sententia per Tutum, „Romanae ecclesiae defensorem“, missa significat. Hortatur, „ut regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeat subdere, non praeferre“. Sirmondi Opp. I. 435, Mansi VII. 1065. — „Quoniam pietas tua“.
—	—	—	(366) Clerum et plebem orthodoxam Constantinopoli constitutam monet, ne Vitalis et Miseni, legatorum suorum, praevagatione turbentur, atque ut communionem Acacii damnati abstineant. Sirmondi Opp. I. 437, Mansi VII. 1067. — „Probatam cunctis“.
—	—	—	(367) Episcopis per Aegyptum, Thebaidem, Lybiam, Pentapolim constitutis scribit de Petro Alexandrino in catholicorum communionem nunquam restituendo. (Fragmentum.) Leonis M. Opp. III. p. CLXIV., Mansi VII. 1065. — „Petrus vero“.
—	—	—	(368) „Monachis et clericis per Orientem, Aegyptum et Bithyniam commorantibus scribit, ut Petrum, Alexandrinum episcopum, Chalcedonensis synodi obtrectatorem, et eius communicatores tanquam haereticos vitent.“ Victoris Tunnunensis chron. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chr. II. 349.
			485. (<i>Symmacho cons.</i>)
Oct.	Romae ap. beatum Petrum	5.	Synodus episcoporum 43. V. Mansi VII. 1139.
—	—	—	(369) Rufino et Thalasio, presbyteris et archimandritis, et caeteris monachis circa Constantinopolim et Bithyniam constitutis nunciat, Tutum, ecclesiae defensorem ideo factum, ut sententiam in Acacium prolatam deferret, quum, accepta ab haereticis pecunia, proditorem commisisset, „in conventu fratrum“ excommunicatum

		485. (<i>Symmacho cons.</i>) esse. Addit de consuetudine improborum vitanda. Sirmondi Opp. I. 438, Mansi VII. 1068. — „Diabolicae artis.“
Mart. 13.	In basilica Constantianiana	487. (<i>Flavio Boetio cons.</i>) Synodus episcoporum 42, in qua de recipiendis rebaptizatis statuitur. Voelli et Iustelli Bibl. I. 255, Mansi VII. 1171.
Mart. 15.	—	488. (<i>Dynamio et Siphidio cons.</i>) (370) Universis episcopis per diversas provincias constitutis praescribit, quem ad modum rebaptizati redeuntes ad ecclesiam recipiantur. Voelli et Iustelli Bibl. I. 256, Mansi VII. 1056, (Ivonis decr. I. c. 293). — „Qualiter in Africa“. („Communis dolor“).
—	—	489. (371) Zenoni imperatori gratulatur de (Flavita), orthodoxo viro, episcopo Constantinopolitano electo. Neque tamen se monachis missis communionem reddidisse scribit, quod Petri Alexandrini et Acacii nomina damnare non essent iussi. Monet, ut concordiae ecclesiasticae causa et statuta Chalcedonia defendat, et haereticos proiciat. Sirmondi Opp. I. 439, Mansi VII. 1097. — „Dignas referre deo“.
—	—	(372) Flavitae, novo episcopo Constantinopolitano, gratulatur. Legatis eius communionem denegatam nunciat, quod de Petri Alexandrini et Acacii nominibus postea non recitandis nihil mandati habuissent. Fidem catholicam, statutis Chalcedoniis confirmatam, ut et ipse sequatur, et imperatori intime commendat, hortatur. Sirmondi Opp. I. 442, Mansi VII. 1100. — „Multa sunt, quae“.
—	—	(373) Vetrani episcopo mandat, det operam, ut imperator, servatis statutis Chalcedoniis, „eos patienter permittat abscidi, qui ipsum (Felicem) perturbent“, et „de ecclesia Constantinopolitana Petri Alexandrini nomine Acaciique („iterata excommunicatione depulsi“) sublato, pro quo tempestas omnis exorta sit, intemeratam paternae traditionis fidei efficiat unitatem“. Sirmondi Opp. I. 445, Mansi VII. 1103. — „Quod unitatis ecclesiae“.
Mai. 1.	—	490. (<i>Probo (Longino?) et Fausto cons.; ind. 13.</i>) (374) Thalasio archimandritae praecipit, ne futuro episcopo Constantinopolitano, nisi a se jussus communicet, „etiamsi nomina damnatorum, i. e. Alexandrini Petri et infelicis Acacii fuerint de ecclesiastica recitatione sublata.“ Sirmondi Opp. I. 445, Mansi VII. 1103. — „Post factas literas“.
—	—	483 — 492. (375) Andream, episcopum Thessalonicensem, „ad sedis b. Petri communionem venire desiderantem, libenter amplectitur“. (Fragmentum). Sirmondi Opp. I. 447, Mansi VII. 1106. — „Quod plene catholicae“.
—	—	(376) Zenoni, episcopo (Hispalensi), Terentianum, „virum clarissimum“, ex Italia revertentem, commendat. Mansi VII. 1059. — „Filius meus, vir“.
Febr. 25?	—	492. Moritur. Dies in uno martyrologio Romano reperitur.
S. GELASIUS I. 492—496.		
Mart. 1.	—	492. Consecratur Gelasius, quem annos 4, m. 8 d. 18 (al. 19) ecclesiae praefuisse consentiant catalogi paene omnes.
—	—	(377) Laurentio de Lignano episcopo respondet, gaudere se, „quod in Thessalonicensi ecclesia vel in aliis similiter, recitata epistola praedecessoris sui de excessibus Acacii, cuncti eidem anathema dixerint“. Formulam fidei suae, cum episcopis

492.

Illyricis communicandam, ascribit, ut „mos est Romanae ecclesiae sacerdoti noviter constituto“. De imperatore bene sperat. Mansi VIII. 10. — „In prolixitate epistolae“.

(378) Universis Dardaniae episcopis se excusat, quod iis de inito pontificatu propter „continuum tempestatem bellorum“ antea non significaverit. De Eutychanis vitandis monet. Mansi VIII. 14. — „Ubi primum respirare“.

(379) Natalem abbatem de litteris ad episcopos Dardaniae missis certiore facit. Hortatur, ut quodcumque haeticorum orientalium ad fidem revocare poterit, revocet. Frequentes litteras poscit. Anastasius Bibliothec. ed. Bianchini T. III. Prolegomena p. LII, Mansi VII. 1096. — „Quamvis pro beati“.

(380) Euphemiano, episcopo Constantinopolitano, rescribit, se ei ordinationem sui non significasse, propterea quod haeticorum faveat partibus. Statuta Chalcedonia quum probaverit, ipsumque Eutychem damnatum respuerit, quare Acacium, Timotheum, Petrum, Eutychanos non reiciat, miratur. Monet, ne metu plebis Constantinopolitanae perterritus tribunal Christi obliviscatur. Mansi VIII. 5. — „Quod plene cupimus“.

493?

(381) Fausto magistro, fungenti legationis officio Constantinopoli, scribit, se praesensisse, „Graecos in sua obstinatione mansuros.“ Imperatorem negat a se damnatum esse; „ad senatum vero“ inquit „pertinet Romanum, ut — contagia vitet communionis externa“. Acacii damnationem ipsis statutis Chalcedoniis contineri scribit; quem quod ab una sede Romana damnari debuisse negaverit Euphemius, sancitum canonibus esse, ut „appellationes totius ecclesiae“ ad istam sedem deferantur, neve sit ab eadem provocatio. Monet, festinet redire. Leonis M. Opp. III. 333, Mansi VIII. 16. — „Ego quoque mente“.

(382) Fragmentis, quae „tomus de anathematis vinculo“ inscribuntur, docet, ex statutis Chalcedoniis ea tantum rata esse, quae sedes apostolica probaverit; Acacio communionem non esse redditam, quia non resipisset. Leonis M. Opp. III. 321, Mansi VIII. 88. — „Ne forte quod solent“.

Iul. 28.

(384) Honorium episcopum hortatur, ut Pelagianam haeresim in Dalmatia reviviscentem caveat. Scribit, se „inter varias temporum difficultatibus implicatum, vix respirare“. (Pro „Fausto cons.“ Binius legi vult: „Albino cons.“) Mansi VIII. 20. — „Licet inter varias“.

(385) Honorio episcopo respondet, de cavenda haeresi Pelagiana eum ideo admonitum esse, quod „cura sedis apostolicae more maiorum, cunctis per mundum debeatur ecclesiis“. Mansi VIII. 22. — „Miramur dilectionem“.

(386) De erroribus Pelagianis copiose exponit. Mansi VIII. 101. — „De Pelagianis quidem“.

(387) Anastasio Augusto scribit, reversos legatos suos, Faustum magistrum et Ireneum, renunciasse, litteras apostolicas ab eo desiderari. Tacuisse se ait, quod legatis orientalibus, Romam missis, ut ipsius aditum vitarent, imperatum ab eo esset. Monet, ut fidem catholicam tueatur, neve unius populi Constantinopolitani pertinacia, quominus Eutychem et dogma et cultores opprimat, impediatur. „Duo sunt,“ inquit „quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas sacra pontificum et regalis potestas, in quibus tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus domino in divino reddituri sunt examine rationem; — Nosti itaque ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam velle redigi voluntatem; — Quanto potius sedis illius (Romanae) praesuli consensus est adhibendus, — quem Christi vox praetulit universis, quem ecclesia veneranda confessa semper est et habet devota primatem“. Leonis M. Opp. III. 338, Mansi VIII. 30. — „Famuli vestrae pietatis“.

493. (*Albino cons.*)

Nov. 1.

(388) Universis episcopis per Picenum constitutis scribit, vastatas a barbaris provincias Urbi vicinas minori sibi tristitiae fuisse, quam eorum erga haeresim indulgentiam. Senecam senem, Pelagianistam, damnatum nunciat. Explicat tria doctrinae Pelagianae capita, propositaque poena, errores vitari iubet. Mansi VIII. 23. — „Barbaricis hactenus“.

492—494.

(389) Succonium, episcopum Afrum, in partibus Orientis adversariis veritatis communicare, dolet. Ad pristinae virtutis memoriam eum excitat; „nonne tu ille es,“ inquit „qui spretis regum minis et saevientium barbarorum feralia iura despiciens, simul patriam, facultates et honoris sacerdotalis privilegia posuisti, ut ea perpetua recipere merearis in Christo?“ Anastas. Biblioth. ed. Bianchini T. III. Prolegomena p. LI., Mansi VII. 1094, cf. Leonis M. Opp. III. p. CXLVII. — „Cum tuae dilectionis“.

494 (*Asterio et Praesidio cons.*)

Ian. 25. — (390) Rustico, episcopo Lugdunensi, respondet, „subsidia“ ab eo et Aeonio episcopo (Arelatensi) missa, sibi miseris paene obruto fuisse magno et solatio et usui. Epiphanium, episcopum (Papiensem), „ad gentis suae relevandos et redimendos captivos“ in Galliam missum, commendat. De illata sibi „ob impiissimi Acacii causam persecutione“ addit. D'Achery Spic. III. 304, Conc. Gall. I. 653, Mansi VIII. 121. — „Inter ingruentium“.

Mart. 11. — (391) Episcopos per Lucaniam et Brutios et Siciliam constitutos docet, temperandam esse hoc tempore canonum severitatem in „reparandis militiae clericalis officiis, quae“ inquit „per diversas Italiae partes ita belli famisque consumpsit incurio, ut in multis ecclesiis (sicut fratris et coepiscopi nostri, Ioannis Ravennatis ecclesiae sacerdotis, frequenti relatione comperimus) usquequaque deficienti servitio ministrorum, nisi remittendo paulisper ecclesiasticis promotionibus antiquitus intervalla praefixa, remaneant sacris ordinibus ecclesiae funditus destitutae“. Exponit, qui monachi quique laici clericalibus muneribus praeficiantur; de basilicarum dedicatione; de baptismo gratis dando; de presbyterorum diaconorumque et munus et ordinatione; virgines quo tempore velentur; de viduis non velandis; de servis iniussu dominorum in monasteria non recipiendis; ne clerici in negotiis versentur; de illiteratis, mutilatis, maleficis, daemoniacis ad ordinem clericalem non admit-tendis; de poenitentia lapsarum virginum sacrarum; de iis, qui ab ecclesia ad ecclesias transierint; de ordinatione gratis tribuenda; de ecclesiis sine auctoritate sedis apostolicae non consecrandis; ne sacra a feminis procurentur; de reditu ecclesiarum quadrifariam dividendo, „quarum (partium) sit una pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda“. Leonis M. Opp. III. 407, Voelli et Iustelli Bibl. I. 239, Mansi VIII. 37. — „Necessaria rerum dispensatione“.

Mai. 15. — (392) Episcopis Siciliensibus de facultatibus ecclesiarum distribuendis scribit. Haec addit: „si facultates ecclesiae nec non et dioeceses ab aliquibus possidentur episcopis, iure sibi vindicent quod tricennalis lex conclusit, quia et filiorum nostrorum principum ita emanavit auctoritas, ut ultra triginta annos nulli liceat pro eo appellare, quod legum tempus exclusit“. (Ivonis decr. III. c. 147.) Mansi VIII. 46. — „Praesulum auctoritas“ („Quomodo praesulum“).

Aug. 3. — (393) Universis episcopis per Dardaniam sive per Illyricum (al. Daciam) constitutis scribit, quum dogma Eutychianum, tum eos qui id profiteantur esse fugiendos. Episcopo Thessalonicensi, qui Acacii nomen non damnasset, sedis apostolicae communionem denegatam esse. Mansi VIII. 46. — „Audientes orthodoxam“.

„ 28. — (394) Aeonium, episcopum Arelatensem, salutatur litteris datis „Euphronio presbytero et Restituto viro religioso, qui ad Italiae partes ad providendam congregationi sanctae substantiam commearant, remeantibus ad propria“. Conc. Gall. I. 655, Mansi VIII. 48. — „Inter difficultates varias“.

495 (*Flavio Viatore cons.*)

Febr. 1. — (395) Universis episcopis per Dardaniam constitutis demonstrat, Acacium a sede Romana iusto iure damnatum esse. Docet, pontificem Romanum „pro suo principatu“ synodorum executorem esse; cuius fugere iudicium nulli omnium episcoporum licere; eidem datam esse potestatem tollendi quorumlibet episcoporum sententias, neque vero de eius decretis iudicandum; „de qualibet mundi parte“ posse ad eum appellari, neque ab eo provocationem esse; eum, „etiam sine ulla synodo praecedente, et absolventi, quos synodus inique damnaverit, et damnandi,

		495. (<i>Flavio Viatore cons.</i>) nulla existente synodo, quos oporteat, habere facultatem“. Leonis M. Opp. III. 347, (cf. ibid. p. CXLVII.), Mansi VIII. 49, 63. — „Valde mirati sumus“.
Mart. 13.	Romae	Synodus episcoporum 45, in qua Misenus (cf. supra ep. 363) et communionem et sacerdotium, recipit, „professus, se omnes haereses, Eutychnam praecipue cum Eutychete, Dioscoro, Timotheo Aeluro, Petro Alexandrino, Acacio Constantino-politano, Petroque Antiocheno, vel cunctis eorum successoribus, sectatoribus et communicatoribus detestari, eosque anathemate ferire perpetuo“. Baronii annal. 495. n. VI., Mansi VIII. 177.
Iul. 28.	—	(396) Actores Urbici testatur „intulisse actionibus ecclesiae ex praestatione fundi Claculas — de fructibus anni consulatus Asterii et Praesidii VV. CC. de indictione III. auri solidos 30“. Leonis M. Opp. III. p. CCCIV., Mansi VIII. 142. — „Constat vos intulisse“.
„ 28.	—	(397) Vincomalum testatur „intulisse actionibus ecclesiae ex praestatione fundi cuiusdam de fructibus anni consulatus Asterii et Praesidii VV. CC. de indictione III. auri solidos 30“. V. Leonis M. Opp. III. p. CCCIV., Mansi VIII. 142 n. 2.
		492—496.
— —	—	(398) In synodo episcoporum 70 edit decretum de libris recipiendis et non recipiendis. Anast. Biblioth. ed. Bianchini T. IV. Proleg. p. LXI., Cocquelines I. 71 et 409, Ivonis decr. IV. c. 64, Gratiani decr. I. D. 15. c. 3, Mansi VIII. 145. Cf. Leonis M. Opp. III. p. CLI. — („Sancta Romana ecclesia post“).
— —	—	(399) Episcopis orientalibus de Acacio iure damnato probat. (Exordium epistolae desideratur). Leonis M. Opp. III. 361, Sirmondi Opp. I. 452, Mansi VIII. 77. — „Quid ergo isti“.
— —	—	(400) Ioannem illustrem ad vitandam haeresim Eutychnam hortatur. Theineri disqu. crit. 201. — „De sacra tibi“
— —	—	(401) Quinigesio et Constantino episcopis significat, Felicem et Petrum, clericos Nolanos, qui „contumaciter et contra constitutum rebelles ad comitatum filii sui, regis“, se contulissent, et Serenum episcopum Nolanum iniuriis affecissent, a Theoderico rege „ad suum examen“ remissos esse. (Fragmentum.) Holstenii Coll. Rom. I. 208, Mansi VIII. 85. — „Felix et Petrus“.
— —	—	(402) Theoderico regi scribit, „certum esse, eum leges Romanorum principum, quas in negotiis hominum custodiendas esse praeceperit, multo magis circa reverentiam b. Petri velle servari“. (Fragmentum.) Ivonis decr. IV. c. 180, Gratiani decr. I. D. 10. c. 12, Mansi VIII. 139. — „Certum est, magnificentiam“.
— —	—	(403) Helpidium, episcopum Volaterranum, Ravennam profecturum, reprehendit, quum „canones evidenter praecipiant, nullum omnino pontificem nisi ipso viso atque consulto, ad comitatem debere contendere“. Quod a Pistoriensi, Lucensi, Faesulano episcopis factum scribit. Mansi VIII. 127, cf. Leonis M. Opp. III. p. CCCIV. (Gratiani decr. C. XXIII. qu. 8. c. 26.) — „Quo ausu, qua“.
Febr. 25.	—	(404) Hereleuvae reginae (Theoderici regis matri) commendat Petrum, ecclesiae defensorem, missum, qui regem de sublevandis pauperibus hortaretur. (Fragmentum.) Leonis M. Opp. III. p. CCCIV., Mansi VIII. 142. — „Qui pro victu“.
— —	—	(405) Firminam illustrem feminam hortatur, ut praedia a barbaris vel a Romanis occupata b. Petro restituenda curet, quo facilius egentes sustententur, quorum „tanta de provinciis diversis, quae bellorum clade vastatae sunt, Romam multitudo confluit“. (Fragmentum.) Leonis M. Opp. III. p. CCCIV. Mansi VIII. 142. — „Ad cumulum vero“.
— —	—	(406) Honorium episcopum egentibus prospicere iubet. (Fragmentum.) Gratiani decr. I. D. 87. c. 4, Mansi VIII. 133. — „Divinae retributionis“.
— —	—	(407) Anastasio episcopo Maximum et Ianuarium, parentibus orbatos, commendat. Gratiani decr. I. D. 87. c. 2, Mansi VIII. 134. — „Defensionis propriae“.
— —	—	(408) Fortunatum episcopum excitat contra Olympium diaconum latronis instar pupillaria bona avertentem. (Fragmentum.) Ivonis decr. VI. c. 109, Gratiani decr. I. D. 87. c. 5, Mansi VIII. 135. — „Irreligiosum prorsus“.
— —	—	(409) Gerontio et Petro episcopis scribit de viduis pupillisque praecipue tuendis. (Fragmentum.) Gratiani decr. I. D. 87. c. 1. 3, Mansi VIII. 136. — „Licet omnibus“.
— —	—	(410) Ianuarium ad pauperes b. Petri adiuvandos hortatur. (Fragmentum.) Leonis M. Opp. III. p. CCCIV., Mansi VIII. 142. — „Sed causas, quibus“.

492 — 496.

- (411) Ioanni, episcopo Spoletano, mandat, „ne patiatur Olibulam, religiosam feminam, a suis sororibus aut ab earum coniugibus aliqua oppressione laborare, ut, recepta de parentum substantia portione debita, deo possit quietam mente servire“. Theineri disqu. crit. 201. — „Olibula religiosa“.
- (412) Agilulfum rogat, „ut reculam b. Petri inter Dalmatias constitutam defendat“. (Fragmentum.) Leonis M. Opp. III. p. CCCIV., Mansi VIII. 141. — „Precor autem, ut“.
- (413) Natali episcopo scribit, se decrevisse, „ut obeuntes episcopos metropolitanus suus debeat ordinare; ipsum metropolitanum, si humana morte transierit, non nisi comprovinciales episcopi iuxta formam veterem studeant ordinare“. (Fragmentum.) Holstenii Coll. Rom. I. 215, (cf. Gratiani decr. I. D. 64. c. 6), Mansi VIII. 87, 134. — „Quia per ambitiones“.
- (414) Caelestino episcopo praecipit, ut Iulianum diaconum in b. Eleutherii ecclesia parociae Histoniensis presbyterum constituat, „sciturus“ inquit „eum visitoris te nomine, non cardinalis creasse pontificis“. (Fragmenta.) Gratiani decr. I. D. 24. c. 3, Holstenii Coll. Rom. I. 207, Mansi VIII. 85 et 137. — „In ecclesia beati“ „Presbyteri, diaconi“.
- (415) Sabino episcopo mandat, ut populo Grumentino Quartum defensorem diaconum consecret; „noverit tamen“ inquit „dilectio tua, hoc se delegantibus nobis exsequi visitoris officio, non potestate proprii sacerdotis“. (Fragmentum.) Holstenii Coll. Rom. I. 208, Mansi VIII. 85. — „Quartum defensorem“.
- (416) Senecioni episcopo mandat, ut ecclesiam, a Iulio conditam, S. Vito dedicet, „sciturus, praeter processionis aditum —, nihil ibidem se proprii iuris habiturum“. Gratiani decr. C. XVI. qu. 7. c. 26, Mansi VIII. 133, cf. Leonis M. Opp. III. p. CCCIV. — „Piae mentis“.
- (417) Episcopo cuidam dat negotium, ut basilicam, a Frigentio conditam, SS. Michaeli archangelo et Martino dedicet. „Nihil tamen“ inquit „sibi fundator ex hac basilica noverit vendicandum, nisi processionis aditum“. Gratiani decr. C. XVI. qu. 7. c. 27, Mansi VIII. 134. — „Frigentius vero“.
- (418) Clero, ordini, plebi Brendesii (Brundisii) significat, quibus instructus praeceptis, quem episcopum petierint, Iulianus a se dimissus sit. (Fragmenta.) Holstenii Coll. Rom. I. 217, Ughelli It. sacr. IX. 31, Gratiani decr. C. XII. qu. 2. c. 26, Mansi VIII. 87, 135, 136. — „Concesso vobis“. — (Cf. Mansi VIII. 120. „Probabilibus desideriis“).
- (419) Dulcio defensori dat negotium, ut Anastasium, episcopum Lucerinum a se ordinatum, Aemiliano magistro militum et Constantino iudici et Ampelio commendet. Baluzii Misc. III. 1, Mansi VIII. 122. — „Experientia tua“.
- (420) Philippo et Gerentino episcopis mandat, ut, „diversos ex omnibus Diotrensium ecclesiae parochiis presbyteros, diaconos et universam turbam“ ad eligendum sacerdotem convocent. Gratiani decr. I. D. 63. c. 11, Mansi VIII. 138. — „Plebs Diotrensium“.
- (421) Maiorico et Ioanni episcopis scribit, Scyllacis, propter „caedem geminam pontificum“, novum episcopum praeficiendum non esse. Gratiani decr. C. XXV. qu. 2. c. 25, Ivonis decr. X. c. 18, Mansi VIII. 125, cf. Leonis M. Opp. III. p. CCCIV. — „Ita nos Squillacinorum“ „Ita nos quidem“.
- (422) Philippo et Cassiodoro scribit, Caelestino, propter caedis episcopo illatae conscientiam excommunicato, post annuam poenitentiam communionem esse reddendam. Ivonis decr. X. c. 12, Mansi VIII. 131. — „Caelestini causa“.
- (423) Iohanni episcopo significat, Asellum archidiaconum a munere submotum esse, quod in episcopi interfecti locum succedere intendens necem illius sibi non nunciasset. Ivonis decr. X. c. 13, Mansi VIII. 126. — „Nos ausus impii“.
- (424) Geruntio, Ioanni, Germano et Petro episcopis haec scribit: „Si, illic, ubi haec acta sunt, praesentibus utrisque, constiterit, et satisfecisse Stephanum et, supplicatione suscepta, eum, qui male tractatus est, ignovisse, semel in ablutione remissa punitio recidivo dolore non debet iterari“. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XXIII. qu. 4. c. 29 et decr. II. D. IV. c. 24. — „Si illic ubi“ „Divina clementia“.
- (425) Rusticum et Fortunatum episcopos observare iubet, num Foropopulensis episcopus comitali morbo laboret. Gratiani decr. C. VII. qu. 2. c. 2, Mansi VIII. 140. — „Nuper Foropopulensis“.
- (426) Palladio episcopo (Salmonensi?) praescribit, ut Stephano restituat presbyteram

492—496.

tum ideo ademptum, quod sauciatus esset fugiens „propter provinciae vastitatem, quam Thusciae prae omnibus barbarorum feritas diversa sectantium et ambiguitas invexit animorum“. Ivonis decr. VI. c. 107, Gratiani decr. I. D. 55. c. 12, Mansi VIII. 140. — „Praecepta canonum“.

- (427) Victori episcopo permittit, ut, diaconis promoveri nolentibus, presbyteratum acolytis vel subdiaconis concedat. Ivonis decr. VI. c. 106, Gratiani decr. I. D. 74. c. 9, Mansi VIII. 141. — „Consuluit dilectio“
- (428) Martyrio et Iusto episcopis praecipit, ut Amandianorum servos, clericos invitit dominis factos, dominis restituant, „ita ut, si quis iam presbyter reperiatur, in eodem gradu, peculii sola amissione, permaneat, diaconus vero — reddatur“. Gratiani decr. I. D. 54. c. 9, (Ivonis decr. VI. c. 353), Mansi VIII. 128. — „Ex antiquis regulis“ („Actores siquidem“).
- (429) Herculentio, Stephano, Iusto episcopis significat, duos servos a Sabino, episcopo Marcellianensi seu Cosilinesi, insciente domina Placidia, illustri femina, ordinatos esse. Praecipit, ut alter, nomine Leontio, clericus factus, dominae reddatur, alterum nomine Antiocho, presbyterum creatum, „si in suam ecclesiam in hoc, in quo sit, honore desideret collocare domina, non velut redditum sibi habeat, sed pro mysteriorum celebratione susceptum“. Gratiani decr. I. D. 54. c. 10, (Ivonis decr. VI. c. 354), Mansi VIII. 130. — „Frequens equidem“ („Nuper etenim“).
- (430) Rufino et Aprili episcopis mandat, ut Silvestrum et Candidum, servos Maximae, illustris et magnificae feminae, diaconos a Lucerino (Nucerino?) episcopo invita domina factos, e diaconorum numero eiiciant. Ivonis decr. VI. c. 104, Gratiani decr. I. D. 54. c. 11, Mansi VIII. 139. — „Quis aut leges“.
- (431) Ezechiae comiti commendat Silvestrum et Faustinianum, quondam a domino manumissos clericorumque ordini adscriptos, nunc ab illius haerede Theodora repetitos, atque ab archidiacono Grumentino contra leges civili iudicio permisos. Gratiani decr. C. XI. qu. 1. c. 12, Mansi VIII. 137. — „Christianis“.
- (432) Crispino et Sabino episcopis Silvestrum et Faustinianum, clericos Grumentinos, commendat. Ivonis decr. VI. c. 108, Gratiani decr. C. XI. qu. 1. c. 13, Mansi VIII. 138. — „Silvester et“.
- (433) Bono, episcopo Savinati (Sabinensi?) mandat, ut Ruffinum monachum „sabbato veniente“ diaconum, et „mediana hebdomada“ presbyterum faciat, „quatenus superveniente paschali festivitate sacra ministeria in basilica S. Laurentii (in possessione filii et consilarii nostri, viri magnifici, Theodori fundata) a persona competenti valeant adimpleri“. (Epistola haec videtur Gelasio potius, quam Pelagio tribuenda). Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 31. — „In parochia tua“.
- (434) Decernit haec: „Si quis monachus fuerit, qui venerabilis vitae merito sacerdotio dignus videatur, et abbas — illum fieri presbyterum petierit, ab episcopo debet eligi et in loco, quo iudicaverit, ordinari, omnia, quae ad sacerdotis officium pertinent, vel populi vel episcopi electione provide ac juste acturus“. Gratiani decr. C. XVI. qu. 1, c. 28. — „Si quis monachus“.
- (434a) Ita decernit: „Qui proficere noluerunt, suis reddantur inferioribus posteriores, ipsaque commoda presbyteri propensius quam diaconi consequantur, ut hac saltem ratione constricti et honorem, quem fugiunt, appetere nitantur et quaestum.“ („Ex registro Gelasii papae“). Ivonis decr. VI. c. 43. — „Qui proficere“.
- (435) Stephano episcopo scribit, Antistiam non esse plectendam, quod ruperit votum castitatis in viduitate nuncupatum. (Fragmentum). Baluzii Misc. III. 1, Mansi VIII. 123. — „Oportuerat Antistiam“.
- (436) Petro, episcopo Potentino, scribit de diacono, qui stuprum fecerit, puniendo. Mansi VIII. 142. — „Secundum quod vestri“.
- (437) Basilicam novam in eius episcopi dioecesim addi iubet, qui „ante quam basilica fundaretur, baptizaverit incolas, aut ad cuius consignationem sub annua devotione convenerint“. (Fragmentum). Baluzii Misc. III. 1, Mansi VIII. 121. — „Quid novae aedificationi“.
- (438) Maximo et Eusebio episcopis mandat, ut exsequantur ea, quae de restituendo antiquo paroeciarum statu inter Constantinum, „Camiscanae (al. Anuscanae) ecclesiae“ episcopum et Anconitani episcopi nuncios a se decreta sint. Ivonis decr. III. c. 97, Gratiani decr. C. XVI. qu. 3. c. 5, Mansi VIII. 123, 127. — „Licet in regulis“ „Licet regulis“.

492—496.

- — — (439) Iusto episcopo mandat, „studeat, ut, si de spatiis, de quibus memoratur orta contentio, definitio dudum certa processerit, intemerata servetur; alioqui“ inquit „de praescriptione temporum si qua pars confidit, praebat sacramentum, ut tamen de iis, quae hactenus possedisse probatur, iusiurandum sinatur offerre“. (Fragmentum). Ivonis decr. III. c. 135, VI. c. 105, Gratiani decr. C. XVI. qu. 3. c. 7, Mansi VIII. 128. — „Dilectio tua studeat“.
- — — (440) „Testatoris servari arbitrium“ iubet. (Fragmentum). Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 15, Mansi VIII. 141. — „Consideratio ecclesiastica“.
- — — (441) Honorio episcopo mandat, rescindat testamentum ab ecclesiae servo factum. (Fragmentum). Ivonis decr. XVI. c. 111, Gratiani decr. C. XIII. qu. 2. c. 5, Mansi VIII. 133. — „Illud etiam sinceritatem“.
- Apr. 13. — (442) Joanni, episcopo Sorano, significat, quamvis in ecclesiis et oratoriis sine auctoritate sedis apostolicae dedicatis processiones publicas fieri non liceat, tamen concessisse se, ut in quibusdam Magetiae, spectabilis feminae, possessionibus „defunctorum nomine divina celebrentur officia, publica frequentatione et processione cessante“. Gratiani decr. III. D. 1. c. 7, Mansi VIII. 133, cf. Leonis M. Opp. III. p. CCCIV. — „Certum est quidem“.
- — — (442 a) Episcopo cuidam permittit, ut ecclesiam quamdam consecret. Gratiani decr. III. D. 1. c. 5. — „Praecepta synodalia“.
- — — (443) Rufinum et Iustum episcopos iudices constituit inter Agnellum diaconum et honoratos ac primarios Verulanos. Ivonis decr. XII. c. 27, Mansi VIII. 129. — „Honorati et“.
- — — (444) Secundino (episcopo) Vvisinensi (Vulsiniensi?) mandat, ut Paulum diaconum, qui feminam honestam artis magicae insimulaverit, „aut ad adstruenda, qua jactavit, adstringat, aut digna correctione comescat“. Ivonis decr. XI. c. 25, Mansi VIII. 131. — „Atroces iniurias“.
- — — (445) Joanni, episcopo Vivanensi (Vibonensi) nunciat, Felicem, criminum quorundam ab Orthasio, viro spectabili, convictum, in custodia haberi. Ivonis decr. XVI. c. 77, (Gratiani decr. C. XVII. qu. 4. c. 33), Mansi VIII. 132. — „Uxor Felicis“.
- — — (446) Epiphanio episcopo scribit, sacrilegos ecclesiis esse prohibendos. (Fragmentum). Ivonis decr. III. c. 119, Gratiani decr. C. XVII. qu. 4. c. 11, Mansi VIII. 128. — „Ad episcopos ceteros“.
- — — (447) Victori episcopo praescribit, ne diutius processionem basilicae S. Agathae, in fundo Caclano sitae, quum Petrus, fundi dominus, ablata ecclesiae bona restituerit, intermittat. (Fragmentum). Holstenii Coll. Rom. I. 209, Mansi VIII. 85. — „Dudum de sanctae“.
- — — (448) Respecto et Leonino episcopis mandat, ut de episcopo Falerionensi, dissipatorum ecclesiae bonorum per Ioannem archidiaconum accusato, ad se referant. (Fragmentum). Holstenii Coll. Rom. I. 211, Mansi VIII. 85. — „Ioannes archidiaconus“.
- — — (449) Joanni, episcopo Pisano, praecipit, ut, „calicem, quem decessor eius abstulerit, ecclesiae, cuius fuerit, restituat“. (Fragmentum). Holstenii Coll. Rom. I. 215, Mansi VIII. 86. — „Ecclesiastica ministeria“.
- — — (450) Maiorico, Sereno, Joanni episcopis scribit, Dionysios ob turbata iura ecclesiae Vibonensis excommunicandos publicisque legibus interrogandos esse, quique communionem sacram illis ministraverit, Caelestinum presbyteratu privandum. (Fragmenta). Holstenii Coll. Rom. I. 213 Gratiani decr. C. XII. qu. 2. c. 24, Ivonis decr. III. c. 150, Mansi VIII. 86, 132. — „Qui et humanis“ „Qui et divinis“ „Caelestinus presbyter“.
- — — (451) Iusto et Stephano episcopis mandat, ut de Brumarii, spectabilis viri, in Proficuum, ecclesiae Salpinae sacerdotem, injuriis sibi renuncient. (Fragmentum). Holstenii Coll. Rom. I. 212, Mansi VIII. 86. — „Frater et coepiscopus“.
- — — (452) Iustino archidiacono et Fausto defensori mandat, ut alienata ecclesiae Volaterranae bona recolligant. (Fragmenta). Ivonis decr. III. c. 151, Gratiani decr. C. XII. qu. 2. c. 23, 25, Mansi VIII. 130, 124, 135. — „Volaterranae“ „Vulterranae“ „Vobis enim“.
- — — (453) Victori, Constantino, Martyrio, Felicissimo, Sereno, Timotheo episcopis scribit, Benenatum et Maurum, municipes Beneventanos, qui quendam curialem ex asylo ecclesiae vi abduxissent, ab Epiphanio, episcopo Beneventano, merito excommu-

492 — 496.

- nicatos esse. Quibus omnes vult ecclesias praecludi. Ivonis decr. III. c. 120, Gratiani decr. C. XVII. qu. 4. c. 10, Mansi VIII. 128. — „Frater et coepiscopus“.
- — — (454) Bonifacio episcopo praecipit, ut servum in ecclesiam S. Clementis elapsam, impunitate a domino, Petro spectabili viro, promissa, restituat. Ivonis decr. III. c. 115 (et X. c. 68, ubi epistola Gregorio ascribitur), Gratiani decr. C. XVII. qu. 4. c. 32, Mansi VIII. 139. — „Metuentes dominos“ „Metuentes famuli“.
- — — (455) Siracasio, Constantio, Laurentio episcopis haec scribit: „Iudas, qui Iudaicae professionis existit, mancipium sui iuris, quod ante paucos annos se asserit comparasse, nunc ad ecclesiam Venafranam confugisse suggestit, eo quod dicat, sibi ab infantia Christiano nuper a praefato domino signaculum circumcisionis infixum“. Mandat, rem cognoscant. Ivonis decr. XIII. c. 113, Gratiani decr. C. XVII. qu. 4. c. 34, Mansi VIII. 132. — „Iudas, qui“.
- — — (456) Quingiesio episcopo commendat Antonium, patrem Telesini, viri clarissimi, „Iudaicae credulitatis“ falso insimulati. Ivonis decr. XIII. c. 112, Mansi VIII. 131. — „Vir clarissimus Telesinus“.
- — — (457) Sabino (al. Fabiano) episcopo scribit, baptizandorum numerum statuendum non esse (nec cathedrae usitatum augendum). Ivonis decr. I. c. 56, Gratiani decr. C. X. qu. 3. c. 5, Mansi VIII. 138. — „Nec enim numerus“ „Nec numerus“.
- — — (457a) Clero et plebi Tarentino (al. Tarensi) scribit: „baptismi sacramentum nisi in festivitate paschali et pentecostes tradere non praesumat episcopus; exceptis iis, quibus urgente mortis periculo talibus oportet remediis subveniri“. (Gelasione vindicandum sit decretum, ambigitur). Ivonis decr. I. c. 63, Gratiani decr. III. D. 4. c. 17. — „Generalis baptismi“ „Venerabilis baptismi“.
- — — (458) Maiorico et Ioanni episcopis praecipit, ne „corporis sacri portionem“ sine „calicis sacri cruore“ sumi patiantur. Ivonis decr. II. c. 89, Gratiani decr. III. D. 2. c. 12, Mansi VIII. 125. — „Comperimus autem“.
- — — (459) De catechumenis et poenitentibus exponit. Mansi VIII. 124. — „Catechumeni latine“.
- — — (460) Decernit haec: „Quicumque intra anni spatium civiliter sive publice causam suam coram suis excommunicatoribus non peregerint, ipsi sibi audientiae clausis aditum videantur“; „Qui excommunicato scienter communicaverit — donec ab excommunicatore poenitentiam suscipiat, corporis et sanguinis domini communione privatum se esse cognoscat“. Ivonis decr. XIV. c. 111, 112, Gratiani decr. C. XI. qu. 3. c. 37. — „Quicumque igitur intra“ „Hi sane, qui ante“ „Qui vero excommunicato“.
- — — (461) Quingiesio episcopo scribit, „rem, in litigio positam, in nullam ferri posse omnino personam, donec legitimae cognitionis eventu, cui potius debeatur, iudiciaria disceptatione possit agnosci“. (Fragmentum). Gratiani decr. C. XI. qu. 1. c. 50, Mansi VIII. 131. — „Quia res in litigio“.
- — — (462) Cresconio, Ioanni, Messalae episcopis scribit, iusta decessorum statuta esse servanda, iniusta corrigenda. (Fragmentum). Gratiani decr. C. XXV. qu. 2, c. 19, Mansi VIII. 133, cf. Leonis M. Opp. III. p. CCCIV. — „Decessorum statuta“.
- — — (463) Andromachum, senatorem Romanum, hortatur, ut superstitiosam Lupercalium celebrationem aboleat. Mansi VIII. 95. — „Sedent quidam“.

496.

- Nov. 19. — Moritur „13 Kal. Decembris“. Mariani Scotti chron. ap. Pertz M. G. Scr. V. 537. „Sepultus esse in basilica b. Petri apostoli 12 Kal. Decembr.“ (20. Nov.) legitur in vita Gelasii, Vignolii lib. pont. I. 169.

S. ANASTASIUS II. 496—498.

496.

- Nov. 24. — Consecratus esse videtur hoc die dominico. Sedebat enim secundum catalogos paene omnes: annum 1 m. 11 d. 24; neque amplius, quam an. 1 m. 11 d. 27 numeramus a die 24 m. Nov. a. 496 usque ad d. 19 m. Nov. a. 498, quo sepultus esse fertur Anastasius.

		496.
— —	—	(464) Anastasium imperatorem de inito pontificatu certiore facit. Legatos mittit Cresconium et Germanum episcopos. Petit, „ut sedes b. Petri in universali ecclesia assignatum sibi a domino deo teneat principatum“, neve „propter unum mortuum diutius tunica illa salvatoris, desuper contexta per totum, malae sortis patiatur incertum“. Acacii nomen „taoeri“, Alexandrinosque ad catholicam fidem revocari vult, sed addit: „agnoscat imperator, quod nullum de his, vel quos baptizavit Acacius, vel quos sacerdotes sive Levitas secundum canones ordinavit, ulla eos ex nomine Acacii portio laesionis attingat“. Voelli et Iustelli Bibl. I. 245, Mansi VIII. 188. — „Exordium pontificatus“.
— —	—	497.
— —	—	(465) Cludoecho (Francorum regi) inter initia pontificatus sui sacris Christianis imbuto gratulatur litteris Eumerio presbytero datis. Monet, ut assit ecclesiae, „nam“ inquit „refrigescit caritas multorum, et malorum hominum versutia navicula nostra feris fluctibus agitur et despumantibus undis pertunditur“. D'Achery Spic. III. 304, Conc. Gall. I. 669, Mansi VIII. 193. — „Tuum, gloriose fili“.
— —	—	496—498.
— —	—	(466) *Inter Arelatensem et Viennensem ecclesias „aliqua contra veterem consuetudinem iubet observari, decessorum suorum videlicet ordinationem transgrediens“, Viennensemque episcopum fovens. V. infra epp. 469, 470.
— —	—	498.
Nov. 19.	—	Sepelitur „in basilica b. Petri apostoli XIII. Kal. Decembris“. Vita Anastasii in Vignolii lib. pont. I. 171. — Anastasii consecrationem si ad diem 24. Nov. a. 496 recte retulimus, eum die 16. Nov. a. 498 mortuum esse oportet. Marianus Scottus ap. Pertz M. G. Scr. V. 537 praebet „5 Kal. Iunii“.
S. SYMMACHUS. 498—514.		
Nov. 22.	In basilica Constantiana	498. Consecratur „X Kal. Decemb. (al.: die Kal. Augusti). Paulino cons.“ Vita Symmachi in Vignolii lib. pont. I. 172, 175.
c. Ian. —	Ravennae	499. (<i>Post consulatum Paulini.</i>) Remoto Laurentio antipapa (v. infra Laurentii regesta), Symmachus sancitur a Theoderico rege, sic decernente, „ut, qui prior ordinatus fuisset, vel ubi pars maxima cognosceretur favere, ipse sederet in sede apostolica“. Vita Symmachi p. 172. — Maiorem Symmachi, quam Laurentii, fuisse partem, prodit Theodorus Lector in hist. eccl. L. II. c. 17; sed in Fragmento catal. pont. ap. Athanasium Bibl. ed. Bianchini IV. Prolegom. p. LXIX. et ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 45 legimus, Symmachum „multis pecuniis obtinuisse“ apud Theodericum regem.
Mart. 1.	In basilica b. Petri apostoli	Synodus Italorum episcoporum 72, a Symmacho ad id convocata, „ut episcopalis ambitus et confusionis incertus vel popularis tumultus, — tempore ordinationis ipsius exortus —, in futurum posset amputari.“ Itaque de „Romani episcopi ordinatione“ statuunt: 1) „ut si presbyter aut diaconus, aut clericus, papa incoluni et eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano pontificatu commodare, aut pittacia promittere, aut sacramentum praebere tentaverit, aut aliquod certe suffragium polliceri, vel de hac causa, privatis conventiculis factis, deliberare atque decernere, loci sui dignitate atque communionem priveretur; pari severitate feriendo eum, qui hoc, vivo pontifice, quolibet modo fuerit ambiisse convictus, aut certe tentasse; omnibus pariter huius culpae reis anathematis poena plectendis“. 2) „Si transitus papae inopinatus evenerit, ut de sui electione successoris non possit decernere, siquidem in unum totius inclinaverit ecclesiastici ordinis electio,

		499. (Post consulatum Paulini.)
		consecratur electus episcopus“. Discrepantibus sententiis pars maior vincat. 3) Huius legis violatores qui indicaverit, praemio donetur. Voelli et Iustelli Biblioth. I. 257, Mansi VIII. 229.
— —	—	In synodo Laurentio, antipapae deiecto, episcopatum Nucerinum concedit. Vita Symmachi 172—173, Fragmentum cat. pont. I. I. Cf. Leonis M. Opp. T. III. p. CX. et Acta SS. Iulii T. IV. 636.
Oct. 19.	—	(468) Liberio patricio de Marcellino electo episcopo Aquileiensi gratulatur. Mansi VIII. 209; cf. Ennodii Opp. p. 135 et ibid. Sirmondi not. p. 24. — „Cum pro veneranda“.
„21(30).“	—	(469) Aeonio, episcopo Arelatensi, scribit, ut et ipse et Viennensis episcopus nuncios mittat, ne sibi accidat, ut temere decidat de eorum controversia. Conc. Gall. I. 682, Mansi VIII. 208. — „Movit equidem“.
		500. (Iterum post consulatum Paulini iunioris.)
Sept. 29	—	(470) Aeonii, episcopi Arelatensis, „de ordinandis episcopis in vicinis civitatibus“ iura, Viennensis ecclesiae gratia ab Anastasio II. imminuta, restituit. Mansi VIII. 208. — „Dilectionis tuae litteras“.
— —	Extra Urbem	Theoderico regi obviam venit. Anonymus Valesianus ap. Ammianum Marcellinum ed. Valesius p. 667. Cf. Cassiodori chron.: „Patricio et Hypatio coss.“ (i. e. anno 500).
		501. (Avieno et Pompeio coss.)
— —	Arimini	Commoratur iussu Theoderici regis, per Festum et Probinum multis criminibus (violatae castitatis, possessionum ecclesiae dissipatarum) accusatus. Quod „post aliquot annos“ accidisse legitur in Fragmento catal. pont. I. I., „post annum quartum“, in Vita Symmachi p. 173. Agi de anno 501, quae sequuntur, docent.
— —	„	„Postmeridianis horis super litus maris ambulans, vidit mulieres inde transire, cum quibus accusabatur in scelere, quae comitatum petebant, regia iussione“. Fragmentum catal. pont. I. I.
— —	Arimino	„Nocte media“ Romam profugit. Fragmentum cat. pont. I. I.
— —	Romae	V. Fragmentum cat. pont. I. I.
	intra b. Petri septa	
c. Apr. 22.	—	(Petrus, episcopus Altinensis, Romam ingreditur, a Theoderico rege cleri rogatu missus, ut diebus paschalibus visitatoris munere fungeretur. Fragmentum catal. pont. I. I. Cf. Vitam Symmachi p. 173.)
— —	—	(471) *Theoderico regi de cogenda synodo assentitur. V. acta synodi hoc anno habitae ap. Mansi VIII. 248.
Mai.—Iul.	In basilica Iulii	Synodi, a Theoderico rege convocatae, conventus primus in quo Symmachus, se, nisi remoto visitatore (Petro, episcopo Altinensi), „statuque pristino“ sibi reddito, causam dicturum negat. Qua de re ad regem refertur. (Hunc conventum „post sanctam festivitatem“ paschalem (post d. 22 m. Apr.) et ante diem 8 m. Aug. a. 501 habitum esse, liquet ex Fragmento cat. pont. I. I. et ex Theoderici epistola, scripta „sub die VI. id. Aug. Rufo magno Fausto Avieno cons.“ ap. Mansi VIII. 253.) Acta in Voelli et Iustelli Bibl. I. 264, Mansi VIII. 247.
c. Sept. 1.	—	Ad synodi conventum secundum in Ierusalem basilicam Sessoriani palatii“ accedens, ab adversariis male tractatur. (In diem 1 m. Sept. conventum hunc indixerat Theodericus rex epistola ap. Mansi VIII. 253.) Acta synodi I. I.
„ „ 1.	Ad b. Petri septa	Confugit, in synodumque denuo ire recusat. Acta synodi I. I.
Oct. 13.	—	(472) Avito, episcopo Viennensi, scribit, ne aegre ferat litteras ad Aeonium, episcopum Arelatensem, nuper missas; in his enim se, „inaudita parte et absque competenti instructione“ posse iudicium fieri negasse. Anastasii II. decretum si „rationabiliter“ esse factum demonstratur, se gavisurum affirmat. Rationes afferri iubet. D'Achery Spic. III. 307, Mansi VIII. 228. — „Non debuit caritatem“.
„ 23.	Apud urbem Romam	In synodi conventu tertio, seu synodo Palmari, „X. Kal. Nov. Rufo Magno Fausto Avieno coss.“ habita, restituitur Symmachus, „totaque causa dei iudicio reservatur“. Acta Synodi I. I. In eadem synodo Petrus, episcopus Altinensis, a Theoderico rege ecclesiae Romanae visitator constitutus, et Laurentius antipapa damnantur. Vita Symmachi p. 174.

—	—	Ap.b.Petrum	501. (<i>Avieno et Pompeio cons.</i>) — Cf. Victoris Tununensis chron. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 253: „Laurentius — dum Noceriae civitatis episcopus (al. episcopatu) nollet esse contentus, synodo Romae facta, a coetu est sacerdotali proiectus“. „Cum gloria sedet.“ Vita Symmachi p. 174.
Nov.	6.	In basilica b. Petri apostoli	502. (<i>Flavio Avieno iunioris cons.</i>) Synodus episcoporum 64, in qua ea, quae Symmachi accusandi ansam dederat, lex post Simplicii mortem a Basilio, praefecto praetorio et patricio agente vices regis Odoacris lata, et in ecclesia b. Petri ab episcoporum synodo confirmata: ne pontifici Romano liceat ecclesiae bona alienare, rescinditur, propterea quod a laico et sine ipsius Romani pontificis auctoritate condita sit. Similem deinde, auctore Symmacho, sanciant legem: „ut nulli apostolicae sedis praesuli — liceat, praedium rusticum — sub perpetua alienatione vel commutatione ad cuiuslibet iura transferre; sane tantum domus in quibuslibet urbibus constitutae, quarum statum necesse est expensa non modica sustentari, acceptis — redditibus, — commutentur (commodentur)“. Presbyteros diaconosque Romanos eadem lege astringunt. Reliquis de ecclesiis statuunt, ut suum quaeque morem retineat. Voelli et Iustelli Bibl. I. 260, Mansi VIII. 265.
—	—	—	c. 504. (473) *Theoderico regi „petitionem per Dioscorum, Alexandrinum diaconum, destinat, adserens magnum sibi praeiudicium fieri et maxime de titulis, quos intra urbem Laurentius (antipapa) obtinet“. Fragmentum catal. pont. I. I.
—	—	—	c. 508. (474) Episcopus Afros consolatur, quod „venerit inter eos gladius perfidorum, qui marcida ecclesiae membra resecaret, et ad caelestam gloriam sana perduceret“. „Nolite metuere,“ inquit „quod pontificalis a vobis apicis infulas abstulerunt“. Mittit postulatam „beatorum martyrum Nazarii et Romani benedictionem“. Ennodii Opp. p. 58, Mansi VIII. 217. — „Lucrum forsitan“.
—	—	—	499—512. (475) Contumelias, ab Anastasio imperatore in se iactas, propulsat „apologetico“. Baronii annal. 503. — „Ad Augustae“.
Oct.	8.	—	512. (<i>Post consulatum Felicis.</i>) (476) Episcopus, presbyteros, diaconos, archimandritas et cunctum ordinem vel plebem per Illyricum, Dardaniam et utramque Thraciam constitutos ab ecclesiae Constantinopolitanae communione revocat, malaque fortiter ferre iubet. Baronii annal. 512, Mansi VIII. 218. — „Quod fieri plane“.
Nov.	6.	—	513. (<i>Probo cons.</i>) (477) Caesario, episcopo Arelatensi, monente, edicit, ne ecclesiarum bona alienentur, ne sacerdotum pretio tribuatur, ne laici imparati sacerdotes creentur, ut raptores feminarum detestentur sacratarumque virginum vitatores excommunicentur, ne viduae, „quae in religioso proposito diuturna observatione permanserint“, ad nuptias transeant, ne quis sibi episcopatum ambiat. Mansi VIII. 212. — „Hortatur nos“.
—	—	„6 (13). (Romae)	(478) Arelatensis Viennensisque provinciarum fines, a Leone I. constitutos, litteris ad universos Galliarum episcopos datis confirmat, petente Caesario, episcopo Arelatensi. Conc. Gall. I. 859, Mansi VIII. 226. — „Sedis apostolicae instituta“. (479) *Caesario, episcopo Arelatensi, „speciali privilegio pallii usum permittit et diaconos eius perinde ac Romanae ecclesiae diaconi dalmaticis uti vult“. Vita S. Caesarii, Acta SS. Aug. T. VI. 71. Cf. Concil. Gall. I. 858 n. 5.
—	—	—	498—514. (480) Decernit, ut qui clericus filiam spiritualem vitaverit, et munere privetur et poenitentia afficiatur sempiterna. Gratiani decr. C. XXX. qu. 1. c. 8, Mansi VIII. 230. — „Omnes, quos in“.

Iun. 11.	—	514. (<i>Flavio Senatore cons.</i>) (481) Ecclesiae Arelatensis privilegia confirmat, in his, ut Caesarius episcopus „circa ea, quae tam in Galliae, quam in Hispaniae provinciis de causa religionis emer- serint, invigilet,“ eiusque vocatu et Aquensis et reliqui episcopi conveniant, et „si quis de Gallicana vel Hispana regionibus ecclesiastici ordinis ad se venire compulsus fuerit, cum eius notitia iter arripiat“. Concil. Galliae I. 861, Mansi VIII. 227. — „Qui veneranda patrum“.
Iul. 19.	In basilica b. Petri	Sepelitur „XIII. Kal. August. — Senatore cons.“ Vita Symmachi p. 180 et 175.

LAURENTIUS antipapa. 498—c. 505.

Nov. —	—	498. Eligitur auctore Festo, senatore Romano, Constantinopoli Romam reverso. Theo- dori Lectoris hist. eccl. L. II. C. 17.
„ 22.	In basilica b. Mariae	Consecratur eodem, quo Symmachus, die. Vita Symmachi in Vignolii lib. pont. I. 172.
c. Ian. —	Ravennae	499. Reiicitur a Theoderico rege, Symmachum confirmante. Vita Symmachi p. 172, Fragmentum catal. pont. ap. Athanasium bibl. ed. Bianchini T. IV. Prolegom. p. LXIX.
c. Mart. 1.	(Romae)	In Symmachi synodo episcopus Nucerinus constituitur. Vita Symmachi p. 172, V. supra Symmachi regesta.
— —	Nuceriae	Fragmentum cat. pont. I. l.
— —	Romam	501. Revocatus, schisma redintegrat; quod teste Vita Symmachi p. 173 eo tempore acci- dit, quum Symmachus apud Theodericum regem postulatus est.
c. Oct. —	Ravennae	„Moratur, Symmachi violentiam persecutionemque declinans“. Fragmentum catal. pont. I. l. Cf. synodum d. 23. Oct. 501 habitam in Symmachi regestis.
— —	Romam	c. 502. Redit. Fragmentum cat. pont. I. l., mentione synodi a. 501 (v. Symmachi regesta) facta, ita pergit: „Clerus ergo et senatus electior, qui consortium vitaverat Sym- machi, petitionem (Theoderico) regi pro persona Laurentii dirigit, qui eo tempore Ravennae morabatur, — ut ipse Romanae praesederet ecclesiae, ubi dudum fuerat summus pontifex ordinatus: Quia hoc et canonibus esse adfixum, ut unusquisque illic permaneat, ubi primitus est consecratus antistes, vel si quibusdam commentis exinde remotus fuerit, eum modis omnibus esse revocandum. Sic Laurentius ad Urbem veniens per annos circiter quattuor Romanam tenuit ecclesiam, per quae tempora, quae bella civilia gesta sint, — non est praesenti relatione pandendum.“ — Cf. Vitam Symmachi p. 175, ubi de dissensionibus civilibus post synodum a. 501 gestis agitur.
— —	Roma	c. 505. Discedit, quum Theodericus rex „patricio F... praecepta direxisset, admonens, ut omnes ecclesiae tituli Symmacho reformentur, et unum Romae pateretur esse pontificem“. Fragmentum cat. pont. I. l. — In exilium a Symmacho Laurentium esse pulsum, narrat Theodorus Lector I. l.
— —	In praediis patricii Festi	Commoratur. Fragmentum cat. pont. I. l.
— —	In praediis patricii Festi	5 . . . Moritur. Fragmentum cat. pont. I. l.

		514.
Iul. 20.	—	Consecratur. Et Vitae Hormisdæ in Vignolii lib. pont. I. p. 181 et catalogorum paene omnium testimonio, qui d. 7 m. Aug. a. 523 sepultus est, Hormisda sedem tenuit annos 9, dies 17; consecratio igitur ad ipsum dominicum diem 20 m. Iulii a 514 referenda est. Neque respiciendi dies 7 sunt, quibus post Symmachi mortem in eiusdem vita p. 180 legitur ecclesia vacasse, quum praesertim quae in libro pontif. indicantur, interpontificia non semel fallant.
		515. (Florentio cons.)
Apr. 4.	—	(482) Anastasii imperatoris litteris, restituendae pacis ecclesiasticae spem afferentibus, laetatur. De convocando concilio se responsurum scribit; sed prius de rebus in eo agendis certior fieri vult. Mansi VIII. 385. — „Gratias supernae“.
— —	—	(483) Dorotheum, episcopum Thessalonicensem, hortatur, ut memor promissi ad restituendam ecclesiae unitatem incumbat. Mansi VIII. 387. — „Ubi caritatis“.
— —	Romae	Synodus, in qua de mittendis in Graeciam legatis constituunt. Vita Hormisdæ p. 181.
Iul. 8.	—	(484) Anastasium imperatorem orthodoxae fidei studiosum laudat. Episcopos, legatos suos, „qui propere subsecuturi sint“, de synodo (Heracleae) congreganda „quid fieri oporteat“, indicaturos esse scribit. Mansi VIII. 388. — „Bene clementia“.
— —	—	(485) Ennodium (Papiensem) et Fortunatum (Catanensem) episcopos, Venantium presbyterum, Vitalem diaconum, Hilarum notarium edocet, quae agant in legatione ad Anastasium imperatorem suscepta. (Hic est „Indiculus, qui datus est Ennodio cet.“). Mansi VIII. 389. — „Cum dei adiutorio“.
Aug. 15.	—	(486) Anastasio imperatori ad synodum vocanti rescribit, inaudito quidem novoque praecepto se libenter ea obtemperaturum lege, ut Nestorius et Eutyches eorumque socii anathematizentur. „Nunquam“ inquit, „in sanctarum ecclesiarum memoria Dioscori participis Eutychetis, Timothei et Petri parricidarum commemoratio reviviscat; servetur ab omnibus suscipiendae Chalcedonensis synodi diffinitio; Acacius, Petri, tenebrarum filii, communionem pollutus, habeat participes, quos delegit“. Ennodium (Papiensem) et Fortunatum (Catanensem) episcopos, Venantium presbyterum, Vitalem diaconum, Hilarum notarium, legatos suos, commendat. Mansi VIII. 393. — „Bene atque utiliter“.
Sept. 10 (al. 8, 11.)	—	(487) Caesario, episcopo Arelatensi, „vel his, qui sub eius ordinatione consistunt“, nunciat, „episcopos tam Dardanos, quam Illyricos pene omnes, necnon Scythas“, ad sedis apostolicae communionem rediisse, seque legatos in orientem misisse. Urbanum, sedis apostolicae defensorem, commendat. Concil. Galliae I. 867, Mansi VIII. 439. — „Iustum est, ut qui“.
		516. (Petro cons.)
— —	—	(488) *Avitum, episcopum Viennensem, „per conversionem provinciarum, id est Dardaniae, Illyrici vel Scythiae (al. Thraciae) ad communionem gaudii provocat“, eique se de eventu legationis Constantinopolim missae significaturum promittit. V. Aviti epist. ad Hormisdam, Concil. Galliae I. 871, Mansi VIII. 408.
p. Iul. 16.	Romae	(489) Anastasii imperatoris desiderium restituendae unitatis ecclesiasticae laudat, sed quare legatio promissa tamdiu tardaverit, miratur. Monet, servet fidem datam. „In totum“ inquit „perdita noxiorum declinate contagia; — execrabile habeatur in flore, quod damnatur in semine“. Mansi VIII. 398. — „Solicitari animum“.
Nov. 15.	—	(490) Ioannis, episcopi Nicopolitani, orthodoxiam laudat. Ad perseverantiam hortatur. Una cum Nestorio et Eutyche sectatores quoque eorum damnandos esse scribit. „Indiculo“ addito docet, quo modo qui ad fidem redeant, suscipiendi sint. Suas ad eum synodumque litteras in publico recitari vult. Mansi VIII. 402. — „Gavisus sumus in“.
” 19.	—	(491) Synodo Epiri veteris ad fidem reversae gratulatur. Sed professionem missam satis esse, negat; neque enim Eutychem modo, sed etiam Dioscorum, Timotheum, Petrum, Acacium esse damnandos. Libellum („Regulam fidei“ ap. Mansi VIII. 407), cui subscribant, mittit. Mansi VIII. 405. — „Benedictus deus ecclesiae“.
” 19.	—	(492) Ioannis, episcopi Nicopolitani, professionem laudat, reliquorum vero episcoporum minus definitam esse dicit. De libello per Pulionem, ecclesiae Romanae subdiaconum, misso addit. Mansi VIII. 407. — „Litterarum, quas“.

—	—	516. (<i>Petro cons.</i>) (493) Pulionem subdiaconum, quae Nicopoli agat, edocet. „Indiculus“ exstat ap. Mansi VIII. 408. — „Cum dei adiutorio“.
Febr. 15.	—	517. (<i>Agapito cons.</i>) (494) Avito, episcopo Viennensi, respondet, se litteras ad eum iam antehac daturum fuisse, si quid laeti legatio in Orientem missa effecisset. Queritur, Graecos, „ore potius praefere pacis vota, quam pectore, — quae fuerint professi, negligere, et quae damnaverint, haec sequi“; legatosque ab iis missos esse „laicos et alienos ab ecclesiastico corpore“. Nunciat, „plures Thracum“, et episcopum Nicopolitanum, metropolitanum Epiri, una cum synodo suam sequi auctoritatem; „Dardanium et Illyricum vicinum Pannoniae“, ut episcopi sibi ab ipso praeficerentur, petiisse. Concil. Galliae I. 873, Mansi VIII. 409. — „Qui de his“.
Mart. 3.	—	(495) Ioanni, episcopo Nicopolitano, nunciat, litteras eius a Pulione subdiacono sibi redditas esse. Hortatur, ut aequo animo ferat molestias. Haec addit: „De illa quoque parte, quam dilectio tua postulat, cogitamus, ut ad imperatorem clementissimum pro generalitatis quiete preces nostrae perveniant.“ Mansi VIII. 421. — „Remeante Pulione“.
Apr. 2.	—	(496) Ioannem, episcopum Tarraconensem, in Italiam venturum esse gaudet. De „generalibus constitutis“, rogatu eius ad Hispanas ecclesias missis (cf. duas, quae sequuntur, epistolas), significat. Sedis apostolicae vices ei, „servatis privilegiis metropolitanorum, — eatenus delegat, ut“ inquit „inspectis istis, sive ea, quae ad canones pertinent, sive ea, quae a nobis sunt nuper mandata, serventur, sive ea, quae de ecclesiasticis causis tuae revelationi contigerint, sub tua nobis insinuatione pandantur“. Mansi VIII. 429. — „Fecit dilectio tua“.
„	2.	(497) Universis episcopis per Hispaniam constitutis praescribit, ne clerici poenitentesve „saltu quodam“ sacerdotes ordinentur, ne pretio tribuatur benedictio sacerdotis, utque bina quotannis concilia habeantur in singulis parocciis. Mansi VIII. 430. — „Benedicta trinitas“.
—	—	(498) Universis episcopis per Hispaniam constitutis, rogatu Ioannis episcopi (Tarracensis, non Constantinopolitani), praecipit, ne communionem tribuant „ex clero Graecorum venientibus“, nisi libello, his litteris inserto, subscripserint. Mansi VIII. 467. — „Inter ea, quae notitiae“.
Apr. 3.	—	(499) Anastasium imperatorem ad damnandum Acacium hortatur. Ennodium (Papiensem) et Peregrinum (Misenensem) episcopos, legatos suos, commendat. Mansi VIII. 412. — „Dudum legatis“.
„	3.	(500) Timotheum, episcopum Constantinopolitanum, ad fidem vocat. Mansi VIII. 414. — „Non mirabitur“.
„	3.	(501) Universos episcopos in orientis partibus constitutos hortatur, ut „ad petram, supra quam est fundata ecclesia, revertantur“. Mansi VIII. 415. — „Etsi admonitionis“.
—	—	(502) Episcopos orthodoxos constantia uti iubet ac de Ennodii Peregrinique legatione certiores facit. Mansi VIII. 416. — „Est quidem fidelium“.
Apr. 3.	—	(503) Possessoris episcopi fidem, libello significatam, laudat et confirmat. Mansi VIII. 418. — „Optimam vestrae“.
„	3.	(504) Clerum, populum, monachos orthodoxos Constantinopoli consistentes hortatur, „ut eos, qui sanctam Chalcedonensem synodum et b. Leonis de fide catholica conscriptas epistolas declinent, quibus possint viribus aversentur et fugiant“. Mansi VIII. 418. — „Si is, qui calicem“.
„	12.	(505) Ennodium (Papiensem) et Peregrinum (Misenensem) episcopos de Ioannis, episcopi Nicopolitani, litteris, post eorum discessum Romam allatis, certiores facit. Quem nunciat questum esse de iniuriis ideo sustentis, quod excommunicatum episcopum Thessalonicensem de ordinatione accepta non docuisset, et litteras ad illum dandi licentiam a sese petiisse. Petenti se annuisse negat. Mansi VIII. 419. — „Posteaquam profecta“.
—	—	(506) Ennodium (Papiensem) et Peregrinum (Misenensem) episcopos edocet, quae et Thessalonicae et Constantinopoli in causa Nicopolitana agant. Mansi VIII. 420. — „In nomine“.
—	—	(507) Anastasio imperatori Ioannem, episcopum Nicopolitanum, communionis suae participem, commendat ab insidiis defendendum. Mansi VIII. 421. — „Dum sapientiae“.

517. (*Agapito cons.*)
- Apr. 12. — (508) Dorothenm, episcopum Thessalonicensem, hortatur, ne iniqua postulet a Ioanne, episcopo Nicopolitano, ad catholicam fidem reverso. Mansi VIII. 423. — „Ioannes frater“.
- „ 12. — (509) Ioannem, episcopum Nicopolitanum, eiusque synodum consolatur, ac de superioribus epistolis certiores facit. Miratur, eos episcopo Thessalonicensi communicandi licentiam rogasse. Mansi VIII. 422. — „Optaremus dilectissimi“.
- 517?
- — — (510) Sallustio, episcopo (Hispalensi) „vices suas per Baeticam Lusitaniamque provincias, salvis privilegiis, quae metropolitanis episcopis decrevit antiquitas, committit“. Mansi VIII. 433. — „Suscipientes plena“.
- — — (511) Episcoporum per Baeticam provinciam constitutorum concordia laetatur. Addit de legationibus in Orientem missis, deque suis ad Sallustum episcopum (Hispalensem) litteris. Mansi VIII. 478. — „Quid tam dulce“.
518. (*Post consulatum Agapeti.*)
- Febr. 10. — (512) Presbyteros, diaconos et archimandritas secundae Syriae et reliquos orthodoxos, in quocumque orientali climate degentes, hortatur, ut iniurias aequo animo ferant, fidem servent, Eutychianos Nestorianosque fugiant. Mansi VIII. 1024. — „Lectis literis“ „*Ἀναγνωσθέντων*“.
- — — Ravennae Apud Theodericum regem. Vita Hormisdæ p. 187.
- p. Aug. 1. — (513) Iustino I. susceptum imperium gratulatur. De litteris missis gratias agit. Ecclesiae pacem per eum restitutum iri sperat. Alexandrum, virum clarissimum, legatum suum, commendat. Mansi VIII. 434. — „Venerabilis regni“.
- p. Sept. 7. — (514) Iustinum I. imperatorem, restituendae pacis ecclesiasticae sudiosum, laudibus effert. Episcopos et litteris et libello, quae agerent, a sese edoctos esse scribit. Gratium, legatum eius, laudat. Mansi VIII. 435. — „Sumptam de imperii“.
- p. Dec. 20. — (515) Ioannis, episcopi Constantinopolitani, professionem missam laudat. Hortatur, ut satisfaciat promissis, Acaciumque damnet. Mansi VIII. 437. — „Spirituale gaudium“.
519. (*Eutharico cons.*)
- — — (516) Iustinum I. imperatorem hortatur, ut non modo Chalcedonia Leonisque I. constituta servari, sed sectatores quoque eorum, qui statutis illis damnati sint, maximeque Acacium, damnari iubeat. Germanum (Capuanum) et Ioannem episcopos ac Blandum presbyterum Felicemque diaconum, legatos suos, commendat. Mansi VIII. 442. — „In tantum pro“.
- — — (517) Euphemiam Augustam monet, persuadeat marito imperatori, ut episcopos libello a sese misso subscribere iubeat. Mansi VIII. 444. — „Ecclesiarum pax“.
- — — (518) Iustiniano Augusto (lege: comiti) de litteris missis gratias agit. Addit de Acacio sociisque damnandis ac de suis legatis. Mansi VIII. 440. — „Litterarum vestrarum“.
- — — (519) Iustiniano, viro illustri, scribit, „restare, ut universi episcopi partis orientalis iuxta libelli seriem ad correctionis pervenisse se testentur effectum“. Mansi VIII. 447. — „Magnitudinis vestrae“.
- — — (520) Legatis in Orientem missis, quae agant, praescribit. „Indiculus“ exstat ap. Mansi VIII. 441. — „Cum deo propitio“.
- — — (521) Ioanni, episcopo Constantinopolitano, ostendit, secum non modo „universa praedicet“, sed etiam „universa condemnet“ necesse esse. Monet seiungat se „ab omni haereticorum contagione, Acacium cum sequacibus damnando“. Legatos suos professionem ab eo suscepturos esse, addit. Mansi VIII. 445. — „Reddidimus quidem“.
- — — (522) Ioanni, episcopo Constantinopolitano, legatos suos commendat. Mansi VIII. 446. — „Ea, quae caritas“.
- — — (523) Theodosio, archidiacono Constantinopolitano, et universis catholicis ex miseris tandem liberatis gratulatur. Mansi VIII. 447. — „Gratias misericordiae“.
- — — (524) Celerem et Patricium aulicos rogat, ut legatis suis assint apud imperatorem. Mansi VIII. 448. — „Quamvis pro loci“.
- — — (525) Praefecto praetorio Thessalonicensi, et ceteris illustribus, legatos suos ad imperatorem euntes commendat. Mansi VIII. 448. — „Licet pro causa“.

519. (<i>Eutharico cons.</i>)		
—	—	(526) Anastasiae et Palmatiae legatos suos commendat. Mansi VIII. 449. — „Bonae voluntatis“.
Apr.	25.	(527) Germani (Capuani) et Ioannis episcoporum, Felicis et Dioscori diaconorum et Blandi presbyteri, legatorum suorum, silentio turbatur. Quid egerint, accurate doceri vult. Mansi VIII. 460. — „Opinionum diversitas“.
„	30.	(528) Germanum (episcopum Capuanum) ceterosque legatos ad mittendas litteras iterum admonet. Paulinum, ecclesiae Romanae defensorem, cum epistolis Constantinopolim mittit. Mansi VIII. 461. — „Animus noster“.
„	30.	(529) Iisdem legatis Stephanum negotiatorem commendat. De litteris Magistriano ad eos datis significat. Mansi VIII. 461. — „Necesse est, ut vel“.
Iul.	9.	(530) Iustino I. imperatori „restitutam fidei concordiam“ gratulatur Vestigia haereticis in Alexandrina quoque et Antiochena ecclesiis deleri cupit. Legatos suos et Paulinum, ecclesiae Romanae defensorem, commendat. Mansi VIII. 462. — „Lectis clementiae“.
„	9.	(531) Ioanni, episcopo Constantinopolitano, ad apostolicae sedis fidem converso, gratulatur; mandatque, hortetur imperatorem, ut „missis edictis“ de Antiochena et Alexandrina ecclesiis errorem tollat. Legatos suos commendat. Mansi VIII. 463. — „Consideranti mihi“.
—	—	(532) Iustinianum, illustrem virum, quo adiutore redintegrata pax sit ecclesiarum, laudat, utque adversarios ad unitatem perducere pergat, monet. Mansi VIII. 464. — „Benedicimus ineffabile“.
—	—	(533) Pompeio agit gratias, quod paci ecclesiasticae faverit. Haereticorum reliquias ut removendas curet, hortatur. Mansi VIII. 465. — „Ita devotionis“.
—	—	(534) Iulianam Aniciam, de catholica unitate bene meritam laudat, operamque dare iubet, „ne aliquod in posterum semen illius mali remaneat“. Mansi VIII. 466. — „Litteris amplitudinis“.
—	—	(535) Anastasiae de pace ecclesiae reddita gratulatur. Monet, agat, „ut huius correctionis exemplum omnes sequantur ecclesiae, ut nihil sibi diabolus remansisse gaudeat“. Mansi VIII. 466. — „Postquam deus noster“.
—	—	(536) Gratum, virum sublimem, de mittendis litteris hortatur. Mansi VIII. 466. — „Contristavit nos“.
—	—	(537) Ioanni, episcopo „Melicitano“ (Malacitano), significat, ecclesiam Constantinopolitanam ad communionem suam rediisse. Quam rem sacerdotibus vicinis nunciari vult. Mansi VIII. 478. — „Vota nostra“.
—	—	(538) Germano et Ioanni episcopis, Felici et Dioscoro diaconis, et Blando presbytero, legalis suis, mandat, instent imperatori eiusque coniugi, ut omnes ecclesiae, imprimisque Alexandrina et Antiochena, ad sedis apostolicae communionem revertentur. Mansi VIII. 468. — „De his, quae acta“.
—	—	(539) Dioscori diaconi, unius ex suis legatis, arbitrio permittit, num pari modo recipiantur, qui scripto, atque qui voce damnaverint statuta Chalcedonia. Mandat, agat de Alexandrina et Antiochena ecclesiis catholicae communioni sociandis. Thomam, Nicostratum et Ioannem Nicopolitanum episcopos imperatori commendari iubet. Mansi VIII. 469. — „De laboris tui, quem“.
—	—	(540) Dioscoro diacono significat, se de eius industria omnes Italiae populos erudivisse. Imperatori scripturum se, ut ecclesiae Alexandrinae, non Antiochena, eum praeficiat. De Thoma, Nicostrato, Ioanne episcopis eadem, quae in superiore epistola, monet. Paulinum, ecclesiae Romanae defensorem, commendat. Reditum, ne quid negligatur, maturari vetat. Mansi VIII. 469. — „De laboris tui quidem“.
—	—	(541) Thomati et Nicostrato episcopis significat, se Ioanni episcopo et Dioscoro diacono mandasse, ut de eorum molestiis, quas Menas, notarius suus sibi retulerit, levandis apud imperatorem agerent. Mansi VIII. 470. — „Animum nostrum“.
—	—	(542) Ioanni episcopo et Dioscoro diacono Thomatem et Nicostratum episcopos, Constantinopoli tum honoribus tum communione privatos, commendat. Mansi VIII. 471. — „Reperimus Thomatem“.
—	—	(543) Iustinum I. imperatorem rogat, ut Heliam, Thomatem, Nicostratum, catholicos episcopos inique remotos, in pristinum restituat. Mansi VIII. 471. — „Gloriosis clementiae“.
—	—	(544) Euphemiam Augustam hortatur, ut pro Helia, Thomate, Nicostrato episcopis supplicet imperatori. Mansi VIII. 472. — „Orare nos et“.
—	—	(545) A Iustiniano, viro illustri, Heliam, Thomatem, Nicostratum episcopos in imperatoris gratiam restitui vult. Mansi VIII. 472. — „Studium vestrum“.

		519. (Eutherico cons.)
— —	—	(546) Germano, viro illustrissimo, causam Heliae, Thomae, Nicostrati episcoporum commendat. Mansi VIII. 473. — „Excubantibus“.
— —	—	(547) Heliae, Thomae, Nicostrato episcopis significat de litteris Eulogio, viro sublimi, datis ad Iustinum, Euphemiam, Iustinianum, Germanum. Mansi VIII. 474. — „Quanto mens“.
Sept. 2.	—	(548) Iustiniano, viro illustri, respondet, de quibus scripserit, monachos propter insidias in itinere paratas Romae retineri. Discordiae monachicae causam ex fœdibus legatis suis sese quaesiturum esse. „Sanctuaris“ SS. Petri et Pauli mittit. Mansi VIII. 485. — „Ita magnificentiae“.
Oct. 13.	—	(549) Germano (Capuano) et Ioanni episcopis, Felici et Dioscuro diaconis, Blando presbytero, legatis suis, nunciat, Ioannem episcopum, „dum ad Thessalonicam pro suscipiendis tantum libellis, qui promittebantur, accederet, ita plebis irrationabili seditione concussum esse, ut extincto primum hospite, ipse quoque non dissimili caede mactatus — vix — evaserit; seditionis initium — ab Aristide presbytero exortum“. Mandat, operam dent, ut et Dorotheus, episcopus Thessalonicensis, et Aristides presbyter ab imperatore Romam mittatur. Mansi VIII. 474. — „Cum nos ecclesiasticae“.
Dec. 3.	—	(550) Germano (Capuano) episcopo et Blando presbytero, legatis suis, de Ioannis episcopi morte dolorem suum significat. Mandat, moneant imperatorem, ut Dorotheum, episcopum Thessalonicensem, auctorem necis, episcopatu multatum aut in exsilium aut Romam mittat, neu patiatur in eius locum Aristidem substitui. Thomatis Nicostratique episcoporum causam denuo commendat. Nunciat, se monachos Scythas, Roma clam discedere conatos, usque ad eorum (legatorum) adventum custodiri iussisse. Mansi VIII. 477. — „Graviter nos Ioannis“.
— —	—	(551) Iustiniano illustri significat de monachis Scythis, donec legati sui redierint, Romae remansuris. Victorem diaconum, ab iisdem monachis vehementer accusatum, „vel alios, qui perversas forsitan obiciant quaestiones“, ad sese mitti cupit. Mansi VIII. 485. — „Eulogio viro“.
		520. (Rustico cons.)
Iul. 12.	—	(552) Legatorum suorum moram dolet, litterasque desiderat. Mansi VIII. 496. — „Ita nos incolumitatis“.
„ 15.	—	(553) Germano (Capuano) episcopo, Felici et Dioscuro diaconis, Blando presbytero, legatis suis, scribit, sustentationem silentiumque eorum sibi sollicitudini esse. Impedimenta fraude iis parari opinatur. Quam maturime erudiri de eorum rebus cupit. Mansi VIII. 496. — „Animos nostros“.
Aug. 13.	—	(554) Possessoris episcopi religionem laudat. Monachos Scythas, „contemptores auctoritatum veterum — solam putantes scientiae rectam viam“, nec monitis, nec mansuetudine, neque auctoritate sua compressos esse scribit. De Fausti, episcopi Reicensis, libris ita respondet: „Neque illum recipi, neque quemquam, quos in auctoritate patrum non recipit examen catholicae fidei, aut ecclesiasticae disciplinae ambiguitatem posse gignere, aut religiosis praepudicium comparare; — non improvide veneranda patrum sapientia fideli posteritati, quae essent catholica dogmata, defuuit, certa librorum etiam veterum in auctoritatem recipienda praefigens; — Christiana fides canonicis libris et synodalibus praecipis et patrum regularibus constitutis stabili et inconcusso termino limitatur“. Mansi VIII. 498. — „Sicut rationi congruit“.
p. Spt. 17.	—	(555) Epiphanium, episcopum Constantinopolitanum, reprehendit, quod de inuito pontificatu ad se referre tandiu cessaverit. Aequius fuisse scribit, legatos inter initia pontificatus mitti, quam litteras per occasionem dari. De mittendis legatis instat. (Hoc est responsum ad Epiphaniæ epistolam die 17 m. Sept. acceptam, ap. Mansi VIII. 502.) Mansi VIII. 500. — „Diu nos non“.
— —	—	(556) Epiphanium, episcopum Constantinopolitanum, de Elia, Thoma, Nicostrato episcopis restituendis graviter hortatur. Mansi VIII. 501. — „Oportuerat quidem“.
Oct. 29.	—	(557) Dorotheo, episcopo Thessalonicensi, de nece Ioannis episcopi respondet, „ut et tanti sceleris a se repellat invidiam et in reconciliatione fidei tandem eorum, qui reversi sint, sequatur exempla“. Mansi VIII. 503. — „Considerantes tuae“.
„ 29.	—	(558) Iustino I. imperatori, promissam legationem ob legati valetudinem tardatam esse nuncianti, respondet, se eius verba in suspitione non posuisse. Mansi VIII. 508. — „Benedicta trinitas“.

—	—	—	520. (<i>Rustico cons.</i>) (559) Iustiniani, viri illustris, erga se studia laudat. Legationem ab imperatore promissam exspectat. De trinitate addit. Mansi VIII. 517. — „Quod celsitudo“.
Mart.	25.	—	521. (<i>Valerio cons.</i>) (560) Epiphanio, episcopo Constantinopolitano, scribit, gaudere se, „quia non solum synodica relatione, ad sacerdotium eum digne pervenisse, cognoverit, sed etiam factis atque moribus.“ Sua manu haec addit: „Suscepimus calicem aureum gemmatum, patenam argenteam, et alium calicem argenteum et vela duo, ministerio basilicae b. Petri apostoli profutura, a caritate tua directa“. Mansi VIII. 513. — „Benedicimus dominum“.
„	26.	—	(561) Synodo Constantinopolitanae electionem Epiphaniū gratulatur, laudemque tribuit, quod servato officio de ea sibi significaverint. Mansi VIII. 512. — „Fratrem et coepiscopum“.
„	26.	—	(562) Iustini I. imperatoris summa de sacris merita laudibus extollit. Docet, „cavendam esse subtilium magna circumspectione calliditatem, qui ingerant difficilia, dum nitantur labefactare composita“. Epiphanio mandatum esse scribit, „ut innocentes ad societatem communionis admitteret, libelli tamen sui tenore servato“. Mansi VIII. 518. — „Scio quidem, venerabilis“.
„	26.	—	(563) Iustino I. imperatori de argutiis quorundam significanti exponit, de trinitatis mysterio quid ex patrum statutis sentiendum sit. Mansi VIII. 520. — „Inter ea, quae ad unitatem“.
„	26.	—	(564) Epiphanium, episcopum Constantinopolitanum, monet, det operam, ut fides incorrupta maneat. De „una nec divisibili essentia trinitatis“ explicat. Hierosolymitanos, si ad communionem apostolicam accedere velint, scriptam professionem mittere iubet. Addit de legatis Thessalonicensium Romam missis. Mansi VIII. 1029. — „Multo gaudio sum“ „Πολλῆς“.
—	—	—	514 — 523. (565) Caesarium (episcopum Arelatensem) ob conditum puellarum monasterium laudat. Vetat, ne successores eius „in eodem monasterio audeant sibi potestatem aliquam penitus vindicare, nisi tantum pastoralem sollicitudinem gerentes, familiam Christi Domini ibidem positam congruis quibusque temporibus cum suis clericis studeant visitare“. Bona monasterio tributa confirmat. Concilia Galliae I. 879. „Exsulto in domino“.
Aug.	7.	In basilica b. Petri	523. Sepelitur „VII. (al. VIII.) id. Aug. consulatu Maximi“, Vita Hormisdæ p. 189.
S. IOANNES I. 523—526.			
Aug.	13.	—	523. Consecratur. Inter dominicum diem 13 m. Aug. 523 et d. 27 Maii 526, quo sepultus est Ioannes, intercesserunt anni 2 m. 9 d. 16, per quos eum sedisse docet et Vita eius in Vignolii lib. pont. I. 190 et Fragment. cat. pont. ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini IV. p. LXIX. et ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 47. Assentitur Vita Hormisdæ p. 189, qua teste post eundem pontificem sedes vacavit dies 6 (al. 7, 8).
—	—	Ravennae	524. Apud Theodericum regem. Anonymus Valesianus ap. Ammianum Marcellinum ed. Vales. p. 670.
—	—	Ravenna	Constantinopolim Arianorum causa invitus proficiscitur, iubente Theoderico rege. Anonym. Valesianus p. 671, Marcellini comitis chron. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. p. 319, Vita Ioannis p. 190. De anno v. Theophanis chronographiam ed. Bonn. I. p. 261.

— —	In Corinthi partibus	524. V. S. Gregorii dial. L. III. c. 2, Opp. ed. Bened. T. II. p. 281, 284.
— —	Milliario 15 a Constantino poli	524—530. Honorifice excipitur a Iustino imperatore. Vita Ioannis p. 191, Anonym. Vales. I. I., Marcellinus comes I. I.
— —	Constantinopoli ad portam auream	Caeco oculos restituisse dicitur in S. Gregorii dial. L. III. c. 2. I. I. p. 284, (cf. Chronicon breve ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 263).
Mart. 30.	Constantinopoli	525. „Diem domini nostri resurrectionis plena voce Romanis precibus celebrat — ind. III., Filoxeno et Probo coss.“ Marcellini comitis chron. in Roncallii Vet. lat. scr. chron. II. 318—319.
— —	„	Iustino imperatori coronam imponit. Vita Ioannis p. 192.
— —	Ravennae	526. Constantinopoli redux in carcerem conicitur a Theoderico rege. Anonymus Valesianus I. I., Vita Ioannis p. 193.
Mai. 18.	„	Moritur in carcere „XV. Kal. Iunias“. Vita Ioannis p. 193. Cf. Anonym. Vales. I. I., qui Ioannem in custodiam missum „post paucos dies“ obiisse narrat.
„ 27.	Romae in ecclesia b. Petri	Sepelitur „VI. Kal. Iunias, Olybrio consule“. Vita Ioannis p. 194.

S. FELIX IV. 526—530.

— —	—	526. Deligitur a Theoderico rege. V. Athalarici regis epistolam. Cassiodori Var. L. VIII. ep. 15, Opp. T. I. p. 131.
Iul. 12.	—	Consecratur „III. id. Iul.“ Vita Felicis in Vignolii lib. pont. I. 195.
Febr. 3.	—	528. (<i>Post consulatum Mavortii.</i>) (566) Caesario (episcopo Arelatensi) scribit, nec laico licere „ante probationem“ fieri sacerdoti, neque ordinato ad secularem vitam reverti. Mansi VIII. 666. — „Legi, quod inter“.
— —	—	526—530. (567) Ecclesii, episcopi Ravennatis, cum clero litem dirimit, constitutis utriusque privilegii. Agnelli vita S. Ecclesii ap. Muratori R. It. Scr. II. r. 95, Mansi VIII. 667. — „Laudanda est“.
c. Spt. 15.	—	530. Moritur „Lampadio et Oreste coss“. Paulo ante electionem Bonifacii II., die 17 m. Sept. factam, obiisse Felix censendus est, quamquam et Vita eius p. 195 et Fragm. cat. pont. ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini IV. p. LXIX. et ap. Muratori R. It. Scr. III. n. 47 et alii catalogi ei assignant annos 4 m. 2 d. 12 (13), quos si numeramus a consecrationis die, ad diem 23 aut 24 m. Sept. pervenimus.
Oct. 12.	In basilica b. Petri	Sepelitur „III. Id. Oct.“ Hunc diem, in Vita Felicis p. 195 et 196 bis memoratum, „ad aliquam Felicis translationem referendum esse“, censet Pagius ad a. 530.

Sept. 17.	—	530. Eligitur. Hoc die et Bonifacium et Dioscorum antipapam electum esse, patet ex Vita Bonifacii in Vignolii lib. pont. I. 197, ubi haec legimus: „et fuit dissensio in clero et populo et senatu dies XXVIII., donec defunctus est Dioscorus pridie id. Oct.“
„ 22	In basilica Iulii	Consecratur. Computantur enim a dominico die 22. Sept. 530 ad diem funeris Bonifacii anni 2 dies 26, quos ei tribuit et Vita p. 196 et Fragm. cat. pont. ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini IV. p. LXIX. et ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 47.
— —	—	(568) *Synodus, in qua Bonifacius „sub vinculo anathematis chirographo damnat Dioscorum (antipapam) et reconciliat clerum, qui eius ordinationi consenserat“. Vita Bonifacii p. 197.
Ian. 25.	—	531. (Post consulatum Lampadii et Orestis.) (569) Caesarii, episcopi Arelatensis, aliorumque quorundam sacerdotum probat confessionem, „fidem, — sicut et omnia bona, singulis hominibus ex dono supernae venire gratiae, non ex humanae potestate naturae“. (In clausula pro „Lampadio et Oreste cons.“ legi vult Sirmondus: „Post consulatum L. et O.“; Pagius et diem et consules additicios esse arbitratur; editores Conciliorum Galliae, pro VIII. Kal. „Februarias“ fortasse „Decembres“ aut „Novembres“ legendum esse, conii- ciunt.) Conc. Gall. I. 951, Mansi VIII. 735. — „Per filium nostrum“.
Dec. 7.	In consistorio b. Andreae apostoli	Synodi „sessio prima“, in qua agunt de Stephano, episcopo Larissensi, per Epiphanium, episcopum Constantinopolitanum, excommunicato et deiecto, ad sedem Romanam provocante.
„ 9.	„	Synodi eiusdem „sessio secunda.“ — Acta ap. Holstenium, Coll. Rom. I. 1, Mansi VIII. 739.
— —	In basilica b. Petri	530—531. (570) *Synodus, in qua Bonifacius „facit constitutum cum chirographis sacerdotum et iusiurandum ab eis exigit ante confessionem b. Petri apostoli, ut in electionem Vigilii diaconi post se consentiant“. Vita Bonifacii p. 197, 198.
— —	(Romae)	531—532. Synodus, in qua „reum se esse confitetur maiestatis, quod in diaconum Vigilium sui subscriptione chirographi constitutum ante confessionem b. Petri apostoli fecerit; ipsumque constitutum in praesentia omnium sacerdotum et cleri et senatus incendio consumit“. Vita Bonifacii p. 198.
Oct. 17.	In basilica b. Petri	532. Sepelitur. Vita Bonifacii p. 199: „sub die XVI. Kal. Nov. consulatu Lampadii“, (lege „iterum post consulatum Lampadii et Orestis“. — Titulus in ecclesia b. Petri inventus ap. Mabillonium, Vet. anal. p. 220: „depositus in pace XVI. Kal. Nov. imper. Proconsul. Lampadio et Oreste viris clarissimis“.
DIOSCORUS antipapa. 530.		
Sept. 17.	—	530. Eligitur. V. supra Bonifacii II. regesta.
„ 22.	In basilica Constantiana	Consecratur. Vita Bonifacii II. p. 196, 197.
Oct. 14.	—	Moritur „pridie id. Octobr.“ Vita Bonifacii II. p. 197.

Dec. 31.	—	532. Consecratur „iterum post consulatum Lampadi et Orestis“. Inscriptio ap. Anastas. Bibl. ed. Bianchini III. 254. — Diem indicat Vita Bonifacii II. p. 199, ubi sedem mortuo Bonifacio menses 2 et dies 15 vacasse reperimus.
Mart. 24.	Romae	534. (<i>Iustiniano Aug. IV. et Paulino iuniore coss.</i>) (571) Iustiniani imperatoris fidem, per litteras explicatam, laudat. Cyrum et eius sectatores, monachos Acoemetenses, excommunicatos nunciat, sed, deposito errore, recipi vult. Hypatium (Ephesinum) et Demetrium (Philippensem) episcopos, legatos imperatorios, commendat. (Cf. Liberati breviar. C. 20 p. 141 et Procopii de bello Gotth. L. I. c. 3 p. 17.) Mansi VIII. 797. — „Inter claras sapientiae“. (572) Avienum, Senatorem, Liberium, Severinum, Fidelem, Avitum, Opilionem, Ioannem, Silverium, Clementianum et Ampelionem, illustres et magnificos viros docet: „Christum unum esse s. trinitatis ex duabus naturis cognoscendum, in deitate et humanitate perfectum, non antea existente carne et postea unita verbo cet.“ Hortatur, vitent monachos Acoemetenses, haeresis Nestorianae participes. Mansi VIII. 803. — „Olim quidem“.
Apr. 7.	—	(573) Universis episcopis per Gallias constitutis scribit, Contumeliosum, episcopum (Reiensem), multis criminibus astrictum in monasterium relegandum esse; in cuius locum visitatorem substitutum nunciat. (Flavio Paulino iun. cons.) Concil. Galliae I. 971, Mansi VIII. 807. — „Innotuit nobis“.
„ 7.	—	(574) Clerum (Reiensem) obedire iubet Caesario, episcopo Arelatensi, visitatori constituto in locum Contumeliosi episcopi, criminibus multis convicti. (Paulino iun. cons.) Conc. Galliae I. 973, Mansi VIII. 807. — „Pervenit ad nos“.
— —	—	(575) Caesario, episcopo Arelatensi, mandat, ut Contumeliosum episcopum, munere privatum, in monasterium retrudat, et ecclesiam (Reiensem), donec novus episcopus eligatur, administret. Concil. Gall. I. 965, Mansi VIII. 809. — „Caritatis tuae litteras“.
Mai. 27.	In basilica b. Petri	535. Sepelitur „VI. Kal. Iunias“. Vita Ioannis in Vignolii lib. pont. I. 200. — A die 31 m. Dec. 532 ad d. 27. Maii 535 numerantur a. 2 m. 4 d. 26. Neque quadrant, quos Ioanni tribuit Vita eius p. 199, anni 2 m. 4 d. 16, neque quos Fragment. cat. pont. ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini IV. p. LXIX. et ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 47, anni 2 m. 4 d. 6.

S. AGAPETUS I. 535—536.

Iun. 3.	—	535. (<i>Post consulatum Paulini iunioris.</i>) Consecratur. Etenim Vita Ioannis II. p. 206 post hunc vacasse per dies 6 testatur sedem.
„ —	In medio ecclesiae	„In ortu episcopatus sui, libellos anathematis, quos invidiae zelo extorserat Bonifacius (II.) presbyteris et episcopis contra canones adversus Dioscorum (antipapam), in medio ecclesiae, congregatis omnibus, incendio consumit et absolvit totam ecclesiam de invidia infidorum“. Vita Agapeti in Vignolii lib. pont. I. p. 201.
Iul. 18.	—	(576) Caesario, episcopo Arelatensi, significat, Contumeliosum, episcopum (Reiensem) ad sese provocasse; quapropter iudices missum iri. „Propriam substantiam“ illi reddi, sed „suspensum interim ab administratione patrimonii ecclesiastici et celebratione missarum“ manere eum iubet. Concil. Gall. I. 973, Baronii annal. 535, Mansi VIII. 856. — „Optaveramus frater“.
„ 18.	—	(577) Caesario, episcopo Arelatensi, de angendis „alimoniis pauperum“ petenti, non satisfacit propter „patrum manifestissima constituta, quibus“ inquit „prohibemur, praedia iuris ecclesiae, cui nos omnipotens dominus praeesse constituit, quolibet titulo ad aliena iura transferre“. Concil. Galliae I. 975, Baronii annal. 535, Mansi VIII. 855. — „Tanta est, deo“.
Sept. 9.	—	(578) Reparati (Carthaginiensis), Florentiniani, Datiani et ceterorum episcoporum per Africam constitutorum litteris, ad Ioannem II. datis, respondet, neque ab Aria-

		535. (Post consulatum Paulini iunioris.)
		norum sacerdotibus ad fidem redeuntibus honores continuari nec „sine sacerdotum litteris“ clericum peregrinum suscipi a pontifice Romano licere. Mansi VIII. 848. — „Iam dudum quidem“.
Sept. 9.	—	(579) Reparato, episcopo Carthaginiensi, de pontificatu gratulanti, agit gratias. Superius responsum divulgari iubet. Mansi VIII. 850. — „Fraternitatis tuae literis“.
Oct. 15.	—	(580) Iustiniano imperatori gratias agit, „quod tantis apostolicam sedem caritatis et munificentiae titulis elevaverit“. Sacerdotes Arianos, ad fidem conversos, honoribus antea gestis uti vetat. In Stephanum, episcopum (Larissensem), odio se ferri negat, quaeque de illo „nuper“ statuta sint, ea ad servanda iura b. Petri pertinere, affirmat; quam tamen causam ut denuo tractarent, legatis mandatum esse. Achilli communionem quidem restitutam scribit, sed de sacerdotio decretum iri, quum rem per legatos cognoverit. Epiphanium, episcopum (Constantinopolitanum), de consecrato Achille vix posse excusari addit. Mansi VIII. 850. — „Licet de sacerdotii“.
		536. (Post consulatum Belisarii.)
Ian.?	—	(581) *Thomati et Petro arcariis „sanctorum vasa cum obligatione chirographi“ pro pecunia pignori dat, Constantinopolim Theodati regis iussu aditurus. Cassiodori Var. L. XII. ep. 20, Opp. I. p. 197.
Febr. 20?	Constantinopolim	Pervenit „X. Kal. Maias“, teste Vita Agapeti p. 202. Recte Pagius „X. Kal. Martias“ legi velle videtur; cf. ea, quae sequuntur. De legatione v. Liberati breviar. C. 21 p. 146, Marcellini comitis chron. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 323, S. Gregorii dial. L. III. C. 3. Opp. ed. Bened. T. II. p. 284.
Mart. 13.	Constantinopoli in basilica S. Mariae	Mennam, episcopum Constantinopolitanum, consecrat. Liberati breviar. C. 21 p. 147. Diem ex ms. Vatic. affert Pagius in critic. ad a. 536 n. VI.: „sub die 3 id. Martias, iterum post consulatum Paulini iunioris v. cl.“
—	—	(582) Petro, episcopo (Hierosolymitano), Anthimum, episcopum Trapezuntium, ecclesiae Constantinopolitanae invasorem, a sese deiectum et ob haeresim Eutychnam excommunicatum, Mennamque episcopum Constantinopolitanum consecratum nunciat. Mansi VIII. 921. — „Voluissimus quidem“ „ <i>Ἡβουλόμειθα</i> “.
„	18. Constantinopoli	(583) Iustiniani imperatoris professionem fidei, laudatam iam a Ioanne II., probat. (Pro: „Fl. Belisario cons.“ legendum esse: „P. C. Belisarii“, docet, quem laudat Pagius, ms. Vatic.) Mansi VIII. 846. — „Gratulamur venerabilis“.
—	„	Graviter aegrotat. Libellus de rebus gestis ab Agapeto Constantinopoli ap. Baronium ad a. 536, Vita Agapeti p. 203.
Apr. 22.	„	Moritur „X. Kal. Maias“, Vita Agapeti p. 204. In eadem vita Agapeto dantur menses 11 dies 18, in Fragm. cat. pont. ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini T. IV. p. LXIX.: menses 11 dies 8, licet a die 3. Iun. 535 usque ad d. 22. Apr. 536 computentur m. 10 d. 20.
Sept. 17.	Romae in basilica b. Petri	Sepelitur „XV. Kal. Oct.“ Vita Agapeti p. 204.

S. SILVERIUS. 536—537.

		536.
—	—	Eligitur iussu Theodati regis „sine deliberatione decreti“. Vita Silverii in Vignolii lib. pont. I. 205; cf. Marcellini comitis chron. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 324: „Ind. XIV. P. C. Belisarii“.
Iun. 8.	—	Consecratur, praeteritis interpontificii diebus 47. Vita Agapeti p. 204.
—	—	(584) *Theodorae Augustae postulanti, ut aut Constantinopolim veniat, „aut certe revocet Anthimum patriarcham in suum locum“, sic rescribit: „domna Augusta, rem istam nunquam facturam ero, ut revocem hominem haereticum in sua nequitia damnatum“. Vita Silverii p. 209.
c. Nov.—	Romae	Belisarii adventu cognito, Romanos impellit, ut eum per legatum invitent. Procopii de bello Gotth. L. I. C. 14. ed. Bonn. p. 74.

Dec.	9.	Romae	536. Belisarium excipit. Vita Silverii, ex diversis auctoribus congesta, eundem ducis adventum p. 207 revocat ad „III. id. Dec.“, et p. 209 ad „V id. Maii indict. XV.“; sed in Evagrii hist. eccl. L. IV. c. 19, eum die 9 m. Dec. (<i>ἐνάτη Ἀπριλαίου</i>) intrasse Romam, reperimus. Cf. Malteri annotat. ad Procopium de bello Gotth. L. I. c. 14. ed. Bonn. p. 75.
„	—	„	„Ordinationem facit“. Vita Silverii p. 212.
—	—	—	537. (585) *Vitigi, Gothorum regi, Romam obsidenti haec mandasse fertur: „Veni ad portam, quae appellatur Asinaria, iuxta Lateranis, et civitatem tibi trado et Belisarium patricium“. De hac epistola ita tradit vita Silverii p. 210: „exierunt quidam falsi testes et dixerunt: quia nos multis vicibus invenimus Silverium papam scripta mittentem ad regem Gothorum: Veni cet.“; Liberatus in brev. C. 22. p. 149: „Fertur autem Marcum quemdam scholasticum et Iulianum quemdam praetorianum fictas de nomine Silverii composuisse litteras regi Gothorum scriptas, ex quibus convinceretur Silverius Romanam velle prodere civitatem“. Nec Procopius de Bello Goth. L. I. C. 25. p. 121 refert quidquam, nisi in suspitionem proditionis cecidisse Silverium: „Υποψίας δὲ ἐς Σιλβέριον — γεγενημένης, ὡς δὴ προδοσίαν ἐς Γότθους πράσσει;“ — sed Marcellini comitis chron. continuator ap. Roncallium, Vet. lat. scr. chron. II. 325 his utitur verbis: „cui (Vitigi) tunc faventem papam Silverium cet.“
Fbr.	Mart.	In palatio (Pincis)	Cum Belisario, apud quem proditionis erat accusatus. „Secreto autem Belisarius et eius coniunx persuadent Silverio, implere praeceptum Augustae, ut tollatur Chalcedonensis synodus et per epistolam suam haereticorum firmet fidem“. Liberati brev. C. 22 p. 149.
„	„	In basilicam b. martyris Sabinae	Se confert, e palatio egressus. „— Ubi et directus est ad eum Photis, filius Antoninae patriciae, et praestito sacramento invitabat eum venire ad palatium“. Liberati brev. C. 22 p. 149.
„	„	In palatio (Pincis)	Apud Belisarium. „Et illa quidem die pro iuramento ad ecclesiam redire permissus est“. Liberati brev. C. 22. p. 150. •
Mart.	—	In basilica b. Sabinae	A Belisario denuo vocatur in palatium. Liberati brev. l. l.
„	—	In palatio Pincis (in musileo)	Pontificatu orbatur a Belisario. Liberati brev. l. l.: „ad palatium venit, — solus ingressus, a suis ulterius non est visus“. Vita Silverii p. 210: „Tunc fecit (Belisarius) eum venire ad se in palatium Pincis, — et ingresso Silverio cum Vigilio solo in musileum, ubi Antonina patricia iacebat in lecto, et Belisarius patricius sedebat ad pedes eius, Antonina dixit ad eum: dic domne Silveri papa, quid fecimus tibi et Romanis, quod tu velis nos in manus Gothorum tradere? Adhuc ea loquente ingressus est Iohannes subdiaconus, regionarius primae regionis, et tulit pallium de collo eius“. Cf. Marcellini comitis chron. cont. l. l. p. 325: „ind. XV. iterum P. C. Belisarii“. Martio mense Silverium deiectum esse, liquet ex Fragmento cat. pont. ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini T. IV. p. LXIX et ap. Muratori R. It. Scr. III. n. 47, ubi menses novem ei assignantur. (Vita p. 205 perperam praebet annum 1 m. 5 d. 11.)
„	—	In palatio Pincis (in cubiculo)	Ioannes subdiaconus „ducit eum in cubiculum seorsum et exspolians induit eum vestem monachicam et abscondit eum“. Vita Silverii p. 211.
—	—	In Graeciam	Mittitur a Belisario. Procopii de bello Gotth. L. I. c. 25. p. 121.
—	—	Patareae in Lycia	Exsulat. Liberati brev. C. 22. p. 150.
—	—	In Italiam	538? Reducitur auctoritate imperatoris, qui „iussit et de litteris illis (ad Vitigem datis) iudicium fieri, ut si probaretur, ab ipso fuisse scriptas, in quacunque civitate episcopus degeret, si autem falsae fuissent probatae, restitueretur sedi suae“. Liberati brev. C. 22 p. 151.
—	—	In Italia	„Traditur duobus Vigiliis defensoribus et servis eius“. Liberati brev. l. l.
—	—	In Palmariam insulam	Deducitur, Liberati brev. l. l. — „In Pontias“ (maris Tyrrheni insulam Palmariae proximam) missum esse Silverium, legitur in eius vita p. 211.

Iun. 20.	In Palmaria insula aut Pontiiis	5 . . . Sepelitur „XII. Kal. Iulias“, Vita Silverii p. 211. Cf. Liberatum l. l., qui eum „defecisse inedia“ prodit.
VIGILIUS. 537—555.		
† Vigilius anno 550, dum Constantinopoli est, imperatorum annos epistolis pontificiis apponendi consuetudinem introduxit (ep. 604 sq.), formula usus hac: Data imperante domino (nostro) Iustiniano perpetuo Augusto (al. imperii domini cet.) anno . . , post consulatum Basilii anno . . .		
Apr. Mai.	Constantinopoli	536. Liberati breviar. C. 22. p. 148: „Augusta (Theodora) vocans Vigilium, Agapeti diaconum, profiteri sibi secreto ab eo flagitavit, ut, si papa fieret, tolleretur synodum et scriberet Theodosio, Anthimo et Severo, et per epistolam suam eorum firmaret fidem; promittens dare ei praeceptum ad Belisarium, ut papa ordinaretur, et dari centenaria septem. Lubenter ergo suscepit Vigilium promissum eius amore episcopatus et auri et facta professione Romam profectus est“. — Victoris Tununensis chron. ap. Roncallium, Vet. lat. scr. chron. II. 368: „Vigilius —, a quo Theodora Augusta, priusquam ordinaretur, occulto chirographo elicuit, ut papa effectus in proscriptione synodi Chalcedonensis tria capitula condemnaret“. Facundus Hermianensis in lib. contra Mocianum ap. Gallandium, Bibl. vet. patr. XI. 814: „— de ipsius episcopi Romani chirographis — ambitionis impulsu, cum fieri arderet episcopus, — factis“. Cf. Vitam Silverii p. 209, 210. „Invenit Silverium papam ordinatum“. Liberati brev. C. 22, p. 149. „Quin et Ravennae (pro „Ravennae“ scribendum fuisse „Neapoli“, recte monet Baronius) reperit Belisarium, in eadem urbe sedentem eamque obtinentem, cui tradens praeceptum Augustae, promisit ei duo centenaria, si, Silverio remoto, ordinaretur ipse pro eo“. Liberati breviar. l. l. — Cf. Vitam Silverii p. 210.
p. Iun. 8.	Romae Neapoli	
— —	—	
Mart. —	Romae in palatio Pincis	537. Dum Silverius deiicitur. Vita Silverii p. 211.
„ 29.	Romae	Consecratur auctore Belisario. Liberati brev. C. 22, p. 150: „favore Belisarii ordinatus est Vigilium“. Marcellini comitis chron. cont. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 325: „Indict. XV. iterum P. C. Belisarii, — Belisarius — Vigilium ordinavit“. Procopius de bello Gotth. L. I. c. 25: „ <i>ἕτερον δὲ ἀρχιερέα ἄλλω ὑστερον, Βιγίλιον ὄνομα, κατεστήσατο (Βελισάριος)</i> “. Dies intelligitur ex Fragmento cat. pont. ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini T. IV. p. LXIX. et ap. Muratori R. It. Scr. III. n. 47, ubi Vigilio ascribuntur anni 18 m. 2 d. 9. „Compulsus a Belisario implere promissionem suam, quam Augustae promiserat, et ut sibi redderet duo auri centenaria promissa, timore Romanorum et avaritia patrocinante, nolebat sponsiones suas implere“. Liberati brev. C. 22. p. 150.
— —	—	538? Silverii „adventu territus, ne sede pelleretur, Belisario mandat: trade mihi Silverium, alioqui non possum facere, quod a me exigis“. Liberati breviar. C. 22. p. 151. Cf. supra Silverii regesta. (586) „Dominis et in Christi — caritate coniunctis fratribus, Theodosio (Alexandrino), Anthemio (Constantinopolitano) et Severo (Antiocheno) episcopis,“ significat, „quia modo gloriosa domina et filia sua, patricia Antonina, desideria sua fecit impleri, ut fraternitati eorum praesentia scripta transmitteret, — eam fidem, quam ipsi teneant, et tenuisse se et tenere“. „Oportet ergo“, inquit „ut haec, quae vobis scribo, nullus agnoscat, sed magis tanquam suspectum me sapientia vestra ante alios aestimet se habere, ut facilius possim haec, quae coepi, operari et perficere“. Addit hanc fidei professionem: „Non duas Christum confitemur naturas, sed ex duabus naturis compositum unum filium, unum Christum, unum dominum; —
— —	—	
— —	—	

		538? anathematizamus ergo Paulum Samosatenum, Dioscorum (an Diodorum?), Theodorum, Theodoritum et omnes, qui eorum statuta coluerint vel colunt“. Liberati Breviarium C. 22, p. 152, Victoris Tunnunensis chron. in Roncallii Vet. lat. scr. chron. II. 369, (Mansi IX. 696). „Scio quidem“.
		538. (<i>Flavio Ioanne cons.</i>)
— — —		(587) *Theodeberto (I. Austrasiae) regi per Modericum legatum consulenti respondet, „qui cum uxore fratris sui illicitum praesumpserit inire coniugium“, ab eo „tale commissum non parva cordis affectione expiari“ debere. V. sequentem epistolam.
Mart. 6.	—	(588) Caesario, episcopo (Arelatensi), nunciat, quid Theodeberto regi responderit, et arbitrio eius „modum poenitentiae committit, ut juxta compunctionis meritum veniae quoque possit indulgeri remedium“. Mandat, postulet a rege, „ne ulterius tale aliquid praesumatur,“ videatque, ne „ipse, qui hoc noscatur admisisse, ad eosdem vomitus revertatur“. Concil. Gall. I. 989, Mansi IX. 9 et 34. — „Si pro observatione“.
Iun. 29.	Romae	(589) Profuturo, episcopo Bracarensi, respondet, Priscillianistarum ritu qui „se sub abstinentiae simulatae praetextu ab escis carniarum submoveant“, eos esse damnandos; in tribuendo baptisate non esse dicendum: „in nomine patris, filii, spiritus sancti“, sed „in nomine patris et filii et spiritus sancti“; Ariani rebaptizati quemadmodum recipiendi sint; de consecrandis ecclesiis relictis; pascha anni proximi die 24 m. Aprilis agendum esse; de precum ordine. (Epistola a Pseudo-isidoro deformata). Mansi IX. 29. — „Directas ad nos“.
— — —	Romae in basilica Iulii	540. (<i>Iustino cons.</i>) Cum Belisario et Vitige, Gothorum regē. Vita Vigilii in Vignolii lib. pont. I. 213, „Tunc deduxerunt eum (Vitigem) in basilicam Iulii, dederuntque ei sacramentum. ut salvus perduceretur ad Iustinianum imperatorem“.
Sept. 17.	—	(590) Iustinianum imperatorem laudat, quod rectam fidem teneatur. Nicaenae, Constantinopolitanae, Ephesiae primae, Chalcedoniae synodorum, Leonisque primi statuta observari cupit. Assentitur anathemati per Mennam, episcopum Constantinopolitanum, prolato in Severum Antiochenum, Petrum Apamensem, Anthimum, Xenam, Theodosium Alexandrinum, Constantinum Laodicensem, Antoninum Versetanum et Dioscorum eiusque defensores; nihilo secius recipi vult respicientes-Litterarum intermissionem excusat. Petit, ut b. Petri privilegia imminui vetet et orthodoxos semper ad se mittat legatos, mandatisque Dominico exconsuli et patricio datis aurem praebet. Mansi IX. 35. — „Litteris clementiae“.
„ 17.	—	(591) Mennae, episcopi Constantinopolitani, religionem probat. De anathemate per eum prolato, quae in superiore epistola, eadem exponit. Mansi IX. 38. — „Licet universa“.
Oct. 18.	—	543. (<i>Iterum post consulatum Basilii.</i>) (592) Auxanio, episcopo Arelatensi canonice electo gratulatur. Usus pallii et cetera, quae petierit, se, potestate ab imperatore facta, libenter concessurum scribit. Mansi IX. 40. — „Scripta de“.
Nov. 22.	Romae in ecclesia S. Caeciliae	544. Vita Vigilii p. 216: „Anthimus scribon (missus a Theodora Augusta) veniens Romam, invenit eum (Vigilium) in ecclesia S. Caeciliae X. Kal. Dec., munera erogantem ad populum; tenentes itaque eum, deposuerunt ad Tiberim, miseruntque eum in navem“ cet.
„ —	Roma	Egreditur, vocatus a Iustiniano imperatore. Marcellini comitis chron. cont. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 330: „Ind. IX. P. C. Basilii a. V., Vigilius — evocatus ab imperatore Roma egreditur“. Victoris Tunnunensis chron. ibid. p. 370: „P. C. Basilii a. IV.: „Iustinianus imp., Acephalorum subreptionibus instigatus, Vigilium — subtiliter compellit, ut ad Urbem Regiam properaret et — tria capitula condemnaret“. — Non sine causa Pagius in crit. ad Baron. anal. 546 profectionem ad annum 544 revocat, neque tamen omnes tollit dubitationes.
Nov. Dec. Dec. —	In Siciliam Catanac	Venit. Marcellini comitis chron. cont. l. l., Vita Vigilii p. 217. Ordinationes facit. Vita Vigilii p. 217.

			545. (4 post consulatum Basili.)
Mai.	22.	—	(593) Auxanium, episcopum Arelatensem, vicarium suum constituit, ut episcoporum lites canonicè componat, quaeque non potuerint componi, eas ad se deferat. Statuit, ne quis „de pontificibus eius per has vices ordinationi commissis“ sine formata eius peregre proficiscatur. Monet, precetur a deo, „ut“ inquit „domnos filios nostros, clementissimos principes Iustinianum atque Theodoram — custodiat, qui pro his vestrae caritatis mandandis, suggerente gloriosissimo et excellentissimo filio nostro, patricio Belisario —, pia praebuerunt devotione consensum“. Hortatur, ut „inter gloriosissimum virum, Chilbertum regem, sed et antedictum clementissimum principem, conceptae gratiae documenta, paterna adhortatione servet“. Pallii usum concedit. Concil. Gall. I. 1021, Mansi IX. 41. — „Sicut nos pro“.
„	22	—	(594) „Universis episcopis omnium provinciarum per Gallias, qui sub regno vel potestate gloriosissimi Chilberti, regis Francorum, constituti sunt, sed et his, qui ex antiqua consuetudine ab Arelatensi consecrati sunt, vel consecrantur episcopo“, Auxantium sedis apostolicae vicarium constitutum nunciat; cui pareant, hortatur. Concil. Gall. I. 1023, Mansi IX. 43. — „Quantum nos divina“.
„	22.	—	(595) Auxanio, episcopo Arelatensi, mandat, ut de causa Praetextati episcopi (Cabbellionensis) iudicet, „prospiciens, ne aliquem facile ex laicis ad sacros ordines saltu praecipiti cuiquam sacerdotum liceat aggregare“. Concil. Gall. I. 1025, Mansi IX. 42. — „Licet fraternitati“.
—	—	Ex Sicilia	Naves frumentarias Romam mittit. Procopii de bello Gotth. III. c. 15. ed. Bonn. p. 339.
			546. (5 post consulatum Basili.)
Aug.	23.	—	(596) Aureliano, episcopo Arelatensi, per Chilberti Francorum regis litteras commendato, vices suas palliique usum tribuit. Monet, ut „inter — clementissimos principes et gloriosissimum virum —, Chilbertum regem, gratiae intactae foedera custodiat“, atque „ut glorioso viro, filio nostro“, inquit „patricio Belisario destinatis scriptis gratias referatis, qui homini vestro laborem ad clementissimum principem abstulit transeundi; sed, mox ut responsum recepit, nobis suis litteris indicavit“. Concil. Gall. I. 1025, Mansi IX. 46. — „Administrationem“.
—	—	—	(597) „Universis episcopis, qui sub regno gloriosissimi — Chilberti regis sunt per Gallias constituti“, nunciat, se Aureliano, episcopo Arelatensi, vices suas in Gallia permisisse; cui eos obsequi iubet. Concil. Gall. I. 1027, Mansi IX. 47. — „Admonet nos loci“.
—	—	Ex Sicilia	Constantinopolim versus proficiscitur. Procopii de bello Gotth. L. III. c. 16. p. 340: „Βιγίλιος δέ, — βασιλεὶ ἐς Βυζάντιον ἐκ Σικελίας μετάπεμπτος ἤλθεν ἐτύγγανε γὰρ πολὺν καιρὸν διὰ τοῦτο ἐν Σικελίᾳ τριβὴν ἔχων.
—	—	Per Illyricum	V. Facundi Hermianensis Pro defensione tr. cap. L. IV. c. 3.
—	—	Per Helladem	V. Facundi Hermianensis Pro defens. tr. cap. I. l.
Oct.	14.	In civitate Patras apud Achaïam	Maximianum episcopum Ravennatem consecrat „prid. idus Octobris, ind. X., quinques P. C. Basili iunioris“. Agnelli vit. S. Maximiani ap. Muratori R. It. Scr. II. 1. 105.
			545 — 546.
—	—	—	(598) Mennae, episcopo Constantinopolitano, significat, Iustinianum imperatorem per Leonem, virum illustrem, sibi mandasse, ut cum eo universisque episcopis servaret pacem; „sed si pacis bonum“ inquit „sapienter attendas, et advertere et praedicare te necesse est, quae pax in dei ecclesia sit tenenda“. Addit, se „in Siciliensi insula constitutum e fratre et coepiscopo suo Datio (Mediolanensi) didicisse, quod et ipse et alii — ab eius se communione subtraxerint“. (Fortasse haec „de itinere“ scripta, cuius exstant fragmenta duo, et quae sequitur, eadem epistola est). Facundi Hermianensis liber contra Mocianum ap. Gallandium Bibl. vet. patr. XI. 814. — „Quapropter credidimus“ „Quando nobis“.
—	—	—	(599) * De damnatione Theodori Mopsvestinae eiusque dogmatum et epistolae Ibae „ex itinere, quod sibi videatur, edicit et facti huius auctori (Mennae, episcopo Constantinopolitano) correctionem tumultuariam suae transgressionis indicit et, nisi citius, quod male factum est auferatur, etiam vindicaturum se esse praedicit“. Facundi Hermianensis Pro defensione trium capitulorum L. IV. c. 3. ap. Gallandium Bibl. vet. patr. XI. 707.

		545—546.
—	—	Iustinianum imperatorem „summis precibus summoque adnisu per suos legatos petit, sicut se venientem diversae provinciae contestatae sint, ne patiatur stare, quod factum est“ (i. e. damnationem trium capitulorum). Facundi Hermianensis Pro def. tr. cap. L. IV. c. 3. l. l.
		547.
Ian.	25. Constantino- polim	Pervenit „ind. X., P. C. Basili VII.,—VIII. Kal. Febr.“, Marcellini comitis chron. cont. l. l. p. 331; cf. Marii Aventicensis chron. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 408. Vita Vigilii p. 218 perperam tradit, eum „in vigilia natalis domini Iesu Christi“ Cpolim esse ingressum.
„	25. Ad ecclesiam S. Sophiae	Perducitur; magnisque honoribus a Iustiniano imperatore exceptus, se tria capitula anathematizaturum pollicetur. Vita Vigilii p. 218, Theophanis chronographia ed. Bonn. T. I. 349, Facundi Hermianensis liber contra Mocianum ap. Gallandium Bibl. vet. patr. XI. 813. Cf. eas, quae sequuntur, litteras.
—	—	(600) Iustiniano imperatori chartam, sua manu scriptam, „secreto“ mittit, qua „anathematizat epistolam Ibae, quae dicitur ad Marim Persam missa, anathematizat et dogmata Theodreti, anathematizat Theodorum, qui fuit episcopus Mopsvestiae“. Mansi IX. 351, cf. acta conc. Const. ibid. p. 347 et 349. — „In nomine patris — Vigilii“.
—	—	(601) Theodoraē imperatrici eiusdem argumenti chartam, a sese subscriptam, mittit. Mansi IX. 351, cf. acta conc. Const. ibid. p. 349. — „In nomine patris — Nos semper“.
Mart. Ian.	Constantino- poli	Mennam, episcopum Constantinopolitanum, excommunicat in menses quatuor, ipseque a Menna excommunicatur. Theophanis chronographia l. l. Eodem tempore alios quoque a Vigilio excommunicatos esse, tradit Facundus Hermianensis in libro contra Mocianum l. l. p. 814.
Iun.	29. „	Mennae, episcopo Constantinopolitano, rogatu Theodoraē Augustae, communionem reddit „τῆ κ' τοῦ Ἰουνίου μηνὸς τῶν ἁγίων ἀποστόλων“. Theophanis chronographia p. 250.
		548.
—	Constantino- poli	Synodus episcoporum circiter 70, in qua de tribus capitulis agitur. Mentionem huius synodi facit Facundus Hermianensis in praefatione libri pro defens. tr. cap. l. l. p. 665, et „tertiaē actionis“ fragmenta praebet in libro contra Mocianum l. l. p. 813, 814.
Apr.	11. (,)	(602) Mennae, episcopo Constantinopolitano, mittit „sabbato sancto“ (v. ep. Vig. ad Rust. et Sebast. Mansi IX. 353) „iudicatum“, in quo haec declarat: „Et quoniam his verbis, quae nobis de nomine Theodori Mopsvestini scripta porrecta sunt, multa contraria rectae fidei releguntur —, ideoque anathematizamus Theodorum, qui fuit Mopsvestiae episcopus, cum omnibus suis impiis scriptis et qui vindicant eum; anathematizamus et impiam epistolam, quae ad Marim Persam scripta esse ab Iba dicitur, tanquam contrariam rectae Christianorum fidei et omnes, qui eam vindicant, vel rectam esse dicunt; anathematizamus et scripta Theodreti, quae contra rectam fidem et duodecim capitula s. Cyrilli scripta sunt“. — Praeter hoc fragmentum, Iustiniani epistolae insertum ap. Mansi IX. 181, quaedam „cautelae in iudicatum receptae“ reliquiae exstant in Vigilii „constituto“, d. d. 14. Maii 553 ap. Mansi IX. 104, 105. — „Cum apud nos“ „Sed si evidenter“ „Salvis omnibus“ „Anathematis“ „Anathematizamus“.
		548—549.
—	Thessaloni- cae	V. Vigilii ad Rusticum et Sebastianum epistolam. Mansi IX. 355.
		549.
—	—	(603) *Sebastianum diaconum, „ad Dalmatias, patrimonii regendi causa“, missum. „frequenti auctoritate monet, ut non ante discedat, nisi omnes secundum pollicitationem tam de Dalmatiarum patrimonio quam de Praevalitano collegerit pensiones“. V. epistolam Vigilii ad Rusticum et Sebastianum ap. Mansi IX. 355.
Iul.	14. —	Aureliani, episcopi Arelatensis, litteras accipit. V. Vigilii responsum ap. Mansi IX. 361.

Dec. 25.	In Placidiana domo	549. „Nativitatis Christi — praeterito anno die“. V. epistolam Vigili ad Rusticum et Sebastianum. Mansi IX. 355, 356.
Mart. 18.	—	550. (<i>Imp. Iustiniani a. 23—24, 9 post consulatum Basilii.</i>) (604) Valentinianum, episcopum Tomitanum, monet, ne falsis de ipso sermonibus credat. „Dei inimicos fuisse mentitos“, ait „quod personae episcoporum Ibae atque Theoderiti in suo fuissent iudicato (cf. supra ep. 602.) damnatae“. Hortatur, ne litteras Rustici et Sebastiani „olim“ excommunicatorum accipiat, „in quibus nos“, inquit „si non resipuerint celeriter fraternitas tua noscat canonicam sententiam proluturos“. Mansi IX. 359. — „Fraternitatis tuae relegentes“.
Apr. 29.	—	(605) Aureliano, episcopo Arelatensi, affirmat, se contra Nicaeni, Constantinopolitani, Ephesii primi, Chalcedonii conciliorum statuta nihil admisisse. „Cum nos“ inquit „— clementissimus imperator, sicut promisit, — reverti praeceperit, hominem, qui vobis ad singula subtiliter innotescat, — destinamus. Quod ideo adhuc non fecimus, quia et hiemis asperitas et Italiae — necessitas praepedivit“. Mandat, roget Childebertum regem, „nt, quia Gothi cum rege suo in civitate Romana perhibentur ingressi, hoc eis dignetur scribere, ne se in ecclesiae praedicio, quippe velut alienae legis, immisceat et aliquid faciat, — unde catholica possit ecclesia perturbari“. Conc. Gall. I. 1059, Mansi IX. 361. — „Fraternitatis vestrae litteras“.
Aug. 15.	—	(606) Iustiniano imperatori „per virtutem sanctorum clavorum et per sancta quatuor evangelia“ iurat: 1) se „hoc velle, hoc conari, ita agere, — ut ista tria capitula, i. e. Theodorus Mopsvestenus cum scriptis suis et epistola, quae dicitur Ibae, et conscripta Theodoretum — condemnentur et anathematizentur“; 2) nullo modo se „pro his capitulis — aut agere, aut loqui, aut consilia dare secretius“ velle; 3) „si quis aliquid contrarium dixerit, aut de istis capitulis, aut de fide, aut contra rempublicam, istum sine mortis periculo“ se imperatori „manifestaturum; ita ut ipsius persona non prodatur“. „Chartulas istas nulli ostendi vult“. Mansi IX. 363.
—	(Constantinopoli)	(607) Rusticum et Sebastianum diaconos eorumque socios muneribus privat, quod quum „iudicatum“ suum probassent, coniuratione facta, societatem suam defugerint, saepiusque revocati ad se non redierint. Mansi IX. 351. — „Diu vobis, Rustice“.
—	—	550? (608) *Aureliano, episcopo Arelatensi, perscribit de privilegiis concessis monasterio Arelatensi, per Childebertum regem condito. Has litteras confirmavit Gregorius I. (Registri L. IX. ep. 111; L. VII. n. ep. 116.) Opp. ed. Benedict. II. 1018, ed. Gallicciolli VIII. 147, Mansi X. 190.
(Iul.)	In Placidiana domo	551. (<i>Imp. Iustiniani a. 25, 10 post consulatum Basilii.</i>) „Antequam ad S. Petri confugit basilicam“, hortatur episcopos, rogent imperatorem, „ut edicta sua (contra tria capitula), quae praecepit appendi, removere dignetur, et constitutum commune debeat expectare“. V. ep. Vigili ap. Mansi IX. 50.
c. Iul. 14.	—	Theodorum, Caesareae Cappadociae episcopum, eiusque socios excommunicat. V. ep. Vig. d. d. 14. August.: „— ante triginta dies“ — Mansi IX. 58.
Aug.	In basilicam S. Petri in Hormisda	Confugit, a Iustiniano custodiae tradi iussus. V. ep. Vig. ap. Mansi IX. 52. Haec accidisse a 539 sec. Alex. (nobis a 547), falso scripsit Theophanes in chronogr. p. 349.
„ 14.	(In basilica b. Petri apostoli in Ormisda)	(609) Theodorum, Caesareae Cappadociae episcopum „tam sacerdotali honore et communione catholica, quam omni officio episcopali spoliatum esse decernit“, quod vario modo auctoritatem sedis apostolicae, (tribus quoque capitulis contra constitutum, non exspectato futuri concilii iudicio, damnandis) despexerit et laeserit; Mennam vero, episcopum Constantinopolitanum „cum omnibus metropolitanis et micropolitanis episcopis, ad eius dioecesim pertinentibus, sed et orientales vel diversarum provinciarum, maiorum minorumque civitatum episcopos, qui his excessibus — praebuerunt assensum, — a sacra communione suspendit“. Mansi IX. 58, cf. ibid. p. 51 et 56 et Baluzii Misc. III. I. — „Res est quidem“.
—	In Placidianam domum	Revertitur, fide ab imperatoris legatis data. V. ep. Vigili, Mansi IX. 52.

Dec.	23.	In Placidiana domo Chalcedonem	551. (<i>Imp. Iustiniani a. 25, 10 post consulatum Basilii.</i>) „Ante biduum natalis domini per se ipsum agnoscit et auribus suis audit, quia per singulos memoratae domus custodiatur ingressus“; nocte effugit. V. epist. Vigili ap. Mansi IX. 52. Fuga petit. V. epist. Vigili ap. Mansi IX. 50.
Ian.	28.	Chalcedone in S. Euphemiae basilica	552. (<i>Imp. Iustiniani a. 25—26, 11 post consulatum Basilii.</i>) „Gravi laborans aegritudine detinetur“. Imperatoris legatis ita respondet: „Nunquam de S. Euphemiae basilica exire dispono, nisi scandalum ab ecclesia dei fuerit amputatum“. V. epist. Vigili ap. Mansi IX. 50, ubi legendum est: „dominico die, V. Kal. Febr.“
Febr.	4.	„	Agit cum Petro, imperatoris legato. V. eandem epist. p. 55: „heaterna die, id est dominicorum, qui fuit pridie nonas Februarias“.
„	5.	(„)	(610) Univerſo populo dei significat, quas adhuc miseras pertulerit, quaeque de sua Constantinopolim reditione egerit cum imperatoris legatis. De fide sua addit. Sirmondi Opp. I. 459, Mansi IX. 50. — „Dum in sanctae“.
—	—	„	Accipit professionem fidei traditam a Menna Constantinopolitano, Theodoro Caesarea Cappadociae, Andrea Ephesino, Theodoro Antiochiae Pisidiae, Petro Tarsensi episcopo. V. professionem in Vigili „constituto“ ap. Mansi IX. 62.
Ian.	6.	—	553. (<i>Imp. Iustiniani a. 26—27, 12 post consulatum Basilii.</i>) (611) Eutychio, episcopo Constantinopolitano, haec respondet: „annimus, ut de tribus capitulis, ex quibus quaestio nata est, facto regulari conventu, servata aequitate — collationem cum unitis fratribus habeamus (<i>ἀμα τοῖς ἐνωθεῖσιν ἡμῖν ἀδελφοῖς σύγκρισιν ποιησώμεθα</i>) et finis detur placitus deo et conveniens his, quae a sanctis quatuor sunt definita conciliis“. (Cf. „Exemplar professionis, quam residui episcopi Theophaniorum die nobis fecerunt“; in Vigili constituto ap. Mansi IX. 63.) Marcae diss. 60, Mansi IX. 187. — „Repletum est gaudio“ „ <i>Ἐπληρώθη</i> “.
—	—	—	(612) *Apollinario, archiepiscopo Alexandrino, eadem, quae Eutychio, significat de convocanda synodo. V. acta synodi Constantinop. ap. Mansi IX. 190.
—	—	—	(613) *Domnino, archiepiscopo Theopolitano, scribit de synodo congreganda. V. acta syn. Const. ap. Mansi IX. 190.
Mai.	1.	Constantinopoli	Synodo congregandae interesse recusat. V. acta synodi ap. Mansi IX. 197: „primo die instantis Maii mensis“.
„	6.	„	Recusationem iterat. V. act. syn. ap. Mansi IX. 194: „sexto die instantis Maii m.“
„	7.	„	Perstat in recusando. V. act. syn. ap. Mansi IX. 197: „septimo die instantis Maii mensis“.
„	14.	In Constantinopolitana civitate	(614) Iustiniano imperatori mittit „constitutum de tribus capitulis“, in quo rebus fuse tractatis 1) dogmata 60, „quae sub Theodori Mopsvesteni episcopi perhibentur nomine“, damnat, sed ipsum Theodorum condemnari vetat; 2) statuit, ne quid „in iniuriam probatissimi in Chalcedonensi synodo viri, h. e. Theodreti, episcopi Cyri, sub taxatione nominis eius a quoquam fiat vel proferatur; sed quaecumque scripta, eius nomine prolata, Nestorii atque Eutychetis manifestentur erroribus consonare, anathematizat“; 3) Ibae epistolam a synodo Chalcedonia probatam probat. De „cautela“, in suam ad Mennam epistolam (i. e. iudicatum) recepta, addit. (Subscripserunt episcopi 16.) Mansi IX. 61. — „Inter innumeras sollicitudines“.
—	—	—	Exsilio afficitur. Vita Vigili p. 221, Marcellini comitis chron. cont. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 333 („de exsilio relaxatus“).
Dec.	8.	—	(615) Eutychio, episcopo Constantinopolitano, ita scribit: „Tria impia capitula anathematizamus et condemnamus, scilicet impium Theodorum Mopsvestiae una cum impiis eius scriptis; et quaecumque impie Theodoretus scripsit, atque etiam epistolam, quae dicitur ab Iba scripta fuisse; quoscunque vero, qui — tria capitula condemnaverunt, vel etiam condemnant, fratres et consacerdotes esse definimus. Quae vero aut a me, aut ab aliis ad defensionem praedictorum trium capitulorum facta sunt, praesentis huius scripti nostri definitione evacuumus“. Marcae dissert. tres p. 43, Mansi IX. 413. — „Τὰ σκάνδαλα“ „Scandala, quae“.
Febr.	23.	Constantinopoli	554. (<i>Imp. Iustiniano a. 27—28, 13 post consulatum Basilii.</i>) (616) In verboso „constituto pro damnatione trium capitulorum“ ad hanc pervenit conclusionem: „Praedicta igitur tria capitula anathematizamus atque damnamus,

		<p>554. (<i>Imp. Iustiniano a. 27—28, 13 post consulatum Basilii.</i>) id est, epistolam, quae dicitur Ibae ad Marim Persam, et impium Theodorum Mopsvestenum cum nefandis eius conscriptis, et quae impie Theodorus conscripsit. — Quaecunque vero sive meo nomine, sive quorumlibet pro defensione memoratorum trium capitulorum prolata fuerint, — vacuumus. — Et eos, qui memoratam epistolam ad Marim Persam, designatas superius blasphemias continentem, a sancta Chalcedonensi synodo, a praesenti tempore — adserere voluerint, esse susceptam —, anathematis poena percellimus“. Mansi IX. 457. — „Aetius archidiaconus“.</p>
Aug. 13.	Constantinopoli	Apud Iustinianum imperatorem. V. Pragmaticam sanctionem Iustiniani in Corp. iur. civ. ed. Kriegel T. III. 735: „Pro petitione Vigilii — dat. id. Aug. Constant., imp. DN. Iustiniani PP. Aug. a. XXVIII., C. P. Basilii v. cl. a. XIII.“
— —	—	Romam redeundi veniam accipit a Iustiniano imperatore. Vita Vigilii p. 222, Marcellini comitis chron. cont. l. 1. p. 333.
		555.
— —	In Siciliam	Pervenit, Romam reversurus. Vita Vigilii p. 222.
Iun. 7.	Syracensis	Moritur „secunda feria, nocte, septimo idus Iunias, indictione tertia“, Fragmentum catal. pont. ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini T. IV. p. LXIX. et ap. Muratori R. It. Scr. III. n. 47. Cf. Vitam Vigilii p. 222; Marcellini comitis chron. cont. l. 1. p. 333, ubi Vigilii mors ad annum 554 perperam revocatur.
— —	Romae ap. S. Marcellum in via Salaria	Sepelitur. Marcellini comitis chron. cont. p. 333, Vita Vigilii p. 222.
PELAGIUS I. 555—560.		
† In Pelagii I. regestis haud paucas epistolas posui, quae utrius Pelagii sint non constat.		
		554.
— —	Constantinopoli	Pontifex designatur a Iustiniano imperatore. Vita Vigilii p. 221: „Suscepta relatione Narsetis (et Vigilio papae et presbyteris diaconisque, post concilium Constantinopolitanum in exsilium pulsus, reditum petentis) — adduci eos praecepit ante se imperator, dixitque eis: Si vultis recipere Vigilium, ut sit papa vester, gratias agimus; sin autem, hic habetis archidiaconum vestrum Pelagium et manus mea erit vobiscum. Responderunt omnes: Imperet deus pietati tuae, ut restitutus modo nobis Vigilium et quando eum voluerit deus transire de hoc saeculo, tunc cum vestra praeceptione donabitur nobis Pelagius archidiaconus noster“. — Pelagium, quae ante defenderat, tria capitula ab exsilio revocatum damnasse, refert Victor Tunnunensis ap. Roncallium, Vet. lat. scr. chron. II. 377.
		555.
p. Iun. 7.	—	Consecratur. Vita Pelagii I. in Vignolii lib. pont. I. 224: „Dum non essent eo tempore episcopi, qui eum ordinarent, inventi sunt duo episcopi, Iohannes de Perusia et Bonus de Ferentino et Andreas, presbyter de Ostia, et ordinaverunt eum pontificem“. Victoris Tunnunensis chron. l. 1.: „a praevicatoribus ordinatur“. — Non constat dies. Nam si fides tribuenda esset spatio annorum 4 m. 10 d. 18, quod Pelagio et in Vita eius p. 223 et in tumuli elogio ap. Baronium 559 assignatur, consecrationem eius ad diem 14 Aprilis 555, quo Vigilius etiam sedebat, revocari oporteret; eoque minus Vitae Vigilii auctoritas in testimonio esse potest, ubi sedes post Vigilii mortem vacasse legitur menses 3 d. 26. Victor Tunnunensis l. 1. Pelagio tribuit annos 5, Marcellini comitis chron. cont. p. 333: annos 11 m. 10.
— —	Ad S. Pancratium	„Dat litaniam“. Vita Pelagii p. 224.
— —	In ecclesia S. Petri	Vita Pelagii p. 223: „Monasteria et multitudo religiosorum, sapientium et nobilium subduxerant se a communione eius (Pelagii), dicentes: quia in morte Vigilii papae se miscuisset, ut tantis poenis affligeretur. p. 224: Eodem tempore Narses patricius et Pelagius papa inito consilio, data litaniam ad S. Pancratium, cum hymnis

555.

— venerunt ad S. Petrum. Tunc Pelagius, tenens evangelia et crucem domini super caput suum, ambonem ascendit et sic satisfecit cuncto populo et plebi, quod nullum malum peregisset contra Vigilium; et adiecit dicens: „Peto, ut petitionem meam confirmetis, ut quisquis ille sit, qui promovendus est in s. ecclesia, ab ostiario usque ad gradum episcopi, neque per aurum, neque per argentum, neque per aliquas promissiones proficiat. Vos enim scitis, quia simoniacum est“.

— Quod una voce confirmatum est ab omnibus“. — Marcellini comitis chron. cont. ap. Roncallium, Vet. lat. scr. chron. II. 333: „Qui (Pelagius) a populo Romano factionis contra Vigilium incusatus, celebratis una cum Narse litanis apud S. Petrum, ambone ascenso, evangelioque super caput suum posito, iuramento se crimine purgavit“.

(618) Universo populo dei de fide sua exponit, ut suspicio removeatur. Profitetur, amplecti se quatuor conciliorum statuta et canones apostolicos „et omnes, quos ipsi (decessores sui) damnaverint, habere damnatos, et quos ipsi receperint, praecipue venerabiles episcopos Theodoritum et Ibam, se inter orthodoxos venerari“. Mansi IX. 717. — „Vas electionis“.

556. (15 post consulatum Basilii.)

Febr. 15.

(619) Gaudentium, Maximilianum, Gerontium, Iustum, Terentium, Vitalem et Laurentium, Tusciae Annonariae episcopos, schismaticos esse scribit, quod „sui inter sacra mysteria — nominis memoriam reticeant“. Affirmat, se Nicaenae, Constantinopolitanae, Ephesinae primae et Chalcedoniae synodarum statuta sequi, eorumdemque adversarios anathematizare. Dubitantes evocat, ut fidem suam cognoscant. Mansi IX. 716. — „Directam a vobis“.

Iul. 4.

(620) Sapaudum, episcopum Arelatensem, salutatur, atque ad scribendum elicit. Concil. Gall. I. 1099, Mansi IX. 721. — „Quae nobiscum“.

Sept. 16. (Romae)

(621) Sapaudum, episcopum Arelatensem, laudi suae nimium favisse, scribit. Significat de litteris ad Childebertum regem simul missis. De quadam re, minus clare sibi significata, accuratius praemoneri cupit. Concil. Gall. I. 1099, Mansi IX. 721. — „Fraternitatis vestrae“.

Dec. 11.

(622) Childeberto regi scribit, ex Rufino, legato eius, se cognovisse, quae de sua fide mendacia in Gallia dispergerentur. Asseverat, „anathematizare se, quicumque ab illa fide, quam b. recordationis papa Leo in suis epistolis praedicavit et quam Chalcedonense concilium — suscepit, in una syllaba, aut in uno verbo, vel in sensu erravit aliquando, aut declinavit, vel declinaverit aliquando“. Addit de reliquiis „beatorum apostolorum et sanctorum martyrum“ partim per Lirinensis monasterii servos, partim per Hominem-bonum, subdiaconum suum, ad Sapaudum, episcopum Arelatensem, missis. (De tollenda media huius epistolae parte v. Pagium ad 566 n. VII., VIII.) Concil. Gall. I. 1101, Mansi IX. 722. — „Rufinus vir“.

„ 14.

(623) Sapaudum, episcopum Arelatensem, de reliquiis per Hominem-bonum missis certiozem facit. Quae per regis legatos petierit, ea per litteras legatumque proprium iterum peti vult. Mandat, Placidum patricium moneat, „ut quod de pensionibus possessionum ecclesiae collectum sit“, mittat, „quia Italiae praedia ita desolata sint, ut ad recuperationem eorum nemo sufficiat“. „Et si possibile est,“ inquit „ut nobis de ipsis solidis saga tomentacia, quae pauperibus erogari possint, et tunicae albas, aut cucullas, vel colobias, aut si quae aliae species in provincia fiunt, nobis exinde facite comparari“. Anastasium, fratrem Pauli defensoris ecclesiae, remitti iubet. Concil. Gall. I. 1103, Mansi IX. 724. — „Quia legati filii“.

(624) Subaudo, episcopo Aureliano (Arelatensi), scribit, mirari se, „quod illius sacerdotes regionis — rumoribus coeperint atque fallaciis assentire“. „Quamvis“ inquit „ad vos in ipsis statim ordinationis nostrae principiis fidem meam, propria manu subscriptam direxerim, in qua nihil me contra quatuor venerabiles synodos vel fecisse vel facienti consensisse signavi, paratus sum secundum apostoli sententiam omni poscenti me rationem reddere et scandalorum causas auferre; — quis autem nobis de eo, quod illic fieri comperimus, redditurus est rationem, vel in quibus canonibus invenitur, ut uno eodem die laicus homo et clericus et acolitus et subdiaconus et diaconus et presbyter et episcopus fiat, qui ante unam horam, non dicam domui suae, sed uxori etiam suae forsitan coniunctus extiterat?“ Theineri disq. crit. 202. — „Admirati sumus“.

(625) Maurum, episcopum Praenestinum, pro patrimonio Hilviade de praeteritis prima,

		556. (15 post consulatum Basili.)
		secunda, tertia et quarta indictionibus intulisse, testatur. Leonis M. Opp. III. p. CCCV., Mansi IX. 736. — „Didicimus de patrimonio“.
		557. (16 post consulatum Basili.)
Febr. 3.	—	(626) Sapaudo, episcopo Arelatensi, „per universam Galliam sedis apostolicae vices“ tribuit, palliumque mittit. Mansi IX. 725. — „Maiorum nostrorum“.
— —	—	(627) Childeberto regi, qui salutem sibi scripserit, gratias agit, et Sapaudum, episcopum Arelatensem, pallio donatum, commendat. Concil. Gall. I. 1107, Mansi IX. 726. — „Excellentiae vestrae“.
— —	—	(628) A Childeberti regis legato, Rufino, admonitus, ut regi aut significaret, se S. Leonis scripta sequi, aut „propriis verbis suae confessionem fidei“ mitteret, postquam illud iam die 11 in. Dec. a. 556 fecit, nunc professionem quoque scriptam his ad regem litteris inserit; quem rogat, ut discordias in Gallia a malignis seri vetet. Concil. Gall. I. 1109, Mansi IX. 728. — „Humani generis“.
Apr. 13.	(Romae)	(629) Sapaudo, episcopo Arelatensi, de prosperis suis rebus nunciat. De sua fidei professione, ad Childebertum regem missa, quid sentiat, audire cupit. Romanos, qui hostium metu profugerint, ei et eius patri, Placido patricio, commendat. Mandat, ut vestes, de pecunia comparatas, quam Placidus „pro pensionibus ecclesiasticarum possessionum“ collegerit, ad portum Romanum mittat, „quia“ inquit „tanta egestas et nuditas in civitate ista est, ut sine dolore et angustia cordis nostri homines, quos honesto loco natos idoneos noveramus, non possimus adspicere.“ Conc. Gall. I. 1109, Mansi IX. 727. — „Tanta nobis est“.
		557 — 558.
— —	—	(630) Childeberti regis erga ecclesiam voluntate laudata, miratur, quod Sapaudum, episcopum Arelatensem, Galliae primatem, sedis apostolicae vicarium, „sequentis civitatis episcopi“ iudicium contra canones subire iusserit. Concil. Gall. I. 1107, Mansi IX. 726. — „Cum celsitudini vestrae“.
		558.
— —	—	(631) Dulcitiu defensorem vituperat, quod sibi rationes, „Graecorum more fucatas, de VI. indictionis pensionibus“ miserit. (Fragmentum). Leonis M. Opp. III. p. CCCV., Mansi IX. 737. — „Praeterea rationes“.
— —	—	(632) Vito defensori significat, se ab eo „et reliquam VI. indictionem et omnes singularum deinceps indictionum a VII. exacturum pensiones.“ (Fragmentum). Leonis M. Opp. III. p. CCCV., Mansi IX. 737. — „Ideoque praesenti“.
		559. (18 post consulatum Basili.)
Iul. 30.	—	(633) Iulianum, episcopum Cingulanum, testatur „intulisse rationibus ecclesiae ex praestatione massarum, sive fundorum per Picenum ultra XI positorum, de indictione VII. filio suo Anastasio argentario et arcario ecclesiae suae auri solidos D.“ Leonis M. Opp. III. p. CCCV., Mansi IX. 737. — „Constat dilectionem“.
		555 — 560.
— —	—	(634) Docet, „synodorum congregandarum auctoritatem apostolicae sedi privata commissam esse potestate, nec ullam synodum generalem ratam esse, quae eius non fuerit auctoritate congregata vel fulta.“ (Fragmentum). Baluzii Misc. III. 3. — „Synodorum congregandarum“.
— —	—	(635) Armentario magistro militum ita scribit: „Posteaquam ecclesiae iura documentorum quoque intercedentium auctoritate firmata, nullatenus ab his discedendi liberam pontifex, vel si vult, permittatur habere licentiam.“ (Fragmentum). Gratiani decr. C. XXV. qu. 2. c. 21. — „Posteaquam ecclesiae“.
— —	—	(636) Viventio Neapolitano, Gemino Puteolano, Constantio Misenati episcopis mandat, ut inter „clerum vel cives ecclesiae Pariensis et e diverso ecclesiae Vulturinae vel vici Feniculensis“ iudicent, „exsequente Constantino sedis apostolicae defensore.“ (Fragmentum). Holstenii Coll. Rom. I. 236, Mansi IX. 734. — „Et ideo caritati“.
— —	—	(637) Benegesto defensori mandat, videat, ne laici a clericis nisi apud provinciae iudicem, neve a laicis clerici nisi apud episcopum vel presbyterum postulentur.

555 — 560.

- (Fragmentum). Holstenii Coll. Rom. I. 237, Mansi IX. 735. (Gratiani decr. C. XI. qu. 1. c. 15). — „Propter quod“ („Experientiae tuae“).
- (636) Sergio cancellario eadem, quae superiore epistola Benegesto, mandat. (Fragmentum). Gratiani decr. C. XI. qu. 1. c. 16, Mansi IX. 908, ubi Pelagio II. tribuitur. — „Si quisquam clericus“.
- (639) Decoratum patricium hortatur, ut „omnem personis, quae veritatem causae istius scire possunt, faciat amputari formidinem, et suis praesentari conspectibus, tactis sacrosanctis evangeliiis, praebito etiam legaliter sacramento, (ut), quae in veritate rerum noverunt, professione suae testificationis aperiant“. (Fragmentum). Gratiani decr. C. III. qu. 9. c. 20. — „Hortamur, ut sub“.
- (640) Laurentio, episcopo Centumcellensi, mandat, ut in iussu „clementissimi principis“ milites quosdam ad presbyteri, diaconi, subdiaconi dignitates promoveat, nisi contra canones quidquam commiserint. (Fragmentum). Holstenii Coll. Rom. I. 241, Gratiani decr. I. D. 63. c. 15, Mansi IX. 736. — „Principali devotissimorum“.
- (641) Marcellum, episcopum Senoniensem (al.: Atoniensem) videre iubet, „ut Valentino clerico, cui mulier, cum alio ante velata non tamen ei nupta, sed virgo permanens, post mortem eius, cum quo velata erat sponso, coniugali est copula sociata, quia interim velamen acceperit, nullum in promovendo generetur obstaculum“. Mandat, „ut de monasteriis probatae vitae monachos debeat ad sacros ordines promovendos eligere, eo dumtaxat moderamine, ut neque monasteria ab optimis personis ex toto vacuata reddantur, neque ecclesiae remaneant sine sacerdotibus destitutae“. (Fragmentum). Baluzii Misc. III. 2, (Ivonis decr. VI. c. 113, Gratiani decr. I. D. 34. c. 20.) — „Caritati tuae“ („Valentino clerico“).
- (641 a) Secundino defensori hoc scribit: „Quicumque de his, qui ecclesiae militare videntur, vel in habitu monachorum ita inveniuntur inhaerere consortiis, ut aliqua turpis ex eis possit esse suspicio, te exsequente Secundino, praesententur episcopo, ut canonica in eis possit vindicta procedere“ Ivonis decr. VII. c. 125. — „Quicumque de his, qui“.
- (641 b) Severino sic scribit: „Jurasti nobis, te Iulianam, cuius nec habitum nec consecrationem veritus, deo in corruptione ipsius iniuriam irrogas, ut si cognosceres, quia re vera a te vellet discedere, mox eam nobis tu ipse deduceres“. Ivonis decr. VII. c. 126. — „Jurasti nobis“.
- (642) Rufino episcopo laudi dat, quod presbyterum, qui presbytero oculum eruisset, removerit; eundemque in monasterium detrudi iubet. In locum caecati quoque alium presbyterum substitui vult. Gratiani decr. I. D. 55. c. 13, ubi Gelasio epistola perperam tribuitur, Ivonis decr. VI. c. 111. — „Si evangelica“ „Illi, cui erutus“.
- (643) Constantino defensori significat, Romanum, clericum Theanensem, ob adulterium commissum et clericatu esse multatum et in monasterium relegatum. Gratiani decr. I. D. 81. c. 11. — „Romanus ecclesiae“.
- (644) Ioannem magistrum militum hortatur, ut Paulinum, Forosemproniensem pseudoepiscopum, „sub digna custodia“ ad se mittat. Promittit, eum, „per quem ad se deductus fuerit, dignam pro labore suo recepturum mercedem“. Theineri disqu. crit. 203, (Baluzii Misc. III. 3.). — „Paterno vos“.
- (645) Melleo (al. Mellito) subdiacono haec scribit: „abbatem in monasterio illum volumus ordinari, quem sibi de sua congregatione et monachorum electio et possessionis dominus et, quod magis observandum est, ordo vitae et meritum poposcerit ordinari“. Ivonis decr. VII. c. 24, Gratiani decr. C. XVIII. qu. 2. c. 4. — „Abbatem in“.
- (646) Eucarpum, episcopum Messanensem, visitatorem ecclesiae Catanensis, episcopo orbatae, constituit, ut idoneum virum eligendum curet, „et statim eum ad urbem Romam cum decreto et testificatione“ mittat. (Pelagio II. ascribi solet; cf. epistolae, quae sequuntur). Baluzii Misc. III. 3, (Gratiani decr. I. D. 61. c. 17.), Mansi IX. 907. — „Caritatem illam“ („Catinensis ecclesiae“).
- (647) Clero Catanensi praecipit, ut, quem elegerint episcopum, Elpidium diaconum, cum „decreto in eum facto et subscripto ab omnibus“ et cum Eucarpi episcopi, visitatoris, epistola ad se mittant, eundemque monet, „ne cui se aliquid dare vel daturum esse promittat, sed neque de ecclesiasticis praeteritis causis aliquam securitatem cuiquam audeat facere sive promittere, ut quasi factus episcopus ea, quae directa sunt, non repetat“. (Fragmentum, Pelagio II. tributum; cf. sequen-

555—560.

- tes epistolas). Gratiani decr. C. VIII. qu. 3. c. 1, Mansi IX. 907. — „Talia quidem“.
- (648) Cethego patricio significat, Catanensem quidem episcopum triduo quo venerit a sese consecratum, sed Syracusani episcopi ordinationem dilatatam fuisse, quoad fides esset data, eundem „nihil unquam per se, aut per filios, aut per uxorem, sive per quamlibet propinquam aut domesticam, vel extraneam forte personam de rebus usurpaturum ecclesiae“. (Fragmentum). Holstenii Coll. Rom. I. 232, Mansi IX. 733, (Gratiani decr. I. D. 28. c. 13). — „Quod de ordinando“ („De Syracusanae“).
- (649) Elpidio, episcopo Catanensi, scribit de clericorum eius disciplina. (Fragmentum. Cf. Gregorii M. Opp. ed. Bened. II. 1055; Registri L. X. ep. 22). Holstenii Coll. Rom. I. 240, Mansi IX. 735. — „Sicut unumquemque“.
- (650) Narsetem, patricium et ducem in Italia, rogat, opem ferat Petro presbytero et Proiecto notario, missis, ut coererent, „vel ad se usque perducerent“ Thracium et Maximilianum episcopos, qui „ecclesiasticam ibi unitatem perturbare dicantur et omnes ecclesiasticas res suis usibus applicare“. Mansi IX. 712, Gratiani decr. C. XXIII. qu. 5. c. 44. — „Quali nos de“.
- (651) Anilani comiti Petrum presbyterum et Proiectum notarium, legatos suos, commendat. (Fragmentum). Holstenii Coll. Rom. I. 239, Mansi IX. 735. — „Petrum filium“.
- (652) Petro presbytero scribit, non fore, ut „de fraudibus Maximiliani — secundum veritatem agnoscat, — nisi facultas ecclesiae, quam in usus suos male convertendo dispersit, ab eius potestate, donec causa cognoscatur, seponatur“. Itaque illum „a supradictae ecclesiae patrimonio“ inquit „volumus interim submoveri, et in vestro, discussionis ipsius tempore, moderamine detineri“. (Fragmentum). Gratiani decr. C. III. qu. 2. c. 9. — „Quia ea, quae“.
- (653) Hostilio episcopo mandat, ut „quicquid de sacratis vasis vel ministeriis a quolibet clericorum usurpatum vel distractum fuisse compererit, sine cuiusvis morae interventu exigere non dimittat et ecclesiasticis usibus reformare“. Gratiani decr. C. XII. qu. 2. c. 2. — „Augustino nostrae“.
- (654) Potentio defensori haec scribit: „Patrem puellae ecclesiae nostrae famulum, avum vero eius liberis ortum constat esse natalibus; et ideo avi magis electionem de coniunctione neptis, quam patris, cuius nullo modo liberum esse potest arbitrium, decernimus attendi“. (Fragmentum). Ivonis decr. VIII. c. 27, Gratiani decr. C. XXXII. qu. 3. c. un. — „Patrem puellae“.
- (655) Iohanni, episcopo Larinato, ita praecipit, „de monasteriis, in Lucania et Samnio constitutis, possessionibusque eorum, omni penitus sive consortium tuorum, sive cuiuslibet laici potestate submota, sed nec tuae quoque caritati, quantum ad privata compendia pertinet, aliqua permissa licentia, sola sacerdotali cura — disponas“. Baluzii Misc. III. 2. — „Nostrae auctoritatis“.
- (656) Iulianum, episcopum Cingulanum, monet, ne quid damni inferri ecclesiae patiat. „De mancipiis memor esto,“ inquit „quia istud tibi iussimus, ut viros, qui forte gynicaeo utiles esse possunt, concedas illis, ita tamen, ut pro artificii ipsorum merito in agricolis compensentur ecclesiae; nec enim eiusdem aestimationis est artifex et ministerialis puer contra rusticum vel colonum; — vide ergo, ne tales des homines, qui vel continere casas vel colere possint, et illos tollas, qui inutiles sunt; — de rusticis, qui possunt conductores vel coloni esse, si capillum relaxaveris, nulla erit ratio, quae me circa te placare praevaleat“. (Fragmenta). Baluzii Misc. III. 2. — „Iterata frequenter“.
- (657) Clerum Narniensem obtemperare iubet Constituto presbytero, per Ioannem episcopum ad „patrimonium gubernandum et disciplinam ecclesiasticam conservandam“ creato adiutori. Gratiani decr. C. VII. qu. 1. c. 18, Mansi IX. 910. — „Quia frater et“.
- (658) Narsetem patricium scire scribit, se „habentibus dumtaxat hominibus et nullam necessitatem patientibus res dare pauperum, nulla ratione praesumere“. (Fragmentum). Leonis M. Opp. III. p. CCCV., (Mansi IX. 736). — „Bene noverit“.
- (659) Boetio, praefecto praetorio Africae, haec scribit: „Romana — ecclesia — post continuam XXV. et eo amplius annorum vastationem bellicam in Italiae regionibus accidentem, — non aliunde, nisi de peregrinis insulis aut locis, clero pauperibusque, etsi non sufficiens, vel exiguum tamen stipendium consequitur“.

555—560.

- (Fragmentum). Leonis M. Opp. III. p. CCCV., Mansi IX. 737. — „Romana, cui deo“.
- (660) Melleum subdiaconum, beneficio quodam ecclesiastico donatum, annua ratiocinia referre iubet. (Fragmentum). Leonis M. Opp. III. p. CCCV., Mansi IX. 736. — „Notariorum sedis“.
- (661) Melleo subdiacono mandat, ut Clerentium „ex ancilla ecclesiae procreatum, qui — ad declinandam servitatem debitam curialis sibi nomen audeat usurpare, — in massam ecclesiae revocet“. Ivonis decr. VIII. c. 55, Mansi IX. 737. — „Dulcitia“.
- (662) Melleo subdiacono mandat, ut Benedictum, qui alienam uxorem abduxerit, ad Lucium defensorem in Apuliae provinciae patrimonium mittat, uxoremque, si maritus eam recipere noluerit, alio perducendam curet. Gratiani decr. C. XXXII. qu. 1. c. 5. — „De Benedicto“.
- (663) Asterio episcopo mandat, ut oratorium SS. Chrysanthi et Dariae, a Vindemio abbate in monasterio quodam Salernitano conditum, consecret. Holstenii Coll. Rom. I. 235, Mansi IX. 734. — „Vindimius“.
- (664) Eleuthero episcopo mandat de consecrando b. Cantianae oratorio, a Maximo, diacono eius, in fundo Pancello exstructo. (Fragmentum). Holstenii Coll. Rom. I. 234, Mansi IX. 734. — „Maximus diaconus“.
- (665) Iohanni defensori mandat, ut Eleutherii episcopi clericos ad eiusdem obedientiam redire cogat. Hugonis Flav. chron. L. II. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 429. (Gratiani decr. I. D. 91. c. 1). — „Eleutherius frater — queritur, clericos“.
- (666) Cuidam mandat, ut oratorii, ab Eleutherii episcopi matre conditi, iura tueatur. Gratiani decr. C. XVIII. qu. 2. c. 30. — „Eleutherius frater — queritur, quod mater“.
- (667) Priseum, episcopum Capuanum, reprehendit, quod „refugientem mulierem ad ecclesiam dei et clamantem, quia ad propositum suum, unde infeliciter discesserat, reverti vellet, in manus eius tradiderit, qui sibi de ipsa peiuraverit“. Significat, se Menantio, sedis Romanae diacono, negotium dedisse, ut eum, nisi femina aut ecclesiae redderetur aut ad se mitteretur, communione privaret. Theineri disqu. crit. 202. — „Evenit modo“.
- (668) Ioannem comitem Luminoso presbytero iter facienti praesidium rogat. (Fragmentum). Holstenii Coll. Rom. I. 238, Mansi IX. 735. — „Gloria igitur“.
- (669) Ioanni comiti haec scribit: „Dicenti, sacras iussiones se habere prae manibus, respondimus, scire illum oportere, quod ipse clementissimus princeps generalibus legibus constituerit, illa sacra uniuscuiusque supplicantis desiderio concessa praevalere et effectui mancipari, quae cum iuris et legum ratione concordant; ea vero, quae subreptione vel falsis precibus forsitan impetrantur, nullum supplicantis ferre remedium“. (Fragmentum). Ivonis decr. IV. c. 191, Gratiani decr. C. XXV. qu. 2. c. 16. — „Dicenti, sacras“.
- (670) Citticio (?), episcopo Constantinopolitano, per Theotistum virum illustrem mittit „limaturam de catenis b. Petri et tunicam unam“, quam „in interiori parte sepulcri b. Petri apostoli per continuum triduum“ sitam fuisse scribit. Theineri disqu. crit. 203. — „Vir illustris“.
- (671) Sindulae, magistro militum, scribit haec: „Chartae, quas dedit nobis Lucidius, si illo tempore adversarius ipsius illic praesens fuisset, validae erant; sed quia, adversario absente, gesta, quae nobis recensuit, facta leguntur, talia leges non recipiunt“. (Fragmentum). Gratiani decr. C. III. qu. 9. c. 19. — „Chartae, quas“.
- (671 a) Sindulam, magistrum militum, hortatur, „ut nihil ulterius Montanianus, qui se, dum sit ex ancilla genitus, legitimum filium tentat astruere, sensibus eius qualibet forte subripiat; quia Montanianum illum, de cuius substantia agatur, constet sine propriis liberis decessisse et germani fratris filios, qui ei legitima ratione succedant, superstites dimisisse“. Ivonis decr. VIII. c. 67. — „Hortamur, ut nihil“.
- (672) Agnello Ravennati haec mandat: „eligas talem virum in presbyterum, qui fixus in religione et bonus in moribus et in resistendo adversariis efficax possit existere, et dirigas ad sanctum virum, gloriosum Iohannem patricium, hoc ei ante omnia praecipiens, ut nullum aliud praeter meum et tuum nomen inter sacra mysteria“. (Fragmentum). Baluzii Misc. III. 2. — „Fraternitati tuae“.
- (673) Anglio episcopo scribit haec: „Apostolicae auctoritatis exemplo didicimus, er-

555—560.

rantium et errorem mittentium spiritus tradendos esse satanae, ut blasphemare dediscant“. (Fragmentum). Gratiani decr. C. XXIV. qu. 3. c. 13. — „Apostolicae auctoritatis“.

(674) Gaudentio, episcopo Volaterrano, mandat, „ut eos, qui nefandis auribus christiani populi filios ad sectandam suam haeresin viciare non desinunt, legitima severitate per publicos eorundem locorum iudices faciat percelli“. (Fragmentum). Theineri disqu. crit. 201. — „Admonemus, ut“.

(675) Viatorem et Pancratium illustres hortatur, ut schismaticorum societate abstineant. (Fragmentum). Holstenii Coll. Rom. I. 223, Mansi IX. 731, (Gratiani decr. C. XXIV. qu. 1. c. 34). — „A schismaticorum“ („Schisma siquidem“).

(676) Iohanni comiti scribit, se deo gratiam habere, quod eum „reipublicae voluerit praeesse negotiis, per quem non tantum laicorum hominum comprimerentur excessus, verum etiam dividendum se ab ecclesia sacerdotum colligerentur schismata“. (Fragmentum). Theineri disqu. crit. 202. — „Benedicimus misericordiam“.

(677) Paulino Solitario (al. Solatino, Solitano, Solatario) significat, se Ioanni defensori mandasse, ut „Probinum Phariae et Milianum atque Probinianum vel alios pseudomonachos“ detineret, „quatenus — ad se, ut informarentur, deberent exhiberi“. „Certe“ inquit „si sola obstinatione ab ecclesiastico corpore sunt scissi, in Reatina (sicut petiisti) insula ut exsulent, praedicto defensori duximus iniungendum“. Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 18. — „Probinum Phariae“.

558—560.

(678) Narsetem (al. Ioannem) patricium, quem schismatici excommunicaverant, ad ulciscendam iniuriam instigat. Eufrasii schismatici scelera commemorat. „Aufferte“ inquit „tales ab ista provincia; quod tunc plenius fieri poterit, si auctores scelerum ad clementissimum principem dirigantur, et maxime ecclesiae Aquileiensis invasor“. (Fragmentum). Gratiani decr. C. XXIII. qu. 5. c. 45, Mansi IX. 714. — „Relegentes literas“.

(679) Ioanni patricio caburtario scribit, non consecratum, sed execratum esse (Paulinum Aquileiensem) episcopum, quod ordinatio eius et a schismatico episcopo (Mediolanensi), nec servato utriusque ecclesiae more, peracta esset. (Fragmentum). Holstenii Coll. Rom. I. 219, (Gratiani decr. C. XXIV. qu. 1. c. 33), Mansi IX. 730. — „Pudenda, ita ut“.

(680) Narsetem (al. Valerianum) patricium iterum hortatur, „ut Paulinum Aquileiensem pseudoepiscopum et illum Mediolanensem episcopum“, quorum alter alterum contra canones consecraverit, et quod illicite „particularis synodus“ congregata sit, „ad clementissimum principem sub digna custodia dirigat“. Monet, ne hominum sermonibus turbetur; „recolere enim debet celsitudo vestra“, inquit „quid per vos deus fecerit tempore illo, quo Istriam et Venetias tyranno Totila possidente, Francis etiam cuncta vastantibus, non ante tamen Mediolanensem episcopum fieri permisistis, nisi ad clementissimum principem exinde retulissetis; et inter ubique ferventes hostes, Ravennam tamen et is, qui ordinabatur, et is, qui ordinaturus erat, — deducti sunt“. Addit de „Liguribus atque Veneticis et Histriis episcopis“ reprimendis, ne diutius „in contemptum apostolicarum sedium de sua rusticitate gloriantur“. (Fragmenta). Holstenii Coll. Rom. I. 227, Theineri disqu. crit. 203, Ivonis decr. IV. c. 239, X. c. 35, Gratiani decr. I. D. 17. c. 4, C. XI. qu. 1. c. 20, C. XXIII. qu. 5. c. 42. 43, Mansi IX. 715. 713. 732. — „Istud est“ „Non vos“ „Omnino admonemus“ „Sic nec licuit“ „Nec licuit“ „Non persequitur“.

560.

Mart. 3. —
 „ 4. In basilica
 b. Petri

Moritur „die III. mensis Martii“. Agnelli vit. S. Maximiani ap. Muratori R. It. Scr. II. i. 108.

Sepelitur. Epitaphium ap. Baronium, Annal. 559: „deposit. IV non. Mart.“ — Vita Pelagii I. p. 225: „sepultus — VI. non. Mart.“ —

Iul.	14.	—	560. Consecratur hoc die dominico. Sedit enim Ioannes, ut Vita eius in Vignolii lib. pont. I. 226 et catalogi pont. Rom. testantur, annos 12 m. 11 d. 26 (al. 27).
—	—	Neapoli	c. 567. Cum Narsete, ut Romam redeat, agit. Vita Ioannis p. 228.
—	—	Romam	Redit cum Narsete. Vita Ioannis l. l.
—	—	in coemeterio SS. Tiburtii et Valeriani	„Habitat multo tempore“. Vita Ioannis l. l.
—	—	—	(681) *Ad Guntramnum, Burgundiae regem, „epistolas dirigit, in quibus“ Salonium Ebredunensem et Sagittarium Vapincensem episcopos, in synodo Lugdunensi de- iectos, „locis suis restitui iubet“. V. Gregorii Turonensis Hist. Fr. L. V. c. 2f ap. Bouquet Rec. II. 248.
Sept.	15.	Romae	568. Petrum episcopum Ravennatem consecrat „secunda indictione — XVII. Kal. Octobr.“ Agnelli vit. Petri senioris c. 1. ap. Muratori R. It. Scr. II. i. 123.
„	22.	—	(682) Petro, episcopo Ravennati, pallii usum tribuit. Baluzii Miscell. III. 2, S. Gre- gorii Opp. ed. Bened. II. 669. not. h., ed. Gallicciolli VII. 215. not. h. — „Con- venire novimus“.
Iul.	13.	In basilica b. Petri	573. Sepelitur „III. id. Iulii“. Vita Ioannis p. 229.

BENEDICTUS I. 574—578.

Iun.	3.	—	574. Consecratur. Dies apparet ex Vita Benedicti in Vignolii lib. pont. I. 230, qua teste hic per annos 4 m. 1 d. 28 ecclesiam moderatus est; (quae menses 10 d. 3 [imo 21] vacasse post Ioannem III. legitur in istius vita p. 229).
—	—	—	574—578. (683) *Stephano, monasterii S. Marci Spoletani abbati, massam Veneris, in territorio Minturnensi sitam, restituit. Huius „praeceptionis“ mentionem facit Gregorius I. (Registri L. IX. ep. 30; L. VII. ii. ep. 29.), Gregorii Opp. ed. Benedict. II. 950, ed. Gallicc. VIII. 69, Mansi X. 127.
Iul.	31.	In basilica b. Petri, in secretario	578. Sepelitur „pridie Kal. Aug.“ Vita Benedicti p. 230.

PELAGIUS II. 578—590.

Nov.	27.	—	578. Consecratur „absque iussione principis, eo quod Langobardi obsiderent civitatem Romanam et multa vastatio ab eis fieret per totam Italiam,“ Vita Pelagii II. in Vignolii lib. pont. I. 231. Pelagius, quum teste vita l. l. annos 10 (imo 11, ut recte tradit Ioannes Biclariensis ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 388), m. 2 d. 10 sedisset, sepultus est d. 6. Febr. 590; sequitur, ut dominico die 27. Nov. 578 sit consecratus, sedesque post Benedicti I. mortem vacaverit menses 3 d. 27, non m. 3. d. 10, quos praebet Vita Benedicti p. 232.
------	-----	---	--

			c. 580.
			Reducem, episcopum Neapolitanum, ordinat. Petri notarii relatio ap. Mabillon Vet. anal. 60.
			580. (<i>Imp. Tiberio Constantino a. 7.</i>)
Oct.	5.	(Romae)	(684) Aunario, episcopo (Altissiodorensi), scribit, orthodoxos Francorum reges „huic urbi vel universae Italiae finitimos adiutoresque“ divinitus constitutos esse. Quos admoneri vult, ut „ab amicitii et coniunctione — Langobardorum — se segregare festinent“. Reliquias sacras „cum cohaerenti sibi sanctificatione“ a sese missas nunciat. Concil. Gall. I. 1235, Mansi IX. 890. — „Laudanda tuae“.
			584. (<i>Ind. 3.</i>)
Oct.	4.		(685) Gregorio diacono scribit, Honoratum notarium, cum Sebastiano episcopo Constantinopolim missum, de calamitatibus per Langobardos perfidos sibi illatis significaturum. „Maxime partes Romanae“ inquit „omni praesidio vacuatae videntur, et exarchus nullum nobis posse remedium facere scribit“. Mandat, moneat imperatorem, ut subsidia mittat, antequam nefandissimae gentis exercitus loca, quae adhuc a republica detineantur, praevaleant occupare“. Presbyterum (Maximianum) quam primum remitti iubet. Iohannis vita S. Gregorii L. I. c. 32 in S. Gregorii Opp. ed. Bened. IV. 33, Mansi IX. 899. — „Omnia quidem“.
			c. 585.
			(686) Eliae Aquileiense, aliorumque Istriae episcoporum defectionem vehementer se doluisse, sed a mittendis litteris „temporali qualitate et hostili necessitate“ adhuc impeditum fuisse scribit. „Postea ergo quam deus“ inquit „pro felicitate christianorum principum per labores atque sollicitudinem — Smaragdi exarchi et chartularii sacri palatii pacem nobis interim vel quietem donare dignatus est, cum omni sollicitudine festinamus praesentia ad vos scripta dirigere“. „Cum lacrimis“ eos revocat. Fidem suam exponit. Redemptum episcopum (Ferentinensem) et Quodvultdeum, abbatem monasterii maioris basilicae b. Petri, legatos suos, commendat. Mansi IX. 891. — „Quod ad dilectionem“.
			(687) Eliae Aquileiense et aliorum Istriae episcoporum litteras sibi magno dolori fuisse scribit. Hortatur, ne „pro superfluis quaestionibus et haeticorum defensione (trium) capitulorum ab universali ecclesia“ sciungere se pergant. Ad tollendas dissensiones Romam legatos mitti cupit, vel synodum Ravennae fieri, „quo nos etiam“ inquit „dirigemus, a quibus satisfactionem plenissimam capiatis“. Mansi IX. 895. — „Dilectionis vestrae per“.
			(688) Eliae Aquileiense aliorumque Istriae episcoporum pro tribus capitulis argumenta accurate refellit. Mansi IX. 433. — „Virtutum mater“.
			586. (<i>Imp. Mauricio Tiberio a. 5, ind. 5.</i>)
Oct.	31.		(689) Aunario, episcopo Altissiodorensi, sedis apostolicae cultori laudem tribuit, deque crescente in Gallia ecclesiarum numero gratulatur. De continuis angustiis suis addit. Concil. Gall. I. 1309, Labbé N. B. M. I. 420, Mansi IX. 906. — „Quantum deo“.
			588.
			(690) *Ad Ioannem, episcopum Constantinopolitanum, universalis episcopi appellationem sibi asserentem, „gravia scripta transmittit, in quibus synodi — de episcopi Gregorii causa congregatae, propter nefandum elationis vocabulum, acta dissolvit“. Sic meminit huius epistolae Gregorius I., (Registri L. V. ep. 18; IV. ep. 38). Gregorii Opp. ed. Benedict. II. 741, ed. Gallicc. VII. 295, Mansi IX. 1217. (Hoc anno datam esse epistolam, liquet ex Gregorii ep. 43 libri V., Opp. ed. B. II. 770, ed. Gall. VII. 326, Mansi IX. 1213, data m. Iunio a. 595: „ante hos annos octo“. Cf. Pagium ad 588.)
			578—590.
			(691) *Natali, episcopo Salonitano, „interdicit, ne Honoratum archidiaconum invitum provehat, neve dolorem conceptae ingratitude in corde retineat“. — V. Gregorii I. ep. (Registri L. II. ep. 19, 15) Opp. ed. Benedict. II. 582, ed. Galliccioli VII. 114, Mansi IX. 1091.

578—590.

- (692) *Hadrianum, episcopum Thebanum, ecclesiamque eius de Ioannis, episcopi Larissensis, iurisdictione eximit. V. Gregorii I. ep. (Registri L. III. ep. 7) Opp. ed. Benedict. II. 630, ed. Gallicc. VII. 168, Mansi IX. 1118.
- (693) *Eusanii, lapsi episcopi Agrigentini, res omnes remanere ecclesiae eius iubet. V. Gregorii I. ep. (Registri L. IV. ep. 37; L. III. ep. 36). Opp. ed. Benedict. II. 717, ed. Gallicc. VII. 267, Mansi IX. 1181.
- (694) Felici, episcopo Pisaurensi, praecipit, ut monasterium, a Ioanne conditum, „absque missis publicis“ dedit. V. Gregorii I. ep. (Registri L. VI, V. ep. 46). Opp. ed. Bened. II. 826, ed. Gallicc. VII. 387, Mansi X. 31.
- (695) Antoninae patriciae et Deciae significat, qui hanc epistolam deferat, eum, quoniam monachus sit, defensorem fieri non licuisse. Ivonis decr. VII. c. 23, Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 20, Mansi IX. 906. — „De praesentium“.
- (696) Opilioni defensori scribit, monachis non licere „pro arbitrio suo aut abbatem expellere aut sibimet alios ordinare“. (Fragmentum). Gratiani decr. C. XVIII. qu. 2. c. 9, Mansi IX. 910. — „Nullam potestatem“.
- (697) Florentino episcopo permittit, ut eius nuncius, qui „secundas quidem nuptias expertus non sit, castitatem tamen priori non servaverit coniugio, — ad diaconatus possit ordinem provehi“. Praecipit vero, ut „Micina ancilla, de qua se post uxoris transitum habere confessus sit filios, neque cum ipso maneat, et cui-cunque monasterio, continentiam professura, tradatur“. Baluzii Misc. III. 3, (Gratiani decr. I. D. 34. c. 7, Mansi IX. 906. 909.) — „Fraternitatis tuae“.
- (698) Tuliano (al. Iuliano), episcopo Grumentino, significat, Latinum, diaconum eius, ab ecclesiae Marcellianensis clero et „ab omnibus illic convenientibus“ episcopum postulatum, sibi probari. Eundem ante diem sanctum (paschae) ad se venire vult, „ut vel sabbato ipso noctis magnae post baptismum valeat ordinari; alioquin“ inquit „necesse est, eos (l. eum) usque ad quarti mensis ieiunia sustinere“. Ivonis decr. VI. c. 112, (Gratiani decr. I. D. 63. c. 14.) — „Literas caritatis“.
- (699) Petro, episcopo Potentino, mandat, „Latinum, ecclesiae Grumentinae diaconum ad episcopatum Marcellianensis ecclesiae sive Clusitanae ab omnibus electum“, Romam quamprimum venire iubeat, „ut in sabbato magno post horam baptismi ordinetur; quod si“ inquit „ante memoratum diem non occurrerit, cogetur usque ad quarti mensis ieiunia substinere“. Gratiani decr. I. D. 76. c. 12. — „Dilectionis tuae“.
- (700) Cresconio illustri (al. Gregorio defensori Siciliae) mandat, prospiciat, „ne quis episcoporum Siciliae de parochiis ad se pertinentibus nomine cathedrali amplius quam duos solidos praesumat accipere, neque compellere presbyteros aut clerum parochiarum suarum supra vires suas eis convivia praeparare“. Ivonis decr. III. c. 136, Gratiani decr. C. X. qu. 3. c. 4, Mansi IX. 908. — „Illud te volumus“.
- (701) Cresconio illustri significat, episcopum Syracusanum „inter alia, quae in cautionum suarum pagina sponderit, hoc etiam specialiter — promississe, nunquam se a quolibet suae dioecesis presbytero ultra duos solidos cathedrali nomine petitorum, nec per quamlibet aliam occasionem quicquam in se dispendio esse gesturum“. Mandat, ut id „de omnium episcoporum Siciliae personis custodire non desinat, nec ipsa quoque prandia enormia fieri“ patiat. Gratiani decr. C. X. qu. 3. c. 10. — „Illud magnitudinem“.
- (702) Gaudentio, episcopo (Nolano?), rescribit, haeretici ad ecclesiam revertentes quemadmodum baptizandi sint. Ivonis decr. I. c. 161, (Gratiani decr. III. D. 4. c. 29 et 82). — „De haeticis ex“ („Si revera hi“ „Multi sunt, qui“).

590.

c. Ian. 15. Romae

Lue corripitur. Gregorii Turonensis Hist. Fr. L. X. c. 1. ap. Bouquet Rec. II. 362: „Anno igitur 15 Childeberti regis diaconus noster ab urbe Roma veniens sic retulit, quod anno superiore mense nono (i. e. mense Novembri a. 589) tota inundatione Tiberis fluvius Romam obtexerit; — subsecuta est de vestigio clades, quam inguinarium vocant, nam medio mense undecimo (i. e. mense Ianuario 590) adveniens, primum omnium — Pelagium papam perculit et sine mora exstinxit“.

Febr. 6. Adb. Petrum

Sepelitur „VIII. id. Febr. Indict. VIII.“ (leg. VIII.). Vita Pelagii p. 232.

†Registri Gregoriani epistolas per indictiones digestas esse, librisque singulis singularum indictionum comprehendi litteras, qui primoribus labris eas gustant, ne ii quidem non intelligunt. Sed mirum, quod, quas quisque liber continet, ad menses quoque singulos revocatas a collectore esse, non omnes perceperunt viri docti. Est autem hac re nihil evidentius. Quum enim illa verba: „mense Septembri“, quae litteris primis non primi modo libri, sed etiam librorum II., III., IV., VIII., IX., XI. sunt praefixa, nisi quo mense sequentes scriptae epistolae sint, significare quidquam nequeant, etiam alias, quacumque (paucis exceptis locis) solus est mensis indicatus, eam subsequentium inscriptionem necesse est iudicari. Quam rem vero tam perspicuam quoniam neglexerunt Benedictini operum S. Gregorii editores, mensesque ascriptos non ad sequentes sed ad praecedentes retulerunt litteras, saepius iusto accidit, ut eas in ordinem redigere enixi, vehementer convellerent. Fuit igitur, quod cum ordine ab iis instituto priorem nusquam non compararem, crebriusque ab illo discedendum putarem. — Quos singulae epistolae utroque in ordine teneant locos, uncis interposui. Ex siglis dein additis

B. designat S. Gregorii operum editionem Benedictinam,

G. „ „ „ editionem Gallicciollii.

De cetero S. Gregorium, sicut in morem Vigilii induxerat, aunos imperatorum suis subiicere epistolis solitum esse, ex paucis apparet litteris, extra registrum, in quod quidem integrae notae chronologicae non sunt a collectore receptae, traditis 1) in cod. Colb., quo usus Baluzius est (ep. 740), 2) in Bedae Hist. eccl. (ep. 1064, 1066, 1415, 1416, 1418, 1426), 3) in marmore basilicae S. Pauli Romanae (ep. 1546).

590. (Ind. 9.)

- | | | | |
|-------|----|----------------------|--|
| — | — | Romae | Eligitur a „plebe omni“. Gregorii Turonensis Hist. Fr. L. X. c. 1. ap. Bouquet Rec. II. 362. — Iohannis diac. vita Greg., Greg. Opp. ed. Ben. IV. 36: „Gregorium — clerus, senatus, populusque Romanus sibi concorditer pontificem delegerunt“. |
| — | — | — | (703) *Mauritium imperatorem, ne populo de pontificatu ad se deferendo assentiatur, obsecrat. V. Gregorii Turonensis hist. Franc. L. X. c. 1. ap. Bouquet Rec. II. 362. |
| Sept. | 3. | In b. Petri basilica | Consecratur, iussu Mauritiū imperatoris. Greg. Tur. Hist. Fr. L. X. c. 1. l. l. p. 362. 363. — Sedit annos 13 m. 6 d. 10 (ut testantur Vita Gregorii in Vignolii lib. pont. I. 232, maiorque pars catalogorum), sepultus est die 12 m. Martii a. 604, atque ita consecrationem eius ad dominicum diem 3 Sept. 590 referri debet. |
| „ | — | — | (704) Universis Siciliae episcopis vices suas Petro subdiacono commissas nunciat, quocum semel in anno Syracusis seu Cataniae ecclesiarum, pauperum, disciplinae causa celebrarent concilium. (L. I. ep. 1). B. II. 485, G. VII. 1, Mansi IX. 1029. — „Valde necessarium“. |
| „ | — | — | (705) Iustinum, praetorem Siciliae, hortatur, ne similitates cum sacerdotibus gerat, neve parum frumenti mittat. De Petro subdiacono addit. (L. I. ep. 2). B. II. 487, G. VII. 3, Mansi IX. 1029. — „Quod lingua“. |
| „ | — | — | (706) Paulum scholasticum, de pontificatu sibi gratulantem, reprehendit. Eum ex Sicilia reducem miserias suas cogniturum esse scribit. Maurentio chartulario ad eum venturo ut „in Romanae urbis necessitate concurrat“, petit; „quia“ inquit „hostilibus gladiis foris sine cessatione confodimur; sed seditione militum, interno periculo, gravius urgemur“. Petrum subdiaconum commendat. (L. I. ep. 3). B. II. 487, G. VII. 4, Mansi IX. 1030. — „Quidquid mihi ex“. |
| Oct. | — | — | (707) Ioannem, episcopum Constantinopolitanum, ne pontificatus sibi obveniret, non laborasse, dolet. „Vetustam navim“ ait „vehementerque confractam se suscepisse“. Synodicam promittit. De Bacauda episcopo, has litteras deferente, addit. (De mense v. Greg. Opp. B. II. 459 n. f.) — (L. I. ep. 4). B. II. 489, G. VII. 6, Mansi IX. 1031. — „Si caritatis virtus“. |
| „ | — | — | (708) Theoctistae, sorori imperatoris, queritur, se „sub colore episcopatus ad seculum esse reductum“ — atque „undique causarum fluctibus quati“. „Ecce“ inquit „serenissimus dominus imperator fieri simiam leonem iussit“. (L. I. ep. 5). B. II. 490, G. VII. 7, Mansi IX. 1031. — „Mens mea“. |
| „ | — | — | (709) Narsae patricio significat, se amissa quiete dolere. Laudem sibi tributam recusat. De fratribus quibusdam litteras ad Honoratum diaconum datas esse nunciat. (L. I. ep. 6). B. II. 492, G. VII. 9, Mansi IX. 1033. — „Dum contemplationis“. |
| „ | — | — | (710) Anastasio, episcopo Antiocheno, „terrenarum rerum tumultus“ queritur. Significat, „a serenissimis dominis“ se petiisse, ut eum, in pristinum restitutum, Romam venire „et hic secum vivere concederent“. (L. I. ep. 7). B. II. 494, G. VII. 10, Mansi IX. 1033. — „Epistolas beatitudinis“. |

590. (*Ind. 9.*)
- Oct. — — (711) Bacaudae, episcopi Formiensis, dioecesi adiungit ecclesiam Minturnensem, „funditus tam cleri, quam plebis destitutam desolatione“. (L. I. ep. 8). B. II. 495, G. VII. 12, Mansi IX. 1034. — „Et temporis necessitas“.
- „ — — (712) Petro subdiacono mandat, ut inter monasterium S. Theodori, in territorio Panormitano constitutum, et homines fundi Fulloniaci. iuris Romanae ecclesiae, litem de finibus fundi Gerdimiae componat. (L. I. ep. 9). B. II. 496, G. VII. 13, Mansi IX. 1035. „Gregorius servus“.
- Nov. Dec. — — (713) Clementinam patriciam de Eutherii morte consolatur. Anatholium diaconum, qui vicedominus ad „episcopium disponendum“ constitutus sit, mitti non posse, scribit. (In prioribus, quae veterem Romanam sequuntur, editionibus praecedunt hanc epistolam verba: „mense Decembri“, in tribus codd. ms.: „mense Novembri“. V. Greg. Opp. B. II. 497 not. a). — (L. I. ep. 11). B. II. 498, G. VII. 15, Mansi IX. 1036. — „Epistolam gloriae“.
- „ „ — — (714) Ioannem, episcopum Urbevetanum, iniuriarum in monasterium S. Georgii finem facere iubet. (L. I. ep. 12). B. II. 498, G. VII. 16, Mansi IX. 1036. — „Agapitus“.
- „ „ — — (715) Dominicum, episcopum Centumcellensem, opitulari iubet Luminosae, herili feminae, quae dignitatem comitivam, morte mariti, Zemarchi tribuni, cessantem, in reliquum huius indictionis tempus a Theodoro palatino acceperit. (L. I. ep. 13). B. II. 499, G. VII. 17, Mansi IX. 1036. — Officii quidem“.
- „ „ — — (716) Demetrio, episcopo Neapolitano, scribit de lapsis quibusdam in communionem recipiendis. (L. I. ep. 14). B. II. 500, G. VII. 18, Mansi IX. 1037. — „Stephanus, praesentium“.
- „ „ — — (717) Balbino, episcopo Rosellano, mandat, ut, suscepto visitoris munere, vacuae ecclesiae Populonensi cardinalem presbyterum diaconosque duos praeficiat, et in paroeciis tres presbyteros constituat. (L. I. ep. 15). B. II. 500, G. VII. 19, Mansi IX. 1037. — „Pervenit ad nos, quod“.
- „ „ — — (718) Severum, episcopum Aquileiensem, a catholica ecclesia dissociatum imperatoris auctoritate Romam cum sociis venire iubet, „ut aggregata synodo, de ea, quae inter eos vertatur, dubietate iudicetur“. (L. I. ep. 16). B. II. 501, G. VII. 20, Mansi IX. 1038. — „Sicut gradientem“.
- „ „ — — (719) Universis episcopis Italiae scribit, Autharit, regem nefandissimum, quod superiore paschate Langobardorum liberos catholice baptizari vetuisset, ne novum pascha videret, mortuum esse. Mandat, moneant Langobardos, ut „quia ubique gravis mortalitas immineat“, ad placandam dei iram filios ab haeresi Ariana ad catholicam fidem traducaut. (L. I. ep. 17). B. II. 502, G. VII. 21, Mansi IX. 1038. — „Quoniam nefandissimus“.
- „ „ — — (720) Petro subdiacono mandat, ne Marcellum, in monasterio S. Hadriani Panormitano poenitentem, victu vestituque carere sinat, utque ecclesiis Siculis, quarum sacerdotes demoti sint, novos praeficiendos curet. (L. I. ep. 18). B. II. 502, G. VII. 22, Mansi IX. 1038. — „Insinuatam nobis est, Marcellum“.
- „ „ — — (721) Natali, episcopo Salonitano, praecipit, ut Honoratum, ex archidiacono sacerdotem in concilio invitum factum, in pristinam dignitatem restituat. Res si ad otium deduci non potuerit, Honoratum cum nuncio ad se mitti vult. (L. I. ep. 19). B. II. 503, G. VII. 23, Mansi IX. 1039. — „Gesta, quae nobis“.
- „ „ — — (722) Honorato, diacono Salonitano, scribit de eius cum episcopo controversia. (L. I. ep. 20, 10). B. II. 504, G. VII. 24, Mansi IX. 1035. — „Ea, quae nobis“.
- „ „ — — (723) Natali, episcopo Salonitano, inquit pontificatum gratulanti, gratias agit. (L. I. ep. 21, 20). B. II. 505, G. VII. 25, Mansi IX. 1040. — „Scripta reverentiae“.
- c. 590.
- — — — (724) Monasterio S. Andreae ad Clivum Scauri Romano (cui „multum me“ inquit „invenio debitorem, propter quod in eo monachicum habitum et conservandi sumpsit principium“) asserit „loca vel praedia, — ante hos tres annos“ a sese condonata. Haec tabula est litteris Gregorii IX. inserta ap. Marini I papiri 2. — „Conversionis meae“.
591. (*Ind. 9.—1. sept.—10.*) (*Imp. Mauriti a. 9.*)
- Febr. — — (725) Nonnoso, possessionem quamdam petenti, se, quum Maurentius venerit, satisfacturum scribit. (L. I. 22, 21). B. II. 505, G. VII. 26, Mansi IX. 1040. — „Omnipotens deus“.

Febr.	—	591. (<i>Ind. 9.—1. Sept.—10.</i>) (<i>Imp. Mauriti a. 9.</i>)
"	—	(726) Gregorio, praeposito (praefecto) Italiae, et dei et serenissimorum principum gratiam precatur. Dolet, hominum pravitatibus ab eo se divisum esse. (L. I. ep. 23, 22). B. II. 506, G. VII. 26, Mansi IX. 1040. — „Bonitatem excellentiae“.
"	—	(727) Anthemio subdiacono mandat, ut quibusdam ancillis dei Nolanis hac indictione quadraginta in auro solidos, singulisque sequentibus indictionibus solidos vicenos, praeterea Paulino, monasterii S. Erasmi, in latere montis Soractis siti, presbytero, et monachis duobus binos solidos persolvat. (L. I. ep. 24, 23). B. II. 506, G. VII. 27, Mansi IX. 1041. — „Insinuatum nobis est, ancillas“.
"	—	(728) Ioanni, episcopo Constantinopolitano, Eulogio Alexandrino, Gregorio Antiocheno, Ioanni Hierosolymitano, et Anastasio expatriarchae Antiocheno „a paribus“ de onere officiiisque suscepti pontificatus et de exiguitate sua scribit. Addit de fide sua, in quinque conciliorum statutis posita, et de Ibae epistola Theodoroque et Theodoriti scriptis merito damnatis. (L. I. ep. 25, 24). B. II. 507, G. VII. 27, Mansi IX. 1041. — „Consideranti mihi“.
"	—	(729) Anastasio, patriarchae Antiocheno, de superiore synodica ad eum quoque missa, significat. Bonifacium defensorem, qui epistolam deferat, arcana quaedam nunciaturum scribit. Mittit „b. Petri apostoli claves, quae super aegros positae multis solent miraculis coruscare“. (L. I. ep. 26, 25). B. II. 516, G. VII. 63, Mansi IX. 1049. — „Scripta vestrae“.
"	—	(730) Anastasio, archiepiscopo Corinthio, indicat de pontificatu in se collato. Bonifacium defensorem, ad imperatorem missum, commendat. (L. I. 27, 26). B. II. 517, G. VII. 38, Mansi IX. 1050. — „Iudicia dei“.
"	—	(731) Sebastiano, episcopo Rhisinesi, significat, se ad „piissimos dominos“ libellum composuisse, ut Anastasio, patriarchae Antiocheno, si repetere sedem non liceret, usu pallii concessio, Romam ire permitterent. Epistola vero cur data non sit, nuncium narraturum. De ipsius Anastasii voluntate certior fieri vult. (L. I. ep. 28, 27). B. II. 518, G. VII. 38, Mansi IX. 1050. — „Quamvis nulla merui“.
"	—	(732) Aristobolum, expraefectum et antigraphum, consolatur afflictum. Addit haec: „si prolixam epistolam meam“ (v. supra ep. 728) „ad interpretandum accipere fortasse contigerit, rogo, non verbum ex verbo, sed sensum ex sensu transferte“. (L. I. ep. 29, 28). B. II. 519, G. VII. 40, Mansi IX. 1051. — „Ad explendum affectum“.
"	—	(733) Andreae illustri queritur, se „per episcopatus initi ordinem pene ab amore dei esse separatum“. Mittit „clavem a S. Petri apostoli corpore, quae super aegros multis solet miraculis coruscare; nam etiam“ inquit „de eius catenis interius habetur“. (L. I. ep. 30, 29). B. II. 519, G. VII. 40, Mansi IX. 1051. — „Omnipotens deus dulcissimo“.
"	—	(734) Ioanni, exconsuli atque patricio et quaestori, scribit, se „non Romanorum, sed Langobardorum episcopum factum esse“. „Ecce“ inquit „ubi me patrocinia vestra perduxerunt“. Clavem partemque catenarum S. Petri mittit. (L. I. ep. 31, 30). B. II. 520, VII. 41, Mansi IX. 1051. — „Bonitatem excellentiae“.
"	—	(735) Philippi, comitis exoubitorum, erga se voluntatem celebrat. Italiae causas commendat. (L. I. ep. 32, 31). B. II. 520, G. VII. 42, Mansi IX. 1052. — „In quantum homo“.
"	—	(736) Romanum, patricium et exarchum Italiae, hortatur, ut Blandum, episcopum Hortensem, iam diu Ravennae detentum, aut synodi iudicio subiciat, aut domum reverti patiatur. (L. I. ep. 33, 32). B. II. 521, G. VII. 42, Mansi IX. 1052. — „Scribendi ad“.
"	—	(737) Venantio exmonacho, patricio Syracusano, opprobrio dat, quod a vita monachica descierit. Praemonet eum de falsis amicis, Romamque venire iubet. (L. I. ep. 34, 33). B. II. 522, G. VII. 44, Mansi IX. 1053. — „Multi hominum“.
Mart.	—	(738) Petro, episcopo Terracinensi, scribit, Iudaeos Terracinenses per Iosephum, epistolae latorem, secum esse questos, quod, quum, veteri synagoga privati, in novam migrassent, de nova quoque per eum pulsi essent. Quam illis restitui vult. Iudaeos „mansuetudine, benignitate, admonendo, suadendo ad unitatem fidei congregandos, non minis et terroribus repellendos esse“ docet. (L. I. ep. 35, 34). B. II. 524, G. VII. 47, Mansi IX. 1055. — „Ioseph, praesentium“.
?	—	(739) Bacaudae (Formiensi) et Agnello (Fundensi) episcopis mandat, ut una cum Petro, episcopo Terracinensi, cognoscant, num ex synagoga, qua Iudaei Terracinenses adhuc usi sint et postero tempore uti cupiant, psallentium vox in eccle-

591. (*Ind. 9.—1. sept.—10.*) (*Imp. Mauriti a. 9.*)
 siam vicinam perieratur. Quod si ita sit, talem Iudaeis intra ipsum castellum assignent locum, „ut nulla exinde in futuro querela nascatur“. Iudaeos, Romanis legibus subiectos, gravari vetat, neque vero iisdem christiana mancipia esse vult. (Hanc epistolam Benedictini de libro XII. recte exemptam ad m. Novembrem a. 590 perperam retulerunt, quo Bacaudam constat Constantinopolim fuisse profectum. Dubito, an ante praecedentem non scripta sit ista, qua unius Petri arbitrio iam auferatur causa). — (L. I. ep. 10; L. XII. ep. 18). B. II. 497, G. VII. 14, Mansi X. 396. — „Supplicaverunt nobis“.
- Mart. 16. — (740) Petrum subdiaconum monet, ut „capitulare“, quod, in Siciliam profecturus, acceperit, sequatur; videatque, ne episcopi „in causis secularibus misceantur“. Possessiones servosque, his decem annis in potestatem ecclesiae Romanae iniuste redactos, iis, quibus adempti sint, restitui iubet. Humiliter, non superbe, cum cum laicis agere vult. Episcopos die ordinationis suae more antiquo ad se venire vetat; „sed“ inquit „si eos convenire necesse est, in b. Petri natalem (1 August.) convenient.“ (L. I. ep. 36). Baluzii Misc. II. 11, B. II. 525, G. VII. 48, Mansi IX. 1055. — „Pergenti tibi“.
- (741) Ioannem, episcopum Ravennatem, Maurilioni expraefecto, „in septis ecclesiasticis residenti“, opem ferre vult, etsi se de Georgii praefecti iustitia dubitare negat. (L. I. ep. 37, 35). B. II. 527, G. VII. 49, Mansi IX. 1056. — „Si professionem“.
- (742) Malcho, episcopo Dalmatae, mandat, compellat Stephanum, episcopum Scodrensem, ut quas habeat cum Georgio, Italiae praefecto, controversias ad eligendos iudices conferat. (L. I. ep. 38, 36). B. II. 527, G. VII. 50, Mansi IX. 1057. — „Ioannes vir“.
- (743) Anthemium subdiaconum de pauperibus contra praecepta neglectis reprehendit. Donnae Pateriae „ad calciarium puerorum solidos quadraginta et tritici modios quadringentos“, et domnis Palatinae et Vivianae, viduis, solidos vicenos triticique modios trecenos dari iubet. Ad diem paschalem (i. e. d. 15. m. Aprilis) eum evocat. (L. I. ep. 39, 37). B. II. 528, G. VII. 51, Mansi IX. 1057. — „Discedenti tibi“.
- (744) Felici, episcopo Messanensi, nunciat, assensu eius comperto, se sui patrimonii rectori mandasse, ut Paulinus, episcopus (Taurianensis), monasterio S. Theodori Messanensi praeficeretur. (L. I. ep. 40, 38). B. II. 528, G. VII. 51, Mansi IX. 1057. — „Et tibi gratum“.
- (745) Petro subdiacono mandat de dispersis per Siciliam monachis in monasterium S. Theodori Messanense, Paulino episcopo Taurianensi subditum, congregandis. (L. I. ep. 41, 39). B. II. 529, G. VII. 52, Mansi IX. 1058. — „Venerabilis Paulinus“.
- (746) Anthemio subdiacono, motus querela Ioannis, episcopi Surrentini, mandat, poenas capiat a monachis vagis, peculiaritatis studiosis, uxores habentibus. Addit de clericis, qui monachi facti sint. (L. I. ep. 42, 40). B. II. 530, G. VII. 53, Mansi IX. 1058. — „Ioannes frater“.
- (747) Leandro, episcopo Hispalensi, se „huius mundi fluctibus quati“, significat. De „Recharedo gloriosissimo rege, ad catholicam fidem integerrima devotione converso“ laetatur. Addit de tripla baptismatis mersione. Codices quosdam petitos mittit. (L. I. ep. 43, 41). B. II. 531, G. VII. 54, Mansi IX. 1059. — „Respondere epistolis“.
- Mai. — (748) Petro, subdiacono Siciliae, indicat, nuncium eius ob sollemnia paschalia (15 April.) tamdiu retentum esse. De „rusticis ecclesiae“ et bonorum ecclesiasticorum conductoribus, quam adhuc, iustius tractandis, exactioneque iniqua „funditus“ tollenda, accuratissime ac patria sane benignitate mandat. Varia addit, in his de Salpingo Iudaeo, de ecclesia Canusina, de sacerdotibus lapsis, de caelibatu subdiaconis servando cet. (L. I. ep. 44, 42). B. II. 533, G. VII. 56, Mansi IX. 1060. — „Quod responsalem“.
- (749) Universis episcopis per Illyricum imperatoris praeceptum inculcat, ut episcopos ab hostibus pulsos sustentent. (L. I. ep. 45, 43). B. II. 540, G. VII. 65, Mansi IX. 1065. — „Iobinus“.
- Iun. — (750) Petro subdiacono mandat, ut caeco egentique Godiscalchi filio quotannis tritici modios 24, fabae 12, et vini decimatas 20 tribuat. (L. I. ep. 46, 44). B. II. 541, G. VII. 66, Mansi IX. 1065. — „Divina praecepta“.
- (751) Virgilium Arelatensem et Theodorum Massiliensem episcopos hortatur, ne Iu-

		591. (<i>Ind. 9.—1. sept.—10.</i>) (<i>Imp. Mauritiū a. 9.</i>) daeos ad baptismum cogant. (L. I. ep. 47, 45). B. II. 541, G. VII. 66, Mansi IX. 1066. — „Scribendi ad fraternitatem“.
Iun.	—	(752) Theodorum, ducem Sardiniae, monet, ut Donatum officialem ob invasas monasterii S. Viti possessiones iudicium subire cogat, neve testamentum generi Pompeianae religiosae rumpi sinat. (L. I. ep. 48, 46). B. II. 542, G. VII. 68, Mansi IX. 1067. — „Iustitiam, quam“.
„	(Romae)	(753) Honorato diacono mandat, ut imperatoribus Theodori, magistri militum, Sardiniae ducis, in possessores civesque iniurias deferat, de quibus se a Ianuario, episcopo Caralitano, certiore factum esse scribit. (L. I. ep. 49, 47). B. II. 543, G. VII. 69, Mansi IX. 1067. — „Quia regiminis“.
„	—	(754) Anthemio subdiacono mandat, ne in insula Eumorphiana (quo multos „pro necessitate feritatis barbaricae refugisse“ dicit) cum monachis mulieres habitare sinat. Felici abbati, qui hanc epistolam deferat, plumbi libras 1500 dari iubet. In Palmaria et aliis insulis pueros, minores annis octodecim, monachos fieri vetat. (L. I. ep. 50, 48). B. II. 544, G. VII. 70, Mansi IX. 1068. — „Sicut regiminis“.
„	—	(755) Universos monachos in Christi-monte insula constitutos, dissolute viventes, Horosii abbatis, quem mittit, praeceptis obtemperare iubet. (L. I. ep. 51, 49). B. II. 545, G. VII. 71, Mansi IX. 1068. — „Pervenit ad nos, nulla“.
„	—	(756) Symmacho defensori praecipit, ut una cum Horosio abbate et in Corsica insula monasterii construendi causa „locum super mare“ vel natura munitum, vel munitu facilem, quaerat, et in Gorgonia insula monachos corrigat. (L. I. ep. 52, 50). B. II. 545, G. VII. 71, Mansi IX. 1069. — „Filius meus Bonifacius“.
Iul.	—	(757) Felicem, episcopum Sipontinum, visitatorem constituit vacuae ecclesiae Canusinae, ubi duos presbyteros parochiales ordinet. (L. I. ep. 53, 51). B. II. 546, G. VII. 72, Mansi IX. 1069. — „Pervenit ad nos, quod Canusina“.
„	—	(758) Ioanni, episcopo Surrentino, negotium dat, ut in Capreae insulae monasterio S. Stephani sollempniter collocet reliquias S. Agathae. (L. I. ep. 54, 52). B. II. 547, G. VII. 73, Mansi IX. 1070. — „Religiosis desideriis“.
„	—	(759) Anthemio subdiacono scribit, ne Gaudiosi et Siricae, per epistolam manumissae, filii ab ecclesiae Romanae actoribus in eisdem ecclesiae servitute redigantur. (L. I. ep. 55, 53). B. II. 547, G. VII. 74, Mansi IX. 1070. — „Non solum frequentibus“.
„	—	(760) Petro subdiacono significat, se oratorium b. Mariae, in quadam cella fratrum aedificatum mense Augusto dedicaturum. Dedicationis die pauperibus dari vult „in auro solidos 10, vini amphoras 30, agnos 200, olei orcas 2, berbices 12, gallinas 100“. (L. I. ep. 56, 54). B. II. 548, G. VII. 74, Mansi IX. 1071. — „Festivitatibus“.
„	—	(761) Severo, episcopo (Ficoclino), ecclesiae Ariminensis visitatori, scribit, Ocleatinum, in quem nonnulli consenserint, ecclesiae illi praeficiendum non esse; Ariminenses si episcopatu dignum in ipsa ecclesia non invenerint, eum, qui hanc deferat epistolam, ostensurum, „in cuius debeat fieri electione decretum“. (L. I. ep. 57, 55). B. II. 548, G. VII. 75, Mansi IX. 1071. — „Fraternitatis tuae“.
„	—	(762) Arsicino duci, clero, ordini et plebi Ariminensi eadem, quae superiore epistola Severo, aperit. (L. I. ep. 58, 56). B. II. 549, G. VII. 76, Mansi IX. 1071. — „Dilectionis vestrae“.
„	—	(763) Anthemio subdiacono mandat, ut Palatinae, feminae illustri, in angustiis versanti, quotannis solidos 30 pendat. (L. I. ep. 59, 57). B. II. 549, G. VII. 76, Mansi IX. 1071. — „Si proximorum“.
„	—	(764) Clerum, ordinem et plebem Perusinam monet, ne episcopum eligere diutius cunctentur. (L. I. ep. 60, 58). B. II. 550, G. VII. 77, Mansi IX. 1072. — „Miramur, carissimi“.
„	—	(765) Gennadium patricium, exarchum Africae rogat, ut Theodorum, magistrum militum, iniuriis in pauperes et in ecclesiam Mariniani, episcopi Turritani, abstinere iubeat. (L. I. ep. 61, 59). B. II. 550, G. VII. 77, Mansi IX. 1072. — „Dei prae oculis“.
„	—	(766) Ianuarii, archiepiscopi Caralitani, tutelae Catellam, religiosam feminam, commendat. (L. I. ep. 62, 60). B. II. 551, G. VII. 78, Mansi IX. 1073. — „Si ipse dominus“.
„	—	(767) Ianuario, episcopo Caralitano, Pompeianam, religiosam feminam, commendat. (L. I. ep. 63, 61). B. II. 552, G. VII. 79, Mansi IX. 1073. — „Licet fraternitas“.

591. (*Ind. 9.—1. sept.—10.*) (*Imp. Mauritii a. 9.*)
- Iul. — — (768) Ianuario, archiepiscopo Caralitano, Catellam, religiosam feminam, commendat. (L. I. ep. 64, 62). B. II. 552, G. VII. 79, Mansi IX. 1074. — „Pastoralis regiminis“.
- ” — — (769) Anthemio subdiacono praecipit, ut domum Petronii, ecclesiae Romanae notarii, a Constantino quondam defensore iniuste titulatam, Theodora, Petronii viduae, restituat. (L. I. ep. 65, 63). B. II. 553, G. VII. 80, Mansi IX. 1074. — „Sicut res ad ius“.
- ” — — (770) Felicem, episcopum Messanensem, munera sibi mittere vetat. „Et quoniam“ inquit „non delectamur xeniiis, Palmatianas (vestes palmatas), quas tua direxit fraternitas, digno fecimus pretio venundari et id fraternitati tuae transmisimus singillatim.“ Laborioso quoque ad sese itinere eum supersedere vult. (L. I. ep. 66, 64). B. II. 553, G. VII. 81, Mansi IX. 1075. — „Consuetudines, quae“.
- ” — — (771) Petro subdiacono mandat, ut Pastori, oculis aegro, singulis annis tritici modios 300 et fabae totidem impertiat. (L. I. ep. 67, 65). B. II. 554, G. VII. 81, Mansi IX. 1075. — „Si proximorum.“
- Aug. — — (772) Anthemio subdiacono mandat, ut ab Opilione diacono, et Servo-dei et Crescentio clericis, qui partem supellectilis ecclesiae Venafranae vendiderint, poenas petat, et Hebraicum, qui eam emerit, per iudicem provinciae ad restitutionem cogat. (L. I. ep. 68, 66). B. II. 554, G. VII. 82, Mansi IX. 1075. — „Fuscus“.
- ” — — (773) Petro, subdiacono Siciliae, praecipit, ut monasterii cuiusdam causas in foro agendas Fausto, Romani viri magnifici quondam cancellario, deleget, ne monachi in „foralibus litigiis“ versentur. (L. I. ep. 69, 67). B. II. 555, G. VII. 83, Mansi IX. 1076. — „Sicut studii“.
- ” — — (774) Universos episcopos Siculos ab illis cavere iubet, qui se defensores sedis Romanae esse mentientes, „de frumento eos in angariis, aliisque rebus affligere“ conentur. (L. I. ep. 70, 68). B. II. 556, G. VII. 84, Mansi IX. 1076. — „Fraternitatis vestrae diu“.
- ” — — (775) Petro subdiacono commendat Cyriacum et Ioannam coniugem, quae, „quod post acceptas sponsalitates arrhas ex Iudaea ad Christianam religionem conversa sit, dicatur sustinere molestiam“. (L. I. ep. 71, 69). B. II. 556, G. VII. 84, Mansi IX. 1077. — „Egentibus nostrae“.
- ” — — (776) Petro subdiacono scribit, ne episcopi Siculi, qui „ad b. Petri apostoli natalitium diem“ (d. 1 m. August.) Romam adire non potuerint, ante hiemem ad se veniant, exceptis Gregorio Agrigentino, Leone Catanensi, Victore Panormitano. Frumentum libris auri 50 comparari vult. De messis tenuitate queritur. (L. I. ep. 72, 70). B. II. 557, G. VII. 85, Mansi IX. 1077. — „Quia fratres et“.
- ” — — (777) Petro subdiacono mandat, restituat ecclesiae Tauromenitanae possessiones, ab ecclesiae Romanae actionariis iniuste occupatas; opemque ferat Secundo episcopo in requirendis pecuniis, quae sub decessore eiusdem, Victorino, perierint. (L. I. ep. 73, 71). B. II. 558, G. VII. 86, Mansi IX. 1078. — „Quanto apostolicae sedi“.
- ” — — (778) Gennadium, patricium et exarchum Africae, contra haereticos instigat. Episcoporum catholicorum concilium admoneri vult, ut primatem „non ex ordine loci“, sed virtutis ratione habita eligant. Cui certam sedem tribui iubet, quo facilius Donatistis resistat. Nunciis concilii Numidiani, iter ad se facientibus, praesidium petit. (L. I. ep. 74, 72). B. II. 558, G. VII. 86, Mansi IX. 1078. — „Sicut excellentiam“.
- ” — — (779) Gennadio, patricio et exarcho per Africam de belli fortuna gratulatur, ac de beneficiis in b. Petri patrimonii habitatores collatis gratias agit. Hilarum, epistolae latorem, commendat. (L. I. ep. 75, 73). B. II. 559, G. VII. 88, Mansi IX. 1079. — „Si non ex fidei“.
- ” — — (780) Gaudio, magistro militum Africae, commendat (Hilarum) „ad ordinandas res pauperum“ missum. (L. I. ep. 76, 74). B. II. 560, G. VII. 89, Mansi IX. 1080. — „Sicut lucernae“.
- ” — — (781) Universis episcopis Numidiae, quod per Hilarum, chartularium suum, a decessore suo petierint, concedit, „ut omnes iis retro temporum consuetudines servantur — sive de primatibus constituendis, ceterisque capitulis“, dumne ad primatum perveniant ii, qui in Donatistarum numero fuerint. (L. I. ep. 77, 75). B. II. 561, G. VII. 89, Mansi IX. 1080. — „Si quando, carissimi“.
- ” — — (782) Leonem, episcopum in Corsica, ecclesiae Sagonensis, iamdiu vacuae, visitato-

		591. (<i>Ind. 9.—1. Sept.—10.</i>) (<i>Imp. Mauriti a. 9.</i>) rem creat. (L. I. ep. 78, 76). B. II. 562, G. VII. 91, Mansi IX. 1081. — „Pastoralis nos“.
Aug.	—	(783) Martinum, episcopum Tanatensem, cuius ecclesia „hostili feritate occupata atque diruta“ sit, Sagonensis ecclesiae cardinalem sacerdotem constituit. (L. I. ep. 79, 77). B. II. 563, G. VII. 92, Mansi IX. 1081. — „Iusta poscentibus“.
”	—	(784) Clero et nobilibus Corsicae Martinum cardinalem sacerdotem et Leonem visitatorem ecclesiae Sagonensis constitutos nunciat. (L. I. ed. 80, 79). B. II. 563, G. VII. 93, Mansi IX. 1082. — „Esti vos multo“.
”	—	(785) Clerum, ordinem et plebem Mevaniensem docet, ecclesiae curam, donec episcopum elegerint, Honorato presbytero commissam esse. (L. I. ep. 81, 78). B. II. 564, G. VII. 94, (Mansi IX. 1082). — „Quoties res aliqua“.
”	—	(786) Laurentio, episcopo Mediolanensi, „ab exactione patrimonii Siciliae provinciae certam pecuniae quantitatem“ sibi vindicanti, respondet, mittat, quicum de re agatur. (L. I. ep. 82, 80). B. II. 565, G. VII. 95, Mansi IX. 1083. — „Scripta fraternitatis“.
”	—	(787) Ianuarium, archiepiscopum Caralitanum, mandatis suis satisfacisse gaudet. De reprimenda Liberati diaconi ambitione mandat. (L. I. ep. 83, 81). B. II. 566, G. VII. 95, Mansi IX. 1083. — „Scriptis tuis cor“.
”	—	(788) Hilario, monacho Africae, dat negotium, ut Argentium, episcopum Lamigensem, accusatum de ecclesiis pecuniae causa ad Donatistas delatis, concilio coacto rationem facti repositat. (L. I. ep. 84, 82). B. II. 566, G. VII. 96, Mansi IX. 1094. — „Felicissimus“.
Sept.	—	(789) Petro notario praecipit, ut monasterii S. Archangeli Tropacensis tenuitatem sublevet. (L. II. ep. 1). B. II. 569, G. VII. 99, Mansi IX. 1085. — „Monasterium“.
”	—	(790) Praeiectum, episcopum Narniensem, quod pernicialis morbus in civitatem eius inciderit, monet, ut dei commovendi causa „Langobardos sive Romanos — et maxime gentiles et haereticos“ ad veram fidem revocet. (L. II. ep. 2). B. II. 569, G. VII. 100, Mansi IX. 1085. — „Pervenit ad nos, peccatis“.
”	27.	(791) Veloci, magistro militum, significat, quos missum iri nunciasset milites, allatis eius de hostium ad Urbem accessu litteris, retentos fuisse. Iam vero mittit quosdam. Monet, ut Maurilii et Vitaliani consiliis utatur. „Et si huc vel ad Ravennates partes“ inquit „nec dicendum Ariulphum cognoveritis excurrere, vos a dorso eius ita, sicut viros decet fortes, laborate“. (L. II. ep. 3; L. XII. ep. 21). B. II. 570, cfr. p. 571 not. a.; G. VII. 100, (Mansi X. 397). — „Et pridem expressimus“.
”	—	(792) Maurilio et Vitaliano, magistris militum, scribit, ab Aldione, viro magnifico, Ariulphum prope esse significante, metum sibi iniectum fuisse, ne milites, qui ad eos mitterentur, in illius manus inciderent. „Si huc“ inquit „perrexerit iste hostis — a dorso eius, quod potestis, perficite“. (Huc transponi istam epistolam superior iubet; neque dubito, quin clausula „XIV. Kal. Iunii, ind. X.“, quam in cod. Colb. vet. huic epistolae adiectam esse nescio an per errorem scripserunt Benedictini in Greg. Opp. II. 1306 num. VI., referenda sit ad L. II. ep. 30, Lib. XII. ep. 23, infra ep. 819; cf. p. 592 not. g.) — (L. II. ep. 29; L. XII. ep. 22). B. II. 590, G. VII. 123, (Mansi X. 398). — „Gloriae vestrae suscipientes“.
”	—	(793) Clerum, nobiles, ordinem et plebem Neapolitanam hortatur, ut in locum Demetrii, deiecti episcopi, successorem quam primum substituant. (In ms. Turon. S. Gat. his litteris subiecta sunt, testibus Benedictinis Opp. II. 573 not. i, haec verba: „mense Octobri“, quibus non quo mense ista epistola, sed quo ea, quae in ms. sequitur i. e. L. II. ep. 7, 4, data sit, significari censeo). — (L. II. ep. 6, 3). B. II. 572, G. VII. 102, Mansi IX. 1085. — „Quamvis spiritulium“.
Oct.	5.	(794) Sabino subdiacono mandat, ut „hortum quondam Feliciani presbyteri, positum in regione prima ante gradus S. Sabinae“, parthenoni Euprepiae tradat. (L. II. ep. 4; L. XII. ep. 19). B. II. 571, cfr. not. a., G. VII. 101, (Mansi X. 396). — „Officio pietatis“.
”	7.	(795) Felici, episcopo Messanensi, scribit de basilica quadam SS. Stephano et Pancratio atque Euplo consecranda. (L. II. ep. 5; L. XII. ep. 10). B. II. 571, cfr. not. b., G. VII. 101, (Mansi X. 391). — „Ianuarius“.
”	—	(796) Maximiano, episcopo Syracusano, „super cunctas Siciliae ecclesias vicem sedis apostolicae“ tribuit, maiores causas suo iudicio reservans. (De mense v. quae

- 591. Ind. 9.—1. Sept.—10.) (Imp. Mauritiū a. 9.)**
 supra annotavi ad ep. 793.) — (L. II. ep. 7, 4). B. II. 573, G. VII. 104, Mansi IX. 1086. — „Mandata caelestia“.
- Dec. — —**
 (797) Candido, episcopo Urbevetano, praecipit, ne Calumnioso, aegrotanti clerico, consueta commoda neget. (L. II. ep. 8, 5). B. II. 573, G. VII. 105, Mansi IX. 1086. — „Cum percussio“.
- „ — — — — —“
 (798) Ordini et plebi Neapolitanae, episcopatum Paulo, episcopo (Nepesino), deferri cupienti, gratulatur quidem, sed assentiri differt, donec eum penitus cognoverint. Cui ut interim obediant, monet. (L. II. ep. 9, 6). B. II. 574, G. VII. 105, Mansi IX. 1087. — „Quale de Paulo“.
- „ — — — — —“
 (799) Paulo, episcopo (Nepesino), scribit, se de Neapolitanorum petitione deliberandi spatium sumpturum; quorum ecclesiam interea diligenter administrari iubet. (L. II. ep. 10, 7). B. II. 575, G. VII. 106, Mansi IX. 1087. — „Si sacerdotale“.
- 591?**
 (800) Gennadio, patricio Africae, Droculfum, „de hostibus ad rempublicam venientem“ commendat. (L. I. ep. 85; L. X. ep. 44). B. II. 568, G. VII. 97, Mansi X. 335. — „Droculfus“.
- „ — — — — —“
 (801) Ioanni, primae Iustinianae Illyrici episcopo totius concilii et „serenissimi principis“ assensu electo gratulatur, pallium mittit, vices suas tribuit. (L. II. ep. 23; L. IV. ep. 8). B. II. 585, G. VII. 118, Mansi IX. 1190. — „Manifestum bonitatis“.
- „ — — — — —“
 (802) Universis episcopis per Illyricum significat, Ioannem episcopum a sese confirmatum, pallio donatum, vicariumque sedis apostolicae constitutum esse. (L. II. ep. 22; L. IV. ep. 7). B. II. 585, G. VII. 117, Mansi IX. 1189. — „Et nobis confert“.
- 592. (Ind. 10.—1. Sept.—11.)**
- Ian. — — — — —**
 (803) Clerum, ordinem et plebem Nepesinam Leontio, viro clarissimo, parere iubet, cui se civitatis curam demandasse scribit. (L. II. ep. 11, 8). B. II. 576, G. VII. 107, Mansi IX. 1088. — „Leontio“.
- „ — — — — —“
 (804) Castorio, episcopo Ariminensi, scribit de oratorio quodam sanctae cruci consecrando. (L. II. ep. 12, 9). B. II. 576, G. VII. 108, Mansi IX. 1088. — „Timothea“.
- „ — — — — —“
 (805) Importuno, episcopo Atellano, praecipit, ut Dominicum, ecclesiae S. Mariae Campionensi a sese praefectum, debitis emolumentis frui sinat. (L. II. ep. 13, 10). B. II. 577, G. VII. 109, Mansi IX. 1089. — „Ea, quae provide“.
- „ — — — — —“
 (806) Ioannem, episcopum Velitranum, quo facilius „barbaricum periculum declinare“ possit, sedem episcopalem „in locum, qui Harenata dicitur, ad S. Andream apostolum“, transferre iubet. (L. II. ep. 14, 11). B. II. 578, G. VII. 110, Mansi IX. 1089. — „Temporis qualitas“.
- Febr. — — — — —**
 (807) Paulo episcopo (Nepesino), ut Neapolitanae ecclesiae administratione solvatur, petenti, respondet, de constituendo ibidem episcopo se nondum decernere posse; ideoque persequatur incepta. Petrum diaconum commendat, suspicioneque liberat. (L. II. ep. 15, 12). B. II. 579, G. VII. 110, Mansi IX. 1089. — „Ad hoc fraternitatem“.
- „ — — — — —“
 (808) Maximiano, episcopo Syracusano, praecipit, ut Paulinum, episcopum Taurianensem, vacanti ecclesiae Liparitanae praeficiat. (L. II. ep. 16, 26). B. II. 579, G. VII. 111, (Mansi IX. 1098). — „Locis munitis“.
- „ — — — — —“
 (809) Paulino episcopo de superiore epistola significat, eumque in Liparitana ecclesia sedem habere, Taurianensis vero visitationem explere iubet. (L. II. ep. 17, 13). B. II. 580, G. VII. 111, Mansi IX. 1090. — „Scire te volumus“.
- Mart. — — — — —**
 (810) In Natalem, episcopum Salonitanum, heluantem neque obedientem, vehementer invehitur. Honoratum archidiaconum restitui iubet. Quod nisi fiat, eum pallii usu, deinde communione privatum iri, postremo se de removendo eo cogitaturum ostendit. Praecipit, ut Honoratum restitutum nunciumque Romam mittat. (L. II. ep. 18, 14). B. II. 580, G. VII. 112, Mansi IX. 1090. — „Multis ab urbe“.
- „ — — — — —“
 (811) Universis episcopis per Dalmatiam constitutis, quid Natali, episcopo Salonitano, praeceperit, significat. (L. II. ep. 19, 15). B. II. 582, G. VII. 114, Mansi IX. 1091. — „Fraternitatem vestram licet“.
- „ — — — — —“
 (812) Antonio subdiacono mandat, Salonam eat, Natalem ad restituendum Honoratum hortetur, recusantem primum pallii usu, deinde communione privet, restitu-

		592. (<i>Ind. 10.—1. Sept.—11.</i>) tum vero Honoratum cum episcopi nuncio Romam ire iubeat. Malchum episcopum quam primum ad se venire vult. (L. I. ep. 20, 16). B. II. 583, G. VII. 115, Mansi IX. 1092. — „Honoratus“.
Mart.	—	(813) Iobinum, Illyrici praefectum, solatio provinciae esse, „flagello barbaricae vastationis“ afflictus, laetatur. Epistolae latorem, ad „exiguum patrimoniolum“ administrandum missum, commendat. Natali, episcopo Salonitano, opem ferri vetat. (L. I. ep. 21, 17). B. II. 584, G. VII. 116, Mansi IX. 1093. — „Licet ad reddenda“.
„	—	(814) Maximiano, episcopo Syracusano, scribit, ut presbyterum quemdam, a Felice, viro consulari, chartulario, commendatum, si dignum munere episcopali invenerit, ad se mittat. (L. II. ep. 24, 18.) B. II. 587, G. VII. 119, Mansi IX. 1094. — „Felix, vir“.
„	—	(815) Benenatum, episcopum (Misenatem), ecclesiae Cumanae visitatorem constituit, mortuo Liberio episcopo. Mandat, ut novum episcopum eligendum curet, „provisurus ante omnia“, inquit „ne ad hoc cuiuslibet conversationis vel meriti laicae personae aspirare praesumant et tu periculum ordinis tui (quod absit) incurras.“ (L. II. ep. 25, 19). B. II. 587, G. VII. 120, Mansi IX. 1094. — „Quoniam Cumanae“.
„	—	(816) Ioanni episcopo mandat, ut in ecclesia Nepesina, (cuius episcopus Paulus visitator Neapolitanae ecclesiae constitutus sit) suscepta visitatione, solemnia paschalia (6 April.) procuret. (L. II. ep. 26, 20). B. II. 588, G. VII. 121, Mansi IX. 1095. — „Quoniam Paulo“.
Apr.	—	(817) Rusticianam patriciam a consilio „eundi ad loca sancta“ deflexisse, miratur. Passivi in eam calumnias a piissimis imperatoribus asperae acceptas esse, gaudet. (L. II. ep. 27, 21). B. II. 589, G. VII. 122, Mansi IX. 1095. — „Epistolam excellentiae“.
Mai.	19.	(818) Stephano chartulario mandat, retrahat monachos duos, qui monasterium S. Gregorii, in massa Marato situm, reliquerint; cui monasterio a massae presbytero nova onera imponi vetat. (L. II. ep. 28; L. XII. ep. 20). B. II. 589, cfr. p. 590 not. d; G. VII. 122, (Mansi X. 397). — „Scientes magnitudinem“.
„	19.	(819) Maurilio et Vitaliano, magistris militum, scribit, quum Ariulphus epistola d. 11 m. Ianuarii ad se missa, Suanenses, datis obsidibus, de deditione secum egisse indicaverit, quanam sit rei ratio, exquirant. Illos, si in reipublicae fide permanerint, novis obsidibus sacramentisque obstringant, si minus, quidquid utile et suae famae et reipublicae iudicaverint, agant. Nunciat, „hostem collectum habere et Narina dici residere“, cuius possessiones, si Romam tetenderit, depraedari iubet. (L. II. ep. 30; L. XII. ep. 23). B. II. 591, cfr. not. g; G. VII. 124, (Mansi X. 398). — „Suppliciter gloriae“.
?	—	(820) Universos milites Neapolitanos hortatur, ut Constantio tribuno, cui civitatis custodia a sese demandata sit, obtemperare pergant. (Quibus ducti rationibus in epistolas m. Maio huius anni datas receperint istam, neque ipsi exponunt Benedictini, neque ego perspicio). — (L. II. ep. 31; L. XII. ep. 24). B. II. 591, G. VII. 125, Mansi X. 399. — „Summa militiae“.
Iun.	3.	(821) Iustino praetori Leonem episcopum, falsis criminibus purgatum, commendat. (L. II. ep. 33, 23). B. II. 596, cfr. p. 598 not. d; G. VII. 131, (Mansi IX. 1096). — „Habet hoc proprium“.
Mai.	Iun.	(822) Ioanni, episcopo Ravennati, agit gratias, quod Castorium episcopum (Ariminensem), valetudine affectum, visitaverit, Ravennaque receperit. Quem quod consecraverit, se excusat, eundemque per Siciliam ad sese mitti vult. Curam suffraganeorum episcoporum suorum, qui „interpositione hostium“ Romam venire non possint, Ioanni permittit; neque vero eos Ravennam vocari vult, et graviores causas sibi reservat. (Clausula: „mense Iulio“ pertinet ad sequentes epistolas, excepta L. II. ep. 33, 23). — (L. II. ep. 35, 22). B. II. 598, G. VII. 132, Mansi IX. 1096. — „Dominicis mandatis“.
Iul.	—	(823) Eusebium abbatem reprehendit, quod etsi iniuste excommunicatus, communionem, a Maximiano episcopo (Syracusano) oblatam, parum humiliter recusaverit. Solatur eum, docetque, se Petro subdiacono mandasse, ut solidos 100 ei penderet. (L. II. ep. 36, 24). B. II. 599, G. VII. 133, Mansi IX. 1097. — „Credat mihi“.
„	—	(824) Petro, subdiacono Siciliae, varia mandat, in his, ut Iudaeis, qui Christiani fieri voluerint, aliquantum pensi relaxetur“, Eusebioque abbati, quem a (Maximiano)

592. (*Ind. 10.—1. Sept.—11.*)
 episcopo (Syracusano) excommunicatum esse dolet, solidos 100 tribuat. Revocat eum; „pensiones quoque“ inquit „nonae et decimae indictionis, quas exegisti et rationes omnes pariter deporta; stude, ut in hanc urbem ante natalem b. Cypriani (14 Septembr.) transeas.“ (L. II. ep. 32; L. XII. ep. 30). B. II. 592, G. VII. 125, Mansi X. 402. — „Indicante mihi“.
- (825) Maximiano, episcopo Syracusano, vitio dat, quod Eusebium abbatem aegrotantem excommunicaverit; cui solatium praeberi vult. (L. II. ep. 34; L. XII. ep. 26). B. II. 597, G. VII. 132, Mansi X. 400. — „Frequenter me“.
- (826) Ioannem, expulsam episcopum Lissitanum, vacuae ecclesiae Scyllacinae, dum Lissus ab hostibus teneatur, praeesse iubet cardinalem sacerdotem. Quibus legibus in administranda ecclesia utatur, addit. (L. II. ep. 37, 25). B. II. 599, G. VII. 134, Mansi IX. 1097. — „Pastoralis officii cura“.
- (827) Ioanni, episcopo (Scyllacino) mandat, ut visitatione ecclesiae Crotoniensis suscepta, episcopum eligendum curet. (L. II. ep. 38). B. II. 600, G. VII. 135, (Baluzii Misc. II. 11, Mansi IX. 1108). — „Obitum illius“.
- (828) Clerum, ordinem et plebem Crotoniensem hortatur, ut in creando episcopo praecepta visitatoris, Ioannis episcopi, sequantur. (L. II. ep. 39, 27). B. II. 601, G. VII. 136, Mansi IX. 1098. — „Vestri antistitis“.
- (829) Ioanni, episcopo Ravennati, de controversia inter Viulandum et Gravinianum diaconum distrahenda scribit. (L. II. ep. 40, 28). B. II. 602, G. VII. 137, Mansi IX. 1099. — „Iurgantium controversias“.
- (830) Felicem, episcopum Acropolitano, Velinae, Buxentinae, Blandanae ecclesiarum vacuarum visitatorem constituit. (L. II. ep. 43, 29). B. II. 605, G. VII. 140, Mansi IX. 1099. — „Quoniam Velina“.
- (831) Lucilli, episcopi Melitensis, clericos, possessiones ecclesiae Africanae tenentes, ad pensionem solvendam compelli iubet. (L. II. ep. 44, 30). B. II. 605, G. VII. 141, Mansi IX. 1100. — „Officii nostri decet“.
- (832) Benenatum coniunctis Cumanae et Misenati ecclesiis episcopum praeficit. (L. II. ep. 45, 31). B. II. 606, G. VII. 142, Mansi IX. 1100. — „Et temporis qualitas“.
- (833) Ioanni, episcopo Ravennati, scribendi intercapedinem excusat, „quia eo tempore, quo Ariulphus ad Romanam urbem veniens alios occiderit, alios detruccaverit, tanta moestitia affectus sit, ut in cholicam molestiam caderet“. Mandat, ut Romano patricio, „qui“ inquit „pugnare contra inimicos nostros dissimulat et nos facere pacem vetat“, Ariulphi pacem suadeat, a quo Authari et Nordulphi exercitum accessitum esse nunciat. Romam queritur militibus nudatam esse, „Theodosiacos vero, qui remanserint, rogam non accipientes, vix ad murorum quidem custodiam se accommodare“. Neapoli urbi magnum periculum ab Arigi, Ariulphi socio, imminere scribit. Piissimos principes sibi praecepisse, „quatenus se interim ab Histriae episcoporum compulsionem suspenderet“. Eleemosynam denegat incensae Severi schismatici urbi, contra se „praemia in palatium mittentis“. De Natali episcopo in viam reverso gaudet ac de rationibus a Malcho episcopo ponendis addit. Consecratos consecrari vetat. (L. II. ep. 46, 32). B. II. 607, G. VII. 143, Mansi IX. 1101. — „Quod multis scriptis“.
- (834) Dominici, episcopi Carthaginiensis, seram quidem de pontificatu suscepto gratulationem iucundam tamen sibi fuisse scribit. De ecclesiasticis privilegiis servandis addit; „nec cuilibet“ inquit „ultra quam meretur impertior, nec ulli hoc, quod sui iuris est, ambitu stimulante, derogo“. (L. II. ep. 47, 39). B. II. 609, G. VII. 146, Mansi IX. 1109. — „Perlatas ad nos“.
- (835) Columbo, episcopo (Numidia), scribit, audivisse se, „ecclesiae Pudentianae diaconos, in Numidia provincia constitutae, Maximianum, eiusdem ecclesiae antistitem, in loco, quo degit, corruptum praemio Donatistarum, episcopum nova licentia fieri permisisse“. Quod si ita sit, Maximianum coacto concilio removeri iubet. De coartanda Donatistarum haeresi, in dies ingravescente, addit. (L. II. 48, 33). B. II. 611, G. VII. 147, Mansi IX. 1102. — „Notum est, carissime“.
- (836) Ianuario, archiepiscopo Caralitano, multas querelas de eo delatas nunciat. Quare Ioannem, notarium suum, mittit. Reprehendit eum, quod Isidorum, virum clarissimum, excommunicaverit „pro nulla alia causa, nisi pro eo, quod eum iniuriasset“. (L. II. ep. 49, 34). B. II. 613, G. VII. 149, Mansi IX. 1103. — „Si sacerdotale, quod“.

		592. (Ind. 10.—1.sept.—11.)
Aug.	—	(837) Ioanni, episcopo Velitrano, Trium-Tabernarum ecclesiae cum Velitana iunctae gubernationem mandat. (L. II. ep. 50, 35). B. II. 614, G. VII. 150, Mansi IX. 1104. — „Postquam hostilis“.
„	—	(838) Universos episcopos (Histriae?) hortatur, ut, evulso de tribus capitulis scrupulo, ad catholicam ecclesiam revertantur. Pelagii papae librum mittit. (L. II. ep. 51, 36). B. II. 614, G. VII. 151, Mansi IX. 1105. — „Scripta vestra“.
„	—	(839) Natali, episcopo Salonitano, convivium excusanti, non assentitur quidem, reconciliatum tamen se ostendit. Litem eius cum Honorato archidiacono, quum eius legati advenerint, se iuste compositurum spondet. (L. II. ep. 52, 37). B. II. 616, G. VII. 153, Mansi IX. 1106. — „Quasi oblita“.
Sept.	—	(840) Petro, subdiacono Campaniae, mandat, ut Epiphanium subdiaconum et Scholasticum, Campaniae iudicem, adiuvet in vindicanda seditione, in castello Luculano (prope Neapolim) contra Paulum episcopum (Nepesinum) mota. (L. III., II. n. ep. 1). B. II. 623, G. VII. 161, Mansi IX. 1112. — „Quale in castello“.
„	—	(841) Paulum, episcopum (Nepesinum) iniurias perperum consolatur. (L. III., II. n. ep. 2). B. II. 624, G. VII. 162, Mansi IX. 1113. — „Licet non mediocriter“.
„	—	(842) Ioanni abbati scribit de Bonifacii praepositi ordinatione; de S. Ioannis tunica cum possessore ad se mittenda; de Floriani cuiusdam causa, ceter. (L. III., II. n. ep. 3). B. II. 625, G. VII. 163, Mansi IX. 1114. — „Petitio dilectio“.
„	—	(843) Bonifacium, beneficium episcopum Rhegiensem, laudat, sed, ne hominum laudem venetur, monet. (L. III., II. n. ep. 4). B. II. 626, G. VII. 164, Mansi IX. 1115. — „Quibusdam venientibus“.
Oct.	—	(844) Petro subdiacono de vidua quadem tuenda mandat. (L. III., II. n. ep. 5). B. II. 626, G. VII. 164, Mansi IX. 1115. — „Sicut in iudiciis“.
„	—	(845) Ioannem, primae Iustitiae episcopum, in dies triginta excommunicat, quod Hadrianum, episcopum Thebanum, et provocantem, et obiectis criminibus non convictum, sacerdotio orbaverit. Cui dignitatem restituit. (L. III., II. n. ep. 6). B. II. 627, G. VII. 165, Mansi IX. 1115. — „Post longas tribulationes“.
„	—	(846) Ioannem, episcopum Larissensem, reprehendit, quod „nullo iure pecuniarii in causis“ Hadrianum, episcopum Thebanum, condemnaverit, iurisdictioni eius a decessore suo exemptum. Sub excommunicationis poena haec praecipit: „si qua causa — adversus Hadrianum — potuerit evenire, vel per eos, qui nostri sunt, vel fuerint in urbe regia responsales, si mediocris est quaestio, cognoscatur; vel huc ad apostolicam sedem, si ardua est, deducatur“. Hadrianum in integrum a sese restitutum nunciat. (L. III., II. n. ep. 7). B. II. 628, G. VII. 167, Mansi IX. 1117. — „Frater noster Hadrianus“.
„	—	(847) Natali, archiepiscopo Salonitano, praecipit, ut causa Florentii, episcopi Epidauritani, dignitate non legitime multati, concilio convocato, Antonino subdiacono suo moderante, retractetur. (L. III., II. n. ep. 8). B. II. 631, G. VII. 169, Mansi IX. 1119. — „Dum cuncta negotia“.
„	—	(848) Antonino subdiacono significat de concilio superioribus litteris praescripto. (L. III., II. n. ep. 9). B. II. 632, G. VII. 170, Mansi IX. 1119. — „Pervenit ad nos, Florentium“.
„	—	(849) Savinum subdiaconum docet, statuta synodi Chalcedoniae Iustiniani imperatoris temporibus non esse laesa. Ad catholicam ecclesiam eum revocat. (L. III., II. n. ep. 10). B. II. 632, G. VII. 171, Mansi IX. 1120. — „Exeuntes maligni“.
„	—	(850) Ordinem et plebem Albanensem de Hominisboni episcopi consecratione certiorum facit. (L. III., II. n. ep. 11). B. II. 633, G. VII. 172, Mansi IX. 1120. — „Probabilibus desideriis“.
Nov.	—	(851) Maximiano, episcopo Syracusano, mandat, ut Gregorii, episcopi Agrigentini, accusatores instrumentaque litis mittat. (L. III., II. n. ep. 12). B. II. 633, G. VII. 172, Mansi IX. 1120. — „Pridem quidem“.
„	—	(852) Agnellum, pervastatae ab hostibus ecclesiae Fundensis episcopum, Terracinensi ecclesiae cardinalem sacerdotem praeficit, Petro episcopo defuncto. (L. III., II. n. ep. 13). B. II. 633, G. VII. 173, Mansi IX. 1121. — „Relatio cleri“.
„	—	(853) Clerum, ordinem et plebem Terracinensem Agnello episcopo obedire iubet. (L. III., II. n. ep. 14). B. II. 634, G. VII. 174, Mansi IX. 1122. — „Dilectionis vestrae desideria“.
Dec.	—	(854) Scholastico, iudici Campaniae, scribit, Florentium, subdiaconum suum, a Neapolitanis episcopum nominatum, fuga consecrationem evitasse. „Priores vel populum

592. (Ind. 10.—1. Sept.—11.)

civitatibus ad novam electionem convocet, quae si perfici non potuerit, „tres viri recti ac sapientes, — generalitatis vice, quorum iudicio plebs tota consentiat“, mittantur, qui Romae episcopum eligant. (L. III., II. n. ep. 15). B. II. 635, G. VII. 174, Mansi IX. 1122. — „Dum de Neapolitanae“.

Dec. — — (855) Petro, episcopo Bariciano, Valerianum presbyterum, ad redimendos captivos (in Africam) missum, commendat, (L. III., II. n. 16). B. II. 636, G. VII. 175, (Mansi IX. 1123). — „Licet fraternitatem“.

592?

(856) Honorato subdiacono scribit, ut Venantium, Opilionis patricii nepotem, „chartas excōsulatus“ libris auri 30 missis petentem, serenissimis principibus commendat. (L. II. ep. 53; L. XII. ep. 27). B. II. 619, G. VII. 156, Mansi X. 400. — „Filius meus, dominus“.

593. (Ind. 11.—1. Sept.—12.)

Ian. — — (857) Gratio subdiacono mandat, ut „domum, positam in hac urbe, regione quarta, iuxta locum, qui appellatur Gallinas albas“ cum hortis hospitibusque Florae abbatis ad monasterium construendum tradat. (L. III., II. n. ep. 17). B. II. 636, G. VII. 176, Mansi IX. 1123. — „Religiosam vitam eligentibus“.

— — — (858) Theodoro, consiliario suo, Acosimum, puerum Siculum, donat. (L. III., II. n. ep. 18). B. II. 637, G. VII. 176, Mansi IX. 1123. — „Ecclesiasticis utilitatibus“.

— — — (859) Petro, subdiacono Campaniae, mandat, mittat reliquias S. Severini; cui sancto se Arianam adhuc ecclesiam, „positam iuxta domum Merulanam, regione tertia“, consecraturum esse, scribit. (L. III., II. n. ep. 19). B. II. 637, G. VII. 177, Mansi IX. 1124. — „Cor nostrum“.

— — — (860) Gratio, episcopo Nomentano, ecclesiam S. Anthemii, „in Curium Sabinorum territorio constitutam“, Nomentanae adiunctam, delegat gubernandam. (L. III., II. n. ep. 20). B. II. 638, G. VII. 178, Mansi IX. 1124. — „Postquam hostilis“.

Febr. — — (861) Paschali, Demetiano, Castorio, Urbici defensoris Tiburtinensis filii, grandem pecuniam, ab eorum patre ecclesiae debitam, remittit. (L. III. II. n. ep. 21). B. II. 638, G. VII. 179, Mansi IX. 1125. — „Officii nostri est“.

Mart. — — (862) Antonio subdiacono, rectori patrimonii in Dalmatia, mandat, si fama de morte Natalis, episcopi Salonitani, veritate nitatur, ut successorem a clero populoque eligendum curet, electumque consecrandi causa Romam mittat. Malchum episcopum rebus Salonitanis interesse vetat, eundemque evocat. (L. III., II. n. ep. 22). B. II. 639, G. VII. 179, Mansi IX. 1125. — „Natalem Salonitanae“.

— — — (863) Petro, subdiacono Campaniae, mandat, ut in locum Secundini, monasterii S. Martini abbatis criminibus astricti, Theodosium, quem congregatio expetierit, substituat. (L. III., II. n. ep. 23). B. II. 640, G. VII. 181, Mansi IX. 1126. — „Quamvis horrenda“.

— — — (864) Leontium, episcopum Urbinatem, ecclesiae Ariminensis visitatorem constituit, Castorio episcopo ob valetudinem Romae degente. (L. III., II. n. ep. 24). B. II. 641, G. VII. 181, Mansi IX. 1127. — „Castorium“.

— — — (865) Universos habitatores Arimini reprehendit, quod Castorio episcopo, iniuriis lacerato, morbum attulerint. Leontio visitatori parere eos iubet. (L. III., II. n. ep. 25). B. II. 641, G. VII. 182, Mansi IX. 1127. — „Si culpam vestram“.

— — — (866) Magnum, presbyterum ecclesiae Mediolanensis, a Laurentio quondam episcopo excommunicatum, absolvit. Mandat, hortetur clerus et populus, ut in eligendo episcopo discidium vitent. (L. III., II. n. ep. 26). B. II. 642, G. VII. 183, Mansi IX. 1127. — „Sicut exigente“.

Apr. — — (867) Mariniano, abbati Panormitano, et Benenato notario, rectori patrimonii Panormi, mandat, ut in Bonifacium, a Victore episcopo excommunicatum, inquirant; quem, si sotent invenerint, in monasterium includant. (L. III., II. n. ep. 27). B. II. 642, G. VII. 183, Mansi IX. 1128. — „Si ea de“.

— — — (868) Romano, patricio per Italiam, Armenium, egentem filium Antonii, illustrissimi viri, muneri praeficiendum commendat. (L. III., II. n. ep. 28). B. II. 643, G. VII. 184, (Mansi IX. 1129). — „Quidquid misericorditer“.

— — — (869) Presbyteris, diaconis et clericis Mediolanensibus, Constantium eligere cogitantibus, quas virtutes officium episcopale requirat, exponit. Ioannem, subdiaconum suum, consecrationis faciendae causa mittit. Queritur: „Ecce iam mundi huius“

		593. (<i>Ind. 11.—1. Sept.—12.</i>) omnia perdita conspicimus, quae in sacris paginis audiebamus peritura. Eversae urbes, castra eruta, ecclesiae destructae; nullus terram nostram cultor inhabitat. In nobis ipsis paucissimis, qui ad modicum derelicti sumus, cum supernae percussio- nis cladibus humanus gladius incessanter saevit“. (L. III, II. II. ep. 29). B. II. 644, VII. 185, Mansi IX. 1129. — „Epistolam dilectionis“.
Apr.	—	(870) Ioanni subdiacono mandat, Genuam se conferat, ubi „multi Mediolanensium, coacti barbarica feritate, consistant“, Constantiumque, si omnes in eum consense- rint, „a propriis episcopis“ consecrandum curet. (L. III., II. II. ep. 30). B. II. 645, G. VII. 187, Mansi IX. 1130. — „Quanto apostolica sedes“.
„	—	(871) Romano, patricio et exarcho Italiae, commendat Constantium, a Mediolanen- sibus electum episcopum. (L. III., II. II. ep. 31). B. II. 646, G. VII. 187, Mansi IX. 1131. — „Obitum Laurentii“.
„	—	(872) Honoratum, archidiaconum Salonitanum, de obiectis criminibus absolutum esse, post Natalis episcopi mortem testatur. Querimonias eius ad Antonium subdia- conum delegat. (L. III., II. II. ep. 32). B. II. 646, G. VII. 188, Mansi IX. 1131. — „Dudum quidem decessoris“.
„	—	(873) Dynamio, patricio Galliarum, significat, se per Hilarum de ecclesiae Romanae reditu Gallicanos solidos 400 accepisse. Crucem parvulam cum b. Petri et b. Lau- rentii reliquiis mittit. (L. III., II. II. ep. 33). B. II. 647, G. VII. 184, Mansi IX. 1132. — „Monstrat, quam“.
„	—	(874) Petro, subdiacono Campaniae, mandat, ut inter Festum, episcopum (Capua- num), et eius clericos civesque gratiam componat. (L. III., II. II. ep. 34). B. II. 648, G. VII. 190, Mansi IX. 1132. — „Queritur Festus“.
Mai.	—	(875) Petro, subdiacono Campaniae, mandat, compellat clerum Neapolitanum, ut duos vel tres Romam mittant, qui „omnium vice fungentes“ episcopum eligant. Paulo, episcopo (Nepesino), ad ecclesiam suam redire desideranti, solidos 100 et „pue- rulum orphanum“ dari iubeat. (L. III., II. II. ep. 35). B. II. 649, G. VII. 191, Mansi IX. 1133. — „Saepius a nobis“.
„	—	(876) Sabino, defensori Sardiniae, praecipit, ut una cum Iohanne notario Ianuarium, episcopum Caralitanum, pariter ac Epiphanium presbyterum, quibusdam crimini- bus accusatum, Romam perducatur. Pompeianam et Theodosiam, religiosas feminas, et Isidorum eloquentissimum, si venire velint, adiuvet. (L. III., II. II. ep. 36). B. II. 649, G. VII. 192, Mansi IX. 1133. — „Quaedam ad aures“.
„	—	(877) Oratorium iuxta thermas Agrippinas ex Ioannis presbyteri Romani testamento in monasterium mutatum Bonae abbatisae et eius virginibus concedit. (L. III. 37; — L. V. ep. 44, et VII. II. ep. 49). B. II. 650, G. VII. 193, (Mansi X 30, 139). — „Ecclesiastica damnum“.
„	—	(878) Libertino, praefecto Siciliae, scribit, ut in „Nasam quendam sceleratissimum Iudaeorum“, qui „sub nomine beati Eliae altare construxerit, multosque illic Christianorum ad adorandum sacrilega seductione deceperit, sed et Christiana, ut dicatur, mancipia comparaverit, — districtissime ac corporaliter vindicet“, man- cipiaque illa in libertatem restituat. (L. III. ep. 38; L. II. II. ep. 37). B. II. 651, G. VII. 194, Mansi IX. 1134. — „Ab ipso administrationis“.
„	—	(879) Universis episcopis Corinthiis diaconum sedis Romanae missum nunciat, qui, quamquam Hadriani episcopi accusatores in gratiam cum eo redierint, de obiecto crimine tamen quaereret. (L. III. ep. 39; L. II. II. ep. 38). B. II. 652, G. VII. 195, Mansi IX. 1134. — „Desiderii nostri est“.
Iun.	—	(880) Petro, subdiacono Campaniae, mandat, ut Numerium, diaconum Nucerinum, si sacerdotio dignus esse videatur, Romam consecrandum mittat; Catellamque servam, in monacharum coetum recipi summopere cupientem, a domino, Felice defensore, redimat. (L. III. ep. 40; L. II. II. ep. 39). B. II. 653, G. VII. 196, Mansi IX. 1135. — „Ante aliquot“.
„	—	(881) Pantaleoni notario mandat, Sipontum eat, Felicique persuadeat, ut, quam vi- tiaverit, Evangelii diaconi filiam in matrimonium ducat; recusantem „corporaliter castigatum in monasterium, privatum communione, tradat“. Felicem episcopum moneri iubet, qua pecuniae summa Evangelus diaconus ab hostibus se redemerit, ut eam „de ecclesia“ illi restituat. (L. III. ep. 41; L. II. II. ep. 40). B. II. 654, G. VII. 197, Mansi IX. 1136. — „Questus est nobis“.
„	—	(882) Felici, episcopo Sipontino, de Felice, nepote eius, et Evangelii diaconi filia,

593. (*Ind. 11. — 1. Sept. — 12.*)
 eadem, quae superiore epistola Pantaleoni notario, mandat. (L. III. ep. 43; L. II. II. ep. 42). B. II. 655, G. VII. 198, Mansi IX. 1137. — „Exspectabamus“.
- Iun. — — (883) Felicem, episcopum Sipontinum, per Pantaleonem notarium mittere iubet indicem singularum partium suppellectilis ecclesiae Sipontinae. (L. III. ep. 42; L. II. II. ep. 61). B. II. 654, G. VII. 198, Mansi IX. 1136. — „Propositi nostri sollicitudo“.
- „ — — (884) Bonifacio, episcopo Rhegiensi, praecipit, ut Stephaniae res a decessoris eius actoribus inique ablatas reddat. (L. III. ep. 44; L. II. II. ep. 43). B. II. 655, G. VII. 199, Mansi IX. 1137. — „Sicut ecclesia proprias“.
- „ — — (885) Andream, episcopum Tarentinum, si concubina usus sit, abdicare iubet, atque ob mulierem crudeliter verberatam sacris per menses duos abstinere. (L. III. ep. 45; L. II. II. ep. 44). B. II. 656, G. VII. 199, Mansi IX. 1137. — „Tribunal iudicis“.
- „ — — (886) Ioanni, episcopo Callipolitano, mandat, ut Andream, episcopum Tarentinum, ad perficienda ea, quae superioribus litteris praecepta sint, impellat, clericisque, ab eodem male tractatis, opem ferat. (L. III. ep. 46; L. II. II. ep. 45). B. II. 657, G. VII. 201, Mansi IX. 1138. — „Ex gestis, quae“.
- Iul. — — (887) Clerum Salonitanum ob Honoratum electum laudat. Cui ut adversariorum quoque conciliaret animos, Antonio subdiacono mandat esse nunciat, Malchumque episcopum ab iniuriis avocatum. (L. III. ep. 47; L. II. II. ep. 46). B. II. 657, G. VII. 201, Mansi IX. 1139. — „Dilectionis vestrae scripta“.
- „ — — (888) Columbum, episcopum Numidiae, hortatur, ut in promissa sedis Romanae veneratione obedientiaeque persistat, „primatemque synodi“ admoneat, ne aut pueris, aut mercede sacri ordines tribuantur. De concilii actis erudiri vult. Claves b. Petri cum catenarum parte mittit. (L. III. ep. 48; L. II. II. ep. 47). B. II. 658, G. VII. 202, Mansi IX. 1139. — „Et antequam“.
- „ — — (889) Adeodati episcopi, primatis provinciae Numidiae, erga se voluntatem laudat, eumque omnibus in rebus Columbi episcopi consilio uti iubet. De futuri concilii „unitate atque concordia“ litteras poscit. (L. III. ep. 49; L. II. II. ep. 48). B. II. 659, G. VII. 203, Mansi IX. 1140. — „Qualiter erga“.
- „ — — (890) Theodoro, episcopo Lilybaetano, sacerdotum mores diligenter observanti, laudem impertit. Paulum episcopum poenitentiae causa in monasterio manere iubet, quaeque de criminibus Bonifacio obiectis. (L. III. ep. 50; L. II. II. ep. 49). B. II. 660, G. VII. 205, Mansi IX. 1141. — „Fraternitatis tuae grata“.
- „ — — (891) Maximianum, episcopum Syracusanum, rogat, ut sibi, librum „de miraculis patrum in Italia factis“ composituro, per litteras subveniat; nominatimque de Nonnoso abbate sciscitatur. (L. III. ep. 51; L. II. II. ep. 50). B. II. 661, G. VII. 206, Mansi IX. 1142. — „Fratres mei, qui“.
- „ — — (892) Prisco, patricio Orientis, de „dominorum gratia“ recuperata gratulatus, Sabinianum diaconum et Castum, virum gloriosum, commendat. (L. III. ep. 52; L. II. II. ep. 51). B. II. 661, G. VII. 206, Mansi IX. 1142. — „Si vitae istius“.
- „ — — (893) Ioannem, episcopum Constantinopolitanum, tum de Ioannis presbyteri causa, tum de Athanasio, Isauriae monacho et presbytero, in ecclesia Constantinopolitana verberato scire se dissimulantem, reprehendit. Sabinianum diaconum, „pro responsis ecclesiasticis faciendis ad dominorum vestigia“ missum, commendat. (L. III. ep. 53; L. II. II. ep. 52). B. II. 662, G. VII. 207, Mansi IX. 1143. — „Quamvis causae“.
- „ — — (894) Theotimo medico Sabinianum diaconum humanissimis litteris commendat. (L. III. ep. 54; L. II. II. ep. 66). B. II. 664, G. VII. 209, Mansi IX. 1155. — „Fuerunt quidam“.
- „ — — (895) Maximiano, episcopo Syracusano, mandat, ut Agathonem, remotum episcopum Liparitanum, ab eadem ecclesia sustentari iubeat. (L. III. ep. 55; L. II. II. ep. 53). B. II. 665, G. VII. 210, Mansi IX. 1144. — „Postquam in“.
- „ — — (896) Ioannem, episcopum Ravennatem, nisi in sacris procurandis pallio uti vetat. Primis diaconis eius mappularum usum concedit. De quaestione in clericos quosdam habenda addit. (L. III. ep. 56; L. II. II. ep. 54). B. II. 665, G. VII. 210, Mansi IX. 1145. — „Non multum temporis“.
- „ — — (897) Cypriano diacono mandat, ut Cosmam aere alieno liberet. (L. III. ep. 58; L. II. II. ep. 56). B. II. 670, G. VII. 215, Mansi IX. 1148. — „Cosmas“.

Aug.	—	593. (<i>Ind. 11.—1. Sept.—12.</i>)
		(898) Secundino, episcopo Tauromenitano, iam iterum praecipit, „ut de monasterio S. Andreae, quod est super Mascalas, baptisterium propter monachorum insolentias auferatur, atque in eodem loco, quo fontes sunt, altare fundetur“. (L. III. ep. 59; L. II. II. ep. 57). B. II. 671, G. VII. 216, Mansi IX. 671. — „Pridem praecepimus“.
		(899) Italicae patriciae significat, mandatum esse Cypriano diacono, in Siciliam eunti, ut controversiam „de causis pauperum“ cum ea componeret. (L. III. ep. 60; L. II. II. ep. 58). B. II. 671, G. VII. 216, Mansi IX. 1149. — „Suscepimus plenas“.
		(900) Eutychio, episcopo Tyndaritano, significat, a Siciliae praetore se petuisse, ut in oppugnandis „quibusdam idolorum cultoribus, atque Angelliorum dogmatis“ studiosis, eum adiuveret. (L. III. ep. 62; L. II. II. ep. 60). B. II. 672, G. VII. 218, Mansi IX. 1151. — „Scripta fraternitatis“.
		(901) Fortunato episcopo, a Neapolitanis bene recepto, gratulatur. (L. III., II. II. ep. 61). B. II. 672, G. VII. 217, Mansi IX. 1151. — „Scripta tuae caritatis“.
		(902) Fortunato, episcopo Neapolitano, scribit de consecrando parthenone, sito „in civitate Neapolitana, in regione Herculensi, in vico Lampadi“. (L. III. ep. 63; L. II. II. ep. 59). B. II. 673, G. VII. 218, Mansi IX. 1150. — „Religiosis desideris sine“.
		(903) Mauricii imperatoris legem hanc: „ut quisquis publicis administrationibus fuerit implicatus, ei ad ecclesiasticum officium venire non liceat“, laudat; emendari vero cupit illas accessiones: „ut eidem in monasterium converti non liceat“, et „ut nulli, qui manu signatus est, converti liceat“. Tamen se, observato praeepto, „eandem legem per diversas terrarum partes transmisisse“ nunciat. Inter alia hoc quoque memorat, Mauricium „de notario comitem excubitorum, de comite excubitorum Caesarem, de Caesare imperatorum“ evasisse. (L. III. ep. 65; L. II. II. ep. 62). B. II. 675, G. VII. 220, Mansi IX. 1151. — „Omnipotenti deo reus“.
		(904) Theodoro medico de ista lege, ab imperatore anno superiore lata queritur: „ut nullus, qui actionem publicam egit, nullus qui optio, vel manu signatus, vel inter milites fuit habitus, ei in monasterio converti liceat, nisi forte si militia eius fuerit expleta“. Qua de lege quominus imperatorem moneret, valetudine se adhuc impeditum fuisse scribit. Superiorem epistolam a medico „oportuno tempore secreta“ reddi cupit. „Nolo eam“ inquit „a responsali meo publice dari, quia vos, qui ei familiaris servitis, loqui ei liberius et apertius potestis“. (L. III. ep. 66; L. II. II. ep. 65). B. II. 677, G. VII. 222, Mansi IX. 1155. — „Quanta bona“.
		(905) Domitiano, metropolitano (Armeniae, episcopo Melitenensi), „de divina significatione“ respondet. Laudat eum, quod Persarum imperatorem, quamquam frustra, ad Christianam fidem vocaverit. De Mauricio addit. (L. III. ep. 67; L. II. II. ep. 63). B. II. 678, G. VII. 224, Mansi IX. 1153. — „Scripta dulcissimae“.
Sept.	—	(906) Constantio, consecrato episcopo Mediolanensi, gratulatur, palliumque mittit. (L. IV., III. ep. 1). B. II. 681, G. VII. 226, Mansi IX. 1156. — „Scripta fraternitatis“.
		(907) Constantio, episcopo Mediolanensi, binas litteras mittit, alteras ad Theodelindam reginam perferendas, alteras episcopis tribus ostendendas, qui pariter ac regina per causam damnatorum trium capitulorum ab eius communione recesserint. „De Agone rege vel de Francorum regibus quae gesta sint“, certior fieri cupit. Addit haec: „Si autem videritis, quia cum patricio nihil facit Ago, Langobardorum rex, de nobis ei promittite: quia paratus sum in causa eius impendere, si ipse utiliter aliquid cum republica voluerit ordinare“. (L. IV., III. ep. 2). B. II. 682, G. VII. 227, Mansi IX. 1157. — „Dilectissimus filius meus“.
		(908) Constantium, episcopum Mediolanensem, „apud Romanam urbem in trium capitulorum damnationem cautionem fecisse“, negat. De statutis Chalcedoniis servandis addit. (L. IV., III. ep. 3). B. II. 683, G. VII. 228, Mansi IX. 1157. — „Pervenit ad nos, quod quidam“.
		(909) Theodelindam, Langobardorum reginam, ad repudiandam „catholicae unitatis communionem“ ab episcopis quibusdam perductam esse, dolet. Negat, contra synodum Chalcedoniam Iustiniani temporibus actum esse quidquam. Con-

593. (*Ind. 11.—1. Sept.—12.*)
stantium, episcopum Mediolanensem, commendat. (L. IV., III. ep. 4). B. II. 684, G. VII. 229, Mansi IX. 1158. — „Quorundam ad nos“.
- Sept. — — (910) Bonifacium, episcopum Rhegiensem, ne clericos officio deesse sinat, hortatur. (L. IV., III. ep. 5). B. II. 684, G. VII. 230, Mansi IX. 1159. — „Contumelia quidem“.
- „ — — (911) Cypriano diacono mandat, ut tam Petronillam monacham, quae ab Agnello vitata monasterium reliquerit, quam ipsum stupratorem severe puniat, neve res monasterio ab illa donatas adimi patiatur. (L. IV., III. ep. 6). B. II. 685, G. VII. 230, Mansi IX. 1159. — „Perlatum est“.
- „ — — (912) Gennadium, patricium et exarchum Africae, hortatur, ut Columbum episcopum adiuvet in corrigendis decretis, quae in concilio Numidiae contra canones facta sint. (L. IV., III. ep. 7). B. II. 686, G. VII. 231, Mansi IX. 1160. — „Satis credimus“.
- „ — — (913) Ianuario, episcopo Caralitano, mandat, ut ex Stephani testamento, quamvis contradicat Theodosia haeres, monasterium construendum curet. (L. IV. ep. 8; L. III. ep. 10). B. II. 687, G. VII. 232, Mansi IX. 1162. — „Nos quidem arbitramur“.
- „ — — (914) Ianuario, episcopo Caralitano, scribit de parthenonum disciplina; de concilio bis in anno celebrando; de Iudaeorum servis, qui ad ecclesias confugerint, in libertatem vindicandis; de baptizatis infantibus a presbyteris in pectore, ab episcopis in fronte ungendis; de monasterio ex Petri defuncti voluntate construendo. (L. IV., III. ep. 9). B. II. 687, G. VII. 233, Mansi IX. 1161. — „Satis quidem te“.
- „ — — (915) Maximiano, episcopo Syracusano, scribit, morem antiquum in novarum quoque ecclesiarum reditu distribuendo esse servandum; clericos, nisi posito clericatu, monasteriis abbates praeficiendos non esse; defuncto vel deiecto episcopo, inventarium rerum ecclesiasticarum faciendum, „nec, sicut antea fieri dicebatur“ inquit „species quaedam aut aliud quodlibet de rebus ecclesiae, quasi pro faciendi inventarii labore, tollatur“; visitatores ecclesiarum, eorumque clericos, praemiis donandos; virginem minorem annis sexaginta abbatissam non esse creandam. (L. IV., III. ep. 11). B. II. 690, G. VII. 236, Mansi IX. 1163. — „Olim quidem fraternitati“.
- Oct. — — (916) Maximiano, episcopo Syracusano, mandat, puniat „hominem quendam de possessione Messanensis ecclesiae de fontibus“, qui puellam, portitori huius epistolae in matrimonium datam, alteri venundederit. (L. IV., III. ep. 12). B. II. 692, G. VII. 239, Mansi IX. 1164. — „Tanta nobis subinde“.
- „ — — (917) Clementio episcopo, primati Bizaceno, scribit de restituendo Adeodato presbytero, quem Quintianus episcopus propter valetudinem loco moverit. (L. IV., III. ep. 13). B. II. 693, G. VII. 240, Mansi IX. 1165. — „Praesentium latoris“.
- „ — — (918) Maximianum, episcopum Syracusanum, rogat, ut diaconatum vel diaconatus commoda Felici diacono tribuat, qui, quum Istricis synodi Constantinopolitanae adversariis favisset, peccatum Romae correxerit. (L. IV., III. ep. 14). B. II. 694, G. VII. 241, Mansi IX. 1165. — „Praesentium lator, Felix“.
- „ — — (919) Universis episcopis Dalmatiae, secularium rerum nimis studiosis, interdicat, ne Salonitanae ecclesiae episcopum iniussu suo consecrent. „Si Honoratus diaconus indignus ostendatur, de vita moribusque eius, qui electus fuerit, sibi renunciari vult“. Permittit tamen, ut, quem omnes elegerint, consecrent; excepto Maximo, quem, nisi ambitum ponat, qua adhuc usus sit, dignitate privari iubet. (Hanc epistolam cur ad m. Septembrem cum Benedictinis revocemus, nihil est.) (L. IV. ep. 10; L. III. ep. 15). B. II. 689, G. VII. 235, Mansi IX. 1166. — „Oportuerat quidem“.
- „ — — (920) Cypriano diacono mandat, ut vasa sacra, a fugientibus sacerdotibus Italis in Siciliam ablata dispersaque, colligi iubeat. (L. IV., III. ep. 16). B. II. 695, G. VII. 242, Mansi IX. 1167. — „Pervenit ad nos, diversos“.
- Nov. — — (921) Felici, episcopo Sipontino, praecipit, ut quibus Tribunus clericus redemptus sit, solidos duodecim redemptori eius restituat. (L. IV., III. ep. 17). B. II. 696, G. VII. 243, Mansi IX. 1167. — „Qualiter succurrendum“.
- ? — — (922) Ianuario, episcopo Caralitano, Theodosiam, religiosam feminam, ex Stephani mariti defuncti, voluntate monasterium condere cupientem, commendat. (L. IV. ep. 15; L. III. ep. 8). B. II. 695, G. VII. 242, Mansi IX. 1160. — „Theodosia“.

593—594?

- (923) Theodoro, medico imperatoris, de pecunia ad redimendos captivos missa, gratias persolvit. Ad sacras litteras legendas hortatur. Narsetem commendat. „Unam anatem cum duobus parvulis anaticis“ mittit. (L. IV. ep. 31, 40). B. II. 711, G. VII. 261, Mansi IX. 1222. — „Ego omnipotenti“.
- (924) Narsae patricio scribit, Ioannem, patriarcham (Constantinopolitanum), adversari sibi videri in presbyterorum causa; quam omni virtute exactum iri pollicetur. Theodoro archiatro et expraefecto gratias actas, Narsetemque commendatum nunciat. Brevitatem epistolae excusat, „quia“ inquit „tantis tribulationibus premor, ut mihi neque legere, neque per epistolas multa loqui liceat“. Domnae Dominicae ideo se non respondisse ostendit, „quia cum sit Latina, Graece sibi scripserit“. (L. IV. ep. 32; L. II. n. 64). B. II. 713, G. VII. 263, Mansi IX. 1154. — „Multa mihi dulcissima“.
- 594. (Ind. 12.—1. Sept.—13.)**
- Ian. (925) Ecclesiam S. Pancratii Romanam, presbyteris ademptam, dat fratribus monasterii cum ecclesia cohaerentis. (L. IV., III. ep. 18). B. II. 696, G. VII. 244, Mansi IX. 1168. — „Ecclesiarum cura, quae“.
- „ (926) Leoni acolytho tuenda mandat sarta tecta ecclesiae S. Agathae in Subura, quondam „speluncae pravitatis haereticae“, nunc ad catholicam fidem reductae. (L. IV., III. ep. 19). B. II. 698, G. VII. 246, Mansi IX. 1168. — „Locorum venerabilium“.
- Apr. (927) Maximo, praesumptori Salonitano, et eius ordinatoribus, donec eum „vera, non surrepta vel simulata, piissimorum principum iussione“ ordinatum esse constiterit, sacris interdicit. (L. IV., III. ep. 20). B. II. 698, G. VII. 246, Mansi IX. 1169. — „Licet cetera cuiuspiam“.
- Mai. (928) Venantio, episcopo Lunensi, scribit, ne Iudaeis mancipia Christiana habere liceat; „hi vero, qui in possessionibus eorum sint, — ad colenda, quae consueverint, rura permaneant, — et cuncta, quae de colonis vel originariis iura praecipiant, peragant“. (L. IV., III. ep. 21). B. II. 698, G. VII. 247, Mansi IX. 1169. — „Multorum ad nos“.
- „ (929) Constantio, episcopo Mediolanensi, mandat, ut Venantium episcopum, epistolae huius latorem, in prolapsa cleri Laudensis disciplina restituenda adiuvet. (L. IV., III. ep. 22). B. II. 700, G. VII. 248, Mansi IX. 1170. — „Quorumdam de“.
- „ (930) Nobiles ac possessores Sardiniae insulae hortatur, ut rusticos ab idololatria revocent, Felicemque episcopum et Cyriacum, servum dei, hoc in opere adiuvent. (L. IV. ep. 25; L. III. ep. 23). B. II. 702, G. VII. 251, Mansi IX. 1171. — „Fratris et coepiscopi mei“.
- „ (931) Ianuarium, episcopum Caralitanum, monet, ut rationes a xenodochis exigit. Epiphanium presbyterum obiectis criminibus absolutam nunciat. Addit, Paulum clericum coercendum esse; gratis clericos et ordinandos et connubio iungendos, virginesque velandas; conventus et patrocinia laicorum a clericis cavenda. (L. IV. ep. 27; L. III. ep. 24). B. II. 706, G. VII. 254, Mansi IX. 1171. — „Oportebat quidem“.
- „ (932) Zabardae, duci Sardiniae, gratulatur, quod, ut Felix episcopus et Cyriacus, servus dei, sibi significaverint, eo pacto cum Barbaricinis pacem facturum sit, ut Christiani fiant. Addit haec: „dona vestra — citius serenissimis principibus innotesco“. (L. IV. ep. 24; L. III. ep. 25). B. II. 702, G. VII. 250, Mansi IX. 1173. — „Scriptis fratris et“.
- „ (933) Ianuario, episcopo Caralitane, mandat, ut clericorum disciplinam severius moderet, paganosque ecclesiae rusticos ad Christianam fidem traducat. Praecipit, „qui post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit, sacro ordine ita careat, ut ad altaris ministerium ulterius non accedat“. Concedit, ut „ubi episcopi desinat, presbyteri etiam in frontibus baptizandos chrismate tangant“. (L. IV., III. ep. 26). B. II. 703, G. VII. 252, Mansi IX. 1173. — „Fratris et coepiscopi nostri“.
- „ (934) Hospitoni, duci Barbaricinorum, Felicem episcopum et Cyriacum, servum dei, missos ad Barbaricinos idololatrias Christianae fidei conciliandos, commendat. (His litteris una cum illa sequentium epistolarum inscriptione: „mense Iunio“ veteri [quo eas revocavi] loco motis, chronologicum epistolarum ordinem maximopere perverterunt Benedictini). — (L. IV. ep. 23; L. III. ep. 27). B. II. 701, G. VII. 249, Mansi IX. 1174. — „Cum de gente“.

594. (*Ind. 12.—1. Sept.—13.*)
- Jan. — — (935) Candido defensori mandat, ut Albino, caeco Martini coloni defuncti filio, duos tremisses quotannis tribuat. (L. IV., III. ep. 28). B. II. 707, G. VII. 256, Mansi IX. 1175. — „Necessitatem patientibus“.
- „ — — (936) Ianuario, episcopo Caralitano, mandat, ut Phausianae quondam episcopali ecclesiae ad evellendas paganitatis reliquias episcopum praeficiat. (L. IV., III. ep. 29). B. II. 708, G. VII. 256, Mansi IX. 1175. — „Pervenit ad nos, in“.
- „ — — (937) Constantinae Augustae, quod in nova ecclesia Constantinopolitana collocetur, S. Pauli caput postulanti, respondet, „corpora SS. Petri et Pauli tantis coruscare miraculis atque terroribus, ut neque ad orandum sine magno illuc timore possit accedere“. Ceterum moris esse Romanorum, ut reliquias petentibus non ipsa corpora, sed „brandea“, corporibus apposita, mittantur. Catenarum S. Pauli partem promittit, „si tamen“ inquit „hanc tollere limando praevaluero“. (L. IV., III. ep. 30). B. II. 708, G. VII. 257, Mansi IX. 1175. — „Serenitas vestrae“.
- „ — — (938) Anthemio subdiacono mandat, ut tribus Iudaeis ad Christianam fidem conversis quotannis solidos tribuat. (L. IV. ep. 33; L. III. ep. 31). B. II. 714, G. VII. 264, Mansi IX. 1177. — „His, quos de“.
- „ — — (939) Pantaleonem, praefectum Africae, ad comprimendos Donatistas hortatur. Paulum episcopum omni festinatione mitti vult. (L. IV. ep. 34; L. III. ep. 32). B. II. 714, G. VII. 264, Mansi IX. 1178. — „Haereticorum nefandissimam“.
- „ — — (940) Victorem et Columbum, episcopos Afros, monet, ut ad deminuendam Donatarum haeresim in dies ingravescentem, concilium convocent. Eadem de re ipse deliberare vult cum Paulo episcopo, ad sese prope mittendo. (L. IV., III. ep. 35). B. II. 715, G. VII. 265, Mansi IX. 1180. — „Qualiter neglectus“.
- „ — — (941) Leonem, episcopum Catanensem, monet, ne subdiaconos cum uxoribus concubare patiat. Honoratam, Speciosi subdiaconi viduam, ob secundas nuptias in monasterium inique relegatam, marito restitui iubet. (L. IV. ep. 36; L. III. ep. 34). B. II. 716, G. VII. 266, Mansi IX. 1179. — „Multorum relatione comperimus“.
- „ — — (942) Maximiano, episcopo Syracusano, mandat, ut Euplo, filio Eusanii, episcopi Agrigentini, privata bona et paterna et materna reddi iubeat. (L. IV. ep. 37; L. III. ep. 36.) B. II. 717, G. VII. 267, Mansi IX. 1181. — „Euplus“.
- „ — — (943) Theodelindae, reginae Langobardorum, eadem iisdem fere verbis scribit, atque supra ep. 909, synodi Constantinopolitanae mentione omissa. (L. IV. ep. 38; L. III. ep. 33). B. II. 718, G. VII. 268, Mansi IX. 1178. — „Quorundam ad nos“.
- „ — — (944) Constantio, episcopo Mediolanensi, respondet, ne Brixianis, quod postulaverint, mittat scriptum iureiurandum de tribus capitulis non damnatis; neve quidquam scribat, nisi de synodi Chalcedoniae et fide servanda et adversariis damnandis. Ioannem, episcopum Ravennatem, inter missarum sollemnia negat ab eo nominandum esse, nisi eius nomen soleat ab illo invicem pronuciari. Laudat eum, quod suam ad Theodelindam reginam epistolam (supra ep. 909), ne quintae synodi mentione illius animus offenderetur, retinuerit. Addit de nova ad eandem epistola; de Ursicino, qui contra Ioannem episcopum scripserit, compescendo; de Fortunato, quibus adhuc fructus sit, commodis non privando. (L. IV. ep. 39; L. III. ep. 37). B. II. 719, G. VII. 269, Mansi IX. 1181. — „Scriptis sanctitatis“.
- „ — — (945) Marcello scholastico petenti respondet, Maximo (praesumtori Salonitano) veniam non posse dari. (L. IV. ep. 40; L. III. ep. 38). B. II. 720, G. VII. 271, Mansi IX. 1183. — „Gloriae vestrae“.
- Aug. — — (946) Clero, ordini et plebi Ortonensi, visitationem ecclesiae post episcopi mortem Barbaro episcopo demandatam esse, nunciat. (L. IV. ep. 41; L. III. ep. 39). B. II. 721, G. VII. 272, Mansi IX. 1183. — „Vestri antistitis“.
- „ — — (947) Valentino abbati sub poena praecipit, ne mulieres monasterium ingredi, neve „monachos eas commatres sibi facere“ patiat. (L. IV. ep. 42; L. III. ep. 40). B. II. 722, G. VII. 273, Mansi IX. 1184. — „Pervenit ad nos, quod“.
- „ — — (948) Bonifacium, virum magnificum Africae, Romam evocat, ut iam coram de fide rationem reddat. Participes dubitationis monet, si venire velint, ne coercionis metu angantur. (L. IV. ep. 43; L. III. ep. 41). B. II. 722, G. VII. 273, Mansi IX. 1184. — „Si ita, ut“.
- „ — — (949) Maximiano, episcopo Syracusano, mandat, ut Bacandae episcopo (Formiensi), nec presbyterum nec diaconos habenti, clericos in Sicilia ad sacros ordines promotos remittat. (L. IV. ep. 44; L. III. ep. 42). B. II. 723, G. VII. 274. Mansi IX. 1185. — „Indicavit nobis“.

		594. (<i>Ind. 12.—1 sept.—13.</i>)
Aug.	—	(950) Fantino defensori solidos 60 mittit ad Cosmae Syri creditores, quibus solidos 150 debeat, absolvendos. (L. IV. ep. 45; L. III. ep. 43). B. II. 723, G. VII. 275, Mansi IX. 1185. — „Lator praesentium Cosmas“.
„	—	(951) Rusticianam patriciam reprehendit, quod ad Sinam montem profecta, nimia festinatione Constantinopolim redierit. Apionem et Eusebiam salutat. (L. IV. ep. 46; L. III. ep. 44). B. II. 724, G. VII. 276, Mansi IX. 1185. — „Excellentiae vestrae scripta“.
Sept.	—	(952) Ioanni, episcopo Ravennati, praecipit, ne clericos monasteriis praeponat. (L. V., IV. ep. 1). B. II. 727, G. VII. 279, Mansi IX. 1186. — „Pervenit ad me, quod“.
„	—	(953) Felici episcopo et Cyriaco abbati monasterium a Theodosia, religiosa femina, conditum, quod a Ianuario, episcopo Caralitano, iniuriis affectum esse dicatur, commendat. (L. V., IV. ep. 2). B. II. 727, G. VII. 279, Mansi IX. 1186. — „Querelam Theodosiae“.
„	—	(954) Dominici, episcopi Carthaginiensis, in coercendis haereticis studium laudat; improbat vero severiorem illam synodi sententiam, ut, qui haereticorum investigationem neglexerint, „substantiarum dignitatumque privatione plecterentur.“ (L. V. ep. 5; L. IV. ep. 3). B. II. 731, G. VII. 283, Mansi IX. 1187. — „Veniens ad nos Prosper“.
„	—	(955) Victori, episcopo Panormitano, scribit, ut Gregorius, monasterii S. Theodori abbas et presbyter, diutinam poenitentiam perpessus, restituatur; sed praepositus ei detur, „ut quod istius incuria negligatur, illius sollicitudine servetur“. Martia sanctimonialis in monasterium, ex quo in alterum migraverit, revocetur. Victoria, alienatarum monasterii rerum accusata, Fantino defensori examinanda tradatur. Anastasius medicus monasterium virginum ingredi vetetur. (L. V. ep. 6; L. IV. ep. 4). B. II. 732, G. VII. 284, Mansi IX. 1187. — „Latorem presentium Gregorium“.
„	—	(956) Venantio, episcopo Lunensi, mandat, ut, in Gorgonam insulam vectus, Saturninum expresbyterum, si procurare sacra pergat, excommunicet. (L. V. ep. 7; L. IV. ep. 5). B. II. 733, G. VII. 285, Mansi IX. 1188. — „Accedens ad“.
Oct.	—	(957) Cypriano, diacono et rectori patrimonii Siciliae, mandat, Manichaeos persequatur, ad fidemque revocet; Iudaeos, in ecclesiae Romanae possessionibus degentes, promissa onerum levatione, ad christianam fidem invitet, „quia“ inquit „etsi ipsi minus fideliter veniunt, hi tamen, qui de eis nati fuerint, iam fidelius baptizantur“; rusticis mutuos solidos tribuat. (L. V. ep. 8; L. IV. ep. 6). B. II. 733, G. VII. 286, Mansi IX. 1189. — „De Manichaeis, qui“.
„	—	(958) Petro, notario in Regio, praecipit, ut Leonem archidiaconum ceterosque Miriensis ecclesiae clericos ad eligendum episcopum hortetur; quo creato, supellectilem eiusdem ecclesiae, a Severino episcopo Scyllacium translata, restituendam curet. (L. V., IV. ep. 9). B. II. 735, G. VII. 287, Mansi IX. 1189. — „Ministeria ecclesiae“.
„	—	(959) Felicem, episcopum Sardicensem, Ioanni, primae Iustinianae episcopo, parere iubet. (L. V., IV. ep. 10). B. II. 735, G. VII. 288, Mansi IX. 1189. — „Qualiter obedientia“.
„	—	(960) Ioanni, episcopo Ravennati, concedit, ut litanis sollemnibus pallio utatur, i. e. die natalitio S. Ioannis baptistae, b. Petri apostoli, et b. Apollinaris martyris, anniversarioque die ordinationis ipsius Ioannis episcopi. (Hanc epistolam in editionibus excipiunt verba: „mense Octobri“. Quae quum in mss. legi negent Benedictini, pro usque in cod. Tur. S. Gat. invenerint: „mense Novembri“, ad hunc mensem, quae sequuntur, epistolae referendae videntur). — (L. V., IV. ep. 11). B. II. 736, G. VII. 289, Mansi IX. 1190. — „Fraternitatem vestram valde“.
Nov.	—	(961) Petro, episcopo Triocalitano, quartam ecclesiae Agrigentinae redditus partem propter visitationem susceptam assignat. (L. V., IV. ep. 12). B. II. 737, G. VII. 290, Mansi IX. 1191. — „Quoniam Agrigentina“.
„	—	(962) Gaudentium, episcopum Nolanum, visitatorem ecclesiae Capuanae constituit, Fusco episcopo Romae mortuo. (L. V., IV. ep. 13). B. II. 737, G. VII. 290, Mansi IX. 1191. — „Quoniam Fuscus“.
„	—	(963) Clero ecclesiae Capuanae degenti Neapoli praecipit, ut Gaudentio, episcopo Nolano, ecclesiae Capuanae visitatori, obediant. (L. V., IV. ep. 14). B. II. 737, G. VII. 291, Mansi IX. 1191. — „Quoniam Fuscus“.

		594. (Ind. 12.—1. Sept.—13.)
Nov.	—	(964) Ioannis, episcopi Ravennatis, ambitionem ambiguitatemque reprehendit. (L. V., IV. ep. 15). B. II. 738, G. VII. 291, Mansi IX. 1192. — „Primum me“.
„	—	(965) Venantii, episcopi Lunensis, industriam laudat, valetudinem dolet. Diaconum et abbatem de Portu Veneris, qui peccaverit, ad sacrum ordinem revocari vetat, subdiaconosque lapsos loco moveri iubet. Neque Saturninum expresbyterum sacra unquam procurare vult; cui tamen monasteriorum in Gorgona et Capraria insulis sitorum curam demandat. Vestem mulieri cuidam baptizandae, codicemque regulae pastoralis Columbo presbytero mittit. (V. quae ad sequentem epistolam annotavi). — (L. V. ep. 3; L. IV. ep. 16). B. II. 728, G. VII. 280, Mansi IX. 1195. — „Relectae textus“.
„	—	(966) Constantio, episcopo Mediolanensi, respondet, Amandinum, presbyteratu abbatiaeque privatum, non esse restituendum; Vitalianum expresbyterum in Siciliam relegatum iri; Iobinum, quondam diaconum et abbatem de Portu Veneris, cum tribus subdiaconis lapsis, removeri iussum esse; de Saturnino expresbytero. Monet, ne ira utatur in Ioanne notario coercendo. Fortunati causam se iudicaturum scribit. (Et hanc et superiorem epistolam in pristinum restitui. Neque recedendum videtur a cod. Vat., ubi istam epistolam sequitur: „mense Decembri“, licet in duobus aliis codd. legatur: „mense Septembri“). — (L. V. ep. 4; L. IV. ep. 16). B. II. 729, G. VII. 281, Mansi IX. 1196. — „Si lapsis ad“.
Dec.	—	(967) Romanum, exarchum Italiae, hortatur, ne aut Speciosum presbyterum, qui a Ioanne episcopo (Ravennate) in monasterium relegatas, excesserit, aut sanctimoniales monasterio egressas tueatur. (L. V. ep. 24, L. IV. ep. 18). B. II. 754, G. VII. 307, Mansi IX. 1197. — „Apud excellentiam“.
?	—	(968) Sabiniano diacono significat, a Maximo praevaricatore (Salonitano), contra imperatoris praecepta ordinato, litteras suas, quibus illi sacris interdixisset, publice scissas esse. „Quod ego“ inquit „qualiter patiar, scis, qui ante paratior sum mori, quam b. Petri apostoli ecclesiam meis diebus degenerare“. Malchum episcopum in custodia occisum esse negat; mandatque haec: „de qua re unum est, quod breviter suggeras serenissimis dominis nostris, quia, si ego servus eorum in morte Langobardorum me miscere voluissem, hodie Langobardorum gens nec regem, nec duces, nec comites haberet, atque in summa confusione esset divisa. Sed quia deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me miscere fornido“. Quaedam ad Romanum patricium mandata adiicit. (L. IV. ep. 47; L. VII. ep. 1). B. II. 725, G. VII. 277, Mansi X. 83. — „De causa Maximi“.
		595. (Ind. 13.—1. Sept.—14.)
Ian.	1.	(969) Datiano, episcopo metropolitano (Melitensi) respondet, se adversis rebus afflictum ex litteris eius solatium percepisse. Sabinianum diaconum „curanda vulnera sua aperturum“, nunciat. (In cod. Colb.: „die Kalendarum Ianuarii“, in cod. Vat.: „X. Kal. Ian.“). — (L. V. ep. 16; L. XII. ep. 14). B. II. 740, G. VII. 293, Mansi X. 393. — „Scripta dulcissimae et“.
„	1.	(970) Ioannem, episcopum Constantinopolitanum, diligenter mansueteque monet, ne uti universalis episcopi nomine pergat, quo ipsi Romani pontifices, universales a synodo Chalcedonia appellati, abstineant. De Ioannis et Athanasii presbyterorum causa responsum differt; „quia“ inquit „sub tantis tribulationibus circumfusus barbarorum gladii premor, ut non dico multa tractare, sed mihi respirare vix liceat“. (L. V. ep. 18; L. IV. ep. 38). B. II. 741, G. VII. 295, Mansi IX. 1217. — „Eo tempore, quo“.
„	—	(971) Sabiniano diacono mandat, ut superiorem epistolam, „propter voluntatem imperatoris“ leniter scriptam, Ioanni, episcopo Constantinopolitano, reddat; quem refert „ad hoc usque pervenisse, ut sub occasione Ioannis presbyteri gesta transmitteret, in quibus se pene per omnem <i>οικουμενικόν</i> patriarcham nominaret“. Severiores litteras submissum iri. Calliditatem illius se perspectam habere. „Sed nos“ inquit „rectam viam tenebimus, nihil — metuentes; postquam enim defendi ab inimicorum gladii nullo modo possumus, postquam pro amore reipublicae argentum, aurum, mancipia, vestes perdidimus, nimis ignominiosum est, ut per eos etiam fidem perdamus; in isto enim scelesto vocabulo consentire nihil est aliud, quam fidem perdere“. (L. V. ep. 19; L. IV. ep. 39). B. II. 746, G. VII. 299, Mansi IX. 1222. — „De causa fratris nostri“.
„	—	(972) Mauricio imperatori respondet, Ioannem, episcopum Constantinopolitanum, ne

594. (*Ind. 13.—1. Sept.—14.*)
 diutius superbum sibi nomen imponeret, clementer monitum esse. Imperiali auctoritate coerceri illum vult, quem, si in ambitione perseveraverit, a sese humiliatum iri, ostendit. Inter alia sic queritur: „Ecce cuncta in Europae partibus barbarorum iuri sunt tradita, destructae urbes, eversa castra, depopolatae provinciae, nullus terram cultor inhabitat, saeviunt et dominantur quotidie in necem fidelium cultores idolorum; et tamen sacerdotes — vanitatis sibi nomina expetunt“. (L. V. ep. 20; L. IV. ep. 32). B. II. 747, G. VII. 300, Mansi IX. 1206. — „Piissimus atque“.
- Ian. — — (973) Constantiam Augustam, ut Ioannis, episcopi Constantinopolitani, obnitatur superbiae, monet. Imperatorem non tam ut illius ambitio comprimatur, quam ut ipse ad probandam eandem inducatur, studere dolet. De molestiis suis ita refert: „Viginti autem iam et septem annos ducimus, quod in hac urbe inter Langobardorum gladios vivimus; — sicut in Ravennae partibus dominorum pietas quod primum exercitum Italiae saccellarium habet, qui causis supervenientibus quotidianas expensas faciat, ita in hac urbe in causis talibus eorum saccellarius ego sum“. Maximo, episcopo Salnitano, ordinationem se inscio acceptam ad imperatoris voluntatem ignoscit; quin reliqua vero illius delicta animadvertantur, effici posse negat. (L. V. ep. 21; L. IV. ep. 34). B. II. 750, G. VII. 303, Mansi IX. 1210. — „Omnipotens deus, qui“.
- Febr. — — (974) Cypriano diacono scribit, litteras eius de Maximiani, episcopi Syracusani, obitu iam mense Novembri sibi redditas esse. Successorem ut eligendum curet, mandat. Traiano presbytero, a maxima parte desiderato, non favet. Ioannem, ecclesiae Catanensis archidiaconum, eligi cupit. (Hanc epistolam alium in locum argumento haud sane valido transtulerunt Benedictini; quam reducendam putavi). — (L. V. ep. 17; L. IV. ep. 19). B. II. 740, G. VII. 294, Mansi IX. 1198. — „Amarissimas tuae“.
- „ — — (975) Severo, episcopo Ficociensi, ecclesiae Ravennatis visitationem post Ioannis episcopi mortem delegat. (L. V. ep. 25; L. IV. ep. 20). B. II. 754, G. VII. 308, Mansi IX. 1198. — „Obitum Iohannis“.
- „ — — (976) Clero, ordini et plebi Ravennati praecipit, ut visitatori Severo, episcopo Ficociensi, obtemperent. (L. V. ep. 26; L. IV. ep. 21). B. II. 755, G. VII. 309, Mansi IX. 1199. — „Vestri antistitis“.
- „ — — (977) Cypriano diacono mandat, videat, ne Theodori, defuncti episcopi (Lilybaetani), testamento ecclesiae res minuatur. Clerum populumque ad eligendum successorem hortetur. (L. V. ep. 27; L. IV. ep. 22). B. II. 755, G. VII. 309, Mansi IX. 1199. — „Obitum Theodori“.
- „ 13. — — (978) Castorio notario mandat, ut clerum et populum Ravennatem de digno successore in Ioannis episcopi defuncti locum eligendo moneat. Electione facta, „quinque de prioribus presbyteris et quinque de praecedentibus (diaconis)“ ad se mitti vult. (L. V., IV. ep. 23). B. II. 753, G. VII. 307, Mansi IX. 1199. — „Nimis nos Iohannis“.
- „ — — (979) Castorio diacono mandat, ut de episcopi Pisarenis moribus quaestionem habeat; Adeodati, defuncti civis Pisarenis, voluntatem tueatur; Valerianum monachum in monasterio b. Ioannis in Classe manere iubeat. (L. V. ep. 28; L. IV. ep. 24). B. II. 755, G. VII. 310, Mansi IX. 1200. — „Quaedam ad nos de“.
- „ — — (980) Vicomalum ecclesiae defensorem nominat. (L. V. ep. 29; L. IV. ep. 25). B. II. 756, G. VII. 311, Mansi IX. 1201. — „Ecclesiasticae utilitatis“.
- Mart. 12. — — (981) Mauricio imperatori, qui triginta auri libras sacerdotibus egenisque miserit, persolvit gratias. Militum murmurationem, stipendio per Busam scribonem dato, sedatam esse nunciat. (L. V. ep. 30; L. VIII. ep. 2). B. II. 757, G. VII. 311, (Mansi X. 212). — „Dominorum pietas“.
- „ 12. — — (982) Conductores massarum per Galliam hortatur, ut Arigio patricio, viro glorioso, donec aliquis „a latere suo cum litteris commendatitiis ad excellentissimum regem“ advenerit, pareant. (L. V. ep. 31; L. XII. ep. 12). B. II. 758, G. VII. 312, (Mansi X. 392). — „Quamvis inter medias“.
- „ — — (983) Gaudentio, episcopo Nolano, mandat, ut clericis Capuanis, Neapoli degentibus, quartam Capuanae ecclesiae redditus partem impertiatur, Rusticoque archidiacono ablatos per Fuscum, quondam episcopum, solidos decem restituat. (L. V. ep. 33; L. IV. ep. 26). B. II. 760, G. VII. 315, Mansi IX. 1201. — „Qui ecclesiasticis famulantur“.

		595. (<i>Ind. 13.—1. Sept.—14.</i>)
Mart.	—	(984) Cypriano diacono mandat, ut Ciceronem monachum, poenitentiae damnatum, Benenato, episcopo Misenati, ecclesiae suae famulum repositum, reddat. (L. V. ep. 34; L. IV. ep. 27). B. II. 760, G. VII. 315, Mansi IX. 1201. — „Benenatus“.
Mai.	—	(985) Cypriano diacono praecipit, ut Theodosio, monasterii S. Martini abbati, monachos tres in Sicilia morantes, mancipiaque quaedam, ab ecclesiae Romanae hominibus inique detenta, restituat. (L. V. ep. 35; L. IV. ep. 28). B. II. 761, G. VII. 316, Mansi IX. 1202. — „Pervenit ad nos, insinuante“.
„	—	(986) Severo, scholastico exarchi, significat, „Agilulphum, Langobardorum regem, generalem pacem facere non recusare, si tamen ei dominus Patricius iudicium esse voluerit.“ Mandat igitur, exarcho persuadeat, „ne per eum pax renui videatur.“ „Si enim“ inquit „consentire noluerit, nobiscum quidem specialem pacem facere repromittit, sed scimus, quia et diversae insulae et loca sunt alia proculdubio peritura.“ (L. V. ep. 36; L. IV. ep. 29). B. II. 761, G. VII. 317, Mansi IX. 1202. — „Qui assistunt“.
„	—	(987) Heliae, presbytero et abbati Isauriae, qui Romam non adierit, ignoscit. Evangelia solidosque 72 mittit. Epiphanium diaconum factum, sed Romae retentum esse nunciat. (Subjecta illa verba: „mense Iunio“ ad eam, quae in codd. sequitur, epistolam referenda sunt). — (L. V. ep. 38; L. IV. ep. 30). B. II. 763, G. VII. 318, Mansi IX. 1203. — „Dulcissima sanctitatis“.
Iun.	6.	(988) Fortunato, episcopo Neapolitano, mandat, ut monasterium, ab Andrea, S. Martini monasterii quondam abbate, conditum, b. Petro et b. Michaeli consecret. (L. V. ep. 37; L. VII. n. ep. 15). B. II. 762, G. VII. 317, (Mansi X. 120). — „Theodosius, abbas“.
„	—	(990) Mauricio imperatori stomachose rescribit, quod ipsum, velut Ariulphi astutia deceptum, „fatum“ seu simplicem appellaverit, id falsum non esse, „ego enim“ inquit „si fatuus non fuisset, ad ista toleranda, quae inter Langobardorum gladios hoc in loco patior, minime venissem“. Sibi, quam Nordulpho et Leoni, minorem fidem haberi, dolet; „dumque meis suggestionibus in nullo creditur, vires hostium immaniter excrescunt“. Quantula malorum consolatio ab imperatore praebetur, indicat; miserasque suas sic enumerat: „Primum mihi pax subducta est, quam cum Langobardis, in Tuscia positis, sine ullo reipublicae dispendio feceram; deinde, corrupta pace, de Romana civitate milites ablati sunt —; ut Perusium teneretur, Roma relicta est; post hoc plaga gravior fuit adventus Agilulphi, ita ut cernerem Romanos, more canum, in collis funibus ligatos, qui ad Franciam ducebantur venales; et quia nos, qui intra civitatem fuimus, manus eius evasimus, quaesitum est, unde culpabiles esse videremur, videlicet cur frumenta defuerint, quae in hac urbe diu servari nullatenus possunt.“ Denique se „plus de venientis Iesu misericordia, quam de imperatoris iustitia praesumere“, profitetur. (L. V. ep. 40; L. IV. ep. 31). B. II. 765, G. VII. 321, Mansi IX. 1204. — „In serenissimis“.
„	—	(991) Constantiae Augustae queritur, Sardiniam, Corsicam, Siciliam insulas per magistratus imperiales violentissimis exactionibus compilari. Imperatorem ut ad levanda mala hortetur, rogat. (L. V. ep. 41; L. IV. ep. 33). B. II. 768, G. VII. 323, Mansi IX. 1209. — „Cum serenissimam dominam“.
„	—	(992) Sebastiano, episcopo Sirmiensi (Rhisiniensi), haec de amico eius, domno Romano, significat: „breviter tamen dico, quia eius in nos malitia gladios Langobardorum vicit, ita ut benigniores videantur hostes, qui nos interimunt, quam reipublicae iudices, qui nos malitia sua, rapinis atque fallaciis in cogitatione consumunt.“ Sebastianum, qui ecclesiam ab Anastasio, patriarcha Antiocheno, oblatam abnuerit, laudat, eique unam ex vacuis ecclesiis Siculis offert. (L. V. ep. 42; L. IV. ep. 35). B. II. 769, G. VII. 325, Mansi IX. 1212. — „Dulcissima atque suavissima“.
„	—	(993) Anastasio, episcopo Antiocheno, restitutionem gratulatus, „de Langobardorum gladiis, de iniquitatibus iudicum, de insolentia atque importunitate causarum, de cura subjectorum, de molestia etiam corporis“ queritur. (L. V. ep. 39; L. IV. ep. 37). B. II. 764, G. VII. 319, Mansi IX. 1216. — „Gloria in excelsis“.
„	—	(994) Eulogio Alexandrino et Anastasio Antiocheno episcopis tam Pelagii II., quam suas ad Ioannem, episcopum Constantinopolitanum, litteras mittit, eosque hortatur, ut „scripta cum universalis nominis falsitate nec dare umquam, nec sus-

			595. (<i>Ind.</i> 13.—1. <i>sept.</i> —14.) cipere praesumant“. (L. V. ep. 43; L. IV. ep. 36). B. II. 770, G. VII. 326, Mansi IX. 1213. — „Cum praedicator“.
Iua.	—	—	(995) Leontio, episcopo Urbinati, praescribit, ut cuius visitationem susceperit, ecclesiae Ariminensis patrimonium per eiusdem ecclesiae homines, non per alienos, gubernari sinat. Alia quaedam praecepta addit. (L. V. ep. 44; L. IV. ep. 42). B. II. 774, G. VII. 330, Mansi IX. 1224. — „Clero Ariminensis“.
„	—	—	(996) Luminoso, monasterii S. Thomae Ariminensis abbati, significat, se Castorio episcopo eiusque successoribus monasterii laedendi facultatem ademisse, (Cfr. sequentem epistolam). — (L. II. ep. 42; L. IV. ep. 41). B. II. 604, G. VII. 139, Mansi IX. 1224. — „Petitionem tuam“.
„	—	—	(997) Castorium, episcopum Ariminensem, eiusque successores monasterii S. Thomae privilegia servare iubet. (Istam et illam, quae praecedit, epistolam Benedictini ad annum 591 transtulerunt, levi illa ducti ratiuncula, quod „ex quo Leontius Ariminensis ecclesiae administrationem susceperit, v. supra epp. 864, 865, iam non Arimini sed Romae degeret Castorius“). — (L. II. ep. 41; L. IV. ep. 43). B. II. 602, G. VII. 137, Mansi IX. 1225. — „Luminosus“.
Iul.	5.	Coram sanctissimo b. Petri corpore	Synodus episcoporum 23, in qua constituitur: 1) „ut in hac sede sacri altaris ministri cantare non debeant“; 2) „ut quidam ex clericis, vel etiam ex monachis electi, ministerio cubiculi Pontificalis obsequantur“; 3) „ut si quis ecclesiasticorum umquam titulos ponere sive in rustico, sive in urbano praedio sua sponte praesumerit, anathema sit“; 4) „ut feretrum, quo Romani pontificis corpus ad sepeliendum ducitur, nullo tegmine veletur“; 5) ne „pro ordinatione, vel pallio, seu chartis, atque pastello, qui ordinandus vel ordinatus sit“, quidquam tribuat; 6) ne ecclesiae servi, nisi examinatis moribus, „ad dei servitium“ admittantur. B. II. 1288, G. IX. 6, Mansi IX. 1226, (X. 434), cf. Pertz M. G. Scr. V. 490 annot. 42.
„	—	—	(998) In eadem synodo Gregorius monasteriorum privilegia instituit; in his: „ut nullus episcoporum aut secularium ultra praesumat de redbitus, rebus, vel chartis monasteriorum, vel de cellis vel villis, quae ad ea pertinent, — minuere, vel dolos et immissiones aliquas facere“; — „defuncto — abbate, non extraneus eligatur, nisi de eadem congregatione, quem sibi propria voluntate concors fratrum societas elegerit“; — „ut, invito abbate, ad ordinanda alia monasteria aut ad ordines sacros, vel clericatus officium tolli exinde monachi non debeant“; — ne „descriptiones rerum vel chartarum monasterii ab episcopo ecclesiasticae fiant“. (Ex subscriptionibus perperam additis hanc tabulam reiici ad d. 5 m. Aprilis anni 601, iam vetuerunt Ballerini in Opp. Leonis M. III. p. CCXLIII. Quam multo ante datam esse ex eo apparet, quod, cui iam ante m. Febr. a. 601 Paschasius successit, Fortunati, episcopi Neapolitani, nomen legitur veras inter subscriptiones, quae ap. Mansi X. 488 melius, quam ap. Benedictinos p. 1295 not. c. editae sunt; et quod iura his litteris constituta iam m. Apr. a. 598 monasterio Classitano iisdem asseruntur verbis, v. infra ep. 1138. Denique quum eosdem totidemque episcopos et isti tabulae et superioribus synodi actis subscripsisse viderim, huc eam referre non dubitavi). B. II. 1294, G. IX. 13, Mansi X. 485, Mém. et doc. de la société de la Suisse Rom. III. 431. — „Quam sit necessarium“.
„	—	—	(999) Andreae scholastico Marinianum, quondam presbyterum, reiectis competitoribus Donato archidiacono et Ioanne presbytero, episcopum Ravennatem ordinatum commendat. (L. V. ep. 48; L. IV. ep. 45). B. II. 776, G. VII. 333, Mansi IX. 1229: — „Excellentissimi viri, domni“.
„	—	—	(1000) Leandro, episcopo Hispalensi, libros suos de regula pastorali et de b. Iob mittit. Baluzii Misc. II. 14. (L. V. ep. 49; L. IV. ep. 46). B. II. 777, G. VII. 334, Mansi IX. 1229. — „Quanto ardore“.
„	—	—	(1001) Nobilibus Syracusanis, successorem Maximiano defuncto episcopo dignum expetentibus, respondet, et Agatho a clero plebeque electo et aemulus eius ad se veniat necesse esse. (Epistolam a Benedictinis sine iusta causa demotam suo loco reposui). — (L. V. ep. 22; L. IV. ep. 47). B. II. 752, G. VII. 306, Mansi IX. 1230. — „Laudis vestrae“.
„	—	—	(1002) Ioanni, abbati de Regio, mandat de disciplina monasterii S. Andreae, „iuxta Vulcanum“ siti, corrigenda. (L. V. ep. 50; L. IV. ep. 48). B. II. 778, G. VII. 50, Mansi IX. 1230. — „Ea, quae ad correptionem“.
„	—	—	(1003) Petro et Providentio, episcopis Histriae, sui visendi desiderium, e Castorio

		595. (<i>Ind. 13.—1. Sept.—14.</i>) notario reduce cognitum, laudi tribuit. Venturis fidem dat, scrupulosque exemptum iri sperat. (L. V. ep. 51; L. IV. ep. 49). B. II. 778, G. VII. 335, Mansi IX. 1231. — „Deus, qui laetatur“.
Aug. 12.	—	(1004) Virgilio, episcopo Arelatensi, „vices suas in ecclesiis, quae sub regno sunt praecellentissimi filii sui Childeberti, — committit, singulis siquidem metropolitibus secundum priscam consuetudinem proprio honore servato“. Pallium mittit, conceditque, ne episcopis sine eius auctoritate „ad loca alia transire“ liceat, utque ipse de eorundem causis in synodo duodecim episcoporum iudicet; maiores vero causas sibi reservat. Addit de simonia „in Galliarum vel Germaniae partibus“ evellenda, ac de episcopis ex laicorum ordine non sumendis. (L. V. ep. 53; L. IV. ep. 50). B. II. 780, G. VII. 338, Mansi IX. 1231. — „O quam bona“.
„ 12.	—	(1005) Universis episcopis Galliarum, qui sub regno Childeberti sunt, se Virgilio, episcopo Arelatensi, vices suas commississe nunciat. Cuius privilegia ut observent, praecipit. (L. V. ep. 54; L. IV. ep. 52). B. II. 783, G. VII. 341, Mansi IX. 1234. — „Ad hoc dispensationis“.
„ 12.	—	(1006) Childeberto, regi Francorum, nunciat, se, cognita eius voluntate, Virgilio, episcopo Arelatensi, et vices suas delegasse et pallium misisse. Quem ut in exsequendis mandatis adiuvet, rogat. (L. V. ep. 55; L. IV. ep. 53). B. II. 785, G. VII. 342, Mansi IX. 1236. — „Laetos nos excellentiae“.
„ —	—	(1007) Mariniano, episcopo Ravennati, ut certis diebus pallio utatur, concedit. Ecclesiae eius privilegia confirmat. (L. V. ep. 56; L. IV. ep. 54). B. II. 787, G. VII. 344, Mansi IX. 1237. — „Apostolicae sedis benevolentia“.
„ 15.	—	(1008) Ioannem, episcopum Corinthiorum, hortatur, ut quae Anastasius, decessor eius, ante expulsionem peccaverit, emendet. Pallium mittit. De simonia comprimenda monet. (L. V. ep. 57; L. IV. ep. 55). B. II. 787, G. VII. 345, Mansi IX. 1238. — „Postquam deus noster“.
„ 15.	—	(1009) Universos episcopos, per Helladium provinciam constitutos, docet, Ioanni, episcopo Corinthiorum, pallium missum esse. Cui ut obediant, monet. De simonia vitanda addit. (L. V. ep. 58; L. IV. ep. 56). B. II. 789, G. VII. 347, Mansi IX. 1239. — „Gratias omnipotenti“.
„ —	—	(1010) Ioanni, archiepiscopo Corinthiorum, significat, quaestione iussu suo habita, quum Secundinus episcopus Anastasium iuste damnasset, nonnullosque vulpae consortes ipsius arbitrio reservasset, se Paulo diacono et Clementio lectori veniam dedisse, Euphemium et Thomam vero sacris ordinibus in perpetuum privasse. (L. V. ep. 52; L. IV. ep. 51). B. II. 779, G. VII. 336, Mansi IX. 1233. — „Aequitatem atque“.
Sept. —	—	(1011) Mariniano, episcopo Ravennati, mandat, ut, quae Ioannes, decessor eius, de ecclesiae rebus testamento contra leges caverit, irrita faciat. Privatis de rebus voluntatem illius servari vult. De monasterii S. Apollinaris possessionibus tuendis addit. (L. VI, V. ep. 1). B. II. 791, G. VII. 349, Mansi X. 1. — „Sicut iniusta poscentibus“.
„ —	—	(1012) Clero et plebi ecclesiae Ravennatis orthodoxiam Mariniani episcopi, quatuor conciliorum statuta sequentis, commendat; cui ut obediant, monet. (L. VI, V. ep. 2). B. II. 792, G. VII. 350, Mansi X. 3. — „Pervenit ad nos, quosdam“.
„ —	—	(1013) Maximum, praesumptorem ecclesiae Salonitanae, simoniace ordinatum, missarumque iam interdictione affectum, evocat. (L. VI, V. ep. 3). B. II. 793, G. VII. 351, Mansi X. 3. — „Quoties contra“.
„ —	—	(1014) Cypriano diacono mandat, ut Zenoni episcopo modiorum tritici duo millia tribuat egentibus dispertienda. (L. VI, V. ep. 4). B. II. 793, G. VII. 351, Mansi X. 4. — „Zenon“.
„ —	—	(1015) Brunichildae, reginae Francorum, Candidum presbyterum, patrimonioli gubernandi causa missum commendat. (L. VI, V. ep. 5). B. II. 792, G. VII. 352, Mansi X. 4. — „Excellentiae vestrae praedicandam“.
„ —	—	(1016) Childeberto, regi Francorum, Candidum presbyterum, Dynamio patricio in patrimoniolo gubernando succedentem, commendat, clavesque S. Petri mittit. (L. VI, V. ep. 6). B. II. 795, G. VII. 353, Mansi X. 5. — „Quanto ceteros homines“.
„ —	—	(1017) Candido presbytero, eunti ad patrimonium Galliae, mandat, ut, exactis pecuniis, emat et vestimenta pauperibus tribuenda et Anglos septenum denum vel duodevicenum annorum pueros, qui „in monasteriis dati, deo proficiant“. (L.

		595. (<i>Ind. 13.—1. Sept.—14.</i>) VI. ep. 7; L. V. ep. 10). B. II. 796, G. VII. 354, Mansi X. 8. — „Pergens, auxiliante“.
Sept.	—	(1018) Theodoro, Demetrio, Philippo, Zenoni et Alcissono, episcopis Epiri, Andream episcopum Nicopolitanum consecratum gratulatur; cui se et pallium misisse et privilegia asseruisse scribit. De simonia vitanda addit. (L. VI. ep. 8; L. V. ep. 7). B. II. 796, G. VII. 355, Mansi X. 5. — „Scriptorum vestrorum“.
„	—	(1019) Dono, episcopo Messanensi, pallii usum tribuit. Ecclesiae eius privilegia confirmat. (L. VI. ep. 9; L. V. ep. 8). B. II. 798, G. VII. 356, Mansi X. 7. — „Apostolicae sedis“.
„	—	(1020) Bonifacio, episcopo Rhegiensi, ecclesiam Carinensem Rhegiensi coniunctam, subiicit. (L. VI. ep. 10; L. V. ep. 9). B. II. 798, G. VII. 357, Mansi X. 7. — „Postquam ecclesiae“.
„	—	(1021) Fortunato, episcopo Neapolitano, concedit, ut Gratianum, ecclesiae Venafranae diaconum, Neapolitanae cardinalem nominet. Clericos, monachos, vel alias religiosas personas ne „conveniri a quoquam, vel ad alterius iudicium exhiberi“ patiatur, praecipit. (L. VI., V. ep. 11). B. II. 799, G. VII. 358, Mansi X. 8. — „Fraternitatem tuam a nobis“.
„	In urbe Roma	(1022) Montanam et Thomam, ecclesiae Romanae famulos, manumittit, civitateque Romana donat. Utrique, quod in Gaudiosi presbyteri testamento habeat legatum, asserit. (L. VI., V. ep. 12). B. II. 800, G. VII. 359, Mansi X. 9. — „Cum redemptor noster“.
„	—	(1023) Cypriano diacono, rectori Siciliae, mandat, ut Decium, episcopum Lilybaetanae a sese nuper consecratum, in corrigendis iis, quae Theodorus decessor peccaverit, adiuvet. (L. VI., V. ep. 13). B. II. 801, G. VII. 360, Mansi X. 10. — „Lilybaetanae“.
„	—	(1024) Narsi comiti respondet, Manichaeum esse codicem ad se missum, annotationes vero Pelagianas. Adelphium et Savam Ephesina in synodo damnatos esse negat; „sicut Chalcedonensem synodum in uno loco ab ecclesia Constantinopolitana falsata sit, sic aliquid in Ephesina synodo factum esse“ opinatur. Vetustos codices requiri vult, novis fidem tribui vetat. „Romani autem codices“ inquit „multo veriores sunt Graecis, quia nos vestra sicut non acumina, ita nec imposturas habemus“. Ioannem presbyterum haeresis expertem esse, addit. (L. VI., V. ep. 14). B. II. 802, G. VII. 361, Mansi X. 10. — „Caritas vestra sollicitudinem“.
„	—	(1025) Ioanni, episcopo Constantinopolitano, nunciat, Ioannem, ecclesiae Chalcedoniae presbyterum, quem iudices ab eo constituti inique damnassent, in concilio a se absolutum esse, praesertim quum ne nomen quidem obiectae haeresis notum habuisset. (L. VI., V. ep. 15). B. II. 803, G. VII. 362, Mansi X. 11. — „Sicut haeticorum“.
„	—	(1026) Mauricium imperatorem de Ioannis ecclesiae Chalcedoniae presbyteri absolute certiore facit; quem ut tueatur, rogat. (L. VI., V. ep. 16). B. II. 804, G. VII. 363, Mansi X. 11. — „Cum sincera in“.
„	—	(1027) Theotisto, cognato imperatoris, Ioannem presbyterum, haeresis suspitione absolutum, commendat. (L. VI., V. ep. 17). B. II. 805, G. VII. 363, Mansi X. 13. — „Scimus excellentiae“.
Oct.	—	(1028) Ioanni, episcopo Syracusano, pallii usum concedit, omniaque ecclesiae eius privilegia confirmat. (L. VI., V. ep. 18). B. II. 806, G. VII. 363, Mansi X. 13. — „Apostolicae sedis“.
„	—	(1029) Dominici, episcopi Africani (Carthaginensis), litteras gratas sibi fuisse scribit. De muneribus missis ita dicit: „plus mentis vestrae affectu, quam rerum copia delectamur“. (L. VI., V. ep. 19). B. II. 806, G. VII. 364, Mansi X. 14. — „Epistolarum vestrarum“.
„	—	(1030) Cypriano diacono mandat, persuadeat Leoni, episcopo Catanensi, ut presbyterum quemdam Ioanni, episcopo Syracusano, cedat. (L. VI., V. ep. 20). B. II. 807, G. VII. 365, Mansi X. 14. — „Sicut dilectio“.
„	—	(1031) Petro, episcopo Hydruntino, visitationem Brundisinae, Lupianae, Callipolitanae ecclesiarum, deferat, quibus episcopos praeficiendos curet. (L. VI., V. ep. 21). B. II. 807, Mansi X. 15. — „Pastoralis nos cura“.
?	—	(1032) Cypriano diacono mandat, ut quosdam clericos Syracusanos, „canthermae“ noxios, a Maximiano quondam episcopo in custodiam missos, severe puniat, Ar-

595. (*Ind. 13.—1. Sept.—14.*)

chelaque medici possessiones tueatur. (L. V. ep. 32; L. XIII. ep. 13). B. II. 759, G. VII. 313, Mansi X 392. — „Vir sanctissimus“.

596. (*Imp. Mauricio Tiberio a. 14, post cons. eiusd. a. 13, ind. 14.—1. Sept.—15.*)

- | | | |
|-----------|---|---|
| Ian. | — | (1033) Petro, episcopo Aleriensi in Corsica, mandat, ut basilicam cum baptisterio „in loco Nigenno, in possessione, quae Cellas Cupias appellatur iuris Romanae ecclesiae“, iussu suo conditam, b. Petro et Laurentio martyri consecret. (L. VI., V. ep. 22). B. II. 808, G. VII. 366, Mansi X. 15. — „Quoniam in insula“. |
| ” | — | (1034) Anthemio subdiacono mandat, ut Pimenium, episcopum Amalphitanum, nisi ad ecclesiam reversus foris vagari desistat, in monasterium releget. (L. VI., V. ep. 23). B. II. 808, G. VII. 367, Mansi X. 16. — „Pervenit ad nos, Pimenium“. |
| ” | — | (1035) Mariniano, episcopo Ravennati, exponit, ecclesiae eius auctoritatem nequiquam deminui, quod inter eam et Claudium abbatem Romae iudicetur. Spatam, Ravennae a Petro diacono relictam, per Secundinum, servum dei, et Castorium notarium mitti iubet. (L. VI., V. ep. 24). B. II. 809, G. VII. 368, Mansi X. 16. — „Scripta fraternitatis“. |
| ” | — | (1036) Maximum, arreptorem ecclesiae Salonitanae, sacra contra interdictum procurare ausum, saepiusque frustra vocatum, intra dies 30 Romam venire iubet. Quod scripserit, serenissimos dominos, ut causa per legatos Salonae cognoscere- tur, praecepisse, se nec talia accepisse praecepta, et scire, „piissimos dominos — se in causis sacerdotalibus non miscere“. Paulinum episcopum et Honoratum archidiaconum iniuriis affici vetat. (L. VI., V. ep. 25). B. II. 810, G. VII. 369, Mansi X. 17. — „Dum scriptis nostris“. |
| ” | — | (1037) Clero et nobilibus Salonitanis, scribit, ne Maximum sibi in odio esse putent. Quem ad adeundam Romam impelli vult. Praeter Paulinum episcopum et Honoratum archidiaconum, Maximi societate abstinere neminem, miratur. (L. VI., V. ep. 26). B. II. ep. 812, G. VII. 371, Mansi X. 18. — „Pervenit ad me, quod“. |
| Mart. 10. | — | (1038) Inliano scriboni, de Maximo (Salonitano), ubi ad se venerit, iuste iudicatum iri affirmat. (Haec epistola in quibusdem codicibus recte videtur ad ind. 14 revocata esse. V. Opp. B. II. 957. not. b.) — (L. IX. ep. 41; L. XII. ep. 11). B. II. 957, G. VIII. 77, Mansi X. 191. — „Si secularibus officiis“. |
| ” | — | (1039) Candido, episcopo Urbevetano, presbyteris carenti, cecedit, ut, potestate ab abbatibus facta, ad monachos deferat presbyteratum. (L. VI. ep. 28; L. V. ep. 27). B. II. 814, G. VII. 373, Mansi X. 19. — „Indicavit nobis“. |
| ” | — | (1040) Marinianum, episcopum Ravennatem, qui monasterium, a decessore conditum, iniuriis afficere conetur, reprehendit. Ne monasteria a clericis vexari sinat, praecipit. (L. VI. ep. 29; L. V. ep. 28). B. II. 815, G. VII. 374, Mansi X. 20. — „Miramur, cur sic“. |
| Apr. | — | (1041) Secundo, servo dei Ravennae, per Castorium eo iterum proficiscentem, mandat, ut cum Agilulpho rege pacificare maturet; „nam iam“ inquit „et partes istae et diversae insulae in gravi sunt periculo positae“. Marinianum, episcopum Ravennatem, quem „obdormisse suspicatur“, ad sustentandos pauperes admoneri- vult. (L. VI. ep. 30; L. V. ep. 29). B. II. 816, G. VII. 375, Mansi X. 21. — „Postquam revertens“. |
| ” | — | (1042) Mariniano, episcopo Ravennati, cum ceteris fratribus et coepiscopis, sacerdotibus, levitis, clero, nobilibus, populo, militibus civitate Ravenna consistentibus, vel ex ea foris degentibus, illum, qui „nocturno silentio in civitatis loco contestationem posuit, in Castorii, notarii ac responsalis sui, crimine loquentem, sibi- que etiam de facienda pace callide contradicentem“, excommunicatum et anathematizatum nunciat, nisi in solem progressus aut rationes afferat, aut errasse se profiteatur. (L. VI. ep. 31; L. V. ep. 30). B. II. 817, G. VII. 376, Mansi X. 22. — „Quidam maligni“. |
| ” | — | (1043) Fortunato, episcopo Neapolitano, scribit, mancipia tum Iudaica tum pagana, quae Christum sequi statuerint, in libertatem vindicanda esse; negotiatori vero, si servus mandatu alterius emptus tribus post mensibus ad ecclesiam confugiat, pretium a mandatore numerandum. (L. VI. ep. 32; L. V. ep. 31). B. II. 818, G. VII. 377, Mansi X. 22. — „Fraternitati vestrae ante“. |
| ” | — | (1044) Leoni, episcopo Catanensi, praecipit, ut servos paganos a Samaracis circum- cisos in libertatem vocet, nec pretium restituat. (L. VI. ep. 33; L. V. ep. 32). B. II. 818, G. VII. 378, Mansi X. 23. — „Res ad nos“. |

596. (*Imp. Mauricio Tiberio a. 14, post cons. eiusd. a. 13, ind. 14.—1. Sept.—15.*)
- Apr. — (1045) Castorio, notario suo Ravennae, mandat, exquirat, utrum quatuor vel quinque, an pluribus litanis episcopi Ravennates pallio uti consuerint, „ut“ inquit, „veritate cognita — Mariniani animos relevemus“. (L. VI. ep. 34; L. VII. II. ep. 77). B. II. 819, G. VII. 379, Mansi X. 163. — „Dum Florentinus“.
- Apr. — (1046) Castorio notario mandat, faciat, ut grandiores aetate homines iurati affirmant, quibus diebus episcopi Ravennates ante Ioannis, quondam episcopi, tempora pallio sint usi. (Hanc epistolam quare ad mensem Augustum retulerint Benedictini, intelligere non possum.) — (L. VI. ep. 61; L. V. ep. 33). B. II. 837, G. VII. 399, Mansi X. 23. — „Vir magnificus, domnus“.
- Apr. — (1047) Anthemio, subdiacono suo Neapolitano, dolorem suum e rebus Campanis ortum significat, pecuniamque ad redimendos captivos mittit. (L. VI. ep. 35; L. V. ep. 34). B. II. 820, G. VII. 380, Mansi X. 25. — „Quantus dolor“.
- Mai. — (1048) Secundinum, episcopum Tauromenitanum, hortatur, ne Sincerum, qui Hilari soceri hereditatem repudiaverit, ad solvenda defuncti debita cogi sinat. (L. VI. ep. 36; L. V. ep. 35). B. II. 820, G. VII. 380, Mansi X. 25. — „Et legum ratio“.
- Iun. — (1049) Columbo, episcopo Numidiae, Rogatianum, diaconum eius, rectori patrimonii Siciliae a se commendatum esse nunciat. Petri, episcopum se fuisse affirmantis, causam ei delegat. Praecipit, Catholicorum filios servosque ne a Donatistis baptizari patiantur. (L. VI. ep. 37; L. V. ep. 36). B. II. 821, G. VII. 381, Mansi X. 26. — „Scripta fraternitatis vestrae“.
- „ — (1050) Anthemio subdiacono Alexandriam, magnificam feminam, Vincomali viduam, commendat. (L. VI. ep. 38; L. V. ep. 37). B. II. 822, G. VII. 382, Mansi X. 27. — „Quanto viduae“.
- „ — (1051) Cypriano diacono Ioannem, ab „Historicorum schismate“ ad ecclesiam reversum, commendat. (L. VI. ep. 39; L. V. ep. 38). B. II. 823, G. VII. 383, Mansi X. 27. — „Ioannem religiosum“.
- „ — (1052) Leoni, episcopo Fanensi, eundem Ioannem commendat. (L. VI., V. 37). B. II. 826, G. VII. 387, Mansi X. 32. — „Sicut schismatici“.
- „ — (1053) Dono, episcopo Messanensi, Georgium, Messanae habitare cupientem, commendat. (L. VI. ep. 40; L. V. ep. 39). B. II. 823, Mansi X. 27. — „Georgius, praesentium“.
- „ — (1054) Rufino, episcopo Vibonensi, mandat, ut de clero Nicoterano presbyterum ordinet, qui episcopi poenitentis fungatur vice. (L. VI. ep. 41; L. V. ep. 40). B. II. 823, G. VII. 384, Mansi X. 28. — „Ex habitatoribus“.
- Iul. — (1055) Victorem, episcopum Panormitanum, hortatur, ut presbyterum ordinet, qui in monasterio S. Hermae sacra procuret. (L. VI. ep. 42; L. V. ep. 41). B. II. 824, G. VII. 384, Mansi X. 28. — „Urbicus abbas“.
- „ — (1056) Venantium patricium, exmonachum, hortatur, ne cum Ioanne, episcopo Syracusano, armis contendat, quem ad pacem vocatum nunciat. (L. VI. ep. 43; L. V. ep. 42). B. II. 824, G. VII. 385, Mansi X. 28. — „Multum ea, quam“.
- „ — (1057) Ioannem, episcopum Syracusanum, monet, ut Venantii „oblaciones — in dulcedine — suscipiat, et in domo illius missarum peragi mysteria permittat“. (L. VI. ep. 44; L. V. ep. 43). B. II. 825, G. VII. 386, Mansi X. 29. — „Quamvis causa fuerit“.
- „ — (1058) Leontio, episcopo Ariminensi, permittit, ut b. Stephani martyrio basilicam, post incendium relectam, dedicat. (L. VI., V. ep. 45). B. II. 825, G. VII. 386, Mansi X. 31. — „Basilicam beati“.
- „ — (1059) Felicem, episcopum Pisaurensem, hortatur, ut cathedram in monasterio a Ioanne constructo positam amoveat, neve contra Pelagii II. praeceptum „sacra publice missarum solemnias“ ibidem celebrare pergat. Calicem Ioanni ablatum restitui iubet. (L. VI., V. ep. 46). B. II. 826, G. VII. 387, Mansi X. 31. — „Miramur fraternitatem“.
- „ — (1060) Presbyteros, diaconos et clerum, nobiles ac populum Iaderensem hortatur, ut Maximi Salonitani excommunicati societate abstineant. (Haec epistola loco cedat, non videtur necesse esse). — (L. VI. ep. 27; L. V. ep. 48). B. II. 813, G. VII. 372, Mansi X. 32. — „Pervenit ad me, quosdam“.
- „ — (1061) Urbico, abbati monasterii S. Hermetis Panormitano, scribit, ut Agathonem, si uxor quoque monachicam vitam degere velit, in monasterium asciscat. (L. VI. ep. 48; L. V. ep. 49). B. II. 827, G. VII. 388, Mansi X. 33. — „Quisquis divina“.

596. (*Imp. Mauricio Tiberio a. 14, post cons. eiusd. a. 13, ind. 14.—1 sept.—15.*)
- Ial. — — (1062) Palladio, episcopo Santonensi, reliquias SS. Petri et Pauli, ac Laurentii Pancratiique martyrum mittit, quas in ecclesia, iisdem sanctis constructa, cum veneratione colloct. (L. VI. ep. 49; L. V. ep. 50). B. II. 828, G. VII. 389, Mansi X. 34. — „Veniens lator“.
- ” — — (1063) Brunichildae, reginae Francorum, expetitas SS. Petri et Pauli reliquias mittit. (L. VI. ep. 50; L. V. ep. 51). B. II. 828, G. VII. 389, Mansi X. 34. — „Epistolarum vestrarum“.
- ” 23. — (1064) Servos domini hortatur, ne aut molestiis itineris aut hominum sermone ab incepto deterreantur, utque Augustino praeposito „remeanti“, quem abbatem factum nunciat, per omnia obediant. Bedae Hist. eccl. L. I. c. 23. (L. VI. ep. 51; L. IV. ep. 57). B. II. 289, G. VII. 390, Mansi IX. 1240. — „Quia melius fuerat“.
- ” 23. — (1065) Pelagio de Turnis et Sereno Massiliensi episcopis „a paribus“ Augustinum, servum dei, sociosque, „illuc — pro utilitate animarum“ missos, et Candidum presbyterum, patrimonioli ecclesiae Romanae gubernatorem, commendat. (L. VI, V. ep. 52). B. II. 830, G. VII. 391, Mansi X. 35. — „Licet apud sacerdotes“.
- ” 23 — (1066) Aetherio, episcopo Lugdunensi, non Arelatensi, Augustinum et Candidum iisdem commendat verbis, quibus in ep. proxima superiore utitur. Bedae Hist. eccl. L. I. c. 24, Opp. ed. Giles T. II. 98. — „Licet apud sacerdotes“.
- ” — — (1067) Virgilio, episcopo Arelatensi metropolitae, Augustinum eiusque socios et Candidum presbyterum commendat. Patrimonioli ecclesiae Romanae pensiones a decessore eius collectas Candido tradi iubet. (L. VI, V. ep. 53). B. II. 830, G. VII. 392, Mansi X. 35. — „Quamvis fraternitatem“.
- ” — — (1068) Desiderio Viennensi et Syagrio Augustodunensi episcopis Augustinum et Candidum commendat. (L. VI, V. ep. 54). B. II. 831, G. VII. 392, Mansi X. 36. — „De fraternitatis vestrae“.
- ” — — (1069) Protasii, episcopi Aquensis, virtutes laudat. Mandat, ut Virgilium, episcopum Arelatensem, ad restituendas pensiones hortetur, a decessore illius de patrimoniolo ecclesiae Romanae perceptas. Candidum presbyterum commendat. (L. VI, V. ep. 55). B. II. 832, G. VII. 394, Mansi X. 36. — „Quantus in vobis“.
- ” — — (1070) Stephani, abbatis (Lirinensis), vigilantiam, ex Augustino servo dei comperitam, collaudat. Propter cochleares circulosque pauperibus missos gratias agit. (L. VI, V. ep. 56). B. II. 833, G. VII. 394, Mansi X. 37. — „Lactos nos relatio“.
- ” — — (1071) Arigio, patricio Galliae, Augustinum sociosque et Candidum commendat. (L. VI, V. ep. 57). B. II. 833, G. VII. 396, Mansi X. 38. — „Quanta in vobis“.
- ” — — (1072) Theoderico et Theodeberto fratribus, regibus Francorum, commendat Augustinum, cum sociis ad Anglorum gentem missum, quam fidei Christianae desiderio teneri, se comperisse dicit. De Candido addit. (L. VI, V. ep. 58). B. II. 834, G. VII. 396, Mansi X. 38. — „Postquam deus“.
- ” — — (1073) Brunichildam, reginam Francorum, rogat, Augustino sociisque, ad Anglos Christianae fidei conciliandos missis, praesidium concedat. Candidum commendat. (L. VI, V. ep. 59). B. II. 835, G. VII. 397, Mansi X. 39. — „Excellentiae vestrae christianitas“.
- ” — — (1074) Eulogii, episcopi Alexandrini, litteras sibi gratas fuisse scribit. Calamitates eius luget. Langobardorum iniurias strictim attingit. Ad epistolam, per Sabinianum diaconum, responsalem suam Constantinopolitanum, missam, non rescripsisse eum miratur. (L. VI, V. ep. 60). B. II. 836, G. VII. 398, Mansi X. 40. — „Mater et custos“.
- Aug. — — (1075) Gennadium, patricium Africae, reprehendit, quod Paulo episcopo, propter Donatistarum iniurias Romam eunti, impedimenta fieri passus sit. Cuius causam, se recuperata valetudine aggressurum esse, nunciat. De eiusdem excommunicatione cur patricius, non primas, sibi significaverit, miratur. (L. VI. ep. 63; L. V. ep. 61). B. II. 838, G. VII. 401, Mansi X. 41. — „Excellentiam vestram non“.
- ” — — (1076) Dominico, episcopo Carthaginiensi, de caritate exponit. De „xenius temporalibus —, licet talibus non egeat“, gratias agit. (L. VI. ep. 64; L. V. ep. 62). B. II. 839, G. VII. 402, Mansi X. 42. — „Vere mirabilis“.
- ” — — (1077) Mauricio imperatori episcopos Afros Romae secum queri nunciat, quod imperiales contra Donatistas leges in Africa negligantur, et „Donatistarum praemiis praevalentibus, fides catholica venumdetur“. At unum ex iisdem episcopis a

596. (*Imp. Mauricio Tiberio a. 14, post cons. eiusd. a. 13, ind. 14.—1. Sept.—15.*)
 Gennadio patricio per litteras accusari scribit. „Sed quia“ inquit „in causa ipsa secularis iudicis intererat, eosdem episcopos ad pietatis vestrae existimavi esse vestigia dirigendos“. (L. VI. ep. 65; L. V. ep. 63). B. II. 841, G. VII. 403, Mansi X. 43. — „Inter armorum“.
- Aug. — (1078) Athanasium, „presbyterum monasterii S. Mile, cui est vocabulum Tamnaco, quod in Lycaonia est provincia constitutum“, suspitione haeresis liberat; idque se Ioannis, defuncti episcopi Constantinopolitani, successori, quum eiusdem synodicam acceperit, nunciaturum pollicetur. (L. VI. ep. 66; L. V. ep. 64). B. II. 842, G. VII. 404, Mansi X. 44. — „Sicut de eis“.
- Oct. — (1079) Fortunato, episcopo Neapolitano, mandat, ut quam clericus velut servam dimiserit uxorem, quum libera reperta sit, recipi a marito iubeat. (De mense v. Greg. Opp. B. II. 845. not. a). — (L. VII., VI. ep. 1). B. II. 845, G. VII. 407, Mansi X. 45. — „Cuius rei causa“.
- „ — — (1080) Columbi, episcopi Numidiae, de Paulo episcopo litteras post eiusdem Constantinopolim profectionem allatas esse nunciat; eumque, ex epistolarum apostolicarum assiduitate inimicitias sibi nasci querentem, ad constantiam hortatur. (L. VII., VI. ep. 2). B. II. 845, G. VII. 408, Mansi X. 45. — „Epistolam fraternitatis“.
- „ — — (1081) Gennadio, patricio Africae, Ruferium comitem civesque in Africam evocatos, commendat. Rogat, ut exercitui in Corsicam mittendo idoneus dux praeponeatur; Anastasiusque tribunus, quem abiisse Corsi doleant, remittatur. (L. VII., VI. ep. 3). B. II. 846, G. VII. 409, Mansi X. 46. — „His, qui se apud“.
- „ — — (1082) Cyriaco, episcopo Constantinopolitano, susceptum pontificatum gratulatur. Monet, ut universalis episcopi appellatione in posterum absteineat. In confessione missa Eudoxium damnatis immerito annumeratum esse scribit. (L. VII., VI. ep. 4). B. II. 847, G. VII. 410, Mansi X. 47. — „Communes filios“.
- „ — — (1083) Cyriaco, episcopo Constantinopolitano, iterum gratulatur, Ioannemque Chalcedonensem et Athanasium Lycaonium presbyteros commendat. (L. VII., VI. ep. 5). B. II. 851, G. VII. 414, Mansi X. 50. — „Dudum dum“.
- „ — — (1084) Mauricium imperatorem, qui post Ioannis, episcopi Constantinopolitani, mortem successoris creationem diu tardaverit, laudat. De Cyriaco bene sperat. Georgium presbyterum et Theodorum diaconum dimissos nunciat. (L. VII., VI. ep. 6). B. II. 852, G. VII. 415, Mansi X. 51. — „Omnipotens deus, qui“.
- „ — — (1085) Petrum, Domitianum, Elpidium episcopos reprehendit, quod in ordinando Cyriaco, episcopo Constantinopolitano, nimis elati laetitia conclamaverint: „Haec dies, quam fecit dominus“. (L. VII., VI. ep. 7). B. II. 853, G. VII. 415, Mansi X. 52. — „Ordinationem viri“.
- „ — — (1086) Stephanum episcopum collaudat, quod Mariae patriciae, ut „in sancto dei ovili aggregaretur“, persuasus sit. Constantinum praefectum admoneri vult, „ut in causis, in quibus mixtus sit, semper dei iudicium ante oculos cordis habeat“. (L. VII., VI. ep. 8). B. II. 855, G. VII. 417, Mansi X. 53. — „Scripta vestrae sanctitatis“.
- „ — — (1087) Ioanni, episcopo Syracusano, de stipe pauperibus missa gratias agit. Rogat, ne ipsius scripta inter epulas legi coram hospitibus iubeat. (L. VII., VI. ep. 9). B. II. 856, G. VII. 418, Mansi X. 54. — „Benedictionem, quam“.
- „ — — (1088) Agnello, abbati Ariminensi, concedit, ut praepositum sibi adiungat. (L. VII., VI. ep. 10). B. II. 856, G. VII. 419, Mansi X. 54. — „Filio nostro Secundo“.
- „ — — (1089) Rufino, episcopo Ephesino, clericum litterarum rudem commendat. (L. VII., VI. ep. 11). B. II. 857, G. VII. 419, Mansi X. 55. — „Amicitiarum vestrarum“.
- „ — — (1090) Parthenonem S. Cassiani Massiliensem privilegiis donat. (L. VII., VI. ep. 12). B. II. 858, G. VII. 420, Mansi X. 55. — „Piae postulatio voluntatis“.
- Nov. — (1091) Fortunato, episcopo Fanensi, permittit, ad dissolvendum aes alienum captivorum redimendorum causa contractum ut vasa sacra, praesente Ioanne defensore, vendat. (L. VII., VI. ep. 13). B. II. 859, G. VII. 422, Mansi X. 56. — „Sicut reprehensibile“.
- „ — — (1092) Constantium, episcopum Mediolanensem, malevolorum obtreccationem aequo animo ferre iubet. Episcopi remoti successorem eligi vult. (L. VII., VI. ep. 14). B. II. 860, G. VII. 422, Mansi X. 57. — „Antiquus humani“.

		597. (<i>Ind. 15.—1. sept.—1.</i>)
Mart.	—	(1093) Georgium presbyterum et Theodorum, diaconum ecclesiae Constantinopolitanae, non diutius Romae mansisse dolet. Exponit, Christum, „ad inferos descendentem, solos illos a poenis debitis liberasse, qui eum et venturum esse crediderint et praecepta eius vivendo tenuerint.“ (Hanc epistolam antecedit: „mense Martio“, sequitur: „m. Aprili“). — (L. VII, VI. ep. 15). B. II. 861, G. VII. 424, Mansi X. 58. — „Memor bonitatis“.
Apr.	—	(1094) Agnellum, episcopum Terracinensem, post Bacaudae episcopi mortem ecclesiae Formiensis visitatorem constituit. Mandat, ut novum episcopum per clerum plebemque eligendum curet. (L. VII, VI. ep. 16). B. II. 862, G. VII. 425, Mansi X. 59. — „Obitum Bacaudae“.
„	—	(1095) Sabiniano, episcopo Iadertino, Maximi Salonitani societatem iam repudianti, praecipit, ut cum episcopis aliisque religiosis quam plurimis absolutionis percipiendae causa Romam veniat. Venturis fidem dat. (L. VII, VI. ep. 17). B. II. 863, G. VII. 426, Mansi X. 59. — „Si dispensationis“.
„	—	(1096) Martinum, diaconum et abbatem, criminibus obiectis absolvit. (L. VII, VI. ep. 18). B. II. 864, G. VII. 427, Mansi X. 60. — „Sicut veraciter“.
Mai.	—	(1097) Mariniano, archiepiscopo Ravennati, significat, Castorium, episcopum Ariminensem, ob diutinam valetudinem Romae se episcopatu abdicasse. Mandat, successorem electum citet, probataque electione, consecrationis causa ad se mittat. (L. VII. ep. 19; L. VII. II. ep. 50). B. II. 865, G. VII. 428, Mansi X. 140. — „Qualiter ordinati“.
„	—	(1098) Clerum et plebem Ariminensem hortatur, quum abdicaverit Castorius, ut episcopum eligant, qui cum Mariniani, episcopi Ravennatis, testimonio ad percipiendam consecrationem Romam veniat. (L. VII. ep. 20; L. VII. II. ep. 51). B. II. 865, G. VII. 429, Mansi X. 141. — „Pastoralis nos cura“.
„	—	(1099) Sebastiano episcopo, ecclesiae Ariminensis visitatori, mandat, ut clerum plebemque Ariminensem de idoneo episcopo eligendo hortetur. (L. VII. ep. 21; L. VII. II. ep. 52). B. II. 866, G. VII. 429, Mansi X. 141. — „Pastoralis nos cura“.
„	—	(1100) Cypriano diacono scribit, episcopis Siculis se concessisse, ut non tertio, sed quinto quoque anno Romam adirent; eosque una cum Liparitano et Rhegiensi episcopis ad natale S. Petri (d. 1 m. Augusti) vocat. Quo itinere ne suspicio praetori detur, caveri iubet. Libertinum, virum magnificum, commendat. (L. VII. ep. 22; L. VI. ep. 19). B. II. 866, G. VII. 430, Mansi X. 61. — „Novit dilectio tua“.
„	—	(1101) Fortunato, episcopo Neapolitano, et Anthemio defensori mandat, Stephanum impellant, ut quam sponsam habuerit, Catelli sorori, monacham professae, ablata restituat. (L. VII. ep. 23; L. VI. ep. 20). B. II. 867, G. VII. 431, Mansi X. 61. — „Catellus“.
„	—	(1102) Candido, presbytero suo per Gallias, mandat de quatuor Christianis Iudaeorum Narbonensium servis redimendis. (L. VII. ep. 24; L. VI. ep. 21). B. II. 868, G. VII. 431, Mansi X. 62. — „Dominicus praesentium“.
Iun.	—	(1103) Gregoriae, cubiculariae Augustae, de peccatorum venia scribit. Ostenta sibi fieri negat. (L. VII. ep. 25; L. VI. ep. 22). B. II. 868, G. VII. 432, Mansi X. 62. — „Desiderata dulcedinis“.
„	—	(1104) Theoctistam patriciam, quem ad modum et Augustae et „parvulorum dominorum“ animos excolat, docet. De triginta auri libris per Sabinianum diaconum missis, gratias agit; quarum dimidiam partem ad redimendos Crotonienses, qui anno superiore capta civitate, Langobardis praedae ceciderint, dimidiam ad „lectisternia“ monialibus Romanis emenda se contulisse scribit. Clavem S. Petri mittit, quam, quum praesente Autharith Langobardorum rege, miraculose edidisset, ab eodem rege decessori suo missam esse narrat. (L. VII. ep. 26; L. VI. ep. 23). B. II. 870, G. VII. 433, Mansi X. 63. — „Quod in tanto“.
„	—	(1105) Anastasio, episcopo Antiocheno, scribit, ne universalis episcopi appellationem a Cyriaco Constantinopolitano assumptam parvi faciat. (L. VII. ep. 27; L. VI. ep. 24). B. II. 873, G. VII. 436, Mansi X. 66. — „Desideratam suavissimae“.
„	—	(1106) Theodoro, medico Constantinopolitano, qui captivis pauperibusque stipem per Sabinianum diaconum miserit, gratias persolvit. Clavi S. Petri eum remuneratur. (L. VII. ep. 28; L. VI. ep. 25). B. II. 874, G. VII. 437, Mansi X. 67. — „Dilectissimus filius meus“.

597. (*Ind. 15.—1. sept.—1.*)
- Jun. — — (1107) Andream, munus sibi ab imperatore peti cupientem, ad quietam piamque vitam vocat. (L. VII. ep. 29; L. VI. ep. 26). B. II. 875, G. VII. 438, Mansi X. 68. — „Magnitudinis vestrae“.
- ” — — (1108) Narsae religioso, ut monachos a Paulo congregatos et alios quosdam de animorum salute per litteras hortetur, petenti, non satisfacit, „quia hodie in Constantinopolitana civitate, qui de Latino in Graecum dictata bene transferant, non sint“. Anatolium diaconum, responsalem suum, commendat. (L. VII. ep. 30; L. VI. ep. 27). B. II. 876, G. VII. 440, Mansi X. 69. — „Cum Romanum defensorem“.
- ” — — (1109) Cyriaco, episcopo Constantinopolitano, respondet. Scandali occasionem a sese quaeri negat. Significat de Anatolio diacono, qui imperatori satisfaceret, misso. Deposita universalis episcopi appellatione, ecclesiam pace fruituram, scribit. (L. VII. ep. 31; L. VI. ep. 28). B. II. 878, G. VII. 442, Mansi X. 70. — „Scripta beatitudinis“.
- ” — — (1110) Anastasium presbyterum hortatur, ut, suscepto „ducatu“ monasterii, „quod Neas dicitur“, veteres inter monasterii patrem et episcopum Hierosolymitanum inimicitias, una cum Amo episcopo componat. (L. VII. ep. 32; L. VI. ep. 29). B. II. 879, G. VII. 443, Mansi X. 71. — „Quia bonus homo“.
- ” — — (1111) Mauricii imperatoris de nunciis Cyriaci, episcopi Constantinopolitani, benigne excipiendis adhortationem negat opus fuisse. Quos vel sacra secum procurasse scribit; „quia“ inquit „sicut meus diaconus ad exhibenda sacra mysteria illi (Cyriaco) non debet ministrare, qui elationis culpam aut commisit, aut commissam ab aliis ipse non corrigit; ita ministri illius in celebratione missarum mihi adesse debuerunt, qui custodiendo deo in superbiae errorem non cecidi“. Arrogantiam Cyriaci, universalem se appellantis, ait non frivolum modo, sed etiam perniciosam esse. (L. VII. ep. 33; L. VI. ep. 30). B. II. 880, G. VII. 444, Mansi X. 73. — „Dominorum pietas“.
- ” — — (1112) Eulogio Alexandrino et Anastasio Antiocheno episcopis significat, Cyriaci nuncios ad res divinas Romae admissos esse, diaconum suum vero, Constantinopoli versantem, illi sacra facienti adesse vetitum. Addit de Eudoxio, quem Cyriacus in damnatorum numero videatur falso retulisse; de Sozomeni historia a sede apostolica repudiata; de synodi Ephesiae actis. (L. VII. ep. 34; L. VI. ep. 31). B. II. 882, G. VII. 446, Mansi X. 74. — „Caritas, qua vobis“.
- ” — — (1113) Dominicum, episcopum Carthaginiensem, ut, qui monachi monasterium deseruerint, poenas iis irroget, hortatur. (L. VII. ep. 35; L. VI. ep. 32). B. II. 884, G. VII. 448, Mansi X. 76. — „Licet fraternitatem tuam“.
- Jul. — — (1114) Dynamii et Aureliae in Francia degentium religionem laudat et confirmat. Codicem expetitur pollicetur. (L. VII. ep. 36; L. VI. ep. 33). B. II. 885, G. VII. 449, Mansi X. 76. — „Scriptorum vestrorum“.
- ” — — (1115) Dominicam, Ioannis uxorem, ad ecclesiam reversam esse, gaudet; Romamque ut ad maritum veniat, hortatur. (L. VII. ep. 37; L. VI. ep. 34). B. II. 886, G. VII. 450, Mansi X. 77. — „Lactos nos vestrae“.
- ” — — (1116) Dono, episcopo Messanensi, praecipit, ut Faustinum, ecclesiae Meriensis militem, in dissolvendo aere alieno, ad filias redimendas conflato, ecclesiae illius opibus adiuvet. (L. VII. ep. 38; L. VI. ep. 35). B. II. 886, G. VII. 451, Mansi X. 78. — „Et sacrorum canonum“.
- ” — — (1117) Ioanni, episcopo Syracusano, mandat, ut inter Caesarium monasterii S. Petri Baiani abbatem, et Ioannem, abbatem monasterii S. Luciae Syracusani, finium controversiam, agrimensore usus, componat, „quadraginta tamen annorum utrique parti praescriptione servata“. (L. VII. ep. 39; L. VI. ep. 36). B. II. 887, G. VII. 452, Mansi X. 78. — „Ne religiosorum virorum“.
- ” — — (1118) Eulogium, episcopum Alexandrinum, haereticos oppugnantem laudat. Ligna pollicetur. „Sex minora Aquitanica pallia et duo oraria“ mittit. Addit, se „colatum ac virithium non libenter bibere“. „Cognidium“ poscit; „nam nos“ inquit „hic a negotiatoribus nomen cognidii, et non substantiam comparamus“. (L. VII. ep. 40; L. VI. ep. 37). B. II. 887, G. VII. 452, Mansi X. 79. — „Suavissima mihi“.
- ” — — (1119) Cypriano, rectori suo per Siciliam, mandat, disquirat, num Marcianus, dioecesis Taurianensis presbyter, in ecclesia Massalargiensis, dioecesis Catanensis, versans,

597. (*Ind. 15.—1. Sept.—1.*)
 qui Locrensis episcopus creetur, dignus sit iudicandus. (L. VII. ep. 41; L. VI. ep. 38). B. II. 889, G. VII. 454, Mansi X. 80. — „Habitatores Locrensis“.
- Aug. — — (1120) Mariniano, episcopo Ravennati, permittit, ut Corneliensibus (Imolensibus) pro lapsio episcopo successorem consecrari postulantibus, satisfaciatur. (L. VII. ep. 42; L. VI. ep. 39). B. II. 889, G. VII. 455, Mansi X. 80. — „Fraternitatis vestrae epistola“.
- ” — — (1121) Marinianum, episcopum Ravennatem, hortatur, videat, „ne ullam deinceps in monasteriis clerici, vel hi, qui in sacro sint ordine constituti, ob aliud habeant, nisi orandi tantummodo causa, accedendi licentiam, aut si forte ad peragenda sacra missarum fuerint invitati mysteria“. (L. VII. ep. 43; L. VI. ep. 40). B. II. 890, G. VII. 456, Mansi X. 81. — „Dudum ad nos“.
- ” — — (1122) Cypriano diacono mandat, ut Paulam contra iniurias et Theodori, quondam Iudaei, et ecclesiae Messanensis hominum, defendat. (L. VII. ep. 44; L. VI. ep. 41). B. II. 891, G. VII. 457. — „Questa nobis est“.
- Sept. — — (1123) Petrum, episcopum Corsicae (Aleriensem), ut idololatrias conciliare Christianae fidei pergat, hortatur. Solidos 50 ad vestimenta baptizandis emenda mittit. De possessione quadam presbytero ecclesiae montis Negeugni reddita addit. (L. VIII. ep. 1; VII. ep. 2). B. II. 893, G. VIII. 3, Mansi X. 84. — „Susceptis epistolis“.
- ” — — (1124) Anastasium, patriarcham Antiochenum, incommoda fortiter ferre iubet. Addit de novis haeticorum turbis. (L. VIII. ep. 2; L. VII. ep. 3). B. II. 894, G. VIII. 4, Mansi X. 84. — „Suscepi epistolas“.
- ” — — (1125) Donum, episcopum Messanensem, hortatur, ut Faustino, viro eloquentissimo, et quae pater eius Peltradius pro sepultura ecclesiae Messanensi reliquerit, et mancipia, per Sisinnium, defensorem eiusdem ecclesiae, inique adempta, restituat. (L. VIII. ep. 3; L. VII. ep. 4). B. II. 896, G. VIII. 6, Mansi X. 86. — „Filius noster Faustinus“.
- ” — — (1126) Venantio, episcopo Lunensi, monasterii b. Petro et SS. Ioanni et Paulo, atque Hermae et Sebastiano, consecrandi licentiam concedit. (L. VIII. ep. 4; L. VII. ep. 6). B. II. 897, G. VIII. 7, Mansi X. 89. — „Fraternitatis vestrae insinuatione“.
- Nov. — — (1127) Amos, episcopo Hierosolymitano, mandat, ut Petrum acolythum, qui excommunicatione affectus eo confugerit, comprehendi iubeat, Romamque comprehensum mittat. (De mense v. quae infra adnotavi ad epist. 1131). — (L. VIII. ep. 6; L. VII. ep. 7). B. II. 899, G. VIII. 9, Mansi X. 90. — „Cum fraternitatem vestram“.
- ” — — (1128) Leoni, episcopo Catanensi, scribit de quarta redditus ecclesiastici parte inter clericos pro merito dividenda. (L. VIII. ep. 7; L. VII. ep. 8). B. II. 899, G. VIII. 10, Mansi X. 90. — „Ad hoc locorum“.
- ” — — (1129) Vitalianum, episcopum Sipontinum, vehementer incusat, quod Tulliani, quondam magistri militiae, filiam monasterium deserere sivisset, eamque retrahi iubet. (L. VIII. ep. 8; L. VII. ep. 9). B. II. 900, G. VIII. 11, Mansi X. 91. — „Si custos religiosi“.
- ” — — (1130) Sergio defensori, ob negligentiam graviter increpato, sub poena praecipit, ut una cum Vitaliano, episcopo Sipontino, Tulliani filiam in monasterium quam maturime reducat. (L. VIII. ep. 9; L. VII. ep. 10). B. II. 901, G. VIII. 12, Mansi X. 92. — „Si homo esses“.
- ” — — (1131) Eusebio Thessalonicensi, Urbitio Dyrrachiensi, Constantio Mediolanensi, Andreae Nicopolitano, Ioanni Corinthio, Ioanni primae Iustinianae, Ioanni Cretensi Sco(d)ritano, Ioanni Larissensi, Mariniano Ravennati, Ianuario Caralitano et omnibus Siciliae episcopis mittit istam imperatoris legem: „ne hi, qui militiae vel rationibus sunt publicis obligati, ad ecclesiasticum habitum veniant, vel in monasteriis convertantur“. (His litteris una cum verbis: „mense Decembri“ alium in locum translatis, Benedictini male perturbarunt epistolarum seriem; quas priorum editionum ope in ordinem redegei.) — (L. VIII. ep. 5; L. VII. ep. 11). B. II. 898, G. VIII. 8, Mansi X. 92. — „Legem, quam“.
- Dec. — — (1132) Sabinianum, episcopum Iadertinum, ob Maximi Salonitani societatem poenitentia in monasterio perfunctum, in gratiam recipit. Responsali suo Constantinopolitano res eius commendatas nunciat. De Florentio episcopo per Natalem, quondam episcopum Salonitanum, in exilium pulso, ab Epidauriensibusque repe-

		597. (<i>Ind. 15.—1. Sept.—1.</i>) tito sciscitatur. (L. VIII. ep. 10; L. VII. ep. 12). B. II. 901, G. VIII. 13, Mansi X. 93. — „Sicut perseveranti“.
		598?
—	—	(1133) Maurentium, magistrum militum, post Cypriani diaconi e Sicilia reditum, salutatur, Romamque venire cupit. (L. VIII. ep. 17; L. XII. ep. 25). B. II. 908, G. VIII. 20. — „Dilectissimus filius meus“.
Febr.	(Romae)	598. (<i>Ind. 1.—1. Sept.—2.</i>) (1134) Inter Candidum, monasterii S. Andreae ad clivum Scauri Romani abbatem, et Maurentium, magistrum militiae, quae de Ioannis haereditate convenerant, conditiones confirmat. (L. VIII. ep. 11; L. VII. ep. 13). B. II. 902, G. VIII. 14, Mansi X. 94. — „Sicut loci nostri“.
”	—	(1135) Adeodato et Maurentio, episcopis Afris, Paulum episcopum commendat. (L. VIII. ep. 12; L. VII. ep. 14). B. II. 903, G. VIII. 15, Mansi X. 94. — „Multum, frater“.
”	—	(1136) Columbo, episcopo Numidiae, Paulum episcopum impense commendat. (L. VIII. ep. 13; L. VII. ep. 16). B. II. 904, G. VIII. 15, Mansi X. 96. — „Qualiter de fraternitatis“.
Mart.	—	(1137) Hanc legem instituit, „ut, sicut in schola notariorum atque subdiaconorum, per indultam longe retro pontificum largitatem, sunt regionarii constituti, ita quoque in defensoribus, septem, qui, ostensa suae experientiae utilitate, placuerint, honore regionario decorentur“. (L. VIII. ep. 14; L. VII. ep. 17). B. II. 905, G. VIII. 16, Mansi X. 96. — „Ecclesiasticis utilitatibus“.
Apr.	—	(1138) Marinianum, episcopum Ravennatem, de privilegiis monasterii SS. Ioannis et Stephani Classitani erudit, eaque servari iubet. (L. VIII. ep. 15; L. VII. ep. 18). B. II. 905, G. VIII. 17, Mansi X. 97. — „Quam sit necessarium“.
”	—	(1139) Mariniano, episcopo Ravennati, Claudium, monasterii SS. Ioannis et Stephani Classitani abbatem, Roma revertentem, commendat. (L. VIII. ep. 16; L. VII. ep. 19). B. II. 907, G. VIII. 19, Mansi X. 98. — „Quod communem filium“.
”	—	(1140) Agnellum, episcopum Terracinensem, hortatur, coerceat eos, qui „arbores colant, et alia contra Christianam fidem illicita perpetrent“. A murorum vigiliis vacationem cuiquam dari vetat. (L. VIII. ep. 18; L. VII. ep. 20). B. II. 908, G. VIII. 20, Mansi X. 99. — „Pervenit ad nos, quosdam“.
”	—	(1141) Mariniano, episcopo Ravennati, Ioannis uxorem, cuius libertas in controversiam vocata sit, commendat. (L. VIII. ep. 20; L. VII. ep. 21). B. II. 909, G. VIII. 22, Mansi X. 99. — „Ioannes, praesentium“.
Mai.	—	(1142) Ioanni, episcopo Syracusano, Felicem Christianum commendat, qui ex Samaracae cuiusdam servitio per Maximianum episcopum liberatus, a Samaracae filio ad Christianam fidem converso repositus. (L. VIII. ep. 21; L. VII. ep. 22). B. II. 910, G. VIII. 22, Mansi X. 100. — „Felix, praesentium“.
”	—	(1143) Rusticianae Patriciae, Constantinopoli degenti, ut Romam repetat, suadet. Auri libras decem, ad redimendos captivos missas, accepisse se scribit. (L. VIII. ep. 22; L. VII. ep. 23). B. II. 911, G. VIII. 23, Mansi X. 100. — „Iam dum vestrae“.
”	—	(1144) Fantino defensori mandat, Agrigentum se conferat, Iudaeorumque Christiana sacra suscipere cogitantium consilium confirmet. Qui si diem paschalem expectare noluerint, episcopum moneri iubet, ut „poenitentia ac abstinentia quadraginta diebus indicta, aut die dominico, aut si celeberrima festivitas fortassis occurrerit, eos — baptizet“. (L. VIII. ep. 23; L. VII. ep. 24). B. II. 912, G. VIII. 24, Mansi X. 101. — „Domna abbatisa“.
Iun.	—	(1145) Sabinianum, episcopum Iadertinum, inimicitias Maximi Salonitani fortiter ferre iubet. Lapsum quemdam presbyterum vetat aut continuare aut recipere honorem. Ut privilegia Iadertina confirmentur, decessorum suorum tabulas mitti vult. Marcellum ad sese venire cupit. (L. VIII. ep. 24; L. VII. ep. 25). B. II. 913, G. VIII. 26, Mansi X. 102. — „Satis, frater carissime“.
”	—	(1146) Victorem, episcopum Panormitanum, hortatur, ne Iudaeos iniuriis afficiat, utque litem cum iis aut componat, aut ad sese deferat. (L. VIII. ep. 25; L. VII. ep. 26). B. II. 914, G. VIII. 27, Mansi X. 103. — „Sicut Iudaeis“.
”	—	(1147) Ioanni, episcopo Syracusano, mandat, ut Pantaleoni, notario suo, in negotiis

		598. (<i>Ind. 1.—1. Sept.—2.</i>) eius occupato, ad colligenda vasa sacra, per clericos Italos in Sicilia vendita, spatium concedat. (L. VIII. ep. 26; L. VII. ep. 27). B. II. 915, G. VIII. 28, Mansi X. 103. — „Quia pervenit ad nos, quod“.
Iun.	—	(1148) Ioannem, episcopum Syracusanum, quo iure quaque iniuria diaconi Catanenses campagis se calceent, exquirere iubet. (L. VIII. ep. 27; L. VII. ep. 28). B. II. 915, G. VIII. 28, Mansi X. 104. — „Ecclesiastici vigoris“.
„	—	(1149) Eulogio, episcopo Alexandrino, „cunctorum martyrum gesta —, Constantini temporibus ab Eusebio Caesariensi collecta,“ postulanti, respondet, de tali collectione se ignorare. „Praeter illa enim“, inquit „quae in eiusdem Eusebii libris de gestis sanctorum martyrum continentur, nulla in archivo huius ecclesiae, vel in Romanae urbis bibliothecis esse cognovi, nisi pauca quaedam in unius codicis volumine collecta; nos autem pene omnium martyrum, distinctis per dies singulos passionibus, collecta in uno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione missarum solemniam agimus; non tamen in eodem volumine, quis qualiter sit passus, indicatur, sed tantummodo nomen, locus et dies passionis ponitur; sed haec habere vos credimus“. De lignis brevioribus ad eum missis, maioribusque mittendis addit. (L. VIII., VII. ep. 29). B. II. 916, G. VIII. 30, Mansi X. 104. — „Utilis semper est“.
„	—	(1150) Eulogio, episcopo Alexandrino, de valetudine queritur. Haereticorum Alexandrinorum correctione gaudet. Nunciat de Augustino, „monasterii sui monacho“ ad Anglorum gentem misso. „Qui“ inquit, „data a me licentia, a Germaniarum episcopis episcopus factus, ad praedictam gentem perductus est —; in solemnitate autem dominicae nativitatis, quae hac prima indictione transacta est (i. e. d. 25 Decembr. a. 597) plus quam decem millia Angli ab eodem nunciati sunt fratre et coepiscopo nostro baptizati“. De Eudoxio haeretico se quidquam reperisse, negat. De erroribus in ecclesia Constantinopolitana nunc vigentibus sententiam eius laudat. Reprehendit eum, tum quod in epistola ad sese missa his verbis: „sicut iussistis“ usus sit, „non iussi“, inquit, „sed quae utilia sunt, indicare curavi“; tum quod ipsum universalem episcopum appellaverit. (L. VIII, VII. ep. 30). B. II. 917, G. VIII. 31, Mansi X. 105. — „Communis filius, praesentium“.
„	—	(1151) Secundino, episcopo Tauromenitano, mandat, ut monasterium monasterio Castellensi adiunctum ordinet, ne aedificium in laicorum potestate deveniat. (L. VIII, VII. ep. 31). B. II. 920, G. VIII. 33, Mansi X. 107. — „Querimoniam monachorum“.
„	—	(1152) Dominici, episcopi Carthaginensis, erga se studium laudat. (L. VIII. ep. 33; L. VII. ep. 32). B. II. 920, G. VIII. 34, Mansi X. 107. — „Scripta sanctitatis.“
„?	—	(1153) Victori et Columbo, episcopis Afris, mandat, efficiant, ut quas ecclesias decessori Crisconii episcopi abstulerit, Valentio episcopus Crisconio restituat. (L. VIII. ep. 28; L. VII. ep. 15). B. II. 915, G. VIII. 29, Mansi X. 95. — „Quanto cordi“.
Aug.	—	(1154) Ioanni, episcopo Scyllacensi, monasterii Castellensis privilegia valde commendat. Monachis quae „sub xenii specie“ abstulerit, reddi iubet. (L. VIII. ep. 34; L. VII. ep. 33). B. II. 921, G. VIII. 35, Mansi X. 108. — „Grave nimis et“.
„	—	(1155) Leontio exconsuli, qui „oleum sanctae crucis et aloes lignum“ miserit, gratias agit; beatique Petri et clavem sepulcralem et catenarum partem munerit dat. (L. VIII. ep. 35; L. VII. ep. 34). B. II. 923, G. VIII. 37, Mansi X. 109. — „Quia in magna“.
Sept.	—	(1156) In Ianuarius, episcopum Caralitanum, acerbe invehitur, quod „dominico die, priusquam missarum solemniam celebraret, ad exarandam messem cuiusdam perrexerit, et post missarum solemniam etiam terminos possessionis illius eradicare minime timuerit“. Cuius facinoris qui auctores fuerint, duorum mensium excommunicatione eos affici iubet. (L. IX, VII. ii. ep. 1). B. II. 925, G. VIII. 39, Mansi X. 110. — „Praedicator omnipotentis“.
„	—	(1157) Vitali, defensori Caralitano, mandat, ut excommunicationem, in Ianuarii episcopi consiliarios statutam, exsequatur; pretiumque tritici, xenii nomine sibi missi, restituat. (L. IX. ep. 2; L. XI. ep. 53). B. II. 926, G. VIII. 40, Mansi X. 374. — „Quid de fratre“.
?	—	(1158) Ianuario, episcopo Caralitano, praecipit, ut solidos centum a Nereida. claris-

598. (*Ind. 1.—1. Sept.—2.*)
 sima femina, pro filiae sepultura exactos, restituit. (L. IX. ep. 3; L. VII. n. ep. 56). B. II. 926, G. VIII. 41, Mansi X. 149. — „Questa est nobis“.
- Oct. — — (1159) Ianuario, episcopo Caralitano, scribit, se hostium in Sardinia res gestas deplorare. Pacem cum Agilulpho per abbatem, legatum suum, ordinatam nunciat; vigilantia tamen, quoad conscriptae sint conditiones, opus esse. De facinore, superiore epistola (ep. 1156) vituperato, iterum addit. (Mensis liquet ex Opp. ed. Ben. II. 926 n. c.) — (L. IX. ep. 4; L. VII. n. ep. 2). B. II. 926, G. VIII. 42, Mansi X. 111. — „Quid in Sardinia“.
- ” — — (1160) Marcellum, proconsulem Dalmatiae, si Maximo Salonitano favere destiterit, ipsius gratiam recuperaturum esse, scribit. (L. IX. ep. 5; L. VII. n. ep. 3). B. II. 929, G. VIII. 43, Mansi X. 112. — „Epistolam magnitudinis“.
- ” — — (1161) Andreae scholastico Castorium, chartularium suum, commendat. (Epistolam de hoc loco a Benedictinis temere demotam retuli). — (L. V. ep. 45; L. VII. n. ep. 4). B. II. 775, G. VII. 331, Mansi X. 112. — „Qualiter de gloria“.
- ” — — (1162) Ianuario, episcopo Caralitano, mandat, ut synagogam, a Petro quondam Iudaeo paschali die dominico (d. 30 m. Martii 598) occupatam, imagine Mariae cruceque, quas idem Petrus imposuerit, remotis, Iudaeis restituit; „quia“ inquit „sicut legalis definitio Iudaeos novas non patitur erigere synagogas, ita quoque eos sine inquietudine veteres habere permittit“. Nunciat, „finita hac pace, Agilulphum Langobardorum regem pacem non facturum“; Caralim igitur aliaque loca praemuniri iubet. (L. IX. ep. 6; L. VII. n. ep. 5). B. II. 929, G. VIII. 44, Mansi X. 113. — „Iudaei de civitate“.
- ” — — (1163) Ianuario, episcopo Caralitano, praecipit, ut Siricae abbatissae testamentum rescindat, quae, quamquam monachica veste abstinerit, ordinatione tamen accepta, et res suas monasterio cesserit, et testandi ius amiserit. (L. IX. VII. n. ep. 7). B. II. 931, G. VIII. 45, Mansi X. 115. — „Quia ingredientibus“.
- ” — — (1164) Vincentio, Innocentio, Mariniano, Libertino, Agathonis et Victori, Sardiniae episcopis, praescribit, ut de paschatis tempore metropolitam vetere consuetudine interrogare pergant, neve sine „cognitione vel epistolis“ eius insula egrediantur. (L. IX, VII. n. ep. 8). B. II. 932, G. VIII. 47, Mansi X. 116. — „Cognovimus, quod mos“.
- ” — — (1165) Callinico, exarcho Italiae, victos Sclavos nuncianti, respondet, gaudere se, quod insulae Capritanae (Caprulensis) incolae ad ecclesiam reverti cupiant. De ordinanda insula se Mariniano, episcopo Ravennati, mandasse scribit. Imperiale „pro schismaticorum defensione“ praeceptum surreptum appellat; haec vero addit: „non tamen vobis praeceptum est, ut venientes ad unitatem ecclesiae repellatis, sed ut venire nolentes hoc incerto tempore minime compellatis.“ Maiorem domus Callinici accusat venalitatis. Romam eum venturum esse, laetatur. (L. IX., VII. n. ep. 9). B. II. 933, G. VIII. 49, Mansi X. 117. — „Inter haec, quod mihi“.
- ” — — (1166) Mariniano, episcopo Ravennati, exponit de Ioanne Pannoniaco, „in castello, quod Novas dicitur,“ episcopo constituto, per Histricumque (i. e. Aquileiensem) episcopum expulso. Cuius successorem, translata sede in insulam Capritanam (Caprulensem), quum catholicae ecclesiae una cum incolis coniungi voluisset, paulle post ad schismaticos rediisse, incolas vero in fide permansisse narrat. Mandat, ut novum episcopum ordinet, episcopatumque Caprulensem, „quosque ad fidem catholicam Histrici episcopi revertantur,“ suffraganeum teneat. De Maximo Salonitano, per Callinicum exarchum diligenter commendato, cognitionem ei et Constantio, episcopo Mediolanensi, defert. (Istarum litterarum, quod priores editiones exhibent, secutus sum exemplum). — (L. IX., VII. n. ep. 10). B. II. 934, G. VIII. 50, Mansi X. 118. — „Latores ad nos“.
- ” — — (1167) Habitatoribus Capreae insulae (Caprulensibus) ad fidem reversis gratulatur. Mandatum Mariniano, episcopo Ravennati, datum nunciat, ut pro schismatico episcopo successorem orthodoxum substitueret. (Hanc et sequentem epistolam non posse a superiore separari, luce clarius est). — (L. IX. ep. 97; L. VII. n. ep. 100). B. II. 1000, G. VIII. 127, Mansi X. 174. — „Redemptor noster, dei“.
- ” — — (1168) Constantium, episcopum Mediolanensem, monet, ut una cum Mariniano, episcopo Ravennate, de Maximo Salonitano iudicet. Castorio chartulario, ut de iudicio agendo ad se referret, mandat esse scribit. (L. IX. ep. 67; L. VII. n. ep. 69). B. II. 983, G. VIII. 106, Mansi X. 158. — „Maximus Salonitanae“.
- ” — — (1169) Brunichildae, Francorum reginae, significat, pallium Syagrio, episcopo Au-

598. (*Ind. 1^o—1. Sept.—2.*)
gastodunensi, petum, ab imperatoreque concessum, variis de causis non ad ipsum Syagrium sed ad Candidum, presbyterum suum, missum esse. Addit de largitione gratiaque in tribuendis sacris ordinibus tollenda; de episcopis ex laicorum numero non sumendis; de schismaticis ecclesiae reconciliandis; de idololatria opprimenda. De benevolentia in Augustinum „episcopum“ collata gratias agit. Codicem expetum mittit. (L. IX. ep. 11; L. VII. ep. 5). B. II. 936, G. VIII. 52, Mansi X. 87. — „Quanta in omnipotentis“.
- Oct. — — (1170) Ioannem, episcopum Syracusanum, docet, se in referendis veteribus ecclesiae moribus consuetudines Constantinopolitanae ecclesiae non esse secutum; „tamen“ inquit „si quid boni vel ipsa vel altera ecclesia habet, ego et minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum.“ (L. IX. ep. 12; L. VII. II. ep. 64). B. II. 939, G. VIII. 55, Mansi X. 154. — „Veniens quidam de“.
- „ — — (1171) Ioanni, episcopo Syracusano, mandat, praecipiat ecclesiae suae actoribus, qui Felicem possessionibus quibusdam illicite privasse dicantur, ut causam apud iudices agant. (L. IX. ep. 13; L. VII. ep. 102). B. II. 941, G. VIII. 58, Mansi X. 175. — „Felix, vir memorandus“.
- „ — — (1172) Felicem in Sicilia de suis ad Ioannem, episcopum Syracusanum, litteris erudit, monetque, ne constituendo iudicio difficultates afferat. (L. IX. ep. 14; L. VII. II. ep. 101). B. II. 941, G. VIII. 59, Mansi X. 175. — „Susceptis magnitudinis“.
- „ — — (1173) Ioanni Surrentino, Agnello Terracinensi, Felici Portuensi, Fortunato Neapolitano, Primaerio Nucerinio, Glorioso Ostiensi, Albino Formiensi episcopis praecipit, ut Gregorio expraefecto, basilicam aedificaturo, martyrum reliquias tribuant. (Istam epistolam cum hac sequentium litterarum inscriptione: „mense Novembri“ sine causa loco moverunt Benedictini). — (L. IX. ep. 25; L. VII. II. ep. 11). B. II, 947, G. VIII. 65, Mansi X. 119. — „Gloriosus filius noster“.
- Nov. — — (1174) Chrysantho, episcopo Spoletano, mandat, ut in ecclesia b. Mariae Reatina reliquias Hermetis et Hyacinthi et Maximi martyrum collocet. (L. IX. ep. 15; L. VII. II. ep. 12). B. II. 942, G. VIII. 59, Mansi X. 119. — „Paulus, ecclesiae“.
- „ — — (1175) Sereno, episcopo Anconitano, mandat, compellat Serenum diaconum, ut argenti a Fabio, Passivi episcopi Firmani decessore, apud eum depositi residua reddat. (L. IX. ep. 16; L. VII. II. ep. 13). B. II. 943, G. VIII. 60, Mansi X. 120. — „Vir reverendissimus“.
- „ — — (1176) Demetrianum et Valerianum, clericos Firmanos, per Fabium episcopum sedecim abhinc annis ab hostibus redemptos, ut redemptionis pecuniam restituant, cogi vetat. (L. IX. ep. 17; L. VII. II. ep. 14). B. II. 943, G. VIII. 60, Mansi X. 120. — „Et sacrorum canonum“.
- „ — — (1177) Romano defensori patrimonium ecclesiae Romanae, in partibus Syracusanis, Catanensibus, Agrigentinis vel Milensibus constitutum, tradit administrandum. (L. IX. ep. 18; L. VII. II. ep. 17). B. II. 944, G. VIII. 61, Mansi X. 122. — „Propositi nostri cura“.
- „ — — (1178) Colonos patrimonii Syracusani (Romano) defensori obedire iubet. (L. IX. ep. 19; L. VII. II. ep. 18). B. II. 944, G. VIII. 62, Mansi X. 122. — „Cognoscatis volo“.
- „ — — (1179) Petro Siciliensi Romanum defensorem commendat. (L. IX. ep. 20; L. VII. II. ep. 19). B. II. 944, G. VIII. 62, Mansi X. 122. — „Scientes devotionis“.
- „ — — (1180) Libertino expraefecto Romanum defensorem commendat. (L. IX. ep. 21; L. VII. II. ep. 20). B. II. 945, G. VIII. 63, Mansi X. 123. — „Gloriae vestrae et experta“.
- „ — — (1181) Curidano Romanum defensorem commendat. (L. IX. ep. 22; L. VII. II. ep. 21). B. II. 945, G. VIII. 63, Mansi X. 123. — „Gloriae vestrae bonitas“.
- „ — — (1182) Ioannem, episcopum Syracusanum, docet, Romanum defensorem inter Leontium exconsulem et Leonem episcopum iudicem constitutum esse. Monet, ne Archelaum medicum defendens Domitiano metropolitae (Melitenensi) iniuriam faciat. (L. IX. ep. 23; L. VII. II. ep. 22). B. II. 946, G. VIII. 64, Mansi X. 124. — „Filius noster gloriosus“.
- „ — — (1183) Romano defensori mandat, ut Calixeno, parvulo Stephaniae viduae filio, domum Catanensem, ab Ammonia avia ecclesiae Romanae dono datam, restituat.

		598. (<i>Ind. 1.—1. sept.—2.</i>) (L. IX. ep. 26; L. VII. ii. ep. 23). B. II. 947, G. VIII. 66, Mansi X. 124. — „Quamquam ea, quae“.
Nov.	—	(1184) Romano defensori et Ioanni, episcopo Syracusano, praecipit, ne eos, „qui in furtis publicis implicati sint“, iniuste defendant. (L. IX. ep. 27; L. VII. ii. ep. 24). B. II. 948, G. VIII. 67, Mansi X. 125. — „Pervenit ad nos, quia“.
Dec.	—	(1185) Antonii, subdiaconi et xenodochii Romani praepositi, atque Dometii, monasterii SS. Maximi et Agatae Panormitani abbatis, de possessionibus quibusdam in territorio Panormitano sitis, pactionem confirmat. (De mense v. Greg. Opp, B. II. 949 not. b). — (L. IX. ep. 28; L. VII. ii. ep. 27). B. II. 949, G. VIII. 67, Mansi X. 126. — „Sicut grave et“.
		599?
	—	(1186) Anthemio subdiacono mandat, ut Benenatum, episcopum Misenatem, et accusatores eius, omnesque, quorum nomina in libello legantur, Romam mittat. (L. IX. ep. 50; L. XI. ep. 32). B. II. 964, G. VIII. 85, Mansi X. 360. — „Comperimus Benenatum“.
	—	(1187) Anthemio subdiacono mandat, ut residua pecuniarum, quas Benenatus, episcopus Misenas, ad construendum castrum acceperit, Comitatio comiti, qui ea in idem opus impendat, tradat. (L. IX. ep. 51; L. XI. ep. 33). B. II. 964, G. VIII. 86, Mansi X. 360. — „Pervenit ad nos, quondam“.
		599. (<i>Ind. 2.—1. sept.—3.</i>)
Ian.	—	(1188) Venantio, episcopo Lunensi, mandat, Fidentiam aut cum gratia aut apud iudicem adducat, ut filiae Adeodatae, ancillae dei, satisficiat. (L. IX. ep. 29; L. VII. ii. ep. 28). B. II. 950, G. VIII. 68, Mansi X. 127. — „Quae sit Adeodatae“.
	—	(1189) Anthemio, subdiacono Neapolitano, mandat, ut massam Veneris, sitam in agro Minturnensi, Stephano, monasterii S. Marci Spoletani abbati, reddendam curet. (L. IX. ep. 30; L. VII. ii. ep. 29). B. II. 950, G. VIII. 69, Mansi X. 127. — „Aequitatis ius exigit“.
	—	(1190) Fausto praecipit, ut ecclesiae Vulturvensis ministeria, quae quondam pater eius, Constantius defensor, servanda ob ecclesiae desolationem susceperit, Anthemio subdiacono exhibeat. (L. IX. ep. 31; L. VII. ii. ep. 30). B. II. 951, G. VIII. 70, Mansi X. 128. — „Sicut rei ecclesiasticae“.
	—	(1191) Anthemio subdiacono mandat, ut ecclesiae Vulturvensis ministeria a Fausto suscipiat. (L. IX. ep. 32; L. VII. ii. ep. 31). B. II. 951, G. VIII. 70, Mansi X. 128. — „Comperimus, ministeria“.
	—	(1192) Andream (scholasticum), adversis rebus afflictum, consolatur. (L. IX. ep. 33; L. VII. ii. ep. 32). B. II. 952, G. VIII. 71, Mansi X. 129. — „Audiens, quod gloriam“.
	—	(1193) Venantio, episcopo (Lunensi), de presbyteris vel diaconis in Aldionis, magistri militum, civitate ordinandis mandat. (L. IX. ep. 34; L. VII. ii. ep. 33). B. II. 952, G. VIII. 72, Mansi X. 129. — „Quoties ea, quae hortari“.
Febr.	—	(1194) Constantio, episcopo Mediolanensi, mandat, ut Ioannem, praefecturae vices acturum, salvis ecclesiae rebus, tueatur. (L. IX. ep. 35; L. VII. ii. ep. 34). B. II. 953, G. VIII. 72, Mansi X. 130. — „Quamvis ita fraternitas“.
	—	(1195) Fortunato, episcopo Neapolitano, praescribit, curet, ut mancipia Christiana per Iudaeos e Galliis adducta, „aut mandatoribus contradantur, aut certe Christianis emtoribus intra diem quadragesimum venundentur“, neu Basilius Iudaeus Christianos servos, filiis suis Christianis fide donatos, retineat. (L. IX. ep. 36; L. VII. ii. ep. 35). B. II. 953, G. VIII. 73, Mansi X. 130. — „Cognoscentes, qualis“.
	—	(1196) Chrysantho, episcopo Spoletano, praecipit, ne monachos excommunicatos, qui ad loca eius confugerint, communione donari patiantur, utque monachum quemdam, antea servum, quod deseruerit, monasterio restituat. (L. IX. ep. 37; L. VII. ii. ep. 36). B. II. 954, G. VIII. 74, Mansi X. 131. — „Cum sit proprium“.
	—	(1197) Anthemio subdiacono mandat, inducat Felicem, virum magnificum, ut sorte contentus, usuram Mauro condonet. (L. IX. ep. 38; L. VII. ii. ep. 37). B. II. 955, G. VIII. 75, Mansi X. 132. — „Maurus, praesentium“.
	—	(1198) Romano, defensori Siciliae, de solidis sex Gaudio Syracusano quotannis im-

		599. (<i>Ind. 2.—1. Sept.—3.</i>) pertiendis mandat. (L. IX. ep. 39; L. VII. ii. ep. 38). B. II. 956, G. VIII. 76, Mansi X. 132. — „Divinorum nos“.
Mart.	—	(1199) Romano et Fantino defensoribus, Sabino subdiacono, Hadriano et Eugenio notariis, Felici subdiacono, Sergio et Bonifacio defensoribus mandat, episcopos, ne cum mulieribus habitent, hortentur. (L. IX. ep. 60; L. VII. ii. ep. 39). B. II. 976, G. VIII. 99, Mansi X. 133. — „Quia sicut cauta“.
”	—	(1200) „Wilfoni duci scribit de pace conservanda et quidquid ab hominibus reipublicae et eorum excessum est, auxiliante deo debeat ordinatio pervenire“. Haec post L. VII. ep. 39 legi in cod. MS. Paris., testatur Baluzius in Misc. II. 12.
”	—	(1201) Romanum defensorem de praecepto suo (v. supra ep. 1183) non observato reprehendit, hortaturque, ut Calixeno domum continuo reddat. (L. IX, VII. ii. ep. 40). B. II. 956, G. VIII. 76, Mansi X. 133. — „Mense Novembri“.
”	—	(1202) Agilulpho, regi Langobardorum, de pace composita gratias agit. Duces, „et maxime in his partibus constitutos“, ut pacem turbare vetet, rogat. (L. IX. ep. 42; L. VII. ii. ep. 41). B. II. 957, G. VIII. 78, Mansi X. 134. — „Gratias excellentiae“.
”	—	(1203) Theodelindae, Langobardorum reginae, pacis adiutrici gratulatur. Hortatur, cum rege agat, „quatenus Christianae reipublicae societatem non reiiciat“. „Nam sicut et vos scire credimus“, inquit „multis modis est utile, si se ad eius amicitias conferre voluerit“. (L. IX. ep. 43; L. VII. ii. ep. 42). B. II. 958, G. VIII. 79, Mansi X. 134. — „Quia excellentia vestra“.
”	—	(1204) Felici in Sicilia rescribit, Ioannem, episcopum Syracusanum, immerito accusari, quum iudicium non ab episcopo, sed ab eo ipso declinatum sit; quod subire maturet, monet. (L. IX. ep. 44; L. VII. ii. ep. 43). B. II. 959, G. VIII. 79, Mansi X. 135. — „Cum reverendissimi fratris“.
”	—	(1205) Ioanni, episcopo Syracusano, scribit de controversia cum Felice, viro glorioso, aut bona cum gratia, aut iure dirimenda. (L. IX. ep. 45; L. VII. ii. ep. 44). B. II. 959, G. VIII. 80, Mansi X. 136. — „Ante aliquantum“.
Apr.	—	(1206) Sergio defensori mandat, ut, adhibitis Vitaliano episcopo (Sipontino) et Bonifacio notario et Ioanne tribuno, hereditatem Ioannis, Pantaleonis socrus avunculi intestato mortui, litteris consignet. Sacrata quaedam ministeria indagari iubet. (L. IX. ep. 46; L. VII. ii. ep. 45). B. II. 960, G. VIII. 81, Mansi X. 137. — „Quia Pantaleon“.
”	—	(1207) Sabino subdiacono mandat, ut una cum episcopis quinque de cleri Rhegiensis et Bonifacii episcopi lite cognoscat. (L. IX. ep. 47; L. VII. ii. ep. 46). B. II. 961, G. VIII. 82, Mansi X. 138. — „Clerus ecclesiae“.
”	—	(1208) Paulino Taurianensi, Proculo Nicoterensi, Palumbo Consentino, Venerio Viboniensi, Marciano Locrensi episcopis, ut cum Sabino ad cognoscendam causam Rhegiensem conveniant, praecipit. (L. IX. ep. 48; L. VII. ii. ep. 47). B. II. 962, G. VIII. 83, Mansi X. 138. — „Clerus ecclesiae“.
Apr. Mai.	—	(1209) Anastasio, episcopo Antiocheno, susceptum munus gratulatur. Addit de falsis quibusdam capitibus in codice quodam ad synodi Ephesinae acta annexis, ac de simonia vitanda. (L. IX. ep. 49; L. VII. ii. ep. 48). B. II. 962, G. VIII. 83, Mansi X. 138. — „Fraternitatis tuae scripta“.
”	”	(1210) Secundini, servi dei inclusi, litteras laudat. Podagrae doloribus se vexari queritur. De antiqui hostis insidiis exponit. Ecclesias orientales S. Leonis et synodi Chalcedoniae fidem sequi, refert; „Hinc est enim“, inquit, „ut quoties in quatuor praecipuis sedibus antistites ordinantur, synodales sibi epistolas vicissim mittant, in quibus se sanctam Chalcedonensem synodum cum aliis generalibus synodis custodire fateantur“. De Ibae epistola addit. (Sacerdotes lapsos, satisfactione acta, ad honorem redire debere, docet). De pontificum Romanorum ordinationibus, et de parvulorum sine baptisate mortuorum animabus explicat. Varia munera mittit, in his duos homiliarum codices, et „surtarias duas, imaginem dei salvatoris et s. dei genitricis Mariae, beatorumque apostolorum Petri et Pauli continentes“. (Haec epistola falsis haud caret accessionibus). — (L. IX. ep. 52; L. VII. ii. ep. 54). B. II. 964, G. VIII. 86, Mansi X. 143. — „Dilectionis tuae scripta“.
”	”	(1211) Constantio, episcopo Mediolanensi, significat, se clericis Comensibus, si ad ecclesiam redierint, villam Maurianam, quam sibi vindicent, tradi velle. (L. IX.

599. (*Ind. 2.—1. Sept.—3.*)
 ep. 53; L. VII. II. ep. 57). B. II. 972, G. VIII. 94, Mansi X. 150. — „Latore
 praesentium, communi“.
- Apr. Mai. — (1212) Anatolio, diacono Constantinopolitano, nuncios Constantii, episcopi Mediola-
 nensis, commendat. (L. IX. ep. 54; L. VII. II. ep. 58). B. II. 973, G. VIII. 95,
 Mansi X. 151. — „Reverendissimus frater“.
- „ „ — (1213) Fantino defensori mandat, efficiat, ut Victor episcopus synagogarum Panor-
 mitanarum, quas sine causa occupatas temere consecraverit, pretium, a Venantio
 patricio et Urbico abbate constitutum, Iudaeis persolvat, codicesque et ornamenta
 ablata restituat. (L. IX. ep. 55; L. VII. II. ep. 59). B. II. 973, G. VIII. 95,
 Mansi X. 151. — „Ante aliquantum“.
- „ „ — (1214) Fantino defensori mandat, cogat Candidum defensorem, ut Iamno Iudaeo,
 cuius debitum vendita navi eius expeditum sit, restituat chirographum. (L. IX.
 ep. 56; L. VII. II. ep. 60). B. II. 974, G. VIII. 96, Mansi X. 152. — „Indicavit
 nobis Iamnus“.
- „ „ — (1215) Inter Praiectam illustrem et Fantinum defensorem quae de possessionibus
 quibusdam, in Panormitano territorio sitis, convenerant, ea confirmat. (L. IX.
 ep. 57; L. VII. II. ep. 61). B. II. 974, G. VIII. 97, Mansi X. 152. — „Quoties
 in conventionibus“.
- „ „ — (1216) Martino scholastico respondet, de Crementii, primatis Bizaciensis, causa ab
 eo se levius esse eruditum, quam ut iudicare de ea posset. Monet, quum in
 Sicilia manere, quam Romam venire maluerit, ut cum Ioanne, episcopo Syra-
 cusano, agat. (L. IX. ep. 58; L. VII. II. ep. 62). B. II. 975, G. VIII. 97,
 Mansi X. 152. — „Cum de negotiis“.
- „ „ — (1217) Ioanni, episcopo Syracusano, refert, se de Crementii, primatis Bizaciensis,
 crimine quodam accusati, causa imperatoris iusso ad se delata, iudicare antea
 non potuisse, adversante Theodoro, magistro militum, largitione moto. Quae
 nunc sibi a primate proponantur, ea dubia videri; „nam“ inquit „quod se dicit
 sedi apostolicae subici, si qua culpa in episcopis invenitur, nescio quis ei epi-
 scopus subiectus non sit; cum vero culpa non exigit, omnes secundum rationem
 humilitatis aequales sunt.“ Cum Martino agere eum vult, quaeque egerit, se
 probaturum scribit. (L. IX. ep. 59; L. VII. II. ep. 65). B. II. 975, G. VIII.
 98, Mansi X. 155. — „Fraternitatis vestrae scripta“.
- „ „ — (1218) Ioanni, episcopo Syracusano, mandat, ut, convocatis tribus vel quatuor epi-
 scopis, Lucillum, episcopum Melitensem, administratione ecclesiae submoveat, et
 presbyteros vel diaconos, criminis socios, honoribus privatos, in monasteria di-
 vidat, noxiosque omnes excommunicet. Clerum populumque Melitensem ad
 novum episcopum eligendum admoneri vult. (L. IX., VII. II. ep. 63). B. II.
 979, G. VIII. 102, Mansi X. 158. — „Quae adversus Lucillum“.
- „ „ — (1219) Vitalem, defensorem Sardiniae, reprehendit, quod clericis Caralitanis, Ioanni
 episcopo adversantibus, propugnatorem se praestiterit. Monet, ne „rusticos pos-
 sessionis eiusdem Caralitanae ecclesiae, rura propria deserentes, in privatorum
 possessionibus culturam laboris exhibere“ patiat. De monasteriorum causis
 addit. (L. IX. ep. 64; L. VII. II. ep. 66). B. II. 980, G. VIII. 103, Mansi X.
 155. — „Indicatum nobis est“.
- „ „ — (1220) Ianuarium, episcopum Caralitanum, hortatur, ut clericos contumaces coer-
 ceat; monasterio S. Iuliani haereditatem quandam exhiberi iubeat; idolorum cul-
 tores, aruspices, sortilegos comprimat; videatque, „ne secularibus viris res eccle-
 siasticae committantur, sed probatis clericis“. (L. IX. ep. 65; L. VII. II. ep. 67).
 B. II. 981, G. VIII. 104, Mansi X. 156. — „Pervenit ad nos, quod“.
- „ „ — (1221) Anatolio, diacono Constantinopolitano, commendat epistolae huius latores,
 qui, relicto schismate, episcopos Histicos postulatam Constantinopolim profici-
 scantur. (L. IX. ep. 66; L. VII. II. ep. 68). B. II. 982, G. VIII. 105, Mansi
 X. 158. — „Latores praesentium, qui“.
- „ „ — (1222) Eusebium Thessalonicensem, Urbicum Dyrrachinum, Andream Nicopolitanum,
 Ioannem Corinthum, Ioannem primae Iustinianae, Ioannem Cretensem, Ioannem
 Larissensem et Scodritanum episcopos, ad synodum Constantinopoli congregan-
 dam invitatos, ne ullo pacto universalis episcopi appellationem Cyriaco conce-
 dant, hortatur. (L. IX. ep. 68; L. VII. II. ep. 70). B. II. 983, G. VIII. 107,
 Mansi X. 158. — „Suscepti regiminis“.

599. (*Ind. 2.—1. Sept.—3.*)
- Iun. — — (1223) Maurentium, magistrum militum, redarguit, quod Theodori, „viri memorandi“, causam, quae ad patronum civitatis Neapolitanae pertineat, tractari a Fortunato episcopo siverit. Vini urnae viginti, quas per annos duos Theodoros Vectano, castelli Missinatis comiti, dono dederit, quominus per comitis successorem quotannis exigantur, vult prohiberi. Theodori civitatis privilegia et Prochytae insulae causas commendat. (Cod. Colb. ante hanc epistolam praebet verba: „mense Iunio“. V. Greg. Opp. II. 985 not. i). — (L. IX. ep. 69; L. VII. II. ep. 71). B. II. 985, G. VIII. 109, Mansi X. 160. — „Valde mirati sumus“.
- „ — — (1224) Romano defensori mandat, videat, quae de construendo in Sicilia monasterio Rustica, illustris femina, ante annos 21 testamento statuerit, uti ea perficiantur. (L. IX. ep. 24; L. VII. II. ep. 16). B. II. 946, G. VIII. 64, Mansi X. 121. — „Filius noster Theodosius“.
- „ — — (1225) Passivo, episcopo Firmano, mandat, ut oratorium, a Valeriano notario conditum, b. Savino consecret. (L. IX. ep. 70; L. VII. II. ep. 72). B. II. 986, G. VIII. 110, Mansi X. 161. — „Valerianus“.
- „ — — (1226) Chrysanthum, episcopum Spoletanum, hortatur, ut Valeriano, ecclesiae Firmanae notario, qui b. Savino oratorium condiderit, eiusdem martyris sanctuarium praebeat. (L. IX. ep. 71; L. VII. II. ep. 73). B. II. 986, G. VIII. 110, Mansi X. 161. — „Valerianus“.
- „ — — (1227) Constantino, episcopo Narniensi, visitatori ecclesiae Interamnensis, administrationem quoque eiusdem ecclesiae mandat. (L. IX. ep. 72; L. VII. II. ep. 74). B. II. 987, G. VIII. 111, (Mansi X. 162.) — „Fraternitati vestrae“.
- „ — — (1228) Maurentio, magistro militum, commendat Theodosium, cuiusdam monasterii Campanici abbatem, eiusque monachos, qui vigiliis in muris agendis releventur. (L. IX. ep. 73; L. VII. II. ep. 75). B. II. 987, G. VIII. 111, Mansi X. 162. — „Filius noster Theodosius“.
- „ — — (1229) Chrysantho, episcopo Spoletano, mandat, ut ecclesiae Mevaniensi, cuius visitationem biennio ante susceperit, aut, qui praeponatur episcopus, quaerat, aut presbyteros praeficiat. (Quam infirma coniectura anno 593 tribuerunt Benedictini, huc retuli epistolam). — (L. III. ep. 64; L. VII. II. ep. 76). B. II. 674, G. VII. 220, Mansi X. 163. — „Ante hoc biennium“.
- Iul. — — (1230) Domnello erogatori se excusatum vult, quod Castorio chartulario ad eum litteras non dederit. (L. IX. ep. 74; L. VII. II. ep. 78). B. II. 988, G. VIII. 112, Mansi X. 164. — „In nostra mente“.
- „ — — (1231) Fortunato, episcopo Neapolitano, mandat, ut, sascepta ecclesiae Misenatis visitatione, clerum plebemque ad eligendum episcopum adhortetur. (L. IX. ep. 75; L. VII. II. ep. 25). B. II. 988, G. VIII. 113, Mansi X. 125. — „Cognoscentes Misenatem“.
- „ — — (1232) Clero, ordini et plebi Misenati praecipit, ut visitatori, Fortunato episcopo Neapolitano, obediant, neve episcopum eligere cessent. (L. IX. ep. 76; L. VII. II. ep. 26). B. II. 989, G. VIII. 113, Mansi X. 126. — „Cognoscentes ecclesiam“.
- „ — — (1233) Anthemio, Campaniae subdiacono, mandat, caveat, ne Importuni, defuncti episcopi Atellani, testamento damnium ecclesiae rebus afferatur. Et Atellanos et Cumanos de eligendis episcopis moneri vult. (Huius epistolae exempla inter se discrepant.) — (L. IX. ep. 77; L. VII. II. ep. 53). B. II. 989, G. VIII. 114, Opp. ed. Goussanville II. 816, Mansi X. 142. — „Quorundam ad nos“.
- „ — — (1234) Eulogio, patriarchae Alexandrino, significat de expedito huius epistolae latoris negotio; de causa quadam occulta, „de qua“ inquit „vobis iam etiam in Constantinopolitanam urbem venientibus scribere curavi“; de maioribus lignis ob navis exiguitatem non missis. Queritur, se „et podagrae doloribus, et barbarorum gladiis et curarum afflictionibus incessanter premi“. (L. IX. ep. 78; L. VII. II. ep. 79). B. II. 990, G. VIII. 115, Mansi X. 164. — „Scripta dulcissimae“.
- „ — — (1235) Mariniano, episcopo Ravennati, mandat, ut, in Maximum, episcopum Salonitanum, qui excommunicatus sacra procurare ausus sit, si iureiurando simoniam diluerit, poenam statuat clementem. (L. IX. ep. 79; L. VII. II. ep. 80). B. II. 991, G. VIII. 116, Mansi X. 165. — „Quae de causa“.
- „ — — (1236) Castorio notario mandat, ut Maximo Salonitano, si simoniam purgaverit, et poenitentiam inobedientiae susceperit, eam, quae sequitur epistolam tradat, cum eoque Sabinianum, episcopum Iadertinum, et Honoratum archidiaconum reconci-

599. (*Ind. 2.—1. sept.—3.*)
 liet. (L. IX. ep. 80; L. VII. II. ep. 81). B. II. 991, G. VIII. 116, Mansi X. 165.
 — „Quanto cordi (al. credi)“.
- Iul. — — (1237) Maximum, episcopum Salonitanum, ad obedientiam reversum, poenitentiaque affectum, in gratiam et communionem recipit, monetque, ut nuncium ad pallium percipiendum Romam mittat. (L. IX. ep. 81; L. VII. II. ep. 82). B. II. 992, G. VIII. 117, Mansi X. 166. — „Quamvis culpabilibus“.
- ” — — (1238) Anatolio, diacono Constantinopolitano, Marcellum in Maximi Salonitani et Histicorum causa bene de ecclesia meritum, commendat, tarditatemque eius vult imperatori excusari. (L. IX. ep. 82; L. VII. II. ep. 83). B. II. 992, G. VIII. 118, Mansi X. 166. — „Bonis devotisque“.
- ” — — (1239) Fantino, defensori Panormitano, ut Ianuariam ab Anastasii et Bonifacii iniuriis tueatur, mandat. (L. IX. ep. 83; L. VII. II. ep. 84). B. II. 993, G. VIII. 119, Mansi X. 167. — „Ianuaria praesentium“.
- ” — — (1240) Benenatum, episcopum Tyndaritanum, hortatur, ut oratorium, a Ianuaria in massa Furiana conditum, sanctis Severino et Iulianae consecret. (L. IX. ep. 84; L. VII. II. ep. 85). B. II. 994, G. VIII. 119, Mansi X. 169. — „Ianuaria, religiosa“.
- ” — — (1241) Fortunato, episcopo Neapolitano, mandat de sanctorum Severini et Iulianae reliquiis concedendis Ianuariae. (L. IX. ep. 85; L. VII. II. ep. 86). B. II. 994, G. VIII. 120, Mansi X. 168. — „Ianuaria, religiosa“.
- ” — — (1242) Constantio, episcopo Mediolanensi, reliquias b. Pauli apostoli et b. Ioannis et Pancratii per Eventium diaconum mittit. (L. IX. ep. 86; L. VII. II. ep. 87). B. II. 994, G. VIII. 120, Mansi X. 168. — „Lator praesentium Eventius“.
- ” — — (1243) Gaudioso, episcopo Eugubino, ecclesiae Tadinatis visitatori constituto, mandat, ut clerum plebemque ad eligendum episcopum excitet. (L. IX. ep. 87; L. VII. II. ep. 88). B. II. 995, G. VIII. 121, Mansi X. 168. — „Cognoscentes ecclesiam“.
- ” — — (1244) Clerum, ordinem et plebem Tadinatam et obediunt visitatori, Gaudioso episcopo Eugubino, et episcopum eligere iubet. (L. IX. ep. 88; L. VII. II. ep. 89). B. II. 995, G. VIII. 121, Mansi X. 169. — „Cognoscentes ecclesiam“.
- ” — — (1245) Severum, episcopum Anconitanum, ecclesiae Aesinae, in reipublicae potestatem restituta, visitatorem nominat, atque ut episcopum eligendum curet, monet. (L. IX. ep. 89; L. VII. II. ep. 90). B. II. 996, G. VIII. 122, Mansi X. 169. — „Postquam civitas“.
- ” — — (1246) Clerum, ordinem et plebem Aesinam hortatur, ut visitatori, Severo episcopo Anconitano, obtemperent, episcopumque eligant. (L. IX. ep. 90; L. VII. II. ep. 91). B. II. 996, G. VIII. 122, Mansi X. 170. — „Cognoscentes ecclesiam“.
- ” — — (1247) Fortunato, episcopo Neapolitano, dat mandatum, ut Barbatianum praepositum ad gubernandos monachos Neapolitanos missum, si nimiam de se opinionem deposuerit, ad abbatis honorem perducatur. (L. IX. ep. 91; L. VII. II. ep. 92). B. II. 997, G. VIII. 123, Mansi X. 170. — „Quia servorum dei“.
- ” — — (1248) Victorem, episcopum Panormitanum, hortatur, ut quem monachi Praecoritani ex ipso monasterio elegerint, presbyterum ordinet. (L. IX. ep. 92; L. VII. II. ep. 93). B. II. 997, G. VIII. 123, Mansi X. 170. — „Desiderium, quod ad“.
- ” — — (1249) Basilium, ut oppugnare Histicorum schisma pergat, hortatur. Castorium, chartularium suum, commendat. (Neque hanc, nec sequentem epistolam Benedictinorum arbitrato ad a. 595 transferendam putavi.) — (L. V. ep. 46; L. VII. II. ep. 94). B. II. 775, G. VII. 331, Mansi X. 171. — „Multum cor nostrum“.
- ” — — (1250) Mastalonem, in corrigendis schismaticis industrium, laudibus prosequitur et confirmat. (L. V. ep. 47; L. VII. II. ep. 95). B. II. 776, G. VII. 332, Mansi X. 171. — „Responsalium nostrorum“.
- ” — — (1251) Gulfarem, magistrum militum, hortatur, ut quos a schismate Histico ad ecclesiam laudabili studio reduxerit, iis propugnatores quoque se praestet. (L. IX. ep. 93; L. VII. II. ep. 96). B. II. 998, G. VIII. 124, Mansi X. 172. — „Latres praesentium de“.
- ” — — (1252) Romano defensori Histros quosdam, ad episcopum suum in Siciliam euntes commendat. Quem episcopum, ad fidem reverti cupientem, ut Romam veniat, admoneri vult. (L. IX. ep. 94; L. VII. II. ep. 97). B. II. 999, G. VIII. 125, Mansi X. 173. — Praesentium portitores“.
- ” — — (1253) Callinico, exarcho Italiae, quosdam fidei reconciliatos, Romaque in Histriam revertentes commendat. (L. IX. ep. 95; L. VII. II. ep. 98). B. II. 999, G. VIII. 126, Mansi X. 173. — „Apud excellentiam“.

599. (*Ind. 2.—1. Sept.—3.*)
- Iul. — — (1254) Mariniano, episcopo Ravennati, Histros quosdam, qui schismati renunciaverint, commendat, commendarique exarcho cupit. (L. IX. ep. 96; L. V II. II. 99). B. II. 1000, G. VIII. 126, Mansi X. 174. — „Latores praesentium ad“.
- „ — — (1255) Theodoro, curatori Ravennae, de opera componendae paci tributa, gratias agit. Queritur, „Ariulfum de servanda pace non, ut rex ipsius iuravit, sed sub conditione, si sibi in quoquam excessum non fuerit, aut si nullus contra Arogis exercitum ambulaverit, sacramenta praestitisse; et Warnilfridam, ad cuius consilium idem Ariulfus cuncta agat, omnino iurare despexisse“. Regis nuncios, ut ipse pacto subscriberet, postulasse; „sed“ inquit „recordantes eorum, quae Agilulphus Basilio, viro clarissimo, convitia per nos in b. Petri dixisse fertur iniuriam, quamvis hoc penitus idem Agilulphus negaverit, a subscriptione tamen abstinere praevidimus“. Agat igitur, „quatenus, antequam homines ipsi ab Arogis revertantur, rex eis sub festinatione scripta transmittat, in quibus eis praecipiat, ut nos subscribere non petant“. Ascribit de Augusti causa, ipsumque Theodorum, adverso casu afflictum, consolatur. (L. IX. ep. 98; L. VII. II. ep. 103). B. II. 1001, G. VIII. 128, Mansi X. 176. — „Licet multa de vobis“.
- „ — — (1256) Occiliano, tribuno Hydruntino, qui, Ravennae ordinatione ab exarcho accepta, feliciter redierit, gratulatur. Monet, ut Sabinum episcopum (lege: Sabinianum episcopum Callipolitanum) civesque a Viatoris extribuni iniuriis defendat. (L. IX. ep. 99; L. VII. II. ep. 104). B. II. 1003, G. VIII. 130, Mansi X. 177. — „Cognoscentes magnitudinem“.
- „ — — (1257) Sabinianum, episcopum Callipolitanum, hortatur. ne homines castri Callipolitani premi oneribus illicitis patiatur. (L. IX. ep. 100; L. VII. II. ep. 105). B. II. 1003, G. VIII. 130, Mansi X. 177. — „Indicatum nobis est“.
- „ — — (1258) Sergio defensori mandat, ut Fruniscendum, nisi Petro, episcopo Hydruntino, quae ecclesiae eius debeat, sponte persolverit, subire iudicium cogat. (L. IX. ep. 101; L. VII. II. ep. 106). B. II. 1004, G. VIII. 131, Mansi X. 178. — „Reverendissimus frater noster“.
- „ — — (1259) Sergio defensori mandat, ut Petrum, „artis pistoriae“ puerum, qui Hydruntum versus profugerit, comprehendendum, Romamque navi reportandum curet. (L. IX. ep. 102; L. VII. II. ep. 107). B. II. 1004, G. VIII. 132, Mansi X. 178. — „Filius noster, vir“.
- „ — — (1260) Fortunatum, episcopum Neapolitanum, monet, ne in Agnellae abbatissae monasterio sinat milites hospitari. (L. IX. ep. 103; L. VII. II. 108) B. II. 1005, G. VIII. 132, Mansi X. 179. — „Insinuavit nobis latrrix“.
- „ — — (1261) Fortunato, episcopo Neapolitano, scribit, se cognovisse, populum Neapolitanum in duas partes esse divisum; quo facilius restitui concordia possit, mittat, qui adversarius respondeat. (L. IX. ep. 104; L. VII. II. ep. 109). B. II. 1005, G. VIII. 133, Mansi X. 179. — „Quorumdam in Neapolitana“.
- „ — — (1262) Sereno, episcopo Massiliensi, Cyriacum abbatem, ad Syagrium, episcopum Augustodunensem, euntem commendat. Comperisse se, scribit, eum „in ecclesiis imagines confregisse atque proiecisse“. Addit haec: „Et quidem zelum vos, ne quid manufactum adorari posset, habuisse, laudavimus, sed frangere easdem imagines non debuisse indicamus; idcirco enim pictura in ecclesiis adhibetur, ut hi, qui litteras nesciunt, saltem in parietibus videndo legant, quae legere in codicibus non valent.“ (L. IX. ep. 105; L. VII. II. ep. 110). B. II. 1006, G. VIII. 133, Mansi X. ep. 180. — „Quod fraternitati vestrae“.
- „ — — (1263) Syagrium Augustodunensem, Etherium Lugdunensem, Virgilium Arelatensem, Desiderium Viennensem episcopos monet de simonia tollenda, de episcopali honore laicis ad sacrum munus non praeparatis negando, de prohibendo clericorum mulierumque contubernio, de conciliis semel saltem in anno per paroecias habendis. Quibus de rebus synodo congregata statui vult, praesentibus Aregio, episcopo Vapincensi, et Cyriaco abbate. (L. IX. ep. 106; L. VII. II. 111). B. II. 1006, G. VIII. 134, Mansi X. 180. — „Caput nostrum“.
- „ — — (1264) Aregium, episcopum Vapincensem, suorum obitu afflictum, consolatur, cique et archidiacono eius usum dalmaticarum, per Cyriacum abbatem missarum, concedit. Synodo a Syagrio, episcopo Augustodunensi, congregandae interesse eum iubet. (L. IX. ep. 107; L. VII. II. ep. 112). B. II. 1011, G. VIII. 139, Mansi X. 184. — „Fraternitatis vestrae afflictio“.
- „ — — (1265) Syagrium, episcopum Augustodunensem, qui Augustino in Angliam misso

599. (*Ind. 2.—1. Sept.—3.*)
 affuerit, pallii iare ornat, et ei concedit, „ut, metropolitae suo per omnia loco et honore servato, ecclesia civitatis Augustodunae — post Lugdunensem ecclesiam (prima) esse debeat“. De synodo ad sanandos mores pravae congreganda addit. (L. IX. ep. 108; L. VII. II. ep. 113). B. II. 1013, G. VIII. 141, Mansi X. 186. — „Magistra bonorum“.
- Iul. — — (1266) Brunichildam, reginam Francorum, ut synodum fieri iubeat, rogat. Significat de pallio, Syagrio episcopo Augustodunensi concesso. Ne Iudaeis mancipia Christiana habere liceat, vult lege sanciri. (L. IX. ep. 109; L. VII. II. ep. 114). B. II. 1014, G. VIII. 142, Mansi X. 187. — „Postquam excellentiae“.
- ” — — (1267) Theodericum et Theodebertum, reges Francorum eadem, quae Brunichildam superioribus litteris, poscit. (L. IX. ep. 110; L. VII. II. ep. 115). B. II. 1016, G. VIII. 144, Mansi X. 189. — „Cum regni vestri“.
- ” — — (1268) Virgilium, episcopum Arelatensem, monet, ut privilegia monasterii Arelatensis, a Childeberto rege constituta, quae tum Vigilius, decessor suus, tum ipse confirmaverit, tueatur. (L. IX. ep. 111; L. VII. II. ep. 116). B. II. 1018, G. VIII. 147, Mansi X. 190. — „Cum piae desiderium“.
- ” — — (1269) Desiderio, episcopo Galliarum (Viennensi), pallii privilegium, velut antiquitus huius sedis episcopis datum, confirmari cupienti, respondet, tabulas rei testandae causa mittat, quarum in ecclesiae Romanae tabulario nihil inventum sit. (L. IX. ep. 112; L. VII. II. ep. 117). B. II. 1019, G. VIII. 148, Mansi X. 191. — „Fraternitatis vestrae desiderium“.
- ” — — (1270) Syagrio, episcopo Augustodunensi, mandat, ut et Menatem, „dioecesis Romanae ecclesiae“ episcopum (Telesinum?), cuius mores turpitudinem sibi infligant, et Theodorum episcopum, qui ad declinandam Constantii episcopi Mediolanensis disciplinam in Galliam se contulerit, ut in Italiam revertantur, compellat. (L. IX. ep. 113; L. VII. II. ep. 118). B. II. 1020, G. VIII. 149, Mansi X. 192. — „Cum sacerdotalis dignitas“.
- ” — — (1271) Virgilium Arelatensem et Syagrium Augustodunensem episcopos reprehendit, quod, quominus Syagria monacha in matrimonium violenter collocaretur, non prohibuerint; cui mulieri facultatem de proprio statuendi vult concedi. (L. IX. ep. 114; L. VII. II. ep. 119). B. II. 1021, G. VIII. 150, Mansi X. 192. — „Commissi officii qualitas“.
- ” — — (1272) Syagrio, episcopo Augustodunensi, mandat, indicat Francorum reges, ut Ursicino, episcopo Taurinensi, restituant paroecias, in Francorum finibus sitas, quae illi „post captivitatem et depraedationem“ ademptae, alterique episcopo contra canones constituto traditae sint. (L. IX. ep. 115; L. VII. II. ep. 120). B. II. 1022, G. VIII. 151, Mansi X. 193. — „Si in rebus secularibus“.
- ” — — (1273) Theodericum et Theodebertum, reges Francorum, de Ursicino, episcopo Taurinensi, in integrum restituendo, hortatur. (L. IX. ep. 116; L. VII. II. ep. 121). B. II. 1023, G. VIII. 153, Mansi X. 194. — „Summam in regibus“.
- ” — — (1274) Brunichildae, reginae Francorum, Hilarium, epistolae huius latorem, commendat. (L. IX. ep. 117; L. VII. II. ep. 122). B. II. 1024, G. VIII. 154, Mansi X. 195. — „Cum in regni regimine“.
- ” — — (1275) Vantilono et Arigio Hilarium commendat. (L. IX. ep. 118; L. VII. II. ep. 123). B. II. 1024, G. VIII. 154, Mansi X. 196. — „Ad magnam gloriae“.
- ” — — (1276) Asclepiadoto, patricio in Galliis, Hilarium commendat. (L. IX. ep. 119; L. VII. II. ep. 124). B. II. 1025, G. VIII. 155, Mansi X. 196. — „Qui terrenis regibus“.
- ” — — (1277) Claudium in Hispaniis, „excellenti Gothorum regi sedulo adhaerentem“, laudat, rogatque, ne Cyriacus abbas, confectis mandatis suis rediturus, detineatur. (L. IX. ep. 120; L. VII. II. ep. 125). B. II. 1026, G. VIII. 156, Mansi X. 197. — „Quia unguenti“.
- Aug. — — (1278) Leandro, episcopo Hispalensi, respondet. Laudes sibi tributas recusat. Podagrae doloribus affectum consolatur. Pallium mittit. (De mense v. Greg. Opp. II. 1028 not. c.) — (L. IX. ep. 121; L. VII. II. ep. 126). B. II. 1026, G. VIII. 157, Mansi X. 197. — „Sanctitatis tuae suscepti“.
- ” — — (1279) Recharedum, regem Wisigothorum, amplissimis verbis collaudat, quod per eum „cuncta Gothorum gens ab errore Arianae haeresis in fidei rectae soliditatem translata sit“, et quod pecuniam Iudaeorum, qui legem, „contra perfidiam“ eorum conditam, redimere essent nisi, contempserit. De muneribus b. Petro oblati gratias

599. (*Ind. 2.—1. Sept.—3.*)
 agit. Reliquias b. Petri apostoli et b. Ioannis baptistae mittit. Ad imperatorem quas a se petierit litteras, „quatenus pacta in chartophylacio requireret, quae dudum inter — Iustinianum principem et iura regni Wisigothorum fuerant emissa, ut ex his colligeret, quid“ regi „servare debuisset“, eas se non dedisse duabus de causis: „Una“ inquit „quia chartophylacium, — Iustiniani — tempore — flamma incensum est —; alia autem, quia, quod nulli dicendum est, ea, quae contra te sunt, apud temetipsum debes documenta requirere, atque haec pro me in medium proferre“. Paci ut studeat, monet. (L. IX. ep. 122; L. VII. n. ep. 127). B. II. 1028, G. VIII. 159, Mansi X. 200. Cf. Baluzii Misc. II. p. 12. — „Explere verbis“.
- Aug. — — (1280) Venantium patricium et Italicam, valetudine affectos consolatur. Queritur, se propter podagram abhinc undecim mensibus raro e lectulo surrexisse; febrem Romae vagari; in vicinis urbibus permultos homines mori; pari malo Africam quoque vexari; de Oriente „graviore desolationes“ nunciari. „In his itaque omnibus“ inquit „quia, appropinquante fine mundi, generalem percussionem esse cognoscitis, affligi nimis de propriis molestiis non debetis“. (L. IX. ep. 123; L. VII. n. ep. 128). B. II. 1031, G. VIII. 162, Mansi X. 203. — „Quosdam de Sicilia“.
- „ — — (1281) Donellum erogatorem imperatoris iussu rogam militarem etsi invito animo iterum suscepisse, gaudet. Scribit de sex centenariis, quos exarchus ex Ravennatis ecclesiae cimeliario mutuatus sit, restituendis. Cum pecuniis eum Romam venire vult, quae urbs „diversis“ inquit „est attrita languoribus, ut nec qui in murorum custodia sint idonei persistent“. (L. IX. ep. 124; L. VII. n. ep. 204). B. II. 1032, G. VIII. 163, Mansi X. 204. — „Epistolam gloriae vestrae“.
- „ 26. — (1282) Maximum, episcopum Salonitanum, de objectis peccatis abunde satisfacisse, laetatur. Pallii missi usum ei concedit. Sabinianum, episcopum Iadertinum, et Honoratum archidiaconum, Messianum quoque clericum commendat. (Quo die data haec epistola sit, docet libellus ap. Mansi X. 82, Greg. Opp. B. II. 1296, G. IX. 15). — (L. IX. ep. 125; L. VII. n. ep. 130). B. II. 1033, G. VIII. 164, Mansi X. 205. — „Susceptis fratris et“.
- „ — — (1283) Constantio, episcopo Mediolanensi, praecipit, ne Philagrium, luminibus captum, a Mediolanensis ecclesiae hominibus, neve ab exactoribus „collectae factae inter alios civitatis Ianuensis habitatores“, neve ab episcopo Dertonensi patiatur vexari. (L. IX. ep. 126; L. VII. n. ep. 131). B. II. 1034, G. VIII. 166, Mansi X. 209. — „Licet multum fraternitatem“.
- Oct. — — (1284) Romano, defensori Siciliae, mandat, Lucillum Melitensi ab episcopatu submotum et eius filium Petrum hortetur, uti res ecclesiae ablatas Traiano episcopo restituant; recusantes apud Ioannem, episcopum Syracusanum, causam dicere cogat. Traiano censet e Syracusano, cui praefuerit, monasterio monachos quinque concedi; deque privatis eius rebus quidquam detrahi vetat. (De mense v. Greg. Opp. II. 1041. not. a.) — (L. X, VIII. ep. 1). B. II. 1041, G. VIII. 172, Mansi X. 210. — „Nihil proficit“.
- „ — — (1285) Fortunato, episcopo Neapolitano, mandat, ut ecclesiam, ex Romani testamento conditam, sanctis Hermeti, Sebastiano, Cyriaco, Pancratio consecret. (L. X. ep. 3; L. VIII. ep. 2). B. II. 1043, G. VIII. 173, Mansi X. 212. — „Fraternitati vestrae case“.
- „ — — (1286) Fantino defensori mandat, ut Romani mancipia in usum monasterii, ex eiusdem testamento Neapoli conditi, colligat. (L. X. ep. 3; L. VIII. ep. 4). B. II. 1043, G. VIII. 174, Mansi X. 213. — „Mancipia iuris“.
- „ — — (1287) Savino, subdiacono regionario, praecipit, ut Sisinnium, presbyterum Rhegiensem, idololatriae et sodomiae accusatum, si noxius inventus sit, in carcerem coniciat; eumque cogat, ut filiis Victoriani, defuncti presbyteri, pecunias depositas restituat. (L. X. ep. 4; L. VIII. ep. 5). B. II. 1043, G. VIII. 175, Mansi X. 213. — „Cum plerumque quod“.
- „ — — (1288) Savino subdiacono mandat, moneat Mariam, Pardi clerici uxorem, ut ex defuncti patris voluntate uncias duas Stopaulo et Marcello, Comitoli excubitoris libertis, duasque ecclesiae S. Georgii persolvat. (L. X. ep. 5; L. VIII. ep. 6). B. II. 1044, G. VIII. 176, Mansi X. 214. — „Latores praesentium Stopaulus“.
- „ — — (1289) Theodorum curatorum rogat, ut Ioannis, praefecti urbis, uxori ad maritum

		599. (<i>Ind. 2.—1.Sept.—3.</i>) Romam prefecturae, praesidium det usque Perusiam. (L. X. ep. 6; L. VIII. ep. 7). B. II. 1045, G. VIII. 176, Mansi X. 214. — „Quamvis gloriae“.
Oct.	—	(1290) Marinianum, episcopum Ravennatem, hortatur, curet, ne Ioannis, praefecti urbis, uxor Romam prefectura detineatur. (L. X. ep. 7; L. VIII. ep. 8). B. II. 1045, G. VIII. 177, Mansi X. 215. — „Gloriosissimus filius“.
„	—	(1291) Mariniano, episcopo Ravennati, praescribit, ut monacham, a Petro iam iterum e monasterio elicitam, reducendam curet. (L. X. ep. 8; L. VIII. ep. 9). B. II. 1046, G. VIII. 177, Mansi X. 215. — „Si latoris praesentium“.
„	—	(1292) Ioanni, episcopo Syracusano, mandat, ut Cethegi et Florae coniugum nomine decem auri libras Basilio, episcopo Capuano, in Sicilia moranti, persolvat. (L. X. ep. 9; L. VIII. ep. 10). B. II. 1047, G. VIII. 178, Mansi X. 215. — „Gloriosi filii nostri“.
Dec.?	—	(1293) Romano, defensori Siciliae, mandat, ut Basilium, episcopum Capuanum, „in causis occupatum et praetoriis inutiliter observantem“, intra quinque dies excedere insula iubeat. (L. X. ep. 10; L. VIII. ep. 11). B. II. 1047, G. VIII. 179, Mansi X. 216. — „Perlatum ad nos“.
		600. (<i>Ind. 3.—1.Sept.—4.</i>)
Febr.?	—	(1294) Godiscalcum, ducem Campaniae, hortatur, ut direptum S. Archangeli monasterium vexare desinat. (L. X. ep. 11; L. VIII. ep. 12). B. II. 1048, G. VIII. 180, Mansi X. 216. — „Illa praepositorum“.
„	—	(1295) Fortunato, episcopo Neapolitano, Fusci abbatis monasterium commendat. (L. X. ep. 12; L. VIII. ep. 13). B. II. 1049, G. VIII. 181, Mansi X. 217. — „Quamvis et ratio“.
„	—	(1296) Romano defensori mandat de massa Papyrianensi, in Sicilia sita, inter monasterium sanctorum Erasmi et Maximi et Iulianae Neapolitanum et Xenodochium S. Theodori dividenda. (L. X. ep. 13; L. VIII. ep. 14). B. II. 1050, G. VIII. 181, Mansi X. 218. — „Fuscus“.
„	—	(1297) Fantino, defensori Neapolitano, mandat, ut codices velaque monasterii S. Archangeli, a Constantio presbytero quondam in Siciliam deportata, Fusco abbati restituenda curet. (L. X. ep. 14; L. VIII. ep. 15). B. II. 1050, G. VIII. 182, Mansi X. 218. — „Fuscus“.
„	—	(1298) Venerium, episcopum (Vibonensem), mortuo Paulino episcopo visitatorem Taurianensis et Turritanae ecclesiarum constituit. (Et haec et quae sequitur epistola emendatione indiget). — (L. X. ep. 17; L. XI. ep. 18). B. II. 1052, G. VIII. 184, Mansi X. 353. Cf. Baluzii Misc. II. 13. — „Obitum Paulini“.
„	—	(1299) „Clerum, ordinem et plebem consistentem Taurianas, Turris et Consentias“, visitatori, Venerio episcopo Vibonensi, obedire iubet. (L. X. ep. 16; L. XI. ep. 17). B. II. 1052, G. VIII. 184, Mansi X. 353. Cf. Baluzii Misc. II. 13. — „Vestri antistitis“.
„	—	(1300) Clementinam patriciam in odio sibi esse, negat. Monet eam, ut iniurias acceptas ex memoria deponat. (L. X. ep. 15; L. VIII. ep. 16). B. II. 1051, G. VIII. 183, Mansi X. 219. — „Abbate quodam ad“.
Fbr.Mart.	—	(1301) Clementinam patriciam monet, ut Amandum presbyterum, quem Surrentini episcopum elegerint, quam primum Romam venire sinat. (L. X. ep. 18; L. VIII. ep. 17). B. II. 1052, G. VIII. 189, Mansi X. 220. — „Amandum presbyterum“.
„	„	(1302) Anthemio, subdiacono Campaniae, mandat, ut Amandum presbyterum oratorii S. Severini, in castro Luculano siti, a Surrentinis episcopum electum, si vita illius in rebus honestis perspecta sit, ad se confestim mittat. (L. X. ep. 19; L. VIII. ep. 18). B. II. 1053, G. VIII. 189, Mansi X. 220. — „Postquam is, qui“.
„	„	(1303) Anthemio, subdiacono Campaniae, praecipit, ut monachos Surrentinos in emendis possessionibus consilio iuvet. (L. X. ep. 20; L. VIII. ep. 19). B. II. 1053, G. VIII. 190, Mansi X. 220. — „Pervenit ad nos, quod“.
Apr.	—	(1304) Ioannem, praepositum (proconsulem) Italiae, redarguit, quod diaconiae Neapolitanae annonam subtraxerit. (L. X. ep. 21; L. VIII. ep. 20). B. II. 1054, G. VIII. 190, Mansi X. 221. — „Quidquid tribuitur“.
„	—	(1305) Leonem, episcopum Catanensem, hortatur, ut monasterium S. Viti, in Aetna monte situm, ab adversariorum iniuriis tueatur, monachosque mulieribus uti vetet. (L. X. ep. 22; L. VIII. ep. 21). B. II. 1055, G. VIII. 191, Mansi X. 221. — „Martianus“.

		600. (<i>Ind. 3.—1. sept.—4.</i>)
Apr.	—	(1306) Hadriano, notario Siciliae, mandat de fratribus monasterii S. Viti, in Aetna monte siti, puniendis, quos cum mulieribus vivere non puduerit. (L. X. ep. 23; L. VIII. ep. 22). B. II. 1055, G. VIII. 192, Mansi X. 222. — „Res ad nos omnino“ „Res omnino“.
„	—	(1307) Fortunatum, episcopum Neapolitanum, monasteriorum disciplinae parum diligenter consulentem, reprehendit, culpamque fugae monachorum quorundam in eum confert. Monachos nisi post duos tirocinii annos tonderi, militesque sine ipsius assensu in monasteria ascisci vetat. (L. X. ep. 24; L. VIII. ep. 23). B. II. 1056, G. VIII. 193, Mansi X. 223. — „Cum fraternitas vestra“.
Apr. Mai.	—	(1308) Fortunato, episcopo Neapolitano, praecipit, ut Theodoro, „viro magnifico Maiori populi“, portas, et Rustico, viro clarissimo seniori, aquaeductum illico restituat. (L. X. ep. 25; L. VIII. ep. 24). B. II. 1057, G. VIII. 194, Mansi X. 223. — „Si scriptorum nostrorum“.
?	—	(1309) Fortunato, episcopo Neapolitano, praecipit, ut, adhibito Anthemio subdiacono, Petri clerici causam diiudicet, qui interdictum sibi esse queratur, ne in accusatores suos inquisitionem postularet. (Hanc proximamque epistolam mense Iulio datas esse affirmant, non probant Benedictini). — (L. X. ep. 40; L. VIII. ep. 25). B. II. 1071, G. VIII. 210, Mansi X. 224. — „Valde nos vestra“.
?	—	(1310) Anthemio, subdiacono Campaniae, mandat, ut una cum Fortunato, episcopo Neapolitano, Petri clerici causam examinet. (L. X. ep. 41; L. VIII. ep. 26). B. II. 1072, G. VIII. 211, Mansi X. 224. — „Petrus clericus“.
Mai.	—	(1311) Fortunato, episcopo Neapolitano, mandat, Ioannem virum clarissimum palatinum, hortetur, aut per praefectum cogat, ne saponariorum Neapolitanorum corpori molestias exhibere pergat. (L. X. ep. 26; L. VIII. ep. 27). B. II. 1058, G. VIII. 195, Mansi X. 225. — „Augustinus praesentium“.
„	—	(1312) Zittano, magistro militum, querenti, „quod quaedam religiosa loca responsum iuri publico de rebus ei competentibus reddere contemnant,“ respondet, se Fantino defensori mandasse, „ut religiosos quosque in Panormitanis partibus apud electos iudices venire compellat et suorum actuum rationem reddant.“ (L. X. ep. 27; L. VIII. ep. 28). B. II. 1059, G. VIII. 196, Mansi X. 226. — „Epistolas vestras Graeco“.
„	—	(1313) Fantino defensori mandat, hortetur Decium, episcopum Lilybaetanum, ut pecunias, pro ecclesia expensas, Sabiniano restituat. (L. X. ep. 28; L. VIII. ep. 29). B. II. 1059, G. VIII. 196, Mansi X. 226. — „Sabinianus, vir“.
Iun.	—	(1314) Constantio, episcopo Mediolanensi, rescribit, se de Pompeii episcopi causa, nondum satis explorata, iudicare non posse. Haec addit: „De Alamannis autem quod vobis indicatum est, nos et longius, quam vos, positi sumus, et, quod verum non sit, minime dubitamus; vestra tamen fraternitas bene fecit, pro informatione nostra scribere, quod audivit.“ (L. X. ep. 29; L. VIII. ep. 30). B. II. 1060, G. VIII. 197, Mansi X. 227. — „Relectis epistolis vestris“.
„	—	(1315) Libertinum expraetorem angustias fortiter ferre iubet. Pueris eius ut vestes darentur, Romano defensori mandatum esse, nunciat. (L. X., VIII. ep. 31). B. II. 1061, G. VIII. 199, Mansi X. 228. — „Quanta vos seculi“.
„	—	(1316) Secundino, episcopo Tauromenitano, scribit, veniam det Leonis chartarii uxori, quae quum, viro ob adulterii suspicionem repudiato, religiosam vestem induisset, ad eundem suspicione liberatum redierit. (L. X., VIII. ep. 32). B. II. 1062, G. VIII. 200, Mansi X. 228. — „Praesentium portitor, Leo“.
„	—	(1317) Secundino, episcopo Tauromenitano, mandat, ne de unciis senis ecclesiae Locrensis et monasterio S. Christophori, a Dulcino, Marciani episcopi Locrensis decessore, legatis, vexari monasterium patiat. (L. X., VIII. ep. 33). B. II. 1063, G. VIII. 201, Mansi X. 229. — „Scripta fraternitatis vestrae“.
„	—	(1318) Ecclesio, episcopo Clusino, mandat, ut de vita Ioannis diaconi, quem Balneoregienses episcopum elegerint, cognoscat, seque erudiat. (L. X., VIII. ep. 34). B. II. 1063, G. VIII. 201, Mansi X. 229. — „Gloriosus filius noster“.
Iul.	—	(1319) Eulogio, patriarchae Alexandrino, litterarum intermissionem excusat. De podagra iam per duos fere annos tenente queritur. Monachos Hierosolymitanos ad se de Agnoitarum errore interrogatum venisse negat. Quos vero ante biennium Constantinopolim adiusse scribit, seque, ab Anatolio diacono de illa haeresi (de qua Graecos patres cum Latinis consentire laetatur) consultum, per litteras re-

		600. (<i>Ind. 3.—1. Sept.—4.</i>) spondiase. (L. X., VIII. ep. 35). B. II. 1064, G. VIII. 202, Mansi X. 230. — „Transacto anno“.
Iul.	—	(1320) Maximo, episcopo Salonitano, respondet haec: „de Sclavorum gente, quae vobis valde imminet et affligor vehementer et conturbo; affligor in his, quae iam in vobis patior, conturbor, quia per Histriae aditum iam ad Italiam intrare coeperunt.“ Queritur, se „foris a gentibus et intus a iudicibus conturbari“. De pauperibus tuendis et de Photinianistis ad fidem revocandis addit. (L. X., VIII. ep. 36). B. II. 1065, G. VIII. 204, Mansi X. 231. — „Ad Romanam veniens“.
„	—	(1321) Eusebium, archiepiscopum Thessalonicensem, hortatur, ut Lucae presbytero et Petro, de reprobata synodo Chalcedonia suspectis, quaestionem faciat. (L. X. ep. 42; L. VII. II. ep. 6). B. II. 1072, G. VIII. 211, Mansi X. 114. — „Si quam magna“.
„	—	(1322) Innocentio, Africae praefecto, initum honorem gratulatur, dromonesque praeparanti nunciat, „cum Langobardorum rege usque ad mensem Martium futurae quartae Indictionis (i. e. anni 601) de pace convenisse; quae“ inquit „si retineatur, ignoramus, quia idem rex obiisse postea nuntiatus est, licet adhuc habeatur incertum“. Suum in lob commentarium postulanti Augustini libros commendat. De patrocinio pauperibus beati Petri tributo gratias agit. (L. X., VIII. ep. 37). B. II. 1067, G. VIII. 205, Mansi X. 232. — „Luculenta eminentiae“.
„	—	(1323) Ianuario, episcopo Caralitano, significat, ex Dominici, episcopi Carthaginiensis, et Innocentii, Africae praefecti, epistolis se cognovisse, „qualiter in Sardinia minores vel pauperes, ab eis, qui illic maiores sint, opprimantur“. Monet de protegendis iis, qui in ecclesiam confugerint. (L. X., VIII. ep. 38). B. II. 1068, G. VIII. 206, Mansi X. 233. — „Qualiter in Sardinia“.
„	—	(1324) Monasterio S. Sebastiani Neapolitano Gratterense et Puteolanum monasteria coniungit, salvis iuribus et Neapolitani posthac ordinandi et Puteolani episcopi. (L. X. ep. 61; L. VIII. ep. 39). B. II. 1085, G. VIII. 225, Mansi X. 233. — „Quorumdam monachorum“.
„	—	(1325) Clero et nobilibus civibus Neapolitanis edicit, nec Petrum diaconum, ab iis electum, si feneretur, dignum honore episcopali esse, neque quem diversa pars elegerit, Ioannem diaconum castitatis expertem. (Huius et superioris et sequentium epistolarum veterem, quem Benedictini immutarunt, ordinem conservandum putavi). — L. X. ep. 62; L. VIII. ep. 40). B. II. 1086, G. VIII. 226, Mansi X. 234. — „Nec novum nec“.
Aug.	—	(1326) Dominicum, episcopum Carthaginiensem, de lue in Africa vagante consolatur. (L. X. ep. 63; L. VIII. ep. 41). B. II. 1087, G. VIII. 227, Mansi X. 235. — „Quanta in Africanis“.
„	—	(1327) Eulogio, patriarchae Alexandrino, iam iterum respondet, quum Abramium, superioris ad eum epistolae (ep. 1319) latorem, Neapoli diu subsistere cognoverit. De Agnoitis exponit. „Deesse sibi peritos Graeci sermonis interpretes queritur. Addit de maioribus lignis praeparatis, quae mitti ob navis parvitatem non potuerint. (L. X. ep. 39; L. VIII. ep. 42). B. II. 1068, G. VIII. 207, Mansi X. 236. — „Sicut aqua frigida“.
„	—	(1328) Venantio, episcopo Lunensi, ut mittatur, quae monasterio Lunensi abbatissa praeficiatur, petenti, monacham mittit. (L. X., VIII. ep. 48). B. II. 1074, G. VIII. 213, Mansi X. 239. — „Fraternitatis vestrae adeo“.
„	—	(1329) Venantium, episcopum Lunensem, hortatur, ut ad reparandam ecclesiam Faesulanam viginti solidos conferat. (L. X., VIII. ep. 44). B. II. 1074, G. VIII. 213, Mansi X. 239. — „Quid petitio“.
„	—	(1330) Ecclesii, episcopi Clusini, valetudinem dolet. De episcopo quodam caute electo gaudet. Equum ei dono mittit. De ecclesiis circumeundis addit. (L. X. ep. 45; L. VIII. ep. 46). B. II. 1075, G. VIII. 214, Mansi X. 241. — „Scripta fraternitatis vestrae“.
„	—	(1331) Ioanni, episcopo Syracusano, mandat, agat cum Leontio exconsule, ne, quem evocaverit, Crescentium, vicarium suum, iniuriis affici patiatur. (L. X. ep. 46; L. VIII. ep. 47). B. II. 1075, G. VIII. 214, Mansi X. 241. — „Cum lator praesentium“.
„	—	(1332) Ioanni, episcopo Syracusano, Apollonium magistrum militum, commendat. (L. X. ep. 47; L. VIII. ep. 48). B. II. 1076, G. VIII. 215, Mansi X. 242. — „Quamvis glorioso“.

600. (*Ind. 3.—1. Sept.—4.*)
- Aug. — (1333) Leontio exconsuli Apollonium, magistrum militum, commendat. (L. X. ep. 48; L. VIII. ep. 49). B. II. 1076, G. VIII. 216, Mansi X. 242. — „Scientes, gratia paterna“.
- „? — (1334) Adeodatae illustri significat, se Decii episcopi (Lilybaetani) causam Ioanni, episcopo (Syracusano), et Leontio glorioso cognoscendam permisisse. (L. X. ep. 49; L. VII. II. ep. 55). B. II. 1077, G. VIII. 216, Mansi X. 149 — „Magnam nobis laetitiam“.
- (1335) Domitiano, episcopo metropolitano (Melitenensi) respondet, Leontium gloriosum in Sicilia consistere, necdum Romam venisse. Cui se ad exsequenda imperatorum mandata opitulatum esse scribit. Gregorium expraefectum et alios, „qui in septis ecclesiasticis residebant“, in Siciliam rationis reddendae causa profecturos. Theodori episcopi causam Leontio et Ioanni, episcopo Syracusano, commissam esse. (L. X, VIII. ep. 50). B. II. 1077, G. VIII. 217, Mansi X. 242. — „Quam magnae caritatis“.
- (1336) Leontium exconsulem, quod Libertinum, a se commendatum, libertate priverit, incusat. „Si quam“ inquit „in rebus publicis fraudem fecit, substantia eius caedi debuit, non libertas; hoc enim inter reges gentium et imperatores Romanorum distat: quia reges gentium domini servorum sunt, imperator vero Romanorum dominus liberorum“. De iudiciis mansuete agendis monet. (L. X, VIII. ep. 51). B. II. 1078, G. VIII. 218, Mansi X. 243. — „Cautionis et exemplar“.
- (1337) Amandino domestico significat, se exarcho scripsisse, „ut cautiones agentium vires Ioannis praefecti simul et palatini“ mittentur. De Libertino addit. (L. X, VIII. ep. 52). B. II. 1081, G. VIII. 200, Mansi X. 245. — „Ea, quae per Paulum“.
- (1338) Romano defensori mandat, hortetur Leontium (exconsulem), ne quid „de insulis“ constituat adversus seniorum et civium Neapolitanorum privilegia, per Mauricium imperatorem confirmata. (L. X, VIII. ep. 53). B. II. 1082, G. VIII. 221, Mansi X. 246. — „Pervenit ad nos, quod“.
- (1339) Dono, episcopo Messanensi, Gregorium expraefectum commendat. (L. X, VIII. ep. 54). B. II. 1082, G. VIII. 222, Mansi X. 246. — „Licet gloriosus filius“.
- (1340) Leontio exconsuli Gregorium expraefectum commendat. (L. X, VIII. ep. 55). B. II. 1083, G. VIII. 222, Mansi X. 247. — „Cum iustitiae vigor“.
- (1341) Amandino domestico Gregorium expraefectum commendat. (L. X, VIII. ep. 56). B. II. 1083, G. VIII. 223, Mansi X. 247. — „Confidentes, quod gloria“.
- (1342) Secundino (Tauromenitano) et Ioanni (Syracusano) episcopis Gregorium expraefectum commendat. (L. X, VIII. ep. 57). B. II. 1083, G. VIII. 223, Mansi X. 247. — „Bonorum nos hortatur“.
- (1343) Bonifacium, episcopum Rhegiensem, hortatur, ut ecclesiae suae cum Gregorio expraefecto litem componat, eiusdemque homines ac possessiones commendatos sibi habeat. (L. X, VIII. ep. 58). B. II. 1084, G. VIII. 224, Mansi X. 248. — „Sacerdotali procuradubio“.
- (1344) Ioanni (Surrentino?) et Fortunato (Neapolitano) episcopis atque Anthemio subdiacono Gregorii expraefecti homines et possessiones commendat. (L. X, VIII. ep. 59). B. II. 1084, G. VIII. 224, Mansi X. 248. — „Ea, quae filiis nostris“.
- (1345) Azimarcho scriboni affirmat, Gregorium expraefectum in Siciliam venire propter valetudinem antea non potuisse. (L. X, VIII. ep. 60). B. II. 1085, G. VIII. 225, Mansi X. 249. — „Quod praesentium portitor“.
- (1346) Romano defensori praecipit, ne Gentioni scriboni locet praedium ecclesiasticum, sed, quae ex praedio redeant, ea quotannis tribuat: porcos 20, verveces 20, gallinas 60. (L. X. ep. 64; L. VIII. ep. 61). B. II. 1085, G. VIII. 228, Mansi X. 249. — „Quoniam filius noster Gentio“.
- (1347) Adeodatae, illustri feminae, reliquias expetitas mittit, excusata retardatione. (L. X. ep. 65; L. VIII. ep. 62). B. II. 1085, G. VIII. 229, Mansi X. 249. — „Ut moram in dandis“.
- (1348) Decio, episcopo Lilybaetano, mandat, ut monasterium, ab Adeodata, gloriosa femina, aedificatum, b. Petro et sanctis Laurentio, Hermeti, Pancratio, Sebastiano, Agneti consecret. (L. X. ep. 66; L. VIII. ep. 63). B. II. 1089, G. VIII. 229, Mansi X. 250. — „Adeodata gloriosa“.
- (1349) Hilario notario mandat, ut missam ad Adeodatam abbatissam navem, si istuc

			600. (<i>Ind. 3.—1. Sept.—4.</i>)
			venerit, „ab omni angaria vel onere exuat“. (L. X. ep. 67; L. VIII. ep. 64). B. II. 1089, G. VIII. 230, Mansi X. 250. — „Navem, in qua“.
Sept.	1.	—	(1350) Ioanni, abbati montis Sinai, ad instruendum gerontocomium, mittit „laenas 15, rachanas 30, lectos 15, pretium quoque de emendis culcitrīs vel naua“. (L. XI. ep. 1; L. XII. ep. 16). B. II. 1091, G. VIII. 232, Mansi X. 395. — „Sanctitatem vitae tuae“.
„	1.	—	(1351) Palladium, presbyterum de monte Sina, detractorum invidiam aequo animo ferre iubet. Mittit cucullam et tunicam. (L. XI. ep. 2; L. VIII. ep. 45). B. II. 1092, G. VIII. 233, Mansi X. 240. — „Epistolis dilectionis tuae“.
„	—	—	(1352) Innocentium, Africae praefectum, rogat, ne Victoris, episcopi Phausianensis, dioecesim a iudicibus Africanis vexari patiatur. (Quae in codd. quibusdam adduntur verba: „mense Octobri“, iis, quo tempore sequentes epistolae scriptae sint, significatur).— (L. XI. ep. 5; L. IX. ep. 1). B. II. 1095, G. VIII. 236, Mansi X. 251. — „Qui pravorum actuum“.
Oct.	5.	—	Synodus, in qua Probo, monasterii SS. Andreae et Luciae abbati, rerum privatarum arbitrium conceditur. B. II. 1297, G. IX. 16, Mansi X. 262 (L. IX. ep. 22).
„	—	—	(1354) Mariniano, episcopo Ravennati, significat, se de Florentio, diacono eius Constantinopolim mittendo, ad Anatolium diaconum diligenter scripsisse. De ordinatione cuidam tribuenda addit. (L. XI. ep. 6; L. IX. ep. 2). B. II. 1096, G. VIII. 237, Mansi X. 252. — „Fraternitatis vestrae scripta“.
„	—	—	(1355) Anatolio, diacono Constantinopolitano, Mariniani, episcopi Ravennatis, diaconum commendat. (L. XI. ep. 7; L. IX. ep. 3), B. II. 1096, G. VIII. 237, Mansi X. 252. — „Frater et coepiscopus“.
„	—	—	(1356) Alexandro, praetori Siciliae, Ioannem diaconum, ad gubernandum ecclesiae Ravennatis patrimonium Siciliense a Mariniano episcopo missum commendat. (L. XI. ep. 8; L. IX. ep. 4). B. II. 1096, G. VIII. 238. — „Qui de filii caritate“.
„	—	—	(1357) Leoni, episcopo Catanensi, Severum, virum magnificum, commendat. (L. XI. ep. 9; L. IX. ep. 5). B. II. 1097, G. VIII. 238, Mansi X. 253. — „Filius noster Severus“.
„	—	—	(1358) Talitanum, „publici patrimonii cura“ praeditum, hortatur, ne patrimonio ecclesiae Romanae ab „hominibus publicis“ molestiam aspergi sinat. (L. XI. ep. 10; L. IX. ep. 6). B. II. 1097, G. VIII. 239, Mansi X. 253. — „Cum tanta nos de“.
„	—	—	(1359) Romano defensori mandat, ut Teclam, monasterii S. Mariae Neapolitani abbatissam, cum Alexandro genero reconciliet. (L. XI. ep. 11; L. IX. ep. 7). B. II. 1098, G. VIII. 239, Mansi X. 254. — „Quia Tecla, abbatissa“.
Nov.	1.	—	(1360) Cononis, monasterii Lirinensis abbatis, virtutes, per Mennam episcopum (Telesinum) apud se praedicatas, laudat. Columbū presbyterum commendat. (L. XI. ep. 12; L. IX. ep. 8). B. II. 1098, G. VIII. 240, Mansi X. 254. — „Praepositorum sollicitudo“.
„	—	—	(1361) Serenum, episcopum Massiliensem, reprehendit, quod simulacrorum eversio-nem, a sese vituperatam, tuitus sit. Hortatur, ut consternationem inde ortam compescat, malorumque hominum societate absteineat. (L. XI. ep. 13; L. IX. ep. 9). B. II. 1099, G. VIII. 242, Mansi X. 255. — „Literarum tuarum primordia“.
„	1.	—	(1362) Asclepiodoto patricio Candidum presbyterum et Gallicanum ecclesiae Romanae patrimonium commendat. Reliquias b. Petri mittit. (L. XI. ep. 14; L. XII. ep. 17). B. II. 1102, G. VIII. 244, Mansi X. 395. — „Prudentes viros, sicut“.
„	—	—	(1363) Arigio, episcopo Vapincensi, Candidum presbyterum commendat. (L. XI. ep. 15; L. IX. ep. 62). B. II. 1102, G. VIII. 244, Mansi X. 302. — „In quanta apud“.
„	—	—	(1364) Populo, presbyteris, diaconis et clero ecclesiae Mediolanensis scribit, agant ut, novo in Castorii defuncti locum episcopo substituto, Arethusae, clarissimae feminae, causa terminetur. (L. XI. ep. 16; L. IX. ep. 10). B. II. 1103, G. VIII. 245, Mansi X. 257. — „Latrix praesentium“.
„	—	—	(1365) Anthemio, subdiacono Campaniae, Theodoram, Sabini defensoris viduam, a filio omnibus fraudatam rebus, commendat. (L. XI. ep. 17; L. IX. ep. 11). B. II. 1103, G. VIII. 246, Mansi X. 257. — „Theodora, relicta“.
„	—	—	(1366) Anthemio subdiacono praecipit, ne Helenae homines ab ecclesiae Romanae actoribus iniuste detineri sinat. (L. XI. ep. 18; L. IX. ep. 12). B. II. 1104, G. VIII. 246, Mansi X. 258. — „Gloriosa filia Helena“.

		600. (Ind. 3.—1.sept.—4.)
Nov.	—	(1367) Anthemio subdiacono Donatum commendat. (L. XI. ep. 19; L. IX. ep. 13). B. II. 1104, G. VIII. 247, Mansi X. 258. — „Donatus, lator“.
„	—	(1368) Scholastico defensori praecipit, ut Calumnioso, episcopo Ortonensi, praeter condumam datam, vinoleam locet, et episcopium detentum restituat, et duos, quos Ferocinatus eidem legaverit, casales tradat. (L. XI. ep. 22; L. IX. ep. 14). B. II. 1105, G. VIII. 247, Mansi X. 259. — „Ante aliquantum temporis“.
„	—	(1369) Scholastico defensori mandat, ut Alexandro Frici, ecclesiae Romanae colono, qui in ecclesia a Cypriano diacono Catanæ condita per tres laboraverit annos, mercedem residuam persolvat. (Nihil est, cur hanc epistolam ad annum 598, ut iubent Benedictini, revocemus). — (L. VIII. ep. 32; L. IX. ep. 15). B. II. 920, G. VIII. 34, Mansi X. 259. — „Alexander Frix“.
„	—	(1370) Romano defensori mandat, ut Argentio, ecclesiae Romanae colono, „curam hospitalitatis habenti, terrulam modiorum decem“ concedat. (L. XI. ep. 21; L. IX. ep. 16). B. II. 1105, G. VIII. 248, Mansi X. 260. — „Quia praesentium portitorem“.
„	—	(1371) Spesindeum, praesidem Sardiniae, hortatur, ut Victorem, episcopum (Phausianensem), in Christi fide inter „barbaros et provinciales Sardiniae“ dilatanda adiuvet. (L. XI. ep. 22; L. IX. ep. 17). B. II. 1106, G. VIII. 249, Mansi X. 260. — „Particeps proculdubio“.
„	—	(1372) Vitalem, defensorem Sardiniae, Bonifacio, notario suo, ad emenda mancipia Barbarina misso, opitulari iubet. (L. XI. ep. 23; L. IX. ep. 18). B. II. 1106, G. VIII. 249, Mansi X. 260. — „Bonifacium, praesentium“.
„	—	(1373) Ioannem, tribunum Sipontinum, hortatur, ut una cum Vitaliano episcopo iudicet de epistolae huius latore, per Bonifacium, notarium suum, in libertatis discrimen vocato. (L. XI. ep. 24; L. IX. ep. 19). B. II. 1106, G. VIII. 250, Mansi X. 261. — „Lator praesentium de“.
„	—	(1374) Ianuarium, episcopum Caralitanum, laudat, quod virorum monasterium ex Epiphaniï lectoris defuncti voluntate construi in eiusdem domo veterit propter adiacentem parthenonem. Mandat vero, ut monachos aut, ancillis alio traductis, colloctet in earum domo, aut in destituto Urbani monasterio. (L. XI. ep. 25; L. IX. ep. 20). B. II. 1107, G. VIII. 250, Mansi X. 261. — „Gratam nobis fraternitatis“.
„	—	(1375) Pantaleoni notario mandat, Ianuam se conferat, ubi et Deusdedit diaconum, quem Mediolanenses episcopum elegerint, ordinandum curet, et Romanae ecclesiae rationibus consulat. (Hanc epistolam ad mensem Septembrem revocare, necessarium non videtur esse.) — (L. XI. ep. 3; L. IX. ep. 21). B. II. 1094, G. VIII. 235, Mansi X. 262. — „Experientia tua praesentium“.
„	—	(1376) Populo, presbyteris, diaconis et clero Mediolanensi concedit, ut, quem post dolendam Castorii mortem elegerint, Deusdedit diaconus, auctore Pantaleone notario, episcopus ordinetur. Competitorem per Langobardos electum a se repudiari affirmat. Bono eos animo esse iubet, „quia“ inquit „unde possunt alimenta S. Ambrosio servientibus clericis ministrari, nihil in hostium locis, sed in Sicilia et in aliis reipublicae partibus consistit“. (Istam epistolam eodem, quo superiorem, tempore scriptam esse, negari nequitur.) — (L. XI. ep. 4; L. VIII. ep. 65). B. II. 1094, G. VIII. 235, Mansi X. 250. — „Quantus nos de obitu“.
„	—	(1377) Ioanni, subdiacono Ravennae, mandat, cum praefecto diligentissime agat, ut Ioannis argentarii rebus consulat, qui, fide pro Importuno quondam palatino interposita, in summas angustias adductus sit. (L. XI. ep. 26; L. IX. ep. 23). B. II. 1108, G. VIII. 251, Mansi X. 264. — „Qualiter Ioannes“.
Dec.	—	(1378) Ioanni religioso, „mensis pauperum et exhibendae diaconiae praeposito“, concedit, ne expensorum rationem reddere cogatur. (L. XI. ep. 27; L. IX. ep. 24). B. II. 1109, G. VIII. 252, Mansi X. 265. — „Licet eos, qui“.
		601. (Imp. Mauricio Tiberio a. 19., post cons. eiusd. a. 18., ind. 4.—1.sept.—5.)
Ian.	1.	(1379) Augustino, episcopo Anglorum, summam omnium suorum de gente Anglorum ad fidem Christianam transducta nunciat laetitiam. Miracula edentem, ut superbiam caveat, hortatur. (L. XI. ep. 28; L. IX. ep. 58). B. II. 1109, G. VIII. 253, Mansi X. 295. — „Gloria in excelsis“.
„	—	(1380) Berthae, reginae Anglorum, studium benevolentiamque erga Augustinum laudat. Hortatur, operam dare ne diutius dubitet, ut regis quoque animus ad Chri-

		601. (<i>Imp. Mauricio Tiberio a. 19, post cons. eiusd. a. 18, ind. 4.—1. Sept.—5.</i>) stianam fidem perducatur. (L. XI. ep. 29; L. IX. ep. 59). B. II. 1112, G. VIII. 256, Mansi X. 297. — „Qui post terrenam“.
Ian.	—	(1381) Venantium exmonachum, patricium Syracusanum, docet, et suam et eius aegrotationem pro poenitentia a deo irrogata esse accipiendam. (L. XI. ep. 30; L. IX. ep. 25). B. II. 1114, G. VIII. 257, Mansi X. 265. — „Debitum salutationis“.
Febr.	—	(1382) Paschasium, episcopum Neapolitanum, hortatur, ut b. Severini reliquias Venantio oratorii eidem sancto consecrandi causa concedat. (L. XI. ep. 31; L. IX. ep. 26). B. II. 1115, G. VIII. 258, Mansi X. 266. — „Ioannes, servus“.
„	—	(1383) Mariniano, episcopo Ravennati, significat, Candido abbati reliquias esse concessas. Addit, valetudinem suam ita ingravescere, „ut vivere sibi poena sit“. (L. XI. ep. 32; L. IX. ep. 27). B. II. 1115, G. VIII. 259, Mansi X. 267. — „Latore huc“.
Fbr. Mart.	—	(1384) Marinianum, episcopam Ravennatem, sanguinis exspuitione laborantem, Romam, ubi medicorum legibus quiete utatur, invitat. Praecipit, ut ieiuniis, vigiliis, concionibus absteineat. (L. XI. ep. 33; L. IX. ep. 28). B. II. 1116, G. VIII. 260, Mansi X. 267. — „Veniate quodam Ravennate“.
Febr. Iun.	—	(1385) Paschasio, episcopo Neapolitano, praescribit, pecuniae quantum singulis clericis, presbyteris, diaconis, pauperibus, praesente Anthemio subdiacono suo, ex ecclesiae aerario distribuat. (L. XI. ep. 34; L. IX. ep. 29). B. II. 1117, G. VIII. 261, Mansi X. 208. — „Tempore, quo fraternitas“.
„	„	(1386) Barbaram et Antoniam, imminente patris (Venantii, patricii Syracusani) morte afflictas, consolatur. (L. XI. ep. 35; L. IX. ep. 30). B. II. 1118, G. VIII. 262, Mansi X. 269. — „Susceptis gloriae vestrae“.
„	„	(1387) Ioanni, episcopo Syracusano, mandat, ut Venantium (exmonachum et patricium) desperanter aegrotantem ad resumendam vestem monasticam inducat, et filiabus in defendenda a creditoribus haereditate assit. Romam adire cupientem invitat. (L. XI. ep. 36; L. IX. ep. 31). B. II. 1118, G. VIII. 262, Mansi X. 269. — „Fraternitatis vestrae scripta“.
„	„	(1388) Romanum, defensorem Siciliae, docet, clericorum causas apud episcopum, episcopi apud defensorem agendas esse. (L. XI. ep. 37; L. IX. ep. 32). B. II. 1120, G. VIII. 264, Mansi X. 270. — „Pervenit ad nos, quod“.
„	„	(1389) Vitum ecclesiae defensorem constituit. (L. XI. ep. 38; L. IX. ep. 33). B. II. 1120, G. VIII. 265, Mansi X. 271. — „Si nulli conditioni“.
„	„	(1390) Romano defensori Vitum commendat, quem „in defensorum schola“, inquit „data ei solemniter epistola, militandum esse praevidimus“. (L. XI. ep. 39; L. IX. ep. 34). B. II. 1121, G. VIII. 265, Mansi X. 271. — „Vitum“.
„	„	(1391) Romano defensori mandat, ut Fausti possessionem, in quam actores ecclesiae Syracusanae iniuste irruerint, restitui iubeat. (L. XI. ep. 41; L. IX. ep. 35). B. II. 1121, G. VIII. 266, Mansi X. 271. — „Gloriosissimus filius“.
„	„	(1392) Ioanni, episcopo Syracusano, scribit de reddenda Fausti possessione, ab ecclesiae eius actoribus per vim occupata. (L. XI. ep. 42; L. IX. ep. 36). B. II. 1122, G. VIII. 267, Mansi X. 272. — „Gloriosissimus filius“.
„	„	(1393) Ioanni, episcopo Syracusano, praecipit, ne diutius differat, quin de invasa Rusticianae patriciae possessione homines ecclesiae eius causam dicere cogat. (L. XI. ep. 43; L. IX. ep. 37). B. II. 1122, G. VIII. 267, Mansi X. 272. — „Petrus, vir clarissimus“.
„	„	(1394) Rusticianam patriciam rogat, ne se ipsius ancillam in epistolis vocitet. Vela, quae miserit, iam suspensa nunciat. Utriusque podagra memorata, addit haec: „si mei molem corporis in tantam podagrae dolor ariditatem redegit, quid de vestro corpore sentiam, quod nimis siccum ante dolores fuit“. De miraculis in b. Andree monasterio factis narrat. (L. XI. ep. 44; L. IX. ep. 38). B. II. 1123, G. VIII. 268, Mansi X. 273. — „Excellentiae vestrae scripta“.
„	„	(1395) Theoctistam patriciam, populi Constantinopolitani adversus eam tumultu exagitatam, ne obrectatorum odio moveatur, monet. Verum snadet, ut seditionis principibus clam accitis, errorum suspicionem vel iureiurando amoliat. Docet, excommunicandos esse eos, qui „dicant: religionis causa coniugia debere dissolvi“, et: „baptisma peccata penitus non auferre“, et: „si de iniquitatibus suis quis in triennium poenitentiam egerit, postmodum ei perverse vivere licere“, et: „compulsus quispiam necessitate si anathematizaverit, eum anathematis vinculo non teneri“. (L.

		601. (<i>Imp. Mauricio Tiberio a. 19, post cons. eiusd. a. 18, ind. 4.—1. sept.—5.</i>) XI. ep. 45; L. IX. ep. 39). B. II. 1126, G. VIII. 271, Mansi X. 275. — „Magnas omnipotenti“.
Febr. Iun.	—	(1396) Isacii, episcopi Hierosolymitani, fidem per litteras expositam laudat. Monet de tollenda simonia ac de componendis ecclesiarum Hierosolymitanarum iurgiis. (L. XI. ep. 46; L. IX. ep. 40). B. II. 1133, G. VIII. 278, Mansi X. 282. — „Servata veritate“.
”	”	(1397) Anatolio, diacono Constantinopolitano, mandat, significet imperatori, se ad consilium detrudendi Ioannis, primae Iustinianae episcopi, non posse accedere; episcopo enim aegrotanti, nisi ultro potestate abeat, succedi per canones non licere. (L. XI. ep. 47; L. IX. ep. 41). B. II. 1135, G. VIII. 280, Mansi X. 284. — „Scripsit mihi tua“.
”	”	(1398) Urbicum abbatem increpat, quod Lucusiano monasterio, in civitate Panormitana sito, duos eodem die praefecerit abbates. Domitium presbyterum a Victore episcopo abbatem ordinari iubet. (L. XI. ep. 48; L. IX. ep. 42). B. II. 1136, G. VIII. 281, Mansi X. 284. — „Valde me contristatum“.
”	”	(1399) Urbico abbati praecipit, ut Petro, episcopo Triocalitano, solidos 40 ex monasterii Lucusiani (Panormi siti) pecuniis persolvat. (L. XI. ep. 49; L. IX. ep. 43). B. II. 1137, G. VIII. 282, Mansi X. 285. — „Dilectio tua praesentia“.
”	”	(1400) Hadriano, notario Panormitano, mandat, ut, qui in Urbici abbatis monachorum numerum invita coniuge Agathosa ascitus sit, eum coniugi reddendum curet. (L. XI. ep. 50; L. IX. ep. 44). B. II. 1137, G. VIII. 282, Mansi X. 285. — „AgathosaATRIX“.
”	”	(1401) Universos episcopos Siciliae hortatur, ut adversus hostes in Siciliam descensos litanias bis in hebdomade agendis auxilium a deo precentur; „nam quid vobis cavendum“, inquit „quidve sit vehementius formidandum, ex istius provinciae debetis desolatione colligere“. (L. XI. ep. 51; L. IX. ep. 45). B. II. 1138, G. VIII. 283, Mansi X. 286. — „Super afflictiones et“.
Iun.	—	(1402) Dono, episcopo Messanensi, praecipit, ut quae inter ecclesiae eius actores Placidumque, virum magnificum, iudicata sint, ea efficienda curet. (L. XI. ep. 52; L. IX. ep. 46). B. II. 1139, G. VIII. 284, Mansi X. 287. — „Nullus umquam contentionibus“.
”	—	(1403) Hadrianum notarium in coercendis incantatoribus et sortilegis pergere iubet. (L. XI. ep. 53; L. IX. ep. 47). B. II. 1139, G. VIII. 284, Mansi X. 287. — „Pervenit ad nos, quod“.
”	—	(1404) Desiderium, episcopum Viennensem, „grammaticam quibusdam exponere“, vehementer inquit; „quia“ inquit „in uno se ore cum Iovis laudibus Christi laudes non capiunt“. Quae petierit, ea se concessurum scribit, si „nugis et secularibus litteris eum non studere constiterit“. Monachos, cum Laurentio presbytero et Mellito abbate ad Augustinum episcopum missos, commendat. (L. XI. ep. 54; L. IX. ep. 48). B. II. 1139, G. VIII. 285, Mansi X. 287. — „Cum multa nobis“.
”	—	(1405) Virgilium, episcopum Arelatensem, monet, ut synodum simoniae evellendae causa cogat, et Serenum, episcopum Massiliensem, a pravorum hominum societate prohibeat. Monachos in Angliam tendentes commendat. (L. XI. ep. 55; L. IX. ep. 49). B. II. 1140, G. VIII. 286, Mansi X. 288. — „Cum divinae lectionis“.
”	22.	(1406) Aetherium, episcopum Lugdunensem, convocandae synodo insistere iubet. Ut confirmentur ecclesiae eius privilegia, veteres tabulas, quarum quidquam in ecclesiae Romanae scrinio reperiri negat, mitti sibi vult. Gesta vel scripta b. Irenaei non esse reperta, significat. Commendat monachos Angliam petentes. (L. XI. ep. 56; L. IX. ep. 50). B. II. 1141, G. VIII. 287, Mansi X. 289. — „Epistolarum vestrarum“.
”	—	(1407) Arigio, episcopo Vapiaceasi, scribit, ut de simonia concilio extirpanda nitar, monachosque in Angliam euntes commendatos sibi habeat. (L. XI. ep. 57; L. IX. ep. 51). B. II. 1142, G. VIII. 288, Mansi X. 290. — „Cum in fraterna“.
”	—	(1408) Mennae Telsonensi, Sereno Massiliensi, Lupo Cabilonensi, Aigulfo Metensi, Simplicio Parisiensi, Melantio Rotomagensi, Licinio (Andegavensi), episcopis Franco- rum, „a paribus“ commendat monachos in Angliam transeuntes, „quia tanta“ inquit „de Anglorum gente ad Christianae fidei gratiam multitudo convertitur, ut Augustinus eos, qui secum sunt, ad hoc opus exsequendum per diversa loca

			601. (<i>Imp. Mauricio Tiberio a. 19, post cons. eiusd. a. 18, ind. 4.—1.sept.—5.</i>) asserat non posse sufficere“. (L. XI. ep. 58; L. IX. ep. 52). B. II. 1144, G. VIII. 289, Mansi X. 291. — „Licet fraternitatem vestram“.
Iun. 22.	—	(1409) Theodericum, Francorum regem, hortatur, ut ad damnandam simoniam iubeat synodum convocari. Monachos in Angliam transfretaturos commendat. (L. XI. ep. 59; L. IX. ep. 53). B. II. 1145, G. VIII. 292, Mansi X. 291. — „Excellentiae vestrae index“.	
” —	—	(1410) Theodebertum, Francorum regem, de synodo congreganda monet. Monachos in Angliam transgredientes commendat. (L. XI. ep. 60; L. IX. ep. 54). B. II. 1146, G. VIII. 293. — „Qui paternae adhortationis“.	
” —	—	(1411) Clothario, regi Francorum, commendat monachos in Angliam euntes. Addit de synodo, qua simonia comprimatur, cogenda. (L. XI. ep. 61; L. IX. ep. 55). B. II. 1147, G. VIII. 294, Mansi X. 293. — „Inter tot curas“.	
” 22.	—	(1412) Brunichildae, reginae Francorum, monachos ad Augustinum in Angliam pergentes commendat. (L. XI. ep. 62; L. IX. ep. 56). B. II. 1148, G. VIII. 295, Mansi X. 293. — „Gratias omnipotenti deo“.	
” 22.	—	(1413) Brunichildam, reginam Francorum, hortatur, ut simoniae propulsandae causa haberi synodum iubeat. (L. XI. ep. 63; L. IX. ep. 57). B. II. 1149, G. VIII. 296, Mansi X. 294. — „Quanta in vobis“.	
” —	—	(1414) Augustino, episcopo Anglorum, respondet: 1) de reditu ecclesiarum distribuendo; 2) de clericorum nuptiis; 3) de optima quaque consuetudine ex aliis ecclesiis accipienda; 4) de sacrilegii poenis; 5) 6) 7) de nuptiis et licitis et illicitis („Unde necesse est, ut iam tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi debeat“); 8) de episcopis per episcopos consecrandis; 9) de ratione cum Galliarum episcopis habenda, (addit de epistola ad Arelatensem episcopum missa; v. inf. ep. 1418); 10) de mulieribus praegnantibus; 11) de iis, qui nocturna pollutione inquinati sint. (Epistola haec exstat et ap. Bedam in Hist. eccl. L. I. cap. 27, et in Gregorii regestis dialogi in formam redacta; integra verba possunt nonnulla parte repeti ex editionibus Ballerini, in Leonis M. Opp. III. p. CCXLIV, et Mansii. Cf. Gratiani decr. I. D. 5 et 6). — (L. XI. ep. 64; L. XII. ep. 31). B. II. 1150, G. VIII. 297, IX. 60, Mansi X. 404, 415. — „Per dilectissimos filios meos“.	
” 22.	—	(1415) Augustinum, episcopum Anglorum, pallii iure ornat, ac duodecim episcoporum ab eo ordinandorum constituit metropolitam. Post obitum Augustini, principis omnium Britanniae sacerdotum, episcopum Eboracensem dignitate parem Londiniensi esse iubet, ut totidem suffraganeis praesit, palliumque percipiat. (L. XI. ep. 65; L. XII. ep. 15). B. II. 1163, G. VIII. 311, (Mansi X. 394), Bedae Hist. eccl. L. I. c. 29. — „Cum certum sit“.	
” 22.	—	(1416) Ethelbertum, regem Anglorum, ad diffundendam per omnem Angliam Christi fidem incitat, utque Augustino episcopo et obediat et opem ferat, hortatur. De appropinquante mundi exitio docet. Xenia mittit. (L. XI. ep. 66; L. IX. ep. 60). B. II. 1164, G. VIII. 313, Mansi X. 298, Bedae Hist. eccl. L. I. c. 32. — „Propter hoc omnipotens“.	
” 22.	—	(1417) Quiricum episcopum et ceteros episcopos in Hiberia (Asiatica) catholicos, quo modo Nestoriani ad ecclesiam revertentes in catholicorum numerum recipiantur, docet. Eorum ad se litteras a legatis in urbe Hierosolymitana amissas esse nunciat. (L. XI. ep. 67; L. IX. ep. 61). B. II. 1166, G. VIII. 315, Mansi X. 300. — „Quia caritati nihil“.	
” 22.	—	(1418) Virgilio, episcopo Arelatensi, Augustinum, Anglorum episcopum, ad eum fortasse venturum, commendat. (L. XI. ep. 68; L. IX. ep. 63). B. II. 1170, G. VIII. 319, Mansi X. 302, Bedae Hist. eccl. L. I. c. 28. — „Quantus sit affectus“.	
” 22.	—	(1419) A Brunichilda, Francorum regina, licentiam legati mittendi petit, qui Gallicos sacerdotes „impudice ac nequiter“ viventes coerceat. (L. XI. ep. 69; L. IX. ep. 64). B. II. 1170, G. VIII. 319, Mansi X. 303. — „Cum scriptum sit“.	
” —	—	(1420) Candido, presbytero Galliae, Aurelium presbyterum, quem muneri alicui praeponat, commendat. (L. XI. ep. 70; L. IX. ep. 65). B. II. 1171, G. VIII. 320, Mansi X. 303. — „Lator praesentium filius“.	
Iun.—Iul.	—	(1421) Anthemio, subdiacono Campaniae, mandat, hortetur Paschasium, episcopum Neapolitanum, ut Hilarium, Ioannis diaconi calumniatorem, „prius subdiaconatus privet officio, atque, verberibus publice castigatum, faciat in exilium deportari,“	

601. (*Imp. Mauricio Tiberio a. 19, post cons. eiusd. a. 18, ind. 4.—1. Sept.—5.*)
utque „vicedominum sibi ordinet et majorem domus, quatenus possit vel hospitibus supervenientibus, vel causis, quae eveniant, idoneus et paratus existere.“ (In cod. Colb.: „X Kal. Iul.“, in aliis codd.: „VI. Id. Iul.“) — (L. XI. ep. 71; L. IX. ep. 66). B. II. 1171, G. VIII. 321, Mansi X. 304. — „Cum fortius punienda“.
- Iun.—Iul. — (1422) Surrentino Agapiti abbatis monasterio monasterium Marcianense, in dioecesi Nucerna situm, coniungit. (L. XI. ep. 72; L. IX. ep. 67). B. II. 1172, G. VIII. 322, Mansi X. 304. — „Ne locis venerabilibus“.
- ” ” — (1423) Mariniano abbati eiusque successoribus ecclesiae S. Georgii curam permittit. (L. XI. ep. 73; L. IX. ep. 68). B. II. 1173, G. VIII. 323, Mansi X. 305. — „Quia ecclesiam sancti“.
- ” ” — (1424) Eusebio, episcopo Thessalonicensi, significat, litteras eius ante, quam sibi redderentur, ab Andrea monacho, „ad sanctum Paulum incluso,“ corruptas esse. Quem narrat ipsius nomine „aliquos sermones“ quoque confinxisse, se vero „nec Graece novisse, nec aliquod opus aliquando Graece conscripsisse“ profitetur. De impostore quid in concilio a se statutum sit, eum, qui hanc epistolam deferat, indicaturum scribit. A Luca presbytero, in suspicionem falsae doctrinae adducto, et fidei confessionem et Nestorii Severique condemnationem exigi vult. (L. XI. ep. 74; L. IX. ep. 69). B. II. 1173, G. VIII. 323, Mansi X. 305. — „Lator praesentium Theodorus“.
- ” ” — (1425) „Aurelium ex Francis“ post fratris mortem ab adversariis vexatum consolatur. (L. XI. ep. 75; L. IX. ep. 70). B. II. 1175, G. VIII. 325, Mansi X. 306. — „Audito dulcissimi filii“.
- Iul. ? — (1426) Mellitum abbatem post discessum nihil dum scripsisse dolet. Augustinum, Anglorum episcopum, moneri iubet, idolorum fana ne destruat, sed in ecclesias mutet. Anglis ad Christi fidem conversis concedi vult, ut quos idolis sacrificare consuerint, boves in tabernaculis circa ecclesias positos comedant. (Verba: „data XV. Kal. Iul.“ manifeste vitiosa sunt). — (L. XI. ep. 76; L. IX. ep. 71). B. II. 1176, G. VIII. 325, Mansi X. 307, Bedae Hist. eccl. L. I. c. 30. — „Post discessum congregationis“.
- ” — (1427) Claudium abbatem cum Severo episcopo praeter exspectationem non venisse, dolet. Ut quam primum veniat, praecipit. (Epistolam hanc veteri loco auferendam non putavi). — (L. VII. ep. 45; L. IX. ep. 72). B. II. 892, G. VII. 457, Mansi X. 308. — „Veniente viro“.
- Aug. — (1428) Petro, episcopo Hydruntino, ecclesiae Brundisinae visitatori, praecipit, ut de corpore S. Leontii in ecclesia Brundisina collocato sanctuaria concedat Opportuno, abbati monasterii S. Leontii „in quinto Romanae urbis milliario siti“. (Haud validis, opinor, argumentis hanc epistolam ad annum 596 revocarunt Benedictini). — (L. VI. ep. 62; L. IX. ep. 73). B. II. 838, G. VII. 400, Mansi X. 308. — „Opportunus“.
- ” — (1429) Bonifacio, defensori Corsicae, praecipit, ut clerum populumque Aleriensis et Adiaciensis civitatum ad eligendos episcopos adhortetur, neu clericos compellari apud laicos patiatur. (L. XI. ep. 77; L. IX. ep. 74). B. II. 1177, G. VIII. 327, Mansi X. 309. — „Experientia tua non“.
- ” — (1430) Barbaram et Antoninam bene sperare iubet, Romamque venturas esse gaudet. Earum res et Ioanni, episcopo Syracusano, et Romano defensori commendatas nunciat. De racanis duabus addit ab iis sibi muneri missis. (L. XI. ep. 78; L. IX. ep. 75). B. II. 1178, G. VIII. 328, Mansi X. 309. — „Susceptis epistolis vestris“.
- Sept. — (1431) Dominicum, episcopum Carthaginiensem, ex morbo convaluisse, gaudet. De reliquiis b. Agilei missis gratias agit. (L. XII., X. ep. 1), B. II. 1181, G. VIII. 330, Mansi X. 310. — „Quam copiosa cordis“.
- ” — (1432) Anthemio subdiacono mandat, ut Mattheo, viro clarissimo scholastico, solidos duodecim tribuat. (L. XII., X. ep. 2). B. II. 1182, G. VIII. 331, Mansi X. 311. — „Quoties digna consideratione“.
- ” — (1433) Anthemio, subdiacono Campaniae, mandat, ut Siculum quemdam, „servum iuris publici“, qui in monasterio Misenate vestem monachicam sumpserit, ad Fantinum defensorem mittat. Cui, quomodo cum actionariis publicis servum resopcentibus Panormi ageret, praescriptum a se esse addit. (L. XII., X. ep. 3). B. II. 1182, G. VIII. 331, Mansi X. 311. — „Lator praesentium Gallus“.

601. (*Imp. Mauricio Tiberio a. 19, post cons. eiusd. a. 18, ind. 4.—1. sept.—5.*)
- Sept. — — (1434) Fantino defensori mandat, hortetur Victorem, episcopum Panormitanum, ut litera inter ecclesiam suam et Maurentium, magistrum militum, ad finem perducere maturet. (L. XII, X. ep. 4). B. II. 1183, G. VIII. 332, Mansi X. 312. — „Gloriosissimus filius noster“.
- „ — — (1435) Mariniano, episcopo Ravennati, negotia eorum, qui a Maurentio missi sint, commendat. (L. XII, X. ep. 5). B. II. 1184, G. VIII. 333, Mansi X. 312. — „Postquam gloriosissimo“.
- „ — — (1436) Theodoro curatori commendat Maurentii, magistri militum, homines, ad precarium accipiendum missos. (L. XII, X. ep. 6). B. II. 1184, G. VIII. 333, Mansi X. 313. — „Quia sic de“.
- „ — — (1437) Savinellae et Columbae et Agnellae beneficentiam „a paribus“ laudat, iisque per Hilarium chartularium mittit „clavim a corpore b. Petri“. (L. XII, X. ep. 7). B. II. 1185, G. VIII. 334, Mansi X. 313. — „Satis me, gloriosa“.
- Oct. — — (1438) Columbo, Numidiae episcopo, mandat, ut, primale concilii adhibito, iudicet inter Victorem episcopum et Donadeum, qui diaconatu se iniuste exutum queratur. Sonti parti poenam irrogari vult. (L. XII, X. ep. 8). B. II. 1186, G. VIII. 335, Mansi X. 314. — „Quam gravis et auditu“.
- „ — — (1439) Castorio notario mandat, ut de possessione quadam inter Ravennas SS. Marci Marcellini et Feliculae monasterium et ecclesiam Romanam controversa iudices constituendos curet. (Benedictinis, qui hanc epistolam ad annum 599 referunt, non assenserim). — (L. X. ep. 30; L. X. ep. 9). B. II. 1061, G. VIII. 198, Mansi X. 315. — „Experientiae tuae in“.
- „ — — (1440) Anthemio subdiacono praecipit, ut qui in ecclesiae Romanae fundo aedificium ea lege posuerit, ut quotannis duos solidos solveret, Adeodatum, ad inopiam reductum, dimidia tributi parte relevet. (L. XII. ep. 9; L. X. ep. 10). B. II. 1186, G. VIII. 336, Mansi X. 315. — „Indicavit nobis Adeodatus“.
- „ — — (1441) Fantino defensori scribit de xenodochio ex testamento Isidori in urbe Panormitana constituendo. (L. XII. ep. 10; L. X. ep. 11). B. II. 1187, G. VIII. 336, Mansi X. 315. — „Ea, quae fienda“.
- „ — — (1442) Passivo, episcopo Firmano, mandat, ut oratorium, ab Anione comite in castro Aprutino conditum, b. Petro consecret. (L. XII. ep. 11; L. X. ep. 10). B. II. 1187, G. VIII. 337, Mansi X. 316. — „Anio comes“.
- „ — — (1443) Passivo, episcopo Firmano, scribit, velle se, ut tandem ecclesiae Aprutinae sacerdos praeficiatur. Quapropter Opportunum moneri iubet, ut in exercendis „bonis studiis“ pergat, atque vel monachus vel subdiaconus fiat, postero tempore episcopus creandus. (L. XII. ep. 12; L. X. ep. 13). B. II. 1188, G. VIII. 338, Mansi X. 316. — „Bene novit fraternitas“.
- „ — — (1444) Opportunum Aprutinum, ex obiurgatione ante illata maerorem etiam nunc trahentem consolatur, atque ut in corporis castimoniam precesionesque plane incumbat, monet. (Hanc epistolam quare multo ante eam, quae praecedit, scriptam esse velint Benedictini, non liquet). — (L. X. ep. 68; L. X. ep. 14). B. II. 1090, G. VIII. 338, Mansi X. 317. — „Pervenit ad me, quia“.
- „ — — (1445) Fantino defensori mandat, caveat, ne quid rerum depercat, quas Primogenitus, notarius suus, partim Romanae ecclesiae, partim coniugi fratrisque filio reliquerit. (L. XII. ep. 13; L. X. ep. 15). B. II. 1188, G. VIII. 339, Mansi X. 317. — „Cognoscat experientia tua“.
- „ — — (1446) Azimarcho scriboni, qui, naufragio facto, incolumis in Siciliam evaserit, gratulatur. (L. XII. ep. 14; L. X. ep. 17). B. II. 1189, G. VIII. 339, Mansi X. 319. — „Quanto nos cognitus“.
- „ — — (1447) Romano defensori mandat, ut Laurentium, „pro rationibus nonae ac decimae indictionis faciendis“ missum, apud Leontium gloriosissimum et apud Ioannem episcopum adiuvet in explicandis Bonifacii numerarii defuncti fortunis, quarum partem ille xenodochio, ad b. Petrum constituto, reliquerit. (L. XII. ep. 15; L. X. ep. 16). B. II. 1189, G. VIII. 340, Mansi X. 318. — „Experientiam tuam non“.
- „ — — (1448) Azimarcho scriboni Laurentii negotia commendat. (L. XII. ep. 16; L. X. ep. 18). B. II. 1190, G. VIII. 341, Mansi X. 319. — „Magnitudinem vestram“.
- „ — — (1449) A Maurilione expraefecto in Sicilia frequentes litteras poscit. (L. XII. ep. 17; L. X. ep. 19). B. II. 1191, G. VIII. 341, Mansi X. 319. — „Valde miramur“.
- „ — — (1450) Maurentium, magistrum militum, hortatur, ut Comitulum de ecclesia Romana

601. (*Imp. Mauricio Tiberio a. 19, post cons. eiusd. a. 18, ind. 4.—1. Sept.—5.*) bene meritum, in pristinam gratiam recipiat. (In veterem locum restituere hanc epistolam non dubitavi). — (L. VIII. ep. 19; L. X. ep. 20). B. II. 909, G. VIII. 21, Mansi X. 320. — „Veniens dilectissimus“.
- Oct. — — (1451) Eupatori, duci Sardiniae, Valdarichum et eius uxorem commendat. (L. XII. ep. 18; L. X. ep. 21). B. II. 1191, G. VIII. 342, Mansi X. 320. — „Cum lator praesentium“.
602. (*Ind. 5.—1. Sept.—6.*)
- Ian. — — (1452) Ioanni, subdiacono Ravennae, mandat, ut Claudii quondam abbatis monasterio Maurum a Mariniano episcopo praeficiendum curet, Constantio propter peculiari-tatis studium excluso. Dicta sua a Claudio abbate litteris vitiose mandata mittat. Marinianum episcopum moneat, ne suus in lob commentarius ad vigiliis publice legatur. Addit de regula pastorali sua per Anatolium diaconum Graece reddita; de Albino; de formarum cura Augusto vicecomiti per praefectum committenda. (Hanc epistolam pristino loco reddendam putavi). — (L. XII. ep. 24; L. X. ep. 22). B. II. 1194, G. VIII. 345, Mansi X. 320. — „Venientes monachi“.
- „ — — (1453) Maurentium, magistrum militum, rogat, ut plectiles sellas viginti quatuor sibi mittat. (L. XII. ep. 19; L. X. ep. 23). B. II. 1192, G. VIII. 342, Mansi X. 322. — „Cognoscat gloria vestra“.
- „ — — (1454) Maurentium, magistrum militum, ut sequentem epistolam ad Arogem ducem deferendam curet, rogat. (L. XII. ep. 20; L. X. ep. 25). B. II. 1192, G. VIII. 343, Mansi X. 323. — „Propterea quod in“.
- „ — — (1455) Ab Aroge duce (Beneventano) petit, ut in trabibus ex Bruttis ad mare tra-hendis Savino, subdiacono suo, subveniri iubeat. (L. XII. ep. 21; L. X. ep. 25). B. II. 1193, G. VIII. 343, Mansi X. 323. — „Quia sic de gloria“.
- „ — — (1456) A Gregorio expraefecto petit, ut Savino, subdiacono suo, homines bovesque mittat ad amoliendas viginti trabes, ecclesiis beatorum Petri et Pauli destinatas. (L. XII. ep. 22; L. X. ep. 26). B. II. 1193, G. VIII. 344, Mansi X. 324. — „Scientes, quanta erga“.
- „ — — (1457) Stephano episcopo scribit de hominibus bobusque Savino subdiacono auxilio mittendis. (L. XII. ep. 23; L. X. ep. 27). B. II. 1194, G. VIII. 345, Mansi X. 324. — „Quamvis fraternitatem vestram“.
- „ — — (1458) Romano defensori mandat, ut Petrum defensorem, de massa iuris ecclesiae Romanae, quae Vitelas dicatur, oriundum, commoneat, „ne filios suos foris alicubi in coniugio sociare praesumat, sed in ea massa, cui lege et conditione ligati sint, socientur“. Negat, se unquam concessurum, „ut foris de massa, in qua nati sint, aut habitare aut debeant sociari, sed et superscribi terram eorum“. (L. XII. ep. 25; L. X. ep. 28). B. II. 1197, G. VIII. 348, Mansi X. 325. — „Petrus, quem defensorem“.
- „ — — (1459) Maurentium, magistrum militum, hortatur, ut, „navigantibus aliis, et filio Do-mitii, viri magnifici, licentiam navigandi“ concedat. (L. XII. ep. 27; L. X. ep. 30). B. II. 1197, G. VIII. 349, Mansi X. 325. — „Petiit Domitius“.
- „ — — (1460) Quertino expraefecto, ut Bonito praefecturam impetret, petenti respondet, se molestum negotiosumque munus illi imponi nolle. (L. XII. ep. 26; L. X. ep. 29). B. II. 1197, G. VIII. 349, Mansi X. 325. — „Epistolam gloriae vestrae“.
- Mart. — — (1461) Columbo, episcopo Numidiae, mandat, ut una cum primate, Victore episcopo, et Hilario, chartulario suo, de Paulino, Tegessis civitatis episcopo, et verberatorum clericorum et simoniae accusato, iudicium faciat. (L. XII. ep. 28; L. X. ep. 32). B. II. 1198, G. VIII. 350. — „Quia bene olim“.
- „ — — (1462) Victori episcopo (Numidiae primati) scribit de quaestione in Paulinum, Te-gessis civitatis episcopum, ponenda. (L. XII. ep. 29; L. X. ep. 33). B. II. 1199, G. VIII. 351, Mansi X. 328. — „Quanto laetitiae“.
- „ — — (1463) Ioanni, episcopo primae Iustinianae, praescribit, ut de Paullo, deiecto episcopo Dicoletano, qui, Nemesio successore constituto, episcopatum invaserit, poenas capiat, eumque ablata reddere cogat. (L. XII. ep. 31; L. X. ep. 34). B. II. 1201, G. VIII. 353, Mansi X. 329. — „Quando mala, quae“.
- „ — — (1464) Constantino, episcopo Scodritano, mandat, ut mandata sua superioribus lit-teris contenta si ipse exsequi possit, exsequatur, si minus, ad Ioannem perferen-das litteras curet. (L. XII. ep. 30; L. X. ep. 35). B. II. 1201, G. VIII. 352, Mansi X. 330. — „Quae dilectissimus nobis“.

		602. (<i>Ind. 5.—1. Sept.—6.</i>)
Mart.	—	(1465) Universos concilii Bizaceni episcopos Crementii primatis, graviter accusati, iudices constituit. (L. XII. ep. 32; L. X. ep. 36). B. II. 1202, G. VIII. 354, Mansi X. 330. — „Sicut laudabile“.
„	—	(1466) Firmino, episcopo Histriae (Tergestino), ad ecclesiae unitatem reverso gratulatur, constantiamque suadet. Rationibus eius se prospecturum pollicetur. Paraturam dono mittit. (L. X. ep. 33; L. X. ep. 37). B. II. 1203, G. VIII. 355, Mansi X. 331. — „Quem redemptor noster“.
Mai.	—	(1467) Ciridano sitonae scribit, binas sibi ab eo litteras esse redditas, quarum alteris de „serenissimorum principum iussione“ significaverit, „ut omnis tritici quantitas, quae in horreis Romanae ecclesiae suscepta fuerat, sitonae tradi per omnia deberet, et ut hoc ipsum pararetur in specie“, — alteris, „ut quae summa eiusdem sitonici ab horreariis ecclesiae sit suscepta, prodi inter acta publica deberet“. Monet, ut, quum frumenta „in specie praeparata“ sint et quantitas per defensores ecclesiae prodita, reliqua ipse suscipiat, „nam“ inquit, „quidquid post haec in praedicti sitonici specie damni contigerit, amplius iam ad ecclesiae dispendium sciatis nullo modo pertinere“. (L. XII. ep. 34; L. X. ep. 38). B. II. 1204, G. VIII. 356, Mansi X. 332. — „Gloriae vestrae dudum“.
„	—	(1468) Desiderium, episcopum Viennensem, hortatur, ne Pancratium diaconum, a monachica, quam capessierit, vita ad ecclesiam revocet. (L. XII. ep. 35; L. X. ep. 39). B. II. 1205, G. VIII. 357, Mansi X. 332. — „Pancratius“.
„	—	(1469) Bonito defensori monachos ad colligenda monasterii S. Severini Romani mancipia fugitiva misso commendat. (L. XII. ep. 36; L. X. ep. 40). B. II. 1206, G. VIII. 358, Mansi X. 333. — „Filius noster Fortunatus“.
„	—	(1470) Romano defensori et Anthemio Savinoque subdiaconis possessiones hominesque Romani expraetoris commendat. (L. XII. ep. 37; L. X. ep. 41). B. II. 1206, G. VIII. 358, Mansi X. 333. — „Ea, quae sponte“.
„	—	(1471) Deusdedit, episcopum Mediolanensem, hortatur, ne res a Castorio decessore eius ante episcopatum acquisitas et Luminosae, ancillae dei, hereditate relictas, ecclesiae suae vindicet. (L. XII. ep. 38; L. X. ep. 42). B. II. 1206, G. VIII. 359, Mansi X. 334. — „Nulli dubium est“.
„	—	(1472) Fantino defensori mandat, ut ex Servi-dei diaconi fortunis, ad ecclesiam Romanam hereditariis iure pertinentibus, Luminosae, ancillae dei equas quatuor, et xenodochio Anichiorum equas decem tribuat. (L. XII. ep. 39; L. X. ep. 43). B. II. 1207, G. VIII. 360, Mansi X. 334. — „Experientiam tuam iam“.
„	—	(1473) Venantio, patricio Panormitano, Samsonis gestorum interpretationem poscenti, scribit, ex morbo recreatum se eius optato responsurum. (L. XII. ep. 40; L. X. ep. 45). B. II. 1208, G. VIII. 360, Mansi X. 335. — „Desideratissimae excellentiae“.
„	—	(1474) Pantaleoni notario mandat de ecclesiarum quarundam rebus in tuto collocandis. (L. XII. ep. 41; L. X. ep. 46). B. II. 1208, G. VIII. 361, Mansi X. 335. — „Expectabamus, ut nos“.
„	—	(1475) Romano defensori mandat, ut, qui in Sicilia defensorum titulum usurpent, tonsuratores coerceat, et Fortunatum ad rerum gestarum rationem reddendam cogat, Martianumque, qui et defensorem ementitus sit et Ioannis episcopi Syracusani praecepta detrectaverit, in exilium agat. (Hanc epistolam a. 599 scriptam esse, non concedam Benedictinis). — (L. IX. ep. 62; L. X. ep. 47). B. II. 978, G. VIII. 101, Mansi X. 336. — „Pervenit ad nos, quod“.
„	—	(1476) Romano defensori mandat, ut Salustium, virum clarissimum, ab iniuriis in Luminosum, servum ecclesiae S. Mariae, in paroecia Grumentina sitae, dehortetur. (L. XII. ep. 42; L. X. ep. 48). B. II. 1209, G. VIII. 361, Mansi X. 336. — „Luminosus“.
„	—	(1477) Ioannem, episcopum Syracusanum, hortatur, ne Paschasium et Planchum, ecclesiae Romanae debitores, praeter necessitatem vexet. (L. XII. ep. 43; L. X. ep. 49). B. II. 1209, G. VIII. 362, Mansi X. 337. — „Fili nostri, Paschasius“.
„	—	(1478) Anthemio, subdiacono Campaniae, mandat, ut Accello seniori, qui Stephanum solidis octo ab hostibus redemerit, pecuniam restituat. (L. XII. ep. 44; L. X. ep. 50). B. II. 1210, G. VIII. 363, Mansi X. 337. — „Stephanus, praesentium“.
„	—	(1479) Eugenio diacono significat, se monachis Bleranis agros quosdam in annos triginta sex concessisse. (L. XII. ep. 45; L. X. ep. 51). B. II. 1210, G. VIII. 363, Mansi X. 337. — „Servi dei monasterii“.
„	Romae	(1480) Felici, episcopo Portuensi, Ioannem, „iuris ecclesiastici famulum, iure directo

		602. (<i>Ind. 5. — 1. Sept. — 6.</i>) donat“. (L. XII. ep. 46; L. X. ep. 52). B. II. 1210, G. VIII. 364, Mansi X. 338. — „Caritatis vestrae gratia“.
Mai. ?	—	(1481) Venantio, episcopo Perusino, mandat, ut „amphimallum, tunicam vel pectoralem“ ad Ecclesiam, episcopum Clusinum „frigore omnino laborantem“, quam celerime perferendos curet. (L. XII. ep. 47; L. X. ep. 53). B. II. 1211, G. VIII. 364, Mansi X. 338. — „Fratrem et coepiscopum“.
„	—	(1482) Lucido, episcopo Leontino, mandat, ut, quem Ioannes abbas delegerit, presbyterum consecret. (L. XII. ep. 48; L. X. ep. 54). B. II. 1211, G. VIII. 365, Mansi X. 339. — „Filius noster Iohannes“.
Aug. ?	—	(1483) Romano defensori mandat, ut eos, qui a ministris palatii urbis Romae ad accipiendum frumentum, ab imperatoribus concessum, missi sint, Leontio commendet. (L. XII. ep. 49; L. XII. ep. 29). B. II. 1212, G. VIII. 365, Mansi X. 401. — „Qualem necessitatem“.
„	—	(1484) Eulogio, patriarchae Alexandrino, quosdam a Monophysitarum errore ad fidem reversos commendat. De Langobardorum gladiis et podagrae doloribus queritur. (L. XII. ep. 50; L. X. ep. 55). B. II. 1212, G. VIII. 366, Mansi X. 339. — „Latores praesentium Siciliam“.
Sept.	—	(1485) Cives Romanos docet, non esse ad litteram observandas de sabbato leges; corpus die dominico, praeterquam voluptatis causa, licere lavari. (L. XIII. ep. 1; L. XI. ep. 3). B. II. 1213, G. VIII. 367, Mansi X. 341. — „Pervenit ad me, quosdam“.
„	—	(1486) Adeodati, abbatis Neapolitani, monasterio monasterium Craterense coniungit, repulsis Basili, episcopi Capuani, vindiciis. (L. XIII. ep. 2; L. XI. ep. 4). B. II. 1215, G. VIII. 368, Mansi X. 342. — „Quantum bene dispositae“.
„	—	(1487) Adeodato, monacho S. Hadriani, permittit, ut quas ante sumptam vestem monachicam fecerit donationes, eae testandi gratia litteris consignentur. (L. XIII. ep. 3; L. XI. ep. 5). B. II. 1216, G. VIII. 369, Mansi X. 343. — „Perfectum iusta postulantis“.
„	—	(1488) Ianuario, episcopo Caralitano, mandat, ut adhibitis Innocentio et Libertino episcopis, inter Desideriam abbatissam et Ioannem abbatem iudicet. (L. XIII. ep. 4; L. XI. ep. 6). B. II. 1216, G. VIII. 370, Mansi X. 344. — „Quando inter religiosas“.
Nov.	—	(1489) Aetherio, episcopo Lugdunensi, mandat, ut episcopus quidam mente alienatus, si vacuitates furoris incidere soleant, occasione data ab abdicationem muneris inducatur, si minus, vicarius constituatur, post insani obitum episcopus consecrandus. (L. XIII. ep. 5; L. XI. ep. 7). B. II. 1217, G. VIII. 371, Mansi X. 344. — „Quamvis triste“.
„	—	(1490) Brunichildae, reginae Francorum, significat, se, quae petierit, ecclesiae S. Martini et monasterio et xenodochio Augustoduni ab ea conditis privilegia concessisse. Rogat, ut „haec eadem constitutio gestis sit publicis inserenda; quatenus“ inquit „sicut in nostris, ita quoque in regalibus scriniis teneatur“. Arcana mandata, per legatos Burgoaldum et Varmaricarium missa, curae sibi fore, scribit; „nam nos quidquid possibile, quidquid est utile et ad ordinandam pacem inter vos et rempublicam pertinet, summa cupimus devotione compleri“. Addit de Menna episcopo (Telesino) criminibus absoluto; de suis ad Aetherium, episcopum Lugdunensem, litteris; de bigamo quodam ad sacrum ordinem non admittendo; de legato expetito, qui convocandae synodo intersit, in Gallias mittendo. (L. XIII. ep. 6; L. XI. ep. 8). B. II. 1218, G. VIII. 372, Mansi X. 345. — „Inter alia bona“.
„	—	(1491) Theodericum, regem Francorum, ad pacem cum „republica“ faciendam propensum laudat. (L. XIII. ep. 7; L. XI. ep. 9). B. II. 1220, G. VIII. 375, Mansi X. 347. — „Scriptorum vestrorum“.
„	—	(1492) Xenodochii Augustodunensis, a Syagrio episcopo et Brunichilda regina constructi, possessiones confirmat, privilegiaque instituit, in his, ut abbates a rege „cum consensu monachorum“ sine simonia eligantur, neve, nisi deposita abbatia, episcopi fiant. (L. XIII. ep. 8; L. XI. ep. 10). B. II. 1221, G. VIII. 376, Pardessus Dipl. I. 187, Mansi X. 348. — „Quando ad ea, ad“.
„	—	(1493) Parthenonis S. Mariae Augustodunensis bona confirmat, et privilegia constituit. (L. XIII. ep. 9; L. XI. ep. 11). B. II. 1223, G. VIII. 378, Pardessus Dipl. I. 188. — „Quando ad ea, ad“.

- 602. (Ind. 5.—1. Sept.—6.)**
- Nov. — — (1494) Ecclesiae S. Martini Augustodunensis bona confirmat, privilegiaque constituit. (L. XIII. ep. 10; L. XI. ep. 12). B. II. 1225, G. VIII. 380, Pardessus Dipl. I. 190, Mansi X. 350. — „Quando ad ea, ad“.
- ” — — (1495) Maximo, episcopo Salornitano, scribit, se legatorum eius rationem in posterum non habiturum, nisi litteras afferant, ab eo et presbyteris ac diaconis subscriptas. (L. XIII. ep. 11; L. XI. ep. 13). B. II. 1225, G. VIII. 380, Mansi X. 350. — „Alia quidem scripta“.
- ” — — (1496) Paschasium, episcopum Neapolitanum, monet, ne Iudaeos agendis diebus festis prohiberi patiatur. (L. XIII. ep. 12; L. XI. ep. 15). B. II. 1226, G. VIII. 381, Mansi X. 351. — „Qui sincera intentione“.
- ” — — (1497) Barbaro, episcopo Beneventano, visitationem ecclesiae Panormitanae delegat, eumque monet, ut in Victoris, defuncti episcopi, locum curet successorem eligendum. (L. XIII. ep. 13; L. XI. ep. 16). B. II. 1227, G. VIII. 382, Mansi X. 352. — „Obitum Victoris“.
- ” — — (1498) Clero, ordini et plebi Panormitanae praecipit, ut visitatori Barbaro, episcopo Beneventano, obediant. (L. XIII. ep. 14; L. XI. ep. 19). B. II. 1227, G. VIII. 383, Mansi X. 353. — „Vestri antistitis obitum“.
- Dec. — — (1499) Passivo, episcopo Firmano, mandat, ut monasterium, a Proculo, diacono Asculano, in fundo Gressiano aedificatum, S. Savino consecret. (L. XIII. ep. 16; L. XI. ep. 20). B. II. 1229, G. VIII. 385, Mansi X. 354. — „Proculus“.
- ? — — (1500) Venantio, patricio Panormitano, de duobus episcopatus candidatis scribit, Urbicum abbatem quidem sibi placere, sed quietem eius non esse turbandam; Crescentii diaconi mores explorandos. Alia de ea re mandata adiungit. (L. XIII. ep. 15; L. XI. ep. 14). B. II. 1228, G. VIII. 383, Mansi X. 350. — „Excellentiae vestrae“.
- 603. (Ind. 6.—1. Sept.—7.)**
- Ian. — — (1501) Ioanni, subdiacono Ravennae, mandat, hortetur Marinianum episcopum, ut cum Ioanne episcopo aut in gratiam redeat, aut apud iudices contendat. Exuperantium episcopum, qui in eiusdem Ioannis dioecesi oratorium condiderit et consecraverit, reprehendit. (De mense v. Greg. Opp. B. II. 1230 not. a). — (L. XIII. ep. 17; L. XI. ep. 21). B. II. 1230, G. VIII. 385, Mansi X. 354. — „Lator praesentium Iohannes“.
- ” — — (1502) Leoni (Catanensi), Secundino (Tauromenitano), Ioanni (Syracusano), Dono (Messanensi), Lucido (Leontino) et Traiano, episcopis Siciliae, commendat Hadrianum, chartularium suum, quem ad regendum Syracusanum ecclesiae Romanae patrimonium mittit. A sacerdotibus, qui paroecias infantium consignandorum causa perlustrent, nimiam incolis molestiam afferri vetat. (L. XIII. ep. 18; L. XI. ep. 22). B. II. 1230, G. VIII. 386, Mansi X. 355. — „Sicut nos nobis“.
- ” — — (1503) Iulianum, quem pauperibus stipem postulare pudeat, reprehendit. Nunciat, se Hadriano, notario et patrimonii rectori, mandasse, ut monasterio a Iuliano Cataniae condito solidos 10 quotannis numeraret. (L. XIII. ep. 19; L. XI. ep. 23). B. II. 1231, G. VIII. 387, Mansi X. 356. — „Gloriae vestrae“.
- Febr. — — (1504) Honorio, episcopo Tarentino, baptisterii in ecclesia S. Mariae constructi usum permittit. (L. XIII. ep. 20; L. XI. ep. 24). B. II. 1232, G. VIII. 388, Mansi X. 356. — „Fraternitate tua“.
- ” — — (1505) Paschali et Consolantiae, ecclesiae Romanae debitoribus, respondet, „licet tempora restituendae pecuniae in induciis data defluerint, Hadriano tamen chartulario suo iniunxisse, quae cum iis exinde loqui debeat, ut nec ecclesiastica in aliquo negligatur utilitas, et postulatio eorum sortiatur effectum.“ In malis versantes consolatur. (L. XIII. ep. 21; L. XI. ep. 25). B. II. 1232, G. VIII. 388, Mansi X. 356. — „Epistolam magnitudinis“.
- ” — — (1506) Rusticianam patriciam podagra cruciari dolet. „Ego autem“ inquit „in tanto gemitu et occupationibus vivo, ut ad dies, quos ago, me pervenisse poeniteat, solaque mihi consolatio sit mortis expectatio.“ Principes moneri vult, ut Beatorem, comitem privatarum, cohibeant. Strategium salutatur. (L. XIII. ep. 22; L. XI. ep. 26). B. II. 1233, G. VIII. 389, Mansi X. 357. — „Quoties de urbe“.
- ” — — (1507) Bonifacio, notario Corsicae, mandat, Ioannem, clericum Ravennatem, ut Ro-

		603. (<i>Ind. 6.—1. Sept.—7.</i>) mam veniat, hortetur. (L. XIII. ep. 23; L. XI. ep. 27). B. II. 1234, G. VIII. 390, Mansi X. 358. — „Ea, quae nobis“.
Mart.	—	(1508) Savino, subdiacono regionario, mandat, ut Proculo episcopo (Nicoterensi) in emendandis ecclesiae rebus, per absentiam eius neglectis, opem ferat. (L. XIII. ep. 24; L. XI. ep. 29). B. II. 1234, G. VIII. 391, Mansi X. 358. — „Quare venerabilis“.
„	—	(1509) Savino, subdiacono regionario, mandat, hortetur Palumbum, episcopum (Consentinum), ut in rebus ecclesiae tuendis minus negligenter agat. (L. XIII. ep. 25; L. XI. ep. 30). B. II. 1234, G. VIII. 391, Mansi X. 359. — „Pervenit ad nos, reverendissimum“.
„	—	(1510) Anthemio, subdiacono Campaniae, mandat de Paschasii, episcopi (Neapolitani), desidia negligentiaeque reprehendenda. (L. XIII. ep. 26; L. XI. ep. 31). B. II. 1235, G. VIII. 392, Mansi X. 359. — „Pervenit ad nos, fratrem“.
„	—	(1511) Anthemio subdiacono mandat, Campaniae episcopos convocet horteturque, ne deesse officiis pergant. Qui admonitionem neglexerint, eos ad se mitti iubet. (L. XIII. ep. 27; L. XI. ep. 35). B. II. 1236, G. VIII. 393, Mansi X. 361. — „Quoties illa de“.
„	—	(1512) Marinianum, episcopum Ravennatem, ad curandam valetudinem hortatur. (Ad annum 601 revocare hanc epistolam, non videtur necessarium esse). — (L. XI. ep. 40; L. XI. ep. 34). B. II. 1121, G. VIII. 266, Mansi X. 361. — „Multa nos, frater“.
Apr.	—	(1513) Ioannem, episcopum Syracusanum, monet, ut Cosmam ecclesiae Syracusanae presbyterum cardinalem constituat. (L. XIII. ep. 28; L. XI. ep. 36). B. II. 1237, G. VIII. 393, Mansi X. 362. — „Quorumdam ad nos“.
„	—	(1514) Deusdedit, episcopo Mediolanensi, significat, inter eum et Theodorum episcopum a se Venantium, episcopum (Lunensem), cognitorem esse constitutum; ad quem ecclesiae Mediolanensis defensorem una cum Theodoro mitti iubet. (L. XIII. ep. 30; L. XI. ep. 37). B. II. 1238, G. VIII. 295, Mansi X. 362. — „Frater et coepiscopus“.
Mart. Mai.	—	(1515) Philippo presbytero respondet, gaudere se de morte Andreae presbyteri, qui „ad gaudia aeterna pervenerit“. De pecunia, a Probo abbate ad xenodochium instituendum Hierosolymae relicta, „hoc, quod deliberatum fuerat, immutari non potuisse“ scribit. Mittit solidos quinquaginta. Petit, ut mortem sibi a deo precetur; „graves enim“ inquit „hic gladium oppressiones et causarum tumultus patior“. (L. XIII. ep. 29; L. XI. ep. 28). B. II. 1237, G. VIII. 294, Mansi X. 358. — „Suscepi epistolas dilectionis“.
Iuu.	—	(1516) Phocae Augusto susceptum imperium gratulatur. Addit haec: „Quiescat felicissimis temporibus vestris universa respublica, prolata, sub causarum imagine, praeda pacis; cessent testamentorum insidiae, donationum gratiae violenter exactae; redeat cunctis in rebus propriis secunda possessio“. (L. XIII. 31; L. XI. ep. 38). B. II. 1238, G. VIII. 295, Mansi X. 362. — „Gloria in excelsis“.
„	—	(1517) Eusebiam patriciam hortatur, ut a „regiae civitatis tumultuosis implicationibus et superfluis tumultibus animum avertat, transitoriaque esse omnia perpendat“, (L. XIII. ep. 32; L. X. ep. 39). B. II. 1239, G. VIII. 397, Mansi X. 363. — „Etsi occupata mens“.
„	—	(1518) Smaragdum, patricium et exarchum hortatur, ut Firminum, episcopum Tergestinum, ad ecclesiae unitatem reversum, ab iniuriis Severi, episcopi Gradensis, principis Istriarum schismatis, defendat. Nunciat haec: „duas ad Cillanem epistolas misimus, si pacem, quae ab excellentia vestra in triginta diebus facta est, custodiret; et rescripsit, eam se servaturum, si tamen ipsi a reipublicae partibus fuerit custodita; — ad Pisanos autem hominem nostrum transmisimus, sed obtinere nil potuimus. Unde et dromones eorum iam parati ad egrediendum nunciati sunt“. (L. XIII. ep. 33; L. XI. ep. 40). B. II. 1240, G. VIII. 397, Mansi X. 364. — „Olim novimus“.
„	—	(1519) Pantaleonem notarium laudat, quod modium sextariorum 25, quo ecclesiae actores in frumento a colonis exigendo usi essent, confregerit. Praecipit, ut una cum Ioanne, episcopo Syracusano, et Hadriano chartulario, pecuniam fraude illa partam egentibus colonis dividat. (L. XIII. ep. 34; L. XI. ep. 41). B. II. 1241, G. VIII. 399, Mansi X. 365. — „Experientia tua“.
„	—	(1520) Catulum, Romanum et Vintarith hortatur, ut Optato defensori in disciplina

603. (*Ind. 6.—1. Sept.—7.*)
sacerdotum territorii Nursini, cum extraneis mulieribus habitantium, emendanda opem ferant. (L. XIII. ep. 35; L. XI. ep. 42). B. II. 1242, G. VIII. 400, Mansi X. 366. — „Pervenit ad nos, quod“.
- Iun. — — (1521) Chrysanthum, episcopum Spoletanum, monet, subveniat Optato defensori, mores sacerdotum territorii Nursini corrigere iusso. (L. XIII. ep. 36; L. XI. ep. 43). B. II. 1243, G. VIII. 401, Mansi X. 366. — „Ex quorundam relatione“.
- Iul. — — (1522) Ioanni, episcopo Panormitano, pallii per certos dies usum concedit. (L. XIII. ep. 37; L. XI. ep. 44). B. II. 1243, G. VIII. 401, Mansi X. 367. — „Apostolicarum sedis benevolentia“.
- ” — — (1523) Phocae imperatori respondet, „quod permanere in palatio, iuxta antiquam consuetudinem, apostolicae sedis diaconum non invenerit, non hoc suae negligentiae, sed gravissimae necessitatis fuisse; quia, dum ministri omnes Romanae ecclesiae tam contrita asperaque tempora cum formidine declinarent atque refugerent, nulli eorum potuisse imponi, ut ad urbem regiam, in palatio permansurus, accederet“. Bonifacium mittit, de miseriis suis narraturum: „qualiter enim“ inquit „quotidianis gladiis et quantis Langobardorum incursionibus ecce iam per triginta quinque annorum longitudinem premimur, nullis explere suggestionis vocibus valemus“. (L. XIII. ep. 58; L. XI. ep. 45). B. II. 1244, G. VIII. 402, Mansi X. 367. — „Considerare cum gaudiis“.
- ” — — (1524) Leontiae Augustae ecclesiam Romanam commendat. (L. XIII. ep. 39; L. XI. ep. 46). B. II. 1245, G. VIII. 403, Mansi X. 368. — „Quae lingua loqui“.
- ” — — (1525) Cyriacum, patriarcham Constantinopolitanum, hortatur, ut, posito universalis episcopi nomine, in concordiam secum redeat. Bonifacium diaconum commendat. (L. XIII. ep. 40; L. XI. ep. 47). B. II. 1246, G. VIII. 404, Mansi X. 369. — „Quanta sit pacis“.
- ” — — (1526) Eulogium, episcopum Alexandrinum, ad simoniam evellendam hortatur. (L. XIII. ep. 41; L. XI. ep. 48). B. II. 1246, G. VIII. 405, Mansi X. 369. — „Quadam die dum“.
- ” — — (1527) Eulogium, patriarcham Alexandrinum, ex oculorum morbo convaluisse, gaudet. Monet, si maiora ligna mitti velit, ut Bonifacio diacono, Constantinopolim misso, per litteras ad sese det mandata. De reliquiis mutue missis addit. (L. XIII. ep. 42; L. XI. ep. 49). B. II. 1247, G. VIII. 405, Mansi X. 370. — „Magnas omnipotenti deo“.
- ” — — (1528) Ioanni, episcopo Panormitano, antea Romam vocato, permittit, ut domi maneat. (L. XIII. ep. 43; L. XI. ep. 50). B. II. 1248, G. VIII. 407, Mansi X. 371. — „Amorem circa“.
- ” — — (1529) Ioannem, episcopum Panormitanum, hortatur, ut clericis, quae promiserit, exsolvat. (L. XIII. ep. 44; L. XI. ep. 51). B. II. 1249, G. VIII. 407, Mansi X. 371. — „Implenda sunt“.
- Aug. — — (1530) Ioannem defensorem, in Hispaniam proficiscentem, quo modo presbyteri cuiusdam, et Ianuarii, episcopi Malacitani, et Stephani episcopi tractet causas, edocet. (L. XIII. ep. 45; L. XI. ep. 52 et 56). B. II. 1250, G. VIII. 408, Mansi X. 372, 376. — „In primis requirendum“ „De persona presbyteri“.
- ” — — (1531) Ioanni defensori de prolapsa „Capricanae (Cabrerae) insulae iuxta Maioricam positae“ monachorum disciplina restituenda mandat. (L. XIII. ep. 46; L. XI. ep. 54). B. II. 1256, G. VIII. 415, Mansi X. 375. — „Ubi canonicam“.
- ” — — (1532) Theodoro curatori Petrum, virum magnificum, et eius matrem commendat. (L. XIII. ep. 47; L. XI. ep. 57). B. II. 1257, G. VIII. 416, Mansi X. 379. — „Postquam sic de“.
- Sept. — — (1533) Paulum, scholasticum Siciliae, laudat, quod cum Leone, episcopo Catanensi, in gratiam redierit, et quod in maleficos severe consulat. (L. XIV. ep. 1; L. XI. ep. 58). B. II. 1259, G. VIII. 417, Mansi X. 379. — „Quanto nos gloria“.
- ” — — (1534) Vitali, defensori Siciliae, mandat, ut xenodochiorum Sardorum curam, ob Ianuarii episcopi Caralitani valetudinem, oeconomio ecclesiae Caralitanae et Epiphania archipresbytero deleget. Permittit, ut possessorum Sardorum causa Constantinopolim eat. Addit de sacerdotibus in vacantibus ecclesiis constituendis; de monasterio S. Hermae; de rebus ecclesiarum monasteriorumque requirendis; de xenodochiis Hortulani et Thomae; de Epiphaniae hereditate, cet. (L. XIV. ep. 2; L. XI. ep. 59). B. II. 1259, G. VIII. 418, Mansi X. 380. — „Experientia tua indicante“.

		603. (<i>Ind. 6.—1. Sept.—7.</i>)
Sept.	—	(1535) Ioanni, episcopo Panormitano, concedit, ut „domum Romae positam cum Epiphano, Romanae ecclesiae diacono, permutet“. (L. XIV. ep. 3; L. XI. ep. 60). B. II. 1262, G. VIII. 420, Mansi X. 381. — „Sicut rationi contraria“.
„	—	(1536) Fantino, defensori Panormitano, significat, se Leonis episcopi (Catanensis) rogatu Exhilarato episcopo condonasse delicta; quem cum clericis reconciliari iubet. (L. XIV. ep. 4; L. XI. ep. 61). B. II. 1262, G. VIII. 420, Mansi X. 382. — „Talia ad nos de“.
„	—	(1537) Ioanni, episcopo Panormitano, mandat, iudicet inter Petrum, huius epistolae latorem, et Fantinum defensorem. (L. XIV. ep. 5; L. XI. ep. 62). B. II. 1263, G. VIII. 421, Mansi X. 382. — „Quia sunt culpae“.
„	—	(1538) Mariniano, episcopo Ravennati, mandat, praecipiat Concordio, episcopo Caesenati, ut Fortunatum, iniuste deiectum monasterii SS. Laurentii et Zenonis abbatem restituat. (L. XIV. ep. 6; L. XII. ep. 1). B. II. 1264, G. VIII. 422, Mansi X. 383. — „Quia incongruum“.
Oct.	—	(1539) Andreae, quondam metropolitae Nicopolitani, sententiam confirmat, ut Cassiopi castrum, ab episcopo Euriae civitatis appetitum, sub Alcysonis, episcopi Corcyraei, maneat ditione. Hunc vero hortatur, ne Euritates clericos e castro eiiciat. (L. XIV. ep. 7; L. XII. ep. 2). B. II. 1264, G. VIII. 423, Mansi X. 384. — „Non immerito elati“.
„	—	(1540) Bonifacio diacono, Constantinopoli moranti, mandat, hortetur imperatorem, ut, inducto priore edicto, Andreae, quondam Nicopolitani metropolitae, de Cassiopi castro sententiam ratam faciat. Alcysonem, episcopum Corcyraeum, commendari vult Eusebio, episcopo Thessalonicensi, et futuro metropolitae Nicopolitano. (L. XIV. ep. 8; L. XII. ep. 3). B. II. 1266, G. VIII. 424, Mansi X. 385. — „Quoties nos eorum“.
Dec.	—	(1541) Ioanni, episcopo Panormitano, permittit, ut quam b. Mariae condiderit, basilicam consecret. (L. XIV. ep. 9; L. XII. ep. 4). B. II. 1268, G. VIII. 426, Mansi X. 386. — „Basilicam, quam“.
„	—	(1542) Guduinum, ducem Neapolitanum, hortatur, ut in militem, qui monacham corruperit, exemplum edat. (L. XIV. ep. 10; L. XII. ep. 5). B. II. 1268, G. VIII. 426, Mansi X. 387. — „Cum inter multa“.
„	—	(1543) Ioanni episcopo mandat, ut, Armenio episcopo, Anconitanae ecclesiae visitatore, adhibito, exploret de moribus litterisque Florentini archidiaconi, et Rustici Florentinique diaconorum, quibus electores Anconitani ad munus episcopale suffragati sint. (L. XIV. ep. 11; L. XII. ep. 6). B. II. 1268, G. VIII. 427, Mansi X. 387. — „Ne incauta eorum“.
„	—	(1544) Theodelindae, reginae Langobardorum, respondet, magno sibi gaudio fuisse litteras eius „a Genuensibus partibus missas“, quibus cognoverit, eam peperisse et filium Adulonvaldum catholicae fidei ascripsisse. Secundo abbati se responsurum, ubi morbus suus remiserit. Synodi tempore Iustiniani imperatoris habitae acta mittit. „Adulouvaldo regi“ mittit „phylacteria: crucem cum ligno s. crucis domini et lectionem s. evangelii, theca Persica inclusum“ et „sorori eius tres annulos, duos cum hyacinthis et unum cum albula“. Petit, ut regi (Agilulpho) suo nomine „de facta pace gratias referat“. (L. XIV. ep. 12; L. XII. ep. 7). B. II. 1269, G. VIII. 428, Mansi X. 388. — „Scripta, quae ad nos“.
		604. (<i>Imp. Phoca a. 2 et consulatus eius a. 1, ind. 7.</i>)
Ian.	—	(1545) Alcysoni, episcopo Corcyraeo, praecipit, ut, salva ecclesiae eius iurisdictione, Ioannem, episcopum Euriae, reliquias S. Donati in ecclesia S. Ioannis Cassiopensi recondere permittat. (L. XIV. ep. 13; L. XII. ep. 8). B. II. 1271, G. VIII. 430, Mansi X. 359. — „Resipiscentibus fratribus“.
„	25.	(1546) Felici subdiacono, rectori patrimonii Appiae, mandat, ut possessiones quasdam ad lumina comparanda ecclesiae S. Pauli Romanae tradat. „Facta traditione“, inquit „volumus, ut hoc praeceptum in scrinio ecclesiae nostrae experientia tua restituat“. (Ex marmore basilicae b. Pauli). — (L. XIV. ep. 14; L. XII. ep. 9). B. II. 1273, IV. 329, G. VIII. 431, Mansi X. 390, Maii Scr. vet. nov. coll. V. 213. — „Licet omnia, quae“.
?	—	(1547) Anthemio subdiacono (?) scribit de exarcho, qui „aliqua loquatur, quae omnes, qui illum ament, ad inimicitias illius valeant provocare“. Haec addit: „Quanta necessitas et quae nos mala constringant, et praesentis responsalis nostri relatione

Mart. 12.	In ecclesia b. Petri ante secreta- rium	<p>604. (<i>Imp. Phoca a. 2 et consulatus eius a. 1, ind. 7.</i>) et ex epistolis fratris et coepiscopi mei Mariniani (Ravennatis) potestis agnoscere“. (L. XIV. ep. 15; L. XII. ep. 28). B. II. 1274, G. VIII. 433, Mansi X. 401. — — „Quia gloriam“.</p> <p>Sepelitur „XII. die Mart.“, Vita Gregorii in Vignolii lib. pont. I. 234; „secundo Phocatis anno — die IV. id. Mart.“, Bedae Hist. eccl. L. II. c. 1. p. 166. — Ioannis diaconi vita Greg. L. IV. c. 71, Greg. Opp. ed. Bened. IV. 170: „quar- tum decimum epistolarum librum septimae indictionis imperfectum reliquit, quo- niam ad eiusdem indictionis terminum non pertingit“. Errat tum Beda, qui l. l. p. 156 Gregorii mortem ad annum 605, tum Paulus diaconus, qui illum secutus, ad indictionem VIII. eam revocat in Hist. Lang. L. IV. c. 30 ap. Muratori R. It. Scr. I. 462.</p>
-----------	--	---

SABINIANUS. 604—606.

Sept. 13.	—	<p>604. Consecratur. Sedit enim a. 1 m. 5 d. 9, teste Vita Sabiniani in Vignolii lib. pont. I. 235. Itaque ecclesia m. 6 d. 1 vacaverat, non m. 5 d. 19, ut legitur in Vita Gregorii p. 234.</p>
Febr. 22.	Romae	<p>606. Moritur. Vita Sabiniani p. 235: „Quo defuncto, funus et lectus eius per portam S. Iohannis ductus est foris muros civitatis ad pontem Molvium, qui et sepultus est in ecclesia b. Petri“; p. 236: „Depositus est sub die XXII. mensis Februarii“.</p>

BONIFACIUS III. 607.

Febr. 19.	—	<p>607. Consecratur. Quum enim ecclesia post Sabinianum, ut testatur vita eius p. 236, vacaverit m. 11 d. 27, et Bonifacio III. in Vita ap. Vignolium, lib. pont. I. 236, dentur m. 8 d. 22 (rectius 24), consecratio eius ad dominicum diem 19 Febr. 607 referatur necesse est.</p>
—	In ecclesia b. Petri	<p>Synodus episcoporum 72. Vita Bonifacii III. p. 237: „Hic fecit constitutum in ecclesia b. Petri ap., in quo resederunt episcopi 72, presbyteri Romani 33, diaconi et clerus omnis, sub anathemate: ut nullus pontifice vivente, aut episcopo civitatis suae, praesumat loqui de successore, aut partes sibi facere, nisi tertia die depositionis eius adunato clero et filiis ecclesiae; et tunc electio fiat, et quem voluerint habeant licentiam eligendi sibi sacerdotem“.</p>
Nov. 12.	„	<p>Sepelitur „pridie idus Nov.“, Vita Bonifacii III. p. 237. Annum 607, non 608, indicat titulus ap. Mabillon, Vet. anal. p. 220: „depositus pridie idus Nov. impetrante domno (Phoca) pp. Augusto anno VI, ind. XI“.</p>

BONIFACIUS IV. 608—615.

Sept. 15.	—	<p>608. Consecratur. Dominicus hic dies apparet tum ex Bonifacii III. vita p. 237, ubi post hunc sedes dicitur per menses 10 d. 6 (rectius 4, ut habet cod. Urbin.) vacasse, tum ex Vita Bonifacii IV. ap. Vignolium, lib. pont. I. 238, docente, istum, ecclesia a. 6 m. 8 d. 13 (leg. 11) administrata, „defunctum, sepultum esse VIII.“</p>
-----------	---	---

		608.
		Kal. Iunii (a. 615) ⁴ . Sed Papebrochius et Pagius consecrationem die 25 m. Augusti 608 factam esse coniciunt ex eo, quem Manlius nescio an male transcripsit, titulo in Baronii annal. 614, in quo ultimus Bonifacii IV. dies 8 m. Maii praebetur.
Mai. 13.	Romae	609. Pantheon templum dedicat beatæ Mariæ, permissu Phœcatis imperatoris. Vita Bonifacii IV. p. 238. Annum indicant Annales Monasterienses 609 ap. Pertz M. G. Scr. III. 153; diem Bedæ martyrologium, Opp. ed. Giles IV. 66.
Febr. 27.	Romae	610. „Synodus episcoporum Italiae“, in qua „de vita monachorum et quiete“ constituitur. V. Bedæ Hist. eccl. L. II. c. 4; Opp. ed. Giles T. II. p. 186. (1548) Athelberto, Anglorum (Cantuariorum) regi, per Mellitum, episcopum Londinensem, petenti, concedit, ut „in monasterio, in Dorovernensi civitate constituto, quod sanctus doctor Augustinus, b. memoriae Gregorii discipulus, S. Salvatoris nomini consecravit, licenter per omnia monachorum, regulariter viventium, habitationem statuatur“. Decernit quoque, ut „ipsi monachi monachorum gregem sibi associant“. Willelmi Malmesb. gest. pont. Angl. ap. Savile H. A. Scr. 112, Holstenii Coll. Rom. I. 246, Mansi X. 505. — „Dum Christianitatis“. (1549) * Ad Laurentium, archiepiscopum Cantuariensem, litteras dat Mellito, episcopo Londinensi. Bedæ Hist. L. II. C. 4. l. 1.
Aug. 23.	—	613 (<i>Imp. Heraclio a. 3, post cons. eius 2, et Heraclio Constantino 1. ind. 1.</i>) (1550) Floriano, episcopo Arelatensi, gratulatur „quod gravitatem“, inquit „qua praeditum te dudum audieram, praecellentissimorum regum atque electionis tuae epistolae, nec non Candidi presbyteri testimonium confirmavit“. Agendi praecepta dat, in his, ut simoniae oblectetur. Mittit pallium. „Patrimonium ecclesiae Romanae, in illis partibus constitutum“ commendat. Räss und Weis, Leben der Väter und Märtyrer III. 381. — „Multum frater“. (1551) Theodorico, regi Francorum, respondet, se litteras eius „cum ea, qua decuit, dulcedine et veneratione suscepisse, in quibus“ inquit „nobis de fratris et coepiscopi nostri Floriani Arelatensis ordinatione significastis, atque ut secundum antiquam consuetudinem pallium deberemus transmittere scripsistis“. Laudat eum, quod ecclesiarum curam agat. „Ecclesiasticas utilitates et pauperes b. Petri“ commendat. Räss und Weis, Leben der Väter und Märtyrer III. 386. — „Scripta excellentiae“.
„ 23.	—	
Mai. 25.	Ad b. Petrum	615. Sepelitur „VIII. Kal. Iunii“. Vita Bonifacii IV. p. 238.

DEUSDEDIT. 615—618.

		615.
Oct. 19.	—	Consecratur. Nam post annorum 3 et dierum 20 pontificatum die 8 m. Novembris (a. 618) sepultus esse legitur in Vita ap. Vignolium, lib. pont. I. 239. Itaque in Bonifacii IV. vita p. 239, quae sedem ante Deusdedit m. 6 d. 25 vacasse tradit, scribendum fuit: m. 4 d. 25.
—	Romae	c. 617. Eleutherium patricium et cubicularium suscipit. Vita Deusdedit p. 240.
Nov. 8.	Ad b. Petrum	618. Sepelitur „VIII. mensis Novembris“. Vita Deusdedit p. 241.

Dec. 23.	—	619. Consecratur. Coniectura Pagii, qui mortuo Deusdedit sedem non mensem 1 d. 16, ut legitur in huius Vita p. 241, sed annum 1 m. 1 d. 16 vacasse putat, probanda est, nisi cum Cennio ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini IV. 26 sumere velis, Bedam, Hist. eccl. L. II. c. 7—11, in statuendis annis saepius esse lapsum.
—	—	619 — 624. (1552) *Mellito, archiepiscopo Dorovernensi, et Iusto, episcopo Roffensi, „cum magna ecclesiam Anglorum cura ac labore gubernantibus, scripta exhortatoria“ mittit. Bedae Hist. eccl. L. II. c. 7, Opp. ed. Giles II. 196.
—	—	624. (1553) Iustum (archiepiscopum Dorovernensem) laudat, quod Ethelwaldum regem „ad verae conversionis et indubitatae fidei credulitatem“ perduxerit. Pallium mittit, et episcopos consecrandi ius ei concedit. Bedae Hist. eccl. L. II. c. 8, ed. Giles II. p. 198, Mansi X. 549. — „Quam devote“.
—	—	625. (1554) Iusto (archiepiscopo Dorovernensi) gratulatur de Eadbaldo, Cantuariorum rege, Christi fidei conciliato. Decernit, „ut in Dorovernia civitate semper in posterum metropolitanus totius Britanniae locus habeatur, omnesque provinciae regni Anglorum praefati loci metropolitanae ecclesiae subiiciantur“. Willelmi Malmesb. Gest. pont. Angl. L. I. ap. Savile R. A. Scr. 112 ^b , Twysden H. A. Scr. I. 1749, Wilkins Conc. Mag. Brit. I. 32, Mansi X. 553. — „Susceptis vestrae“.
—	—	(1555) Edwinum, regem Anglorum (Northanhumbrorum), hortatur, ut „abominatis idolis, credat in deum patrem eiusque filium et spiritum sanctum“. Mittit „benedictionem b. Petri, id est: camisiam cum ornatura in auro una, et lena Ancyrana una“. Bedae Hist. eccl. L. II. c. 10, ed. Giles p. 208, Mansi X. 550. — „Licet summae“.
—	—	(1556) Ethelbergae reginae (Northanhumbrorum) ad Christianam fidem conversae, gratulatur, suadetque, ut maritum regem ab idololatria avocet. Muneri mittit „speculum argenteum et pectinem eboreum inauratum“. Bedae Hist. eccl. L. II. c. 11, ed. Giles p. 216, Mansi X. 552. — „Redemptoris nostri“
Oct. 25.	Ad b. Petrum	Sepelitur „die XXV. Octobris“, quum sedisset a. 5 m. 10. Vita Bonifacii V. in Vignolii lib. pont. I. 241, 242.

HONORIUS I. 625—638.

Nov. 3.	—	625. (<i>Ind. (13.—) 1. Sept.—14.</i>) Consecratur. Diem 30 m. Octobris indicat Vita Bonifacii V. p. 243, in qua post hunc vacuum per dies 13 ecclesiam fuisse legamus; diem 6 m. Novembris Vita Honorii in Vignolii lib. pont. I. 243, ubi isti, quem die 12 m. Oct. a. 638 sepultum esse scimus, pontifici assignentur anni 12 m. 11 d. 14. Qui intercessit, dominicus dies 3 Nov. videtur deligi debere.
Dec. 13.	—	(1557) Ioanni, Andreae, Stephano, Donato, episcopis per Epirum constitutis, significat, quem consecraverint, Hypatium, episcopum Nicopolitanum, nisi Soterici decessoris neci se affinem non esse iureiurando firmaverit, pallio non impertitum iri. Mansi X. 581. — „Praesentium latores“.
„ 13.	(Romae)	(1558) Gratioso subdiacono „domum cum horto, positam in hac urbe Roma iuxta thermas Diocletianas, regione A., in 29 annorum spacia ad unum auri solidum, persolvendum singulis quibusque annis rationibus ecclesiasticis pensionis nomine, possidendam concedit“. Ex Honorii registro in coll. Deusdedit, Leonis M. Opp. III. p. CCCVI., Mansi X. 584. — „Ne cuiquam“.
—	—	(1559) Isacium patricium et exarchum Italiae rogat, quum Adalavaldum in regnum restituerit, ut episcopos Transpadanos Romam puniendos mittat, qui Petro, Pauli filio, persuadere conati sint, ut, Adalavaldi parte deserta, Ariovaldi tyranni rebus faveret. (Duae sunt epistolae res easdem diversis verbis significantes). Ivonis decr. XII. c. 25, Mansi X. 577, 586. — „Delatum est ad“ „Quorundam scriptis“.

- 626.** (*Ind. 14.—1. sept.—15.*)
 Mai. 12. — (1560) Servodei notario casale Aurelianum, „positum via Portuensi iuxta sanctos Abdon et Sennen, — diebus vitae — concedit, ita sane, ut — annis singulis, pensionis nomine rationibus ecclesiasticis duo auri solidi et tremissis un. V. persolvantur“. Leonis M. Opp. III. p. CCCVL, Mansi X. 584. — „Quotiens a nobis petitur“.
- 627.** (*Ind. 15.—1. sept.—1.*)
 Iun. 10. — (1561) Sergio subdiacono significat, clericos Caralitanos, a sese excommunicatos, quum navem iam conscendissent, ut a Barbaro defensore regionario Romam deportarentur, per Theodorum, „perversum praesidem eiusdem Sardiniae“, in Africanam provinciam esse missos. Gregorium praefectum de ea re suas per litteras iam eruditum, admoneri vult, ut et poenas de Theodoro capiat, et clericos restitui iubeat. Ita ascribit: „Exemplar vero sacrae Theodosii et Valentiniani tuae experientiae curavimus destinandum et eidem praefecto per tuam experientiam dirigendum. Quemadmodum serenissimi principes hactenus omnes innovaverunt cuncta privilegia sedis apostolicae et quae olim eidem sunt concessa, ipsa lectione poterit approbari“. Mansi X. 582. — „Post parvi“.
- 628.** (*Imp. Heraclio a. 18, p. c. eius a. 17, et Heraclio Constantino a. 16, ind. 1.—1. sept.—2.*)
 Febr. 18. — (1562) Universis episcopis per Venetiam et Istriam constitutis commendat Primogenium, subdiaconum et regionarium sedis Romanae, missum, ut, deiecto Fortunato, „Gradensl ecclesiae episcopali ordine cum pallii benedictione consecraretur“. Addit de nunciis ad Langobardorum regem missis, qui „eundem Fortunatum, uti, relicta ab eo republica, ad gentesque prolapsum et, abnegata concordiae unitate, deo rebellem et perfidum, nec non res, quascumque secum aufugiens abstulisse monstretur, expetere et repetere non moerentur“. Danduli chron. ap. Muratori R. It. Scr. XII. 113, cf. ibid. not. c. et Muratori Ann. d'It. ad a. 630. „— et suademus“.
 Quod apud Dandulum desideratur, initium huius epistolae ex Trivisano, qui Vindobonae asservatur, codice (fol. 2) mecum communicavit Pertzius, vir illustrissimus:
 „Honorius — episcopis per Venetiam sive Istriam constitutis. Quidquid ad ea, quae per clericos Gradensis ecclesiae nobis scripta sunt, fraternitati vestrae censuimus respondendum, quibus paenis quibusque interdictionis canonicae aculeis Fortunatum olim sacerdotio exuendum decrevimus ferendum, et nunc iterato paginalis auctoritatis decreto eius perfidiam innodantes damnamus. Oportuit igitur fraternitatem vestram ea ipsa nobiscum sentire et gratias deo omnipotenti peragere, quia lupum ovili pelle fucatum e medio gregis dei iuxta perfidiam sui meriti in praecipitium carnis abiicit; quatenus ne is, qui diu saeviens sub inducta hypocrisi videbatur occulte medulitus latitare, in baratrum suae caecitatis corruens, latere potuisset et gregem dei sicut antea dente perfido sauciare. Gaudendum est igitur et vehementer laetandum, quia unius ruina omnium sunt aedificata ac restaurata constantis fidei fundamenta. Suademus itaque“ cet.
- 634.** (*Imp. Heraclio a. 24, p. c. eius a. 23, et Constantino a. 23, et cons. eius a. 3, et Heraclio a. 3, ind. 7.—1. sept.—8.*)
 Iun. 11. — (1563) Monasterium SS. Petri et Pauli Bobiense a cuiusvis sacerdotis, praeterquam Romani pontificis, liberat potestate. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 5, Rossetti Bobb. ill. I. 115. — „Si semper sunt concedenda“.
- 634.** (*Imp. Heraclio a. 24, p. c. eius a. 23, et Constantino a. 23, et cons. eius a. 3, et Heraclio a. 3, ind. 7.—1. sept.—8.*)
 — — — (1564) Sergium, episcopum Constantinopolitanum, laudat, quod Sophronium, quondam monachum, episcopum nunc Hierosolymitanum, monuerit, ut cum Cyro, episcopo Alexandrino, „unam operationem Iesu Christi praedicantem“, desisteret contendere. Addit: „unam voluntatem fatemur domini nostri Iesu Christi; utrum autem propter opera divinitatis et humanitatis una, an geminae operationes debeant derivatae dici vel intelligi, ad nos ista pertinere non debent, relinquentes ea grammaticis, qui solent parvulis exquisita derivando nomina venditare. Nos enim non unam operationem vel duas: Iesum Christum eiusque s. spiritum, sacris literis percepimus, sed multiformiter cognovimus operatum“. Hortatur, „ut unius vel geminae, novae vocis inductum operationis vocabulum aufugiens, unum

634. (*Imp. Heraclio a. 24, p. c. eius a. 23, et Constantino a. 23, et cons. eius a. 3, et Heraclio a. 3, ind. 7.—1. Sept.—8.*)
 dominum Iesum Christum, in duabus naturis operatum: divinitus atque humanitus praedicet“. Mansi XI. 537. — „Τὰ γραφέντα παρὰ τῆς ἑμτέρας“ „Scripta fraternitatis“.
- Iun. — — (1565) Edwini, Anglorum (Northanhumbrorum) regis, fidem confirmat. Nunciat, se Honorio (Dorovernensi) et Paulino (Eboracensi) metropolitae pallia misisse, „ut“ inquit „dum quis eorum de hoc seculo ad auctorem suum fuerit accessitus, in loco ipsius alter episcopum debeat subrogare; quod pro tantarum provinciarum spatiis, quae inter nos et vos esse noscuntur, sumus invitati concedere“. Bedae Hist. eccl. L. II. c. 17, ed. Giles p. 244, Mansi X. 579. — „Ita Christianitatis“.
- „ 11. — (1566) Honorium (Dorovernensem et Paulinum Eboracensem episcopum) pallii iure ornat, iisque concedit, „ut quando unum ex iis divina ad se iusserit gratia vocari, is, qui superstes fuerit, alterum in loco defuncti debeat episcopum ordinare“. Bedae Hist. eccl. L. II. c. 18, ed. Giles p. 248, Mansi X. 580. — „Inter plurima“.
- c. 634.
- — — (1567) Honorio, (archiepiscopo Dorovernensi) eiusque successoribus „primatum omnium ecclesiarum Britanniae“ in perpetuum concedit. Addit: „Tuae ergo iurisdictioni subiici praecepimus omnes ecclesias Angliae et regiones et in civitate Dorovernia metropolitanus locus et honor archiepiscopatus et caput omnium ecclesiarum Anglorum populorum semper in posterum servetur“. Willelmi Malmesb. Gest. pont. Angl. L. I. ap. Savile R. A. Scr. 112^b, Twysden H. A. Scr. I. 1750, Wilkins Conc. M. Br. I. 35, Mansi X. 583. — „Susceptis vestrae dilectionis“.
- — — (1568) * „Gentem Scotorum, in observatione sancti paschae errantem“, hortatur, „ne paucitatem suam, in extremis terrae finibus constitutam, sapienter antiquis sive modernis, quae per orbem terrae sint, Christi ecclesiis, aestiment; neve contra paschales computos et decreta synodalia totius orbis pontificum aliud pascha celebrent“. V. Bedae Hist. eccl. L. II. c. 19, ed. Giles p. 250.
- — — (1569) * Asterio, episcopo Ianuensi, mandat, ut Birinum, „in intimis ultra Anglorum partibus, sanctae fidei semina sparsurum“, consecret episcopum. V. Bedae Hist. eccl. L. III. c. 7, ed. Giles p. 282.
- 625—638.
- — — (1570) Sergio, episcopo Constantinopolitano, significat, Cyrum Alexandrinum et Sophronium Hierosolymitanum episcopos a sese per litteras admonitos esse, „ne novae vocis, id est, unius vel geminae operationis vocabulo insistere vel immorari videantur, sed, abrasa huiusmodi novae vocis appellatione, unum Christum in utrisque naturis divina vel humana praedicent operantem. Quamquam hos“, inquit „quos ad nos Sophronius misit, instruximus, ne duarum operationum vocabulum deinceps praedicare innotatur; quod, instantissime promiserunt, praedictum virum esse facturum, si etiam Cyrus — ab unius operationis vocabulo discesserit“. (Fragmenta). Mansi XI. 579. — „Τὰ γραφέντα παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ“ „Scripta dilectissimi“.
- — — (1571) Petro, episcopo Syracusano, scribit, se comperisse, „quod in causis criminalibus eius fraternitas misceatur“. „Nam et hoc ab ea gestum fuisse audivimus“, inquit „quia cum 300 et amplius prostitutis, hora iam pene prandii elapsa ad eminentissimum filium nostrum praefectum, in balneo constitutum, sit profecta, et concatenata pestiferis praefatarum male viventium vocibus imminabat, ut hic, qui super eas curator pridem fuerat constitutus, ab eis modis omnibus tolleretur, et alter in eius loco nihilominus subrogaretur“. De quo flagitio exsequendo se Cyriaco diacono mandasse nunciat. Ivonis decr. VIII. c. 309, (Mansi X. 585). — „Quorundam relatione“.
- — — (1572) Ioanni episcopo et Gaudio notario Campaniae mandat, ut monachae cuiusdam vitiatorem reum agant, quousque ultimi supplicii poenam suscipiat“. Ivonis decr. VII. c. 132, (Mansi X. 585). — „Praesentium lator“.
- — — (1573) Statuit, qui metropolitani pallio sint „per plateas vel in litaniis“ usi, eos vestis illius iure esse multandos. Ivonis decr. V. c. 325, Mansi X. 585. — „Quicumque metropolitanorum“.

625—638.

- | | | | |
|------|-----|-------------------------|--|
| — | — | — | (1574) Anatolio, magistro militum, scribit de plectendo quodam castri Salernitani milite, qui fratrem latoris huius epistolae interemerit, bonaque eius diripuerit. Ivonis decr. X. c. 187, Mansi X. 586. — „Lator praesentium“. |
| — | — | — | (1575) *Epifanio, defensori Tusciae, „locat massam Gracilianam apud Bleranam civitatem“. Ex Honorii registro in coll. Deusdedit ap. Borgia Breve ist. del dom. temp. append. p. 9. |
| — | — | — | (1576) *Dominico „locat terras et vineas et prata foris portam Flamineam usque ad pontem Molvium sub annua pensione XXX solidorum auri“. Ex Honorii registro l. l. |
| — | — | — | (1577) *Valeriano et Libero notario scribit, S. Angeli in Claiano monasterium apud Firmanam civitatem iuris b. Petri esse. Ex Hon. registro l. l. |
| — | — | — | (1578) *Munerio notario „fundum Paternum, et Gaianum, et Ciprianum et Paternum et Arbatianum locat“. Ex Hon. registro l. l. |
| — | — | — | (1579) *Gaudioso notario et Anatholio, magistro militum, „Neapolitanam civitatem regendam committit cum omnibus ei pertinentibus, et qualiter debeat regi, scriptis (eos) informat“. Ex Hon. registro l. l. |
| — | — | — | (1580) *Epiphanio „locat massam Stracesim cum prato suo et omnibus sibi pertinentibus positam in territorio Centumcellensi“. Ex Hon. registro l. l. |
| Oct. | 12. | In basilica
b. Petri | Sepelitur „sub die III Id. Oct.“ Vita Honorii p. 247. |

SEVERINUS. 638?—640.

638—639.

Eligitur. V. vitam Severini in Vignolii lib. pont. I. 248. De causis tardatae consecrationis v. Pagii crit. ad Baronii annal. 638.

640.

- | | | | |
|------|-----|--------------|---|
| — | — | — | Consecratur, quum sedes annum 1 m. 7 d. 18 (al. 17) vacasset, teste vita Honorii I. p. 247. Cf. Vitam Severini p. 250. |
| Mai. | 28. | — | (1581) *„Decretum adversus novas quaestiones in urbe Regia exortas“ edit, quo „profitetur iuxta duarum naturarum motum (al. modum) ita et duas naturales operationes“. V. promissionem fidei episcopi in Libri diurni c. 3. tit. 6 ap. Hoffmannum, Nova scr. ac mon. coll. II. 98. Cf. Pagium ad Baronii annal. 639, qui vult hoc decretum in synodo editum esse. |
| Aug. | 2. | Ad b. Petrum | Sepelitur „sub die III non. Aug.“, quum sedisset menses 2 d. 4. Vita Severini p. 250. |

IOANNES IV. 640—642.

640.

Eligitur. V. Bedae hist. eccl. L. II. c. 19 ed. Giles p. 250.

- | | | | |
|------|-----|---|---|
| — | — | — | (1582) Tomiano, Columbano, Cromano, Dimano et Baithano episcopis, Cromano, Hernianoque, Laistrano, Scellano et Segeno presbyteris, Sarano, ceterisque doctoribus seu abbatibus Scotis, qui Severinum papam consuluerant, Hilarius archiepiscopus et servans locum sanctae sedis apostolicae, Ioannes diaconus et in dei nomine electus, item Ioannes primicerius et servans locum s. sedis apost., et Ioannes servus dei, consiliarius eiusdem sedis apostolicae respondent, pascha „quarta decima luna cum Hebraeis celebrari“ non debere. Hortantur etiam, ut a Pelagiana haeresi caveant. (Fragmenta). Bedae Hist. eccl. L. II. c. 19, ed. Giles p. 252, Mansi X. 681. — „Scripta, quae perlatores“. |
| Dec. | 25. | — | Consecratur. Colligimus diem tum ex Vita Severini p. 250, post hunc per m. 4 d. 24 vacasse pontificatum testante, tum ex Vita Ioannis IV. in Vignolii lib. pont. I. 251, ubi isti pontifici a. 1 m. 9 d. 18 tribuantur. |

		641.
		Synodus, in qua Monotheletarum haeresis anathematizatur. Theophanis chronographia ed. Bonn. I. 508, Liber diurnus c. 3. tit. 6 ap. Hoffmannum Nova scr. et mon. coll. II. 98. Cf. Pagium ad a. 640.
		(1583) Constantino imperatori, Heraclii filio, significat, vehementer commotum esse Occidentem litteris Pyrrhi, patriarchae Constantinopolitani, circummissis, in quibus is novam haeresim auctoritate Honorii I. firmare conetur. Afirmat haec: „Decessor meus, docens de mysterio incarnationis Christi, dicebat, non fuisse in eo, sicut in nobis peccatoribus, mentis et carnis contrarias voluntates; quod quidam ad proprium sensum convertentes, divinitatis eius et humanitatis unam eum voluntatem docuisse, suspicati sunt. Denique orthodoxi patres — sicut utrasque naturas, ita et voluntates ac operationes Christi docere concordi praedicatione monstrantur“. Petit, ut tollatur charta, „locis publicis suspensa, in qua sacerdotes subscribere coacti sint contra tomum b. mem. papae Leonis et Chalcedonensem synodum“. (Cf. supra ep. 1564). Sirmondi Opp. III. 295. Mansi X. 682. — „Dominus, qui dixit“.
		(1584) *Pyrrho, patriarchae Constantinopolitano, de ecthesi a sese damnata scribit. V. Relationem in Sirmondi Opp. III. 343—344, et ap. Mansi XI. 9.
		640 — 642.
		(1585) Bulcredo, regi Saxonum, scribit de fornicatione evellenda. (Fragmentum). Ivonis decr. VII. c. 130, Mansi X. 687. — „Quoniam sicut audivimus“.
		(1586) Isaac, episcopo Syracusano, respondet, se „consilio multorum fratrum diligentissime exquisito, decrevisse, ut amodo ecclesiae, monachis traditae, per suos sacerdotes instituantur“. Mansi X. 697. — „Visis literis“.
		642.
Oct. 12.	Add. Petrum	Sepelitur „sub die III. id. Oct.“ Vita Ioannis IV. p. 252.
THEODORUS I. 642 — 649.		
		642.
Nov. 24.		Consecratur, quum sedes mensem 1 d. 13 vacasset. Vita Ioannis IV. p. 252.
		642 — 643.
		(1587) Pauli, patriarchae Constantinopolitani, fidem synodice litteris expositam laudat; sed miratur, quod chartam, adversus fidem apostolicam a Pyrrho prolatam, de publico nondum removerit. Hortatur, ne in Pyrrhi abdicatione acquiescat, sed ut, synodo convocata adhibitisque Serico archidiacono et Martino diacono, apocrisiario suo, illum sollemniter deiciat. De litteris ad imperatorem suis significat. Haereticos anathematizat. Sirmondi Opp. III. 311, Mansi X. 702. — „Synodicas fraternitatis“.
		(1588) *Constantem imperatorem rogat, ut Pyrrhum Romam „mitti iubeat, quatenus conventu synodico effecto pro sua temeritate indicetur“. V. Theodori ad Paulum epistolam, Sirmondi Opp. III. 313, Mansi X. 702—5.
		(1589) Episcopus, qui Paulum, patriarcham Constantinopolitanum, consecraverant, hortatur, ne Pyrrho, sicut fieri iam ante Paulum consecratum debuerit, patriarchatum sollemniter abrogare negligant. Sirmondi Opp. III. 315, Mansi X. 706. — „Litteras fraternitatis“.
		643. (Imp. Constantini a. 2. consulatus a. 1. ind. 1.)
Mai. 4.		(1590) Monasterium SS. Petri et Pauli Bobiense, („in quo nunc Bobulenus presbiter et abba una cum 150 monachis conversari videtur sub regula s. mem. Benedicti vel reveretissimi Columbani“), postulantibus Rothario, Langobardorum rege, et Gundeberga regina, amplis privilegiis auget, in his, ut abbas „mitra et aliis pontificalibus“ utatur, et „infra sacra ministeria constitutus, signaculo sancte crucis populum valeat praemunire“. (Tabula de interpolatione suspecta. Cfr. Muratori

		<p>643. (<i>Imp. Constantini a. 2, consulatus a. 1, ind. 1.</i>) Ann. d'It. ad a. 643). Hist. Patr. Mon. Chart. I. 6, Ughelli It. sacr. IV. 957, Margarini Bull. Cas. I. 1. — „Quamquam prisce“.</p>
—	Romae	<p>645 — 646. Recipit Pyrrhum, quondam patriarcham Constantinopolitanum, postquam is „praesente cuncto clero et populo, condemnavit omnia, quae a se vel a decessoribus suis scripta vel acta sunt adversus immaculatam fidem“. Vita Theodori in Vignolii lib. pont. I. 255, Theophanis chronographia ed. Bonn. I. p. 509. (Post m. Iulium a. 645 id esse actum, demonstrat Pagius ad a. 645).</p>
—	—	<p>646 — 647. (1591) *Paulo, patriarchae Constantinopolitano (monotheletae) „scribit tam rogans, quam regulariter increpans, nec non per apocrisarios, propter hoc maxime a se destinatos, praesentialiter eum admonentes et contestantes, quatenus proprium emendaret commentum, atque ad orthodoxam fidem catholicae ecclesiae remearet“. Vita Theodori p. 257. Cf. Pauli responsum ap. Baronium annal. 646 n. XXIII.</p>
—	In ecclesia b. Petri	<p>648? (1592) *Synodo convocata, Pyrrhum quondam patriarcham Constantinopolitanum damnat, et Christi sanguine in atramentum stillato, condemnationem sua manu perscribit. Vita Theodori p. 256, Theophanis chronographia I. p. 509.</p>
—	—	<p>642 — 649. (1592a) Primogenium, patriarcham Gradensem, hortatur, ut Mariniano, exarchi consiliario, quae promiserit, exsolvat. (Fragmenta). Danduli chron. ap. Muratori R. It. Scr. XII. 116 et 117 not. a, b. — „Marianus eloquentissimus“.</p>
—	—	<p>648 — 649. Paulo, patriarchae Constantinopolitano, episcopatum abolet. Vita Theodori p. 257.</p>
Mai. 14.	Ad b. Petrum	<p>649. Sepelitur „prid. id. Maii“, quum sedem Romanam per a. 6 m. 5 d. 18 (al. 19) tenuisset. Vita Theodori p. 253, 257.</p>

S. MARTINUS I. 649—653 (655).

Iun.—Iul.	—	<p>649. Consecratur. De die non audeo constituere. Etenim ex Vita Theodori p. 257, ubi post hunc narratur dierum 52 fuisse interpontificium, efficitur dies 5 m. Iulii; ex vita Martini in Vignolii lib. pont. I. 258, quae isti pontifici annos 6 m. 2 d. 26 assignat: d. 21 Iunii; ex catalogis, qui eundem volunt a. 6 m. 1 d. 26 sedisse: d. 22 Iulii.</p>
—	—	<p>(1593) *Maurum, episcopum Ravennatem, ad concilium vocat. V. Mauri responsum ap. Mansi X. 883.</p>
Oct. 5.	In ecclesia Iesu Christi, quae vocatur Constantini-niana.	<p>Concilii episcoporum 105 „secretarius I.“ Mansi X. 863.</p>
” 8.	”	<p>Concilii secretarius II. Mansi X. 890.</p>
” 17.	”	<p>Concilii secretarius III. Mansi X. 954.</p>
” 19.	”	<p>Concilii secretarius IV. Mansi X. 1007.</p>
” 31.	”	<p>Concilii secretarius V., in quo Monothelitarum haeresis tum principes tum scripta canonibus viginti damnantur. Mansi X. 1066.</p>
—	—	<p>(1594) Encyclica Martini et synodi ad episcopos, presbyteros, diaconos, abbates, mo-</p>

649.

nachos, qua quid in concilio actum sit, significant. „Impios“ inquit „haereticos cum omnibus pravissimis dogmatibus eorum et impiam ecthesin vel impiissimum typum et omnes, qui eos vel quidquam de his, quae exposita sunt in eis, suscipiunt aut defendunt, seu verba pro eis faciunt in scripto, anathematizavimus“. Mansi X. 1170. — „Χάρις ὑμῖν“ „Gratia vobis“.

(1595) Amando, episcopo Traiectensi, consilium episcopatus abdicandi dissuadet. Mittit concilii acta, superioris encyclicae exemplum, sanctorum reliquias. Sigbertum, Francorum regem, moneri vult, ut, qui acta concilii ad imperatorem perferant, episcopos sibi mittat. Acta SS. Febr. T. I. 866, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. II. 721, Mansi X. 1183. — „Fraternitatis tuae“.

(1596) Constantem imperatorem de concilio habito certiorum facit; actaque „una cum eorum Graeca interpretatione“ mittit. (Subscripserunt concilii episcopi.) Mansi X. 790. — „Τῷ ἐπουρανίῳ“ „Coelesti saeculorum“.

(1597) Electi Carthaginensis eiusque suffraganeorum et clericorum fidem laudat et confirmat. Addit de encyclica per Theodorum et Leontium, monachos S. Laurae, ad eos missa, ac de falsa Monothelitarum doctrina. Mansi X. 798. — „Πᾶσα μὲν ἀρετὴ“ „Omnis quidem virtus“.

(1598) Ioannem, episcopum Philadelphenum, (cuius laudes se ex Stephano, episcopo Dorensi, et eius comitibus, S. Theodosii monachis, audivisse scribit), suum in Oriente vicarium facit, ut „constituat per omnem civitatem earum, quae sedi tum Hierosolymitanae, tum Antiochenae subsunt, episcopos et presbyteros et diaconos, ne usque in finem in illis partibus deficiat sacerdotalis decoris eximius ordo“. Nec Macedonium, falsum episcopum, nec Petrum, ab haereticis ecclesiae Alexandriae praefectum, a seae probari scribit. Concilii acta et encyclicam per Theodorum abbatem, presbyterum et apocrisarium suum, et Ioannem ac Stephanum Leontiumque, qui concilio interfuerant, mittit. Mansi X. 805. — „Πιστὸς ὁ λόγος“ „Fidelis sermo“.

(1599) Theodorum, Esbuntiorum episcopum; ne oppugnare haereticos intermittat, hortatur. Significat de concilii actis, ad Ioannem episcopum Philadelphenum, vicarium suum, missis; cui ut in exsequendis mandatis assit, monet. Mansi X. 815. — „Ἐστὶν ἀίσχυνή“ „Est confusio“.

(1600) Antonii, Bacathorum episcopi, fidem laudat. Addit de Ioanne, episcopo Philadelpheno, vicario suo, adiuvando, et de concilii actis ad eundem missis. Mansi X. 817. — „Τὸ μὲν κλαπήναι“ „Decipi quidem“.

(1601) Georgio, archimandritae monasterii S. Theodosii, gratias agit, quod Stephano, episcopo Dorensi, sedis apostolicae legato, ad se revertenti monachos praesidii causa adiunxerit („περισωσάμενος ἡμῖν διὰ τῶν οικειῶν μοναχῶν τὸν αὐτόθι σταλέντα Στέφανον“ —). Indicat de concilio habito; monetque ut Ioanni, episcopo Philadelpheno, vicario suo, obediat. Mansi X. 819. — „Νεάζοντά σε“ „Te spiritu vegeto“.

(1602) Pantaleonem reprehendit, quod Stephanum, episcopum Dorensem, falsis criminibus insimulaverit. Quem qui prohibuerint, quominus, apostolica sede „propter pressuram irruentium gentium“ iubente, episcopos et presbyteros et diaconos institueret, eos peccasse scribit. Addit de creando patriarcha Hierosolymitano, removendisque iis, qui non canonice creati sint; de novo vicario suo (Ioanne Philadelpheno); de concilio transacto. Mansi X. 819. — „Ἄει μὲν πᾶς“ „Semper quidem omnis“.

(1603) Petro illustri Ioannem, episcopum Philadelphenum, vicarium suum, commendat. Mansi X. 825. — „Ἐν φόβῳ κυρίου“ „Cum in timore“.

(1604) Hierosolymitanos et Antiochenos de concilii decretis erudit. Hortatur, ut quos Antiochiae et Alexandriae episcopos creaverint haereticos, Macedonium et Petrum fugiant, utque Ioanni, episcopo Philadelpheno, vicario suo, obtemperent. Mansi X. 827. — „Χάρις ὑμῖν“ „Gratia vobis“.

Nov. — (1605) Paulum, episcopum Thessalonicensem, qui et litteras haereticas ad sedem apostolicam miserit, et legatos eiusdem sedis transversos egerit, inde a calendis Novembribus (— „δὴ τῆς πρώτης τοῦ παρόντος Νοεμβρίου μηνὸς τῆς ἐκστρώσεως ἡμέρας ἰνδικτιῶνος“ —) damnatum declarat sacerdotioque remotum, donec, deposita haeresi, concilii sui decreta probaverit. Mansi X. 833. — „Ὁ κύριος ἡμῶν“ „Dominus ac deus“.

„ — (1606) Clerum populumque Thessalonicensem hortatur, ut Pauli, damnati episcopi,

		649.	aditum sermonemque fugiant. Mansi X. 849. — „Ο τῶν δλων“ „Universitatis opifex“.
—	In ecclesia S. Mariae ad praesepe		Olympio cubiculario et exarcho, ab imperatore in Italiam misso, „communionem porrigit“. Vita Martini p. 262.
		653.	
Iun. 15.	In ecclesia Constantini-ana iuxta episcopium		„Die sabbati, quando Calliopas cum Ravennati exercitu et Theodoro cubiculario introivit civitatem“. V. Martini epist. ap. Mansi X. 851.
„ 16.	„		„Dominico die — sexto decimo Kalendas Iulias“. V. eandem ep. l. l.
„ 17.	„		„Feria secunda“ Martinus, deiectionis sententia ictus, se Calliopo exarcho tradit, in palatiumque deducitur. V. eadem ep. ibid. p. 852.
„ 18.	In palatio		„Tertia feria“. V. eandem ep. l. l.
„ 19.	Ad Portum		Navi pervenit „nocte, quae illucescit in feria quarta, quae erat tertio decimo Kalendas Iulias, circa horam quasi sextam noctis“; indeque eodem die provehitur. V. eandem ep. l. l. Cf. „Commemorationem“ in Sirmondi Opp. III. 325, Mansi X. 854.
Iul. 1.	Miseni		„Kalendis Iulii“. V. eandem ep. l. l. p. 853.
„ —	In Calabria		V. eandem ep. l. l.
— —	In insula Naxo		Commemoratio l. l.: „euntibusque iuxta Avidum (Abydum), in insulam (leg. insula), quae vocatur Naxos, non concesserunt — apostolico viro custodes contingere terram“. Qui locus significat, eos Abydum versus navigantes Naxum pervenisse cet.
— —	Abydi		Commemoratio l. l.: „Exinde igitur praemittentes ab Avido quemdam“ cet.
Sept. 17.	Byzantii, in portu iuxta Euphemiam prope Arcadium		Commemoratio l. l.: „cumque tandem pervenisset Byzantium — septimo decimo die Septembrii mensis“.
„ 18.	„		Commemoratio l. l.: „reliquerunt eum mane ministri; dehinc circa solis occasum in custodiam excubitorii, quae cognominatur Prandearia“ deportatur Martinus.
Sept. Dec.	In Prandearia		Habetur a die 19 Sept. usque ad diem 20 Decembris. Commemoratio l. l.: „Fecit — clausus — nonaginta tres dies; in ipsa vero nonagesima tertia die, quae est dies Parasceve“ (i. e. Veneris dies 20 Dec.)
„ „	—		(1607) Theodoro (spudeo S. Sophiae) scribit se „et viventem et morientem salutis fidem defensurum esse“. Ex ecclesia Constantiniana quum ipse exiret, praesente exarcho, clericos proclamasse: „Anathema habeat, quisquis dixerit, quia Martinus usque ad unum apicem fidem mutavit, aut mutaturus sit, et qui in orthodoxa fide sua usque ad mortem non permanserint“. Asseverat haec: „Ego aliquando ad Saracenos nec literas misi, nec, quem dicunt tomum, qualiter credere debeant, aut pecunias unquam transmisi, exceptis dumtaxat quibusdam, illuc venientibus servis dei causa elemosynae, quibus et modicum quid praebuimus, minime ad Saracenos transmissum“. Criminationem spreti S. Mariae virginis cultus amolitur. Sirmondi Opp. III. 320, Mansi X. 849. — „Quoniam agnovi“.
„ „	—		(1608) Theodoro (spudeo S. Sophiae), quid et Romae, quum comprehenderetur, et in navigatione passus sit, exponit. Haec quoque scribit: „Non autem Mesenae tantum, sed et in Calabria, et non tantum in Calabria, quae subdita est magnae urbi Romanorum, sed et in plurimis insularum, in quibus nos vel tribus mensibus peccata impediunt, nullam compassionem adeptus sum, excepta dumtaxat in insula Naxia, quoniam ibi annum fecimus, merui lavari duobus vel tribus balneis“. (Pagius Martinum ait per annum solidum substitisse Naxi. Sed quibus innititur, verba illa: „quoniam ibi annum fecimus“ mendosa censenda sunt, quum tota navigatio trium mensium spatio peracta esse diserte dicatur; idque rectissime, Martinus enim Roma die 18 Iunii profectus, Constantinopolim d. 17 Sept. pervenit). Sirmondi Opp. III. 321, Mansi X. 851. — „Noscere voluit“.
Dec. 20.	In cella Sacellarii		„In ipsa nonagesima tertia die, quae est dies parasceve, mane tulerunt eum de custodia, constituendum in cella Sacellarii —“. Quaestione habita, „in medium atrii ante cellam Sacellarii et imperialis stabuli“ ducitur, inde „in solarium expositionis“, ubi, discissa veste, excommunicatur. Hinc ad Praetorium trahitur et in „unum car-

		653.
Dec.	— In Diomedis custodia	cerem cum homicidiis“ coniectus, paullo post „in eam, quae dicitur Diomedis custodia in praetorio Praefecti“, transfertur. V. Commemorationem ap. Sirm. p. 325—329, Mansi X. 855—858. „Fecit in eodem Diomedis ergastulo octoginta quinque dies“ (a. d. 21 m. Decembr. a. 653 ad d. 15 m. Martii a. 654). V. Commemorationem ap. Sirm. p. 330, Mansi X. 859.
		654.
Mart.	15. Ex Diomedis custodia	Domum Sagolebae scribae ducitur. Commemoratio ap. Sirmond. p. 330, 331, Mansi X. 860.
„	17. Constantino- poli	Profectus esse videtur. Sic enim est in Commemoratione l. l.: „Venit (die 15 Mart.) Sagoleba dicens, quia iussus sum auferre te hinc — et post dies duos dirigere te, quo iusserit mihi sacellarius“.
„	— Per Hieron Pharum	V. infra.
Apr.	10.	Praetervehitur. Martini epist. ap. Mansi X. 861, Sirmondi Opp. III. 332: „postquam egressi sumus ex eo, quod Ieron (i. e. Hieron stoma, aquilonare Bospori ostium; Sirm. perperam habet: Ivon) dicitur, a Constantinopoli navigantes, sancta quinta feria coenae domini pertransivimus Pharum“ (Varnam?).
Mai.	15. Chersonem	Pervenit. Martini ep. l. l.: „per diversa loca transmeantes, Idibus Maii et Chersonem pervenimus“.
p. Iun.	15. (Chersone)	(1609) Cuidam Constantinopoli degenti, se Chersonem pervenisse, nunciat. Ad summas rerum necessariorum angustias levandas nihil sibi ex Italia missum esse miratur. („Gerulus harum — post triginta dies post nos a partibus Byzantii pervenit Chersonem“). Sirmondi Opp. III. 332, Mansi X. 861. — „Indicamus germanae“.
		655.
Sept.	— (Chersone)	(1610) Cuidam Constantinopoli degenti de miseris suis significat. Romanos queritur omnino sibi deesse; „etsi“ inquit „aurum ecclesia S. Petri non habet, frumento tamen et vino et aliis necessariis expensa non caret per gratiam dei, ut modicae saltem exhibitionis curam gessissent“. Addit haec: „Deus — stabiliat corda eorum in orthodoxa fide et confirmet contra omnem haereticum et adversariam ecclesiae nostrae personam et immobiles custodiat, praecipue pastorem, qui eis nunc praesse monstratur“. (Haec epistola quo data sit mense patet ex verbis „sic potuimus emere tres vel quatuor modios nomismate usque ad praesentem Septembrium mensem“). Sirmondi Opp. III. 332, Mansi X. 862. — „Omne desiderium“.
„	16. Chersone	Moritur. „Obiit autem mense Septembrio, die sextadecima, in qua felicissimae martyris Euphemiae — secundum anni circulum celebratur memoria, indictione quartadecima“. Narratio, quae „commemorationi“ addita est ap. Sirmondium III. 331, Mansi X. 861. Cf. vitam Martini p. 264.
		EUGENIUS I. 654—657.
		654.
Aug.	10. —	Consecratur. Sedit enim annos 2 m. 9 d. 24, Vita Eugenii in Vignolii lib. pont. I. 265. Vacaverat pontificatus a Martino (die 17 Iunii 653) deiecto: annum 1 m. 1 d. 25; sed Vita Martini p. 264 perperam praestat: „dies 28“ (al. a. 1 m. 2).
		657.
Iun.	3. Adb. Petrum	Sepelitur „III non. Iunias“, Vita Eugenii p. 267. Annus liquet ex sequentium pontificum temporibus.

		657.
Iul.	30.	—
—	—	—
		Consecratur, quum ecclesia post Eugenium vacasset m. 1 d. 28, teste Vita Eugenii p. 265.
		(1611) * „Ad piissimos principes (Constantem et Constantinum) dirigit responsales suos cum synodica iuxta consuetudinem in regiam urbem, significans de ordinatione sua“. Vita Vitaliani in Vignolii lib. pont. I. 267.
		663.
Iul.	5.	A Roma milliaro sexto
		Constanti imperatori obviam venit „per indictionem VI, die V. mensis Iulii, feria quarta“. Vita Vitaliani p. 268; cf. Pauli diaconi gesta Langob. L. V. c. 11 ap. Muratori R. It. Scr. I. 480, et Pertzii annotationem ad chron. Moissiacense in M. G. Scr. I. 287.
„	16.	Ad S. Petrum
		Constanti imperatori, Roma discedenti, post missas celebratas vale dicit „iterum dominicorum die“. Vita Vitaliani p. 268.
		664.
—	—	—
		(1612) Monasterium Medeshamstedense privilegiis ornat, petentibus Wulferi regis (Merciorum) et Deusdedit archiepiscopi (Dorovernensis) et Saxulfi abbatis nunciis. Hanc tabulam in angustum coegit auctor Chronici Saxonici p. 38.
		665.
—	—	—
		(1613) Oswii, regis Saxonum (Northanhumbroborum), pietatem laudat. De paschate omnibus locis eodem die agendo exponit. Missum iri pollicetur, qui „omnem inimici zizaniam ex insula eradicet“. Nuncium regium (Wighardum) Romae mortuum esse dolet. De muneribus oblatis gratias agit, sanctorumque reliquias et regi et reginae mittit. Bedae Hist. eccl. L. III. c. 30, ed. Giles Opp. T. II. 388, Mansi XI. 19. — „Desiderabiles litteras“.
		667.
Dec.	19.	In basilica b. Petri Romae
„	—	—
		V. eam, quae sequitur, epistolam.
		Synodus, in qua Ioannem, episcopum Lappensem, tuentur. V. sequentem epistolam.
		668. (Ind. 11.)
Ian.	27.	(Romae)
		(1614) Paulo, archiepiscopo Cretensi, significat, quum anni superioris die 19 m. Decembris in S. Petri basilica Ioannis, episcopi Lappensis ab eo poenis addicti, accepisset provocationem, se synodo „post aliquos dies“ Romae congregata, sententiam in eundem prolatam rescidisse. Quem igitur iubet in integrum restitui. (Pro „VI Kal. Febr.“ Mansi XI. 99 recte legi velle videtur: „VI Kal. Sept.“) Mansi XI. 16. — „Decimonono“.
„	27.	(„)
		(1615) Vaano, cubiculario et imperiali chartulario, Ioannem, episcopum Lappensem, commendat, ut eius opera ad pristinam perducatur dignitatem. Mansi XI. 17. — „Semper celsitudo“.
„	27.	—
		(1616) Paulo, episcopo Cretensi, praecipit, ut monasteria duo Ioanni, episcopo Lappensi, inique sublata, reddi iubeat. Reprehendit eum, quod Ioannem diaconum et ducere uxorem, et duabus in ecclesiis adhiberi passus sit. Eulampium, curialem clericorum mores corruptentem, dimitti vult. Mansi XI. 18. — „Ad cognitionem“.
„	27.	—
		(1617) Georgio, episcopo Syracusano, mandat, ut Ioanni, episcopo Lappensi, domum redeunti commendatitias litteras a Vaano, imperiali cubiculario et chartulario, petat. Mansi XI. 19. — „Gesta sive sententiam“.
Mart.	26.	(Romae)
		Theodorum episcopum Dorovernensem consecrat. Bedae Hist. Eccl. L. IV. c. 1, ed. Giles T. III. 8.
c. Mai.	27.	—
		(1618) *Ioanni, episcopo Arelatensi, Theodorum, episcopum Dorovernensem, commendat. Bedae Hist. eccl. L. IV. c. 1., Opp. ed. Giles T. III. 8.
		c. 668.
—	—	—
		(1619) Theodoro, archiepiscopo Dorovernensi, omnes Britanniae ecclesias commendat, privilegiaque Dorovernensia confirmat. Willelmi Malmesb. Gesta pont. Angl. L. I. ap. Savile R. A. Scr. 113, Wilkins Conc. M. Br. I. 41, Mansi XI, 24. — „Inter plurima“.

672.
Jan. 27. Adb. Petrum Sepelitur „sub die VI Kal. Febr.“, confecto pontificata annorum 14, mensium 6.
Vita Vitaliani p. 267. 270.

ADEODATUS. 672—676.

672.
Apr. 11. — Consecratur, quum ecclesia vacasset menses II, dies XVI, ut in vita Vitaliani p. 270 legendum puto pro „m. II. d. XIII“. Dies enim 11 Apr. 672 fuit dominicus.

673 — 675.
Dec. 23. — (1620) Monasterii S. Petri Dorovernensis possessiones et libertatem confirmat, petente Adriano abbate. (Dat. imp. Constantino maiore imp. a. XXII., post consulatum eius a..., sed et Heraclio atque Tiberio novis Augustis, eius fratribus a. XVIII, ind. II“. Hae temporis notae inter se discrepant). Wilkins Conc. M. Br. I. 43, Mansi XI. 103. — „Evangelicis atque“.

672 — 676.
— — (1621) Omnibus episcopis Galliae significat, quibus privilegii monasterium S. Martini Turonense a sese ornatum sit, rogatu Aegirici presbyteri et abbatis, per Crobertum, episcopum Turonensem, commendati. Launoi Opp. III. II. 1 et 2, Gall. Christ. ed. 1. T. I. 741, Pardessus dipl. II. 163, Mansi XI. 103, Cocqu. I. 127. — „Aequitatis nos admonet“.

676.
Iun. 16. Adb. Petrum Sepelitur. Dies „XVI. Kal. Iulias“ recte indicatur in cod. Vat. VIII, quem laudat Vignolius in lib. pont. I. 273 not. b, dum in textu vitae Adeodati l. 1. legitur: „VI Kal. Iul.“ Nam a consecrationis die 11 Apr. 672 ad d. 16 Iunii 676 numerantur anni 4 m. 2 d. 5, per quos teste vita p. 270 ecclesiam administraverat Adeodatus.

DONUS. 676—678.

676.
Aug. — — „Dum esset electus, per Augusti mensem apparuit stella a parte orientis, — cuius radii coelos penetrabant“. Vita Doni in Vignolii lib. pont. I. 274.

Nov. 2. — Consecratur hoc die dominico. In vita enim p. 273 ei a. 1 m. 5 d. 10 assignantur. Vacaverat sedes m. 4 d. 18 (non 15, ut habetur in Vita Adeodati p. 273).

678.
Apr. 11. Adb. Petrum Sepelitur „sub die III. id. April.“, Vita Doni p. 275.

AGATHO. 678—681.

678.
Iun.—Iul. — Consecratur. Dies est ambiguus. Namque dum in vita Doni p. 275, ubi ecclesia legitur m. 2 d. 15 vacasse, dies 25 Iunii designatur, ex vita Agathonis in Vignolii lib. pont. I. 275, quae huic a. 2 m. 6 d. 4 attribuit, efficitur d. 7 Iulii.

		678?
		(1622) *Monasterium S. Petri Wiremuthense „cum licentia, consensu, desiderio et hortatu Egfridi regis (Transhumbrae regionis) ab omni prorsus extrinseca irruptione tutum perpetuo reddit ac liberum“, petente Benedicto abbate. Bedae Hist. eccl. L. IV. c. 18 et Vita beatorum abbat. Wiremuthensium, Opp. ed. Giles III. 80 et IV. 368.
		679.
Oct.	In basilica Salvatoris nostri Iesu Christi, quae appellatur Constantiana	Concilium episcoporum 16, in quo Wilfridus, episcopus Eboracensis, per Theodorum, episcopum Dorovernensem, deiectus, restituitur; veteraque quaedam de episcoporum concordia moribusque decreta confirmantur. (Non sequar Pagii sententiam, qui hoc concilium contendit a. 678 habitum esse.) Integra acta deperisse videntur; fragmenta partim e ms. edita sunt ap. Spelman Conc. I. 158, partim ap. Eddium in vita S. Wilfridi, Gale Hist. Brit. I. 65. (Will. Malmesb. De gest. pont. L. III.) Cf. Mansi XI. 179.
		680.
		(1623) *Theodorum, episcopum Ravennatem, hortatur, „ut pro sancta et intemerata fide catholica Romam properet“. Agnelli Vit. Theodori c. 4. ap. Muratori R. II. Scr. II. II. 153.
Mart. 27.	Romae	Concilium episcoporum 125 contra Monothelatas habitum, ex quo sequentes epistolae prodierunt. Diem tradit Eddius in Vit. S. Wilfridi c. 51 ap. Gale H. Br. Scr. I. 80: „in sancto pascha, tertia die“. (Haec validis argumentis Pagius hoc concilium ad a. 679 revocat.) Mansi XI. 185.
		(1624) Constantini, maioris imperatoris, et Heraclii et Tiberii Augustorum consilium restituendae omnibus in ecclesiis orthodoxiae, per litteras Dono, decessori suo, significatum, collaudat. De concilii Romani legatorum mora, quos Constantinopolim mitti inasserint, se excusat. Commendat legatos: Abundantium (Paternensem et Tempesanum) et Ioannem (Portnensem) ac Ioannem (Rhegiensem) episcopos, Theodorum et Georgium presbyteros, Ioannem diaconum, Constantinum subdiaconum et Theodorum presbyterum, legatum ecclesiae Ravennatis. „Evangelicam apostolicamque fidem“ et falsam Monothelitarum doctrinam latius explicat. Ad auferendos errores hortatur, concordiamque sibi fore cum patriarcha Constantinopolitano pollicetur, si is in veram fidem concesserit. Mansi XI. 234. — „Consideranti mihi“.
		(1625) Constantino, magno imperatori et Heraclio et Tiberio Augustis fidei restituendae propositum Agatho synodusque Romana gratulantur. De fide sua exponunt. Legatorum tarditatem ita excusant: „primum quidem, quod numerosa multitudo nostrorum usque ad oceanum regiones extenditur, cuius itineris longinquitas in multi temporis cursum protelatur; sperabamus deinde de Britannia Theodorum, archiepiscopum (Dorovernensem) et philosophum, ad nostram humilitatem coniungere; et maxime quia in medio gentium, tam Langobardorum, quamque Slavorum, nec non Francorum, Gallorum et Gothorum atque Britannorum plurimi confamulorum nostrorum esse noscuntur“. Legatos commendant. (Subscripserunt episcopi 125.) Mansi XI. 286. — „Omnium bonorum spes“.
		(1626) Monasterium S. Petri Medeshamstedense amplis privilegiis auget. Ab Ethelredo Merciorum rege, Theodoroque Dorovernensi episcopo „tam Graecis quam Romanis institutionibus atque eruditionibus praestantissimo“, et a Saxulfo Merciorum episcopo petit, ut hanc suam tabulam confirmet subscribendo. Hae litterae „assentiente concilio CXXV episcoporum“ datae exstant in Monastico Anglicano I. 66. (Fragmenta tantum leguntur in Hugonis Candidi hist. coen. Burgensis p. 8 ap. Sparke H. A. Scr.; in Chronico Saxonico p. 41, ap. Wilkins Conc. I. 48, Mansi XI. 170.) — „Dominus regnavit“.
		(1627) *Hripense et Hagulstadense monasteria, a Wilfrido condita, privilegiis ornat. Eddii Vit. S. Wilfr. c. 45 et 49, Gale Hist. Br. Scr. I. 76, 79.
		678—681.
		(1628) Monasterii S. Pauli Londinensis bona confirmat, insque eligendi episcopi congregationi asserit, petente Erkenwaldo episcopo. Monastic. Anglic. III. 299. — „Quae ad securitatem“.
		(1629) Omnibus episcopis haec scribit: „Sic omnes apostolicae sedis sanctiones acci-

		678—681. piendae sunt, tanquam ipsius divini Petri voce firmatae sint“. (Fragmentum.) Ivonis decr. IV. c. 238, Gratiani decr. I. D. 19. c. 2. — „Sic omnes“.
		681.
Ian. 10.	Ad b. Petrum	Sepelitur „III. id. Ianuarias“, quum sedisset a. 2 m. 6 d. 4; Vita Agathonis p. 275. 286. Nihil est, cur Agathonis obitus ad annum 682 revocetur; nam synodum oecumenicam VI. eo vivente finitam esse neque ex eius vita apparet, neque ex Agathonis ad Edictum Viennensem epistola ap. Bosco Flor. bibl. laev. xyst. 39 effici potest, quippe quae sit in falsis ponenda.
		LEO II. 682—683.
		682.
Aug. 17.	—	Consecratur „a tribus episcopis, id est Andrea Ostiensi, Ioanne Portuensi et Placenti(n)o Velitrensi, eo quod Albanensis ecclesia episcopum minime haberet“, Vita Leonis in Vignolii lib. pont. I. 291. Vacaverat ecclesia a. 1 m. 7 d. 5 (leg. 7), ut reperimus in vita Agathonis p. 286, seditque Leo m. 10 d. 17 (Vita p. 287), atque ita consecratio ad dominicum diem 17 Aug. revocari debet.
Sept. Dec.	—	(1630) Constantini imperatoris orthodoxiam exquisitissimis verbis laudat. Agathonis legatos, „per octavam indictionem“ (i. e. a. 680) Constantinopolim missos, ad sese „per nuper elapsam decimam indictionem mense Iulio“ rediisse scribit. Confirmat acta sexti universalis concilii, Constantinopoli celebrati, et concilio damnatos anathematizat, in quibus „et Honorium I., qui“ inquit „hanc apostolicam ecclesiam non apostolicae traditionis doctrina lustravit, sed profana proditione immaculatam fidem subvertere conatus est“. Constantium, subdiaconum regionarium, commendat. (Verba haec: „data nonis Maii ind. X.“, quae Graece non exprimitur, delenda esse, cum Pagio censemus, qui Leonis epistolarum fidem contra Baronium mirifice defendit.) Mansi XI. 725. — „ <i>Τῷ βασιλεῖ</i> “ „Regi regum“.
—	—	(1631) Universis ecclesiarum Christi praesulibus per Hispaniam constitutis significat de sexti universalis concilii actis, ac de damnato Honorio I., „qui flammam haeretici dogmatis, non, ut decuit apostolicam auctoritatem, incipientem exstinxit, sed negligendo confovit“. „Et quia“ inquit „quaeque in concilio corrente celebrato gesta sunt, in Graeco conscripta sunt, et necdum in nostrum eloquium examine translata, definitionem interim concilii et acclamationem, quod propheticus dicitur, factam ad piissimum principem, pariterque edictum imperatoris, in Latinum de Graeco translatum, per latorem praesentium, Petrum notarium regionarium sanctae nostrae ecclesiae, vestrae dilectioni direximus, etiam acta totius concilii directuri“. Litteras illas subscribi vult. Aguirre Conc. IV. 297, Mansi XI. 1050. — „Cum diversa sint“.
—	—	(1632) Ervigio regi nunciat, sexto concilio universali fidem confirmatam, Monothelitasque damnatos esse, „et una cum eis Honorium Romanum, qui immaculatam apostolicae traditionis regulam, quam a praedecessoribus suis accepit, maculari consensit“. Mandat, agat, ut haec „omnibus dei ecclesiis, praesulibus, sacerdotibus, clericis et populis praedicentur“. Mittit concilii definitionem et acclamationem, imperatorisque edictum. Aguirre Conc. IV. 300, Mansi XI. 1055. — „Cum unus extet“.
—	—	(1633) Simplicio comiti per Petrum, notarium regionarium, sexti concilii universalis definitionem et acclamationem atque imperatoris edictum cum sanctorum reliquiis mittit. Aguirre Conc. IV. 299, Mansi XI. 1054. — „Cum sit vestrae“.
—	—	(1634) Quirico episcopo commendat Petrum, notarium regionarium ecclesiae Romanae, cum sexti universalis concilii definitione et acclamatione atque imperatoris edicto missum ad omnes ecclesiarum antistites et „ad praecellentissimum atque christianissimum regem et ad gloriosum comitem“. Reliquias ei muneri mittit. Aguirre Conc. IV. 298, Mansi XI. 1053. — „Ad cognitionem verae“.

682—683.		
—	—	(1635) * „Facit constitutum, quod in archivo ecclesiae continetur, ut qui ordinatus fuerit archiepiscopus (Ravennas), nulla consuetudine pro usu pallii diversis officiis ecclesiae persolvere aliquid debeat; sed et, ne Mauri quondam episcopi anniversitas aut agenda celebretur, prohibet“. Vita Leonis p. 289. Cf. Agnelli vit. Theodori c. 4 ap. Muratori R. It. Scr. II. 1. 153: „cum Leone omnia placita adimplevit (sc. Theodorus Ravennas), statutaque inter se fuerunt, ut qualem electum ex Ravenna sacerdotes Romam deportassent, ipsum consecrasset; non amplius in tempore consecrationis Romae maneret, nisi octo diebus; ultra iam illuc non veniret, nisi in die natalis apostolorum legatum ex sacerdotibus mitteret, — et alia multa capitula confirmata per manum Leonis cum presbyteris“.
683.		
Ian. 6.	Romae	Anastasium presbyterum et Leontium diaconum ecclesiae Constantinopolitanae in communionem assumit „die sanctae Theophaniae“. Vita Leonis p. 289.
Febr. 22.	„	„Ecclesiam iuxta sanctam Bibianam ad nomen b. Pauli apostoli dedicat sub die 22 m. Februarii“ (qui hoc anno in diem dominicum incidit.) Vita Leonis p. 290.
Apr. 16.	—	Luna deficit, sedente Leone, „die 16 mensis Aprilis indictione XI.“ Vita Leonis p. 290.
Iun. 27.	—	„Facit ordinationem per mensem Iunium die 27“. Vita Leonis p. 291.
Iul. 3.	Adb. Petrum	Sepelitur „V. non Iul.“ Vita Leonis p. 291.

BENEDICTUS II. 683?—685.

683 — 684.		
—	—	(1636) Petrum notarium regionarium, in Hispaniam missum, „Benedictus, presbyter et in dei nomine electus sanctae sedis apostolicae“, hortatur, ut mandata, a Leone II accepta, strenue exsequatur, et, „subscriptiones episcoporum post synodicam definitionem (sexti concilii universalis) cum summa sedulitate atque vigilantia procuret subiungi“. Mansi XI. 1085. — „Iuxta quod“.
—	—	(1637) * Wilfridum, expulsam episcopum Eboracensem, „Benedictus electus“ restitui iubet. Eddii Vit. S. Wilfr. c. 42 et 45 et 49, ap. Gale Hist. Br. Scr. I. 74, 75, 78.
684.		
Iun. 26.	—	Consecratur, quum, teste vita Leonis II p. 291, sedes vacasset menses 11, dies 22 (leg. 24).
—	—	„Suscipit divalem iussionem clementissimi principis Constantini ad venerabilem clerum et populum atque felicissimum exercitum Romanae civitatis, per quam concedit: ut qui electus fuerit in sede apostolica, e vestigio absque tarditate pontifex ordinetur. Una cum clero et exercitu suscipit mallones capillorum domni Iustiniani et Heraclii, filiorum principis Constantini; simul et iussionem eius, per quam significat, (se) eosdem capillos direxisse“. Vita Benedicti in Vignolii lib. pont. I. 293.
685.		
Mart. 26.	Romae	„Clerum dividit ordinibus, et in die sancto paschae honoribus ampliat“. Vita Benedicti p. 294.
Mai. 8.	Adb. Petrum	Sepelitur „VIII id. Maii“, post mensium 10 et dierum 12 pontificatum. Vita Benedicti p. 292. 294; Martyrol. Casin. ap. Muratori R. It. Scr. VII. 936.

Mai.—Iul.	In ecclesia S. Salvatoris Constantini-ana	685. Eligitur „a generalitate“. Vita Ioannis V. in Vignolii lib. pont. I. 295.
„ „	In episcopium	Electus perducitur. Vita Ioannis l. l.
Iul. 23.	—	Consecratur „a tribus episcopis: Ostiense, Portuense, Velitrense“. Vita Ioannis p. 296. Dies liquet ex vita Benedicti II p. 294, ubi legitur ecclesia m. 2 d. 15 vacasse, annus confirmatur ex vita Ioannis l. l., quae hoc sedente Iustinianum II imperatorem docet m. Sept. ind. 14 obiisse.
— —	—	685 — 686. (1638) *Concilio convocato, Novellum episcopum Turritanum, a Citonato archiepiscopo Calaritano consecratum, „sub ditione sedis apostolicae redintegrat atque firmat; cuius rei chirographum in archivo ecclesiae Romanae retinetur“. Vita Ioannis p. 297.
Aug. 2.	Adb. Petrum	686. Sepelitur „sub die secunda mensis Augusti“ post anni unius et dierum 10 pontificatum. Vita Ioannis p. 295. 297.
CONON. 686—687.		
Aug. Oct.	In episcopio Lateranensi	686. Eligitur a „sacerdotibus et clero“ (qui antea de Petro archipresbytero consenserat); „e vestigio autem iudices una cum primatibus exercitus — in eius laudem omnes simul adclamant; videns autem exercitus (qui eligi Theodorum presbyterum voluerat) unanimitatem cleri populique in decreto eius subscribentium, post aliquot dies et ipsi, flectuntur et consentiunt in persona praedicti s. viri, atque in eius decreto devota mente subscribunt“. Vita Cononis in Vignolii lib. pont. I. 298.
Oct. 21.	—	Consecratur, quum sedes vacasset menses 2, d. 18. Vita Ioannis V. p. 297.
— —	—	686 — 687. „Ultra consuetudinem absque consensu cleri, ex immissione malorum hominum, in antipathia ecclesiasticorum, Constantinum, diaconum ecclesiae Syracusanae, rectorem in patrimonio Siciliae constituit, hominem perperam et tergiversutum; sed et mappulo uti ad caballicandum ei licentiam concedit“. Vita Cononis p. 300.
Sept. 22.	Adb. Petrum	687. Sepelitur „die 22 m. Sept.“, ecclesia per menses 11 administrata. Vita Cononis p. 298. 302.
PASCHALIS antipapa. 687 — c. 692.		
— —	—	687. „Archidiaconus Paschalis videns sanctum pontificem (Cononem) infirmitate constrictum, scribit Ravennam Ioanni glorioso novo patricio et exarcho, promittens ei dationem, ut persona eius ad pontificatum eligatur; qui statim mandat de Ravenna suis iudicibus, quos Romae ordinavit et direxit ad disponendam civitatem, ut post mortem pontificis, eiusdem archidiaconi persona eligatur“. Vita Cononis p. 301.
p. Spt. 22.	—	Eligitur a populi factione altera, dum altera pars Theodorum archipresbyterum eligit. Vita Sergii I. in Vignolii lib. pont. I. 303
— —	Patriarchii	Partem exteriorum „ab oratorio S. Silvestri et basilica domus Iuliae, quae super campum respicit, occupat“. Vita Sergii I. l. l.

—	—	In episcopio Lateranensi	687. „Coactus et confusus, volens nolens suum dominum et electum (Sergium I.; cf. infra) salutat.“ Vita Sergii I. p. 304.
—	—	—	„Clanculo non cessat Ravennam suos mittere missos, promissaque pecunia vel aliis diversis donis Iohanni patricio et exarcho, cognomento Platyn, cum suis iudicibus nemine sciente Romam venire persuadet.“ Vita Sergii I. p. 304.
p. Dec. 15.	—	—	„Ab officio archidiaconatus propter aliquas incantationes et luculos, quos colebat, vel sortes, quas cum aliis respectatoribus tractabat, dei beatique apostolorum principis Petri interveniente iudicio, (a Sergio I.) privatur et in monasterium recluditur.“ Vita Sergii I. p. 306.
—	—	—	c. 692. Moritur „post quinquennium, prae cordis duritia impenitens.“ Vita Sergii I. p. 306.

THEODORUS. 687.

p. Spt. 22.	—	—	687. Eligitur ab aliqua populi parte. Vita Sergii I. in Vignolii lib. pont. I. 303.
—	—	Patriarchii	Partem interiorem tenet. Vita Sergii I. l. 1.
Oct. Dec.	—	In Lateranensi episcopio	Abdicat, Sergio I. electo. Vita Sergii I. p. 304.

SERGIUS I. 687 — 701.

Oct. Dec.	—	In sacro palatio (in oraculo b. Caesarii)	687. Eligitur a „primatibus iudicum et exercitu Romanae militiae vel cleri seditiosi parte plurima et praesertim sacerdotum atque civium multitudine“, ut „duorum altercantium electorum (Paschalis et Theodori v. supra) sopiatur intentio“. Vita Sergii in Vignolii lib. pont. I. 303, 304.
„	„	In Lateranense episcopium	Deducitur. Vita Sergii p. 304.
„	„	Romae	„Canthara et coronas, quae ante sacrum altare et confessionem b. Petri apostoli ex antiquo pendebant, deponi facit et pignori tradi“, ut Ioanni exarcho, qui a Paschali antipapa vocatus Romam venerat, de centum auri libris ab eodem antipapa promissis satisfaciat. Vita Sergii p. 305, 306.
Dec. 15.	—	—	Consecratur, quum post Cononis obitum vacua ecclesia fuisset per menses 2 d. 23. Vita Cononis p. 302, cf. vitam Sergii p. 306.
Iun. 28.	—	In ecclesiam b. Petri	688. Transfert corpus Leonis II., Vita Sergii p. 311. — V. Titulum ap. Mabillon Vet. anal. 220: „IV. Kal. Iulii indictione I.“ (i. e. anno 688, non 703.)
Apr. 10.	—	Romae	689. Ceadwallae, regi Occidentalium Saxonum (Gewissorum), baptisma accipienti, Petro nomen imponit, „die sancto sabbati paschalis“. V. Bedae Hist. eccl. L. V. c. 7, Opp. ed. Giles III. 180.
—	—	—	c. 692. (1639) *Wilfrido, episcopo Eboracensi, ademptam dignitatem reddi, accusatoresque eius Romam venire iubet. Eddii Vit. S. Wilfr. c. 42 et 45 et 49 ap. Gale Hist. Br. Scr. I. 74, 75, 78.
—	—	—	c. 693. (1640) Ethelredo, Alfrido, Aldulfo, regibus Anglorum, Brithwaldum, archiepiscopum Cantuariensem, commendat. Willelmi Malmesb. Gesta pont. Angl. L. I. ap. Savile R. A. Scr. 113. — „Donum gratiae“.

—	—	—	c. 693. (1641) Universis episcopis per Britanniam constitutis, nunciat, se Brithwaldo, archiepiscopo Cantuariensi, et Britanniae primatum et pallii dalmaticaeque usum concessisse. Cui eos obedire iubet. Willelmi Malmesb. Gesta pont. Angl. L. I. ap. Savile R. A. Scr. 113. — „Sicut nobis“.
Nov. 22.	In ecclesiae s. martyris Ceciliae	—	696. Wilbrordum Fresonum archiepiscopum consecrat, eique Clementi nomen tribuit „die natalis eius“ i. e. S. Caeciliae. V. Bedae Hist. eccl. L. V. c. 11, Opp. ed. Giles III. 198; cf. vitam Sergii p. 314.
—	—	—	c. 701. (1642) Ceolfrido, Wiremathensis et Girwensis monasterii abbati et presbytero de muneribus missis gratias agit. Addit: „Hortamur, ut, quia, exortis quibusdam ecclesiasticarum causarum capitulis, non sine examinatione longius innotescendis, opus nobis sunt ad conferendum arte literaturae imbuti, — absque aliqua remotione religiosum dei nostri, famulum venerabilis tui monasterii, ad veneranda limina apostolorum non moreris dirigere“. Hanc epistolam, a Will. Malmesb. de gest. reg. Angl. L. I. ed. Savile p. 11 ^b , ed. Hardy I. 86, (Mansi XII. 7.) traditam, e ms. emendavit Giles in Bedae Opp. I. p. LXII., recteque sinceram esse asseverat. Nec minui fidem eius puto, si cum Malmesbur. post „famulum“ addimus: Bedam. — „Quibus verbis“.
—	—	—	(1643) *Monasterium Wiremuthense iniuriis affici vetat, petentibus Ceolfridi abbatis nunciis. Bedae Vit. beat. abb. Wir., Opp. ed. Giles IV. 388.
—	—	—	(1644) Monasterio SS. Petri et Pauli Meldunesburgensi privilegia concedit, Aldelmo abbate petente. Gale Hist. Brit. Scr. I. 352, Cocqu. I. 131. — „Ea, quae religiosae“.
Sept. 8.	In basilica b. Petri	—	701. Sepelitur „VI. id. Sept. indictione XV“, ecclesiam quum rexisset a. 13 m. 8 d. 23. Vita Sergii p. 302. 314.
IOANNES VI. 701—705.			
Oct. 30.	—	—	701. Consecratur. In vita Sergii I. p. 314 post hunc ecclesiam reperimus m. 1 d. 20 vacasse, sed ut ad diem dominicum, quo consecrari pontifices solebant, pervenimus, legendum videtur: m. 1 d. 23.
—	Romae	—	704. Synodus, qua Wilfridus, episcopus Eboracensis, innocens declaratur. Acta habentur ap. Eddium in Vit. S. Wilfr. c. 48—52, Gale Hist. Br. Scr. I. 77 sq. De tempore v. Pagii crit. ad Baron. annal. 704.
—	—	—	(1645) Ethelredo, regi Merciorum, et Alfrido, regi Derorum et Bernicorum, de Wilfrido episcopo Eboracensi quid in concilio actum sit, significat. A Berthwaldo, archiepiscopo Cantuariensi, Wilfridum et Bozam Eboracensem et Ioannem Hagulstadensem episcopos ad synodum evocari vult. In qua si res non potuerit ad concordiam adduci, eosdem Romam adire iubet, „ut ampliori concilio flagitetur ac decidatur, quod hactenus non valuit terminari“. Qui venire ad sese recusaverint, iis deiectionem minatur. Eddii Vit. Wilfr. c. 52 ap. Gale I. 81, Will. Malmesb. Gest. pont. Angl. L. III. ap. Savile R. A. Scr. 152, Mansi XII. 169. — „De vestrae quidem“.
Ian.10-11	Apud b. Petrum	—	705. Sepelitur „d. . . . ind. III“, moderatus ecclesiam per annos 3 m. 2 d. 12 (al. 13). Vita Ioannis VI. in Vignolii lib. pont. I. 315, 317.

Mart. 1.	—	705. (<i>Imp. Tiberio a. 8, post cons. eius a. 6, sed et Theodosio et Constantino.</i>) Consecratur. Intelligimus diem tum ex vita Ioannis VI., vacasse per m. 1 d. 18 ecclesiam testante, tum ex vita Ioannis VII. in Vignolii lib. pont. I. 317, ubi huic pontifici a. 2 m. 7 d. 17 ascribuntur.
Iun. 30.	—	(1646) Monasterii S. Mariae Farfensis possessiones confirmat privilegiaque constituit, Faroaldo, duce Spoletino, petente. Chron. Farfense ap. Muratori R. It. Scr. II. n. 331, Mabillon Ann. O. Ben. II. 756*, (Cocqu. I. 133). — „Salubre nimis“.
—	—	705—707.
—	—	(1647) Archiepiscopis, presbyteris, diaconis et universis clericis per Anglorum patriam constitutis haec scribit: „Congregatis omnibus Anglorum proceribus, qui tunc ad b. Petrum degebant, — apostolicae sententia usque adeo sedis praevaluit, ut voluntarie omnes Anglorum clerici sub ipsis vigiliis S. Gregorii laicalem et sinuosum sed et cunctum habitum deponentes, talaris tunicas secundum Romanum morem induerent“. Hortatur de „deponendis laicalibus vestimentis et sumendis clericalibus infulis“. (Fragmentum). Baluzii Misc. I. 400. — „Congregatis omnibus“.
Oct. 18.	Ad b. Petrum	707. Sepelitur „XV. Kal. Novembr. indictione VI.“ Vita Ioannis VII. p. 321.

SISINNIUS. 708.

Ian. 18?	—	708. Consecratur. Hic dies nec dominicus nec festus fuit, ideoque vocari in dubitationem potest, licet indicetur et in vita Ioannis VII. p. 321, quae mensium 3 fuisse interpontificium tradit, et in vita Sisinnii ap. Vignolium lib. pont. I. p. 321, qua teste ecclesiae iste per dies 20 praefuit.
Febr. 7.	Ad b. Petrum	Sepelitur „sub die VII. Februarii, indictione VII.“ Vita Sisinnii p. 322.

CONSTANTINUS I. 708—715.

Mart. 25.	—	708. Consecratur, quum orba fuisset sedes per mensem 1 d. 19. Vita Sisinnii p. 322.
—	—	c. 708.
—	—	Felicem archiepiscopum Ravennatem consecrat. Vita Constantini in Vignolii lib. pont. II. 2.
—	(In ecclesia b. Petri)	Felicis archiepiscopi Ravennatis „cautionem in sacratissima confessione b. Petri ponit“. Vita Constantini I. I.
—	—	709.
—	In ecclesia Salvatoris Lateranensi	(1648) Brithwaldo, Britanniarum ecclesiae primati (archiepiscopo Cantuariensi), commendat Egwinum episcopum (Wigorniensem), qui Kenredum (Merciorum) et Offam (Orientalium Saxonum regis filium) reges Romam deduxerat. Egwino ubi S. Maria apparuerit, eo loco concilium haberi monasteriumque Benedictinum aedificari vult. (Haec epistola a suspitione non est remota) Monast. Anglic. I. 144 ex „autographo, Saxonico caractere scripto“, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. I. 334, (Spelman Conc. I. 212, Mansi XII. 181.) — „Venerabilem virum“.
Oct. 5.	In portu Romano Neapoli	„Die 5 m. Oct. indict. VIII.“ mare ingreditur, a Iustiniano II. imperatore Constantinopolim evocatus. Vita Constantini p. 3.
„	—	Vita Constantini p. 5.

		709.
—	—	In Sicilia Vita Constantini p. 5.
—	—	Rhegi Vita Constantini p. 6.
—	—	Cotronae Vita Constantini l. l.
—	—	Callipoli Vita Constantini l. l.
—	—	Hydrunti „Moras facit, eo quod hiems erat“. Vita Constantini l. l.
		710.
—	—	In partibus Vita Constantini l. l.
—	—	Graeciae Vita Constantini l. l.
—	—	In insula Vita Constantini l. l.
—	—	Cea
—	—	A VII. mili- „Venit, ubi egressus est Tiberius imperator, filius Iustiniani Augusti, cum patriciis ario Constan- et omni syncreto et Cyrus patriarcha cum clero et populi multitudine et omnes tinopolim laetantes et diem festum agentes pontificem susceperunt“. Vita Constantini p. 7.
—	—	Constantino- Ingreditur. Vita Constantini p. 7.
—	—	polim
—	—	A palatio „Egressus — cum camelaucio in Placidias usque, ubi hospitaturus est, properat“.
—	—	Vita Constantini p. 8.
—	—	In Placidiis Hospitatur. Vita Constantini l. l.
		710—711.
—	—	Nicomedia Cum Iustiniano II. imperatore convenit. Vita Constantini l. l.
—	—	Nicomediae „Die dominico missas imperatori fecit et communicati sunt principes eius manibus, quem pro suis quoque delictis deprecari sunt; tunc imperator, pontifice postulante, omnia privilegia ecclesiae renovavit, atque sanctissimum papam ad propria reverti absolvit“. Vita Constantini l. l.
—	—	Nicomedia „Egressus crebris valetudinibus adtritrus est“. Vita Constantini p. 9.
		711.
—	—	Caietae Vita Constantini l. l.
Oct.	24.	Romam Revenit „vicesima quarta die mensis Octobris Indictione X.“ Vita Constantini l. l.
		712.
—	—	Philippici imperatoris „sacram (i. e. epistolam) cum pravi dogmatis exaratione susci- pit, sed cum apostolicae sedis consilio respuit; huius rei causa zelo fidei accensus domnus papa et omnis coetus Romanae urbis, imaginem, quam Graeci votaream vocant, sex continentem sanctas et universales synodos, in porticu ecclesiae S. Petri cum picturis erigit; nam et huiusmodi picturas, quum haberentur in regia urbe, Philippicus iusserat auferri“. Vita Constantini p. 10.
		713.
—	—	(1649) Monasterium (Eveshamense), ab Egvino (episcopo Wigorniensis) conditum, in Brithvaldi Britanniarum primatis (archiepiscopi Cantuariensis) ditionem redigit privilegiisque auget. Wilkins Conc. I. 74, (Mansi XII. 185.) — „Divina dis- pensatione“.
—	—	Romae Missis sacerdotibus, pugnam dirimit „in via sacra ante palatium“ exortam inter Christo- phorum ducem et Agathonem, partibus faventem Petri, quem Philippicus imperator ducem Urbis constituerat. Vita Constantini p. 12.
—	—	„ Anastasii imperatoris epistolam accipit a Scholastico cubiculario, patricio et exarcho Italiae. Vita Constantini p. 13.
		715.
Apr.	9.	Abd. Petrum Sepelitur „V id. April. indict. XIII“ (al. „sub die XI. mensis Februarii ind. XIII“), perfunctus annorum 7 d. 15 pontificatu. Vita Constantini p. 1. 13.

Mai. 19.	—	715. Consecratur, interiectis post Constantini mortem diebus 40. Vita Constantini I p. 13. (1650) * Ad Iohannis, patriarchae Constantinopolitani, synodicam respondet. V. Vitam Gregorii II in Vignolii lib. pont. II. 15.
Mart. 15.	—	716. (1651) „Martignano episcopo, seu Gregorio, presbytero s. sedis apostolicae, atque Dorotheo subdiacono praedictae sedis, euntibus in Baioariam“, praecepta dat, quemadmodum ibi, deliberatione „cum duce provinciae“ habita, et disciplinam ecclesiasticam componant, et episcopos archiepiscopumque constituent atque erudiant. Mansi XII. 257. „Ut datis nostris“.
c. Oct.	Romae	Litaniae facit propter Tiberis inundationem. Vita Gregorii II. p. 20.
—	—	c. 717. (1652) * Langobardos hortatur, ut „Cumanum castrum, dolo pervasum, reddant; quod si non reddant, in iram se divinam incidere pro dolo, quem fecerant, suis scriptis protestatur; munera eis etiam multa dare, ut illud sibi restituant, vult“. Vita Gregorii II p. 20—21.
—	—	(1653) * (Ioannem) ducem et populum Neapolitanum „quotidie scribendo“ impellit, ut castrum Cumanum, a Langobardis occupatum, expugnet; „pro cuius redemptione septuaginta auri libras promittit“. Vita Gregorii II p. 21—22.
Mai. 15.	—	719. (<i>Imp. Leone II a. 3, ind. 2.</i>) (1654) Bonifacio, religioso presbytero, dat mandatum, ut, „ad quascunque gentes, infidelitatis errore detentas, properare potuerit, praedicationem utriusque testamenti mentibus indoctis consona ratione transfundat“. Haec addit: „Disciplinam denique sacramenti, quam ad initiandos deo praevis credituros tenere studeas, ex formula officiorum sanctae nostrae sedis apostolicae instructionis tuae gratia praebita volumus, ut intendas“. Epist. S. Bonif. ed. Würdtw. 11, Opp. ed. Giles I. 26, Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 34, Cocqu. I. 136, Mansi XII. 234. — „Exigit manifestata“.
—	—	720. Eudoni, Aquitaniae duci, „in benedictionem dirigit tres spongas, quibus ad usum mensae pontifices utuntur“. Vita Gregorii II. p. 25.
Apr. 5.	In basilica b. Petri, ante confessionem	721. (<i>Imp. Leone a. 6, post cons. eius a. 6, sed et Constantino a. 2, ind. 4.</i>) Synodus episcoporum 22, in qua anathematizantur, qui presbyteram, aut diaconam, aut monacham, aut commatrem spiritaalem, aut fratris uxorem, aut neptem, aut novercam, aut nurum, aut consobrinam, aut „de propria cognatione vel quam cognatus habuit“, in matrimonium duxerint; qui viduam aut virginem rapuerint; qui „ariolis, aruspibus vel incantatoribus observaverint aut phylacterio usi fuerint“; et clerici, qui comam laxaverint; nominatimque Hadrianus, Exhilarati filius et, quam duxit, Epiphania diacona. Voelli et lustelli Bibl. I. 272, Mansi XII. 261.
—	—	722. (1655) * Bonifacium Romam invitat. Willibaldi vit. Bonifacii c. 7 ap. Pertz M. G. Scr. II 342.
—	In basilica b. Petri Laterani Romae	723. (<i>Imp. Leone a. 7, sed et Constantino a. 4, ind. 6.—1 sept.—7.</i>) Cum Bonifacio colloquitur. Willibaldi Vita Bonifacii I. I. p. 343.
Nov. 30.	—	Cum Bonifacio. Willibaldi Vita Bonif. I. I. Bonifacium episcopum ordinat „pridie Calendarum Decembrium“. Willibaldi Vit. Bonif. c. 7, ap. Pertz M. G. Scr. II 343, Opp. Bonif. ed. Giles II. 164, et iuramentum Bonifacii in eiusdem epistolis ed. Würdtw. p. 19.
—	—	(1656) Karolo duci commendat Bonifacium episcopum, missum „ad praedicandum plebibus Germaniae gentis ac diversis in orientali Rheni fluminis parte consistentibus, gentilitatis errore detentis, vel adhuc ignorantiae obscuritatibus praepeditis“. Ep. S. Bonif. ed. W. p. 21, Opp. ed. G. I. 31, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 37, Mansi XII. 235. — „Comperientes te“.

Dec.	1.	—	723. (<i>Imp. Leone a. 7, sed et Constantino a. 4, ind. 6.—1. sept.—7.</i>) (1657) Universis episcopis, presbyteris, diaconis, ducibus, castellis, comitibus et cunctis Christianis commendat Bonifacium episcopum. Cui qui obfuerint, iis anathema proponit. Ep. S. Bonif. ed. W. p. 22, Opp. ed. G. I. 31, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 38, Cocqu. I. 136, Mansi XII. 238. — „Sollicitudinem nimiam“.
„	1.	—	(1658) Clero, ordini et plebi . . . consistenti Bonifacium, episcopum iis praefectum commendat. Ep. S. Bonif. ed. W. p. 27, Opp. ed. G. I. 36 (Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 38, Mansi XII. 239). — „Probabilibus desideriis“.
„	1.	—	(1659) Serenum, episcopum Foroiulensem (patriarcham Aquileiensem), hortatur, ne conditionis oblitus, sub qua pallium rege deprecatore ei missum sit, iura patriarchae Gradensis violare, „nec amplius quam in finibus Langobardorum existentibus gressum tendere praesumat“. Iohannis Chron. Gradense ap. Pertz M. G. Scr. VII. 46 (Iohannis Chron. Venet. ibid. p. 12, Danduli chron. ap. Muratori R. It. Scr. XII. 132, Ughelli It. sacr. V. 1087, Mansi XII. 247). — „Tanto munere“.
—	—	—	(1660) Donato, patriarchae Gradensi, et Marcello duci atque episcopis plebique Venetiae et Histriae significat, se patriarchae Aquileiensi, ne vexaret Gradensem ecclesiam, interdixisse; „ne ergo“ inquit „incuria quadam aut discidio locum gens eorum insidiando, ut assolet, invadat, pervigiles cavete“. Iohannis Chron. Grad. p. 46, Danduli Chron. p. 133, Ughelli It. sacr. V. 1087, Mansi XII. 248. — „Quamquam ex ministerio“.
Dec.	4.	—	724. (<i>Imp. Leone a. 8, patriatus eius 8, sed et Constantino a. 5, ind. 7.—1. sept.—8.</i>) (1661) Bonifacio episcopo, quod coeptum opus prospere procedat, gratulatur. Significat, se litteris ad „Carolus, excellentissimum filium suum, patricium“, questum esse „de episcopo illo, qui nunc usque — in eadem gente (Germanica) praedicationis verbum disseminare neglexisset, et nunc sibi partem quasi in parochiam defendat“. Thuringis quoque et Germaniae populo scripsisse, „ut construant episcopia et ecclesias condant“. (Novissima verba docent, tres, quae sequuntur, epistolas eodem tempore scriptas esse, neque ad annum 723 revocandas). Ep. S. Bonif. ed. W. p. 41, Opp. ed. G. I. 49, Mansi XII. 243. — „Creditae speculationis“.
—	—	—	(1662) Universo populo Thuringorum commendat Bonifacium episcopum missum, ut eos „debeat baptizare et fidem Christi docere“. Cui ut obediant, hortatur. Addit haec: „Iam recedite a malis operibus, et agite bene; non adoretis idola, nec imoletis carnes; facite ergo et domum, ubi debeat ipse pater vester habitare, et ecclesias, ubi debeatis orare“. Ep. S. Bonif. ed. W. p. 24, Opp. ed. G. I. 33, Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 39, Mansi XII. 241. — „Dominus Iesus“.
—	—	—	(1663) Viros magnificos, Asolfum, Godolaum, Wilarium, Cuntharium, Albordum et omnes Thuringos, fideles Christianos, collaudat, quod a fide, paganis urgentibus, non descierint. Bonifacium commendat. Ep. S. Bonif. ed. W. p. 25, Opp. ed. G. I. 34, Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 39, Mansi XII. 240. — „Insinuatam nobis“.
—	—	—	(1664) Universum populum provinciae Altsaxonum, et eos, „qui verbum exhortationis Iesu Christi susceperunt, et qui adhuc suscepturi sunt“, ab idololatria avocant. Bonifacium commendat. Ep. S. Bonif. ed. W. p. 25, Opp. ed. G. I. 34, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 40, Mansi XII. 23. — „Sapientibus et insipientibus“.
Mart.	1.	—	725. (<i>Imp. Leone a. 9, patriatus eius 9, sed et Constantino a. 6, ind. 8.—1. sept.—9.</i>) (1665) Episcopis et cuncto populo Venetiae seu Istriae significat, se eorum precibus commotum episcopatum Polensem Petro restituisse, qui, quoniam mortuo Donato patriarcha contra „regulas patrum“ ad ecclesiam Gradensem transiisset, episcopali esset honore multatus. Ad eligendum patriarcham hortatur. Ughelli It. sacr. V. 1088. — „Creditae speculationis“.
Apr.	13.	(Romae)	(1666) Stephano presbytero atque aliis duabus successivis personis, dum vivant, concedit „fundum Campanum cum domo sua et vinea posita via Flaminia XIV plus minus millibus ab urbe Roma“ ea lege, ut „singulis quibusque indictionibus pensionis nomine rationibus ecclesiasticis III auri solidos persolvant“. Leonis M. Opp. III. p. CCCVI, Mansi XII. 249. — „Quotiens illa a nobis“.

Nov. 22.	—	<p>726. (<i>Imp. Leone a. 10, sed et Constantino a. 7, ind. 15.—1. sept.—1.</i>) (1667) Bonifacio episcopo respondet 1) de propinquorum nuptiis „in tam barbara gente — post quartam generationem“ concedendis; 2) de uxoribus valetudine correptis; 3) de sacerdotibus accusatis; 4) de duobus vel tribus calicibus in liturgia sacra adhibendis; 5) de escis immolatiis; 6) de infantibus per parentes in monasteria traditis; 7) de iis, qui „in nomine patris et filii et spiritus sancti“ baptizati sint, non rebaptizandis; 8) de iis, qui num sint in infantia baptizati dubitent, si, qui aiat, non reperiatur, baptizandis; 9) de „dominici corporis et sanguinis participatione“ leprosis non deneganda; 10) de monasteriis, in quae pestilentia inciderit, non relinquendis; 11) de quibusdam presbyteris et episcopis, haud sancte viventibus, admonendis, non excommunicandis. Ep. S. Bonif. ed. W. 58, Opp. ed. G. I. 64, Mansi XII. 244. — „Desiderabilem mihi“.</p>
—	—	<p>727. (1668) *Leonis imperatoris de evertendis sanctorum imaginibus epistola accepta, „renuens haeresim eius, scribit ubique: cavere se Christianos, quod orta fuisset impietas“. Vita Gregorii II. p. 29.</p>
—	—	<p>728. (1669) *(Liutprandum), Langobardorum regem, „continuis scriptis“, ut castellum Sutriense sibi restituat, hortatur. Vita Gregorii II. p. 33.</p>
—	—	<p>ante 729. (1670) Ursum, ducem Venetiarum, hortatur, ut exarcho apud Venetias moranti suppetias ferat, quo facilius Ravennatum civitatem, „a nec dicenda (al. nefanda) gente Langobardorum captam“, sub „dominorum filiorumque suorum, Leonis et Constantini, magnorum imperatorum“, redigat potestatem. Danduli chron. ap. Muratori R. It. Scr. XII. 135, Rubei Hist. Rav. 217, Mansi XII. 244. — „Quia peccato faciente“.</p>
—	—	<p>(1671) Antonino (patriarchae Gradensi) eadem iisdem verbis, ac superiore ad Ursum ducem epistola, scribit. Iohannis Chron. Venet. ap. Pertz M. G. Scr. VII. 12. — „Quia peccato faciente“.</p>
—	In Neronis campo	<p>729. Liutprandum, Langobardorum regem, sibi reconciliat. Vita Gregorii II. p. 34.</p>
—	Ante corpus (Petri) apostoli	<p>Liutprando rege petente, Eutychium patricium in gratiam recipit. Vita Greg. II. p. 35.</p>
—	—	<p>c. 729. (1672) Leonem imperatorem graviter increpat, quod, quum de praeceptis patrum servandis per epistolas saepius promississet, novissimis litteris imaginum cultum vocaverit idololatram, ad easque evertendas sese converterit; et quod, neglecto Germano patriarcha Constantinopolitano, „improbum illum Ephesium Apsimari filium“ audierit. „Scis“, inquit „sanctae ecclesiae dogmata non imperatorum esse, sed pontificum; idcirco ecclesiis praepositi sunt pontifices a reipublicae negotiis abstinentes, et imperatores ergo similiter ab ecclesiasticis abstineant, et, quae sibi commissa sunt, capessant“. De universali concilio congregando ei non assentitur. Occidentalium animi illa simulacrorum eversione quantopere percussi sint, depingit. „Testis est deus“, inquit „quascumque misisti ad nos epistolas, auribus cordibusque regum Occidentis obtulimus, pacem illorum tibi ac benevolentiam concilians. Idcirco etiam laurata tua receperunt, ut reges a regibus honore affici convenit (καθώς πρότερον βασιλεύσι τιμῆν)“; compertis vero ineptiis illis, „proiecta laurata tua conculcarunt et faciem tuam conciderunt, ac, delectu habito, Longobardi et Sarmatae ceterique, qui ad septemtrionem habitant, miseram decapolim incursionibus infestarunt, ipsamque metropolim Ravennam occuparunt, et vicinas nobis sedes regias ipsamque Romam sic tractare statuerunt, ut tu nos defendere minime possis“. Imperatori, missum iri qui ipsum Constantinopolim deperterent, minanti ita respondet: „Non est nobis necesse, tecum in certamen descendere; ad quatuor et viginti stadia secedet in regionem Campaniae Romanus pontifex, tum tu vade, ventos persequere!“ Haec narrat: „Nuper ab interiore</p>

c. 729.

occidente preces illius, quem Septetum appellant accepimus, qui vultum expetit nostrum, ut ad impertiendum ei sanctum baptismum illum proficiscamur“. Mansi XII. 959. „Τὰ γράμματα“ „Litteras vestrae“.

(1673) Germanum, patriarcham Constantinopolitanum, imaginum cultus propugnato-rem, collaudat et confirmat. Mansi XIII. 91. (608). — „Πολύ καὶ τίς“ „Qualis et quae“. („Quanta qualisque“).

(1674) Leoni imperatori significat, ex litteris eius se cum dolore cognovisse, ad virtutem eum non esse revocatum. Ad id, quod scripserat: „Imperator sum et sacerdos“, multa respondet, in quibus haec quoque: „quemadmodum pontifex introspicendi in palatium potestatem non habet, ac dignitates regias deferendi, sic neque imperator in ecclesias introspicendi et electiones in clero peragendi, neque consecrandi, vel symbola sanctorum sacramentorum administrandi, sed neque participandi absque opera sacerdotis; imperatores, qui pie vixerunt, ecclesiarum pontificibus obedire minime recusarunt, tu vero, cum manu propria subscripseris et confessus fueris: „„eum, qui terminos patrum tollit, execrabilem esse““, in hoc proprio iudicio condemnatus es; persequeris nos ac tyrannice vexas militari carnalique manu“. Incurat eum, quod, remotis sanctorum imaginibus, „populos in otiosis sermonibus, nugis, citharis, crepitaculis, tibiis et tricis occupaverit, et pro gratiarum actione ac celebratione ad fabulas illos traduxerit“. Quod in sex conciliis universalibus de sanctorum imaginibus non fuerit sermo, „ne de pane quidem“ inquit „et aqua dictum est quidquam, sitne comedendum, an non comedendum, bibendum an non bibendum“. Addit: „Nos viam ingredimur in extremas occidentis regiones versus illos, qui sanctum baptismum efflagitant. Cum enim illuc episcopos misissem et sanctae ecclesiae nostrae clericos, nondum adducti sunt, ut capita sua inclinarent et baptizarentur, eorum principes, quod exoptent, ut eorum sim susceptor (ἐμὲ ἐπιζητοῦντες γενέσθαι αὐτῶν ἀνάδοχον). Hac de causa nos ad viam, dei benignitate, accingimus, ne forte damnationis et incuriae nostrae rationem reddamus“. Mansi XII. 975. — „Τὰ γράμματα“ „Accepimus vestri“.

730.

Romae

Eutychio „exarcho Romae morante, venit in partibus Tusciae — quidam seductor, Tiberius nomine, cui cognomen erat Petasius, qui sibi regnum Romani imperii usurpare conabatur; — exarchus vero haec audiens turbatus est, quem s. papa confortans, et cum eo proceres ecclesiae mittens atque exercitus, profecti sunt“. Vita Gregorii II. p. 36.

(1675) *Anastasio patriarchae Constantinopolitani synodica accepta, „dum haeresi consentientem reperit, non censet fratrem aut consacerdotem solito vocari, sed rescriptis commonitoriis, nisi ad catholicam convertatur fidem, etiam extorrem a sacerdotali officio esse mandat“. Vita Gregorii II. 38.

717 — 730.

Nov. 13.

(1676) SS. Petro et Paulo complura praedia ac oliveta „pro concinnatione luminariorum“ dicat. (Partim ex marmore porticus basilicae Vaticanae, partim ex bibl. Vatic. ms. 6757). Bull. Vatic. I. 7, Maii Scr. vet. nov. coll. V. 209. Cf. Cocqu. I. 142 not. a. — „Quotiens laudi“.

715 — 731.

(1677) De periurorum poenitentis constituit. Mansi XII. 252. — „Si quis iuraverit“.

(1678) *Anatholio Tribuno „locat in XXVIII. annos fundum Meianula cum casis et vineis et omnibus suis pertinentiis ex corpore massae Peltianae, territorio Anagnino, patrimonio Lavicano sub annua pensione“. Ex Gregorii iunioris (i. e. secundi) registro in coll. Deusdedit ap. Borgia Brev. ist. del dom. temp. append. p. 9.

(1679) *Exhilarato et Gaudioso „locat Casale Pondera, Agellione, et Casale Pompeianum, Caleianum et fundum Fortunae, positos territorio Foroclaudiensi ex corpore massae Tusciae sub pensione“. Ex Greg. registro l. I.

(1680) *Constantinae, honestae feminae, „locat fundum Salianum, situm in territorio Caesenate ad montem, qui dicitur Lucati, ab uno latere situm iuxta fundum Carbasianum, ab alio fundum Anianum, a tertio latere fundus, qui dicitur Gumaris, ex corpore patrimonii Ravennatis iuris Romanae ecclesiae“. Ex Greg. registro l. I.

715—731.

- (1681) *Lupicino presbytero „locat duo monasteria sc. S. Leonis et S. Severini, sita intra castrum Monteferetro“. Ex Greg. registro l. l.
- (1682) *Blando „locat massam Iuniorum, territorio Lavicano, sub annua pensione“. Ex Greg. registro l. l.
- (1683) *Eustachio presbytero „locat fundum Casacantari et fundum Invarium ex massae corpore Silanis, et VI. unc. fundi Lauretis cum oliveto suo ex corpore praedictae massae, et fundum Marcianum ex corpore massae Gallorum, patrimonio Lavicano, et coloniam sitam in fundo Ostiliano ex corpore massae Nevianae, patrimonio Appiae“. Ex Greg. registro l. l.
- (1684) * „Leoni notario et Leontiae iugalibus eorumque filiis ac nepotibus locat fundum Ripacesarium, situm via Aurelia miliar. plus minus X, ex corpore suburbani patrimonii Tusciae“. Ex Greg. registro l. l.
- (1685) * „Bonifacio notario seu Claudiae iugalibus eorumque filiis ac nepotibus locat fundum Cocceianum et Folianum ex corpore massae Fonteianae patrimonii Appiae“. Ex Greg. registro l. l.
- (1686) * „Bonifacio notario seu Claudiae iugalibus locat fundum Gratinianum et fundum Rosarium, sita ab Urbe mil. plus minus VII, coerente sibi ab uno latere fundo Canneolo, ab alio Casale Miliariolo, a tertio Casale Faustini, iuris Rom. ecclesiae ex corpore patrimonii suburbani Tusciae“. Ex Greg. registro l. l.
- (1687) * „Gennadio Tribuno et Luciae et ex eorum amplexu filiis ac nepotibus locat fundum Porcianum et Leonianum et fundum Graecorum et Tuttianum, via Clodia miliar. plus minus VIII., ex corpore patrimonii Tusciae“. Ex Greg. registro l. l. p. 10.
- (1688) * „Studiosae Tribunae seu Petro iugalibus, eiusdemque Petri filiis et nepotibus locat fundum Serrulas, fundum Sisinianum ex corpore massae Silanis, patrimonio Lavicano“. Ex Gregorii registro l. l.
- (1689) * „Annae religiosae et aliis duabus personis locat fundum Argenti, Verclanum, Lugeranum, Collibertorum, Toleranum, et fundum Truci Trasissessanum et Possessionum ex corpore massae Sabinensis, via Tiburtina, miliar. ab Urbe plus minus X., ex corpore patrimonii Tiburtini“. Ex Greg. registro l. l.
- (1690) * „Heraclio, praeposito coquinae dominicae, locat fundum Cafasiri ex corpore massae Proculis, patrimonii Lavicani“. Ex Greg. registro l. l.
- (1691) * „Gemulo militi locat fundum Mauricis, fundum Vianova, via Praenestina miliar. plus minus VIII. ex corpore massae Varvarianae, patrimonii Lavicani“. Ex Greg. registro l. l.
- (1692) * „Carae religiosae locat coloniam, quae dicitur Pofinis, via lata miliar. ab Urbe plus minus XII., post absidam basilicae S. Petri intra massam Marulis“. Ex Greg. registro l. l.
- (1693) * „Eustachio presbytero locat monasterium S. Martini situm in Surrento“. Ex Greg. registro l. l.
- (1694) * „Iohanni consuli locat fossam, quae dicitur Vaianicum iuxta campum Veneris, miliar. ab Urbe Rom. plus minus XX., ex corpore massae Fonteianae, patrimonii Appiae“. Ex Greg. registro l. l.
- (1695) * Monasterio S. Silvestri in monte Soracte locat „imperpetuum fundum Scantianum ex corpore massae Castellianae, patrimonii Tusciae, sub pensione“. Ex Greg. registro l. l.
- (1696) * „Petro magnifico tribuno locat coloniam, positam in massa Paul. ex corpore patrimonii Appiae“. Ex Greg. registro l. l.
- (1697) * „Basilio, viro honesto, locat coloniam Alvini ex corpore massae Ocris, patrimonii Appiae in Aricia“. Ex Greg. registro l. l.
- (1698) * Georgio presbytero „locat fundum Crispinis et Amonctis, via Lavicana miliar. plus minus XIII., ex corpore massae Fistis patrimonio Lavicano“. Ex Greg. registro l. l.
- (1699) * „Gemmulo diacono locat fundum Dometiorum via Ardeatina miliar. plus minus VIII. ab urbe Rom. ex corpore suburbani patrimonii Appiae“. Ex Greg. registro l. l.
- (1700) * „Sergiae, honestae feminae, locat fundum Severianum ex corpore massae Iuniorum patrimonii Lavicani“. Ex Gregorii registro l. l.
- (1701) * „Diaconiae S. Eustachii locat in perpetuum fundum Clivus, fundum Quer-

715—731.

- quetum et Placonianum ex corpore massae Calcianae patrimonii Lavicani“. Ex Greg. registro l. l.
- (1702) *Anastasio comiti „locat fundum Lavernam ex corpore massae Laurentianae et fundum Toranianum ex corpore massae Citrasensis, utrumque patrimonii Caietani“. Ex Greg. registro l. l.
- (1703) *„Monasterio S. Agnes, quae dicitur Dua fornâ, locat massam Marul. et massam Sestianam, utrasque patrimonii Appiae“. Ex Greg. registro l. l.
- (1704) *„Theodoro consuli locat in annos XXVIII. insulam Capris cum monasterio S. Stephani, (quae) praestat annue in auro quidem solid. CVIII., vini megaricos C.“ Ex Greg. registro l. l.
- (1705) *Theodoro consuli locat casale, quod dicitur Castro maiore, et casale, qui dicitur Ninfise, sita utraque infra insulam Capris patrimonii Neapolitani“. Ex Greg. registro l. l.
- (1706) *„Matronae Reigionae (religiosae) diaconissae, eiusque filiis ac nepotibus locat locum, qui dicitur Icaonia ex corpore patrimonii Campaniae Neapolitani“. Ex Greg. registro l. l.
- (1707) *„Eustachio presbytero locat fundum Laurentium et fundum Inaurorum extra portam S. Pancratii via Aurelia, ex corpore fundi suburbani patrimonii Tusciae“. Ex Greg. registro l. l.
- (1708) *„Diaconiae S. Eustachii locat in perpetuum fundum Cervinariola, fundum Caldariola, fundum Pompilianum, fundum Paganum“, cet. Ex Greg. registro l. l.
- (1709) *Theodoxiae, honestae feminae, locat fundum Antinianum, via Appia miliar. ab urbe Rom. plus minus XX., ex corpore massae Nerianae patrimonii Appiae“. Ex Greg. registro l. l.
- (1710) *„Theodoxio consuli locat monasterium S. Pancratii, situm extra castrum Mesenate et lacum in annos 29“. Ex Greg. registro l. l.
- (1711) *„Genesisae, honestae feminae, locat fundum Capitonianum, et fundum Dostianum, fundum Viricarja, fundum Tatianum, posita in massa Camustis iuxta campum Barbaricum ex corpore patrimonii Appiae“. Ex Greg. registro l. l.
- (1712) *„Cal. honestae feminae locat coloniam massae Cilianae patrimonii Appiae“. Ex Gregorii registro l. l.
- (1713) *Anualdo tribuno locat fundum Casamaior. et Longocianum ex corpore patrimonii Lavicani, territorio Praenestino, miliar. ab urbe Rom. minus plus XXI.“ Ex Greg. registro l. l.
- (1714) *„Mamalo locat fundum Funianum, via Praenestina miliar. plus minus XV., ex corpore massae Alianae patrimonio Tiburtino“. Ex Greg. registro l. l.
- (1715) *„Stephano exconsuli locat fundum Flabis et fundum Horrea, sita V miliar. ab urbe Roma via Latina“. Ex Gregorii registro l. l. p. 12.
- (1716) *„Leontio militi locat fundum Aunias et fundum Spatianum, sita via Numantina miliar. ab urbe Roma plus minus XI.“ Ex Greg. registro l. l.

731.

- Febr. 11. In basilica b. Petri Sepelitur „sub die id. Febr. indict. XIII.“, quum sedisset a. 15 m. 8 d. 24. Vita Gregorii II. p. 14. 39.

• GREGORIUS III. 731—741.

731.

- Febr. 11. Romae Eligitur. Vita Gregorii III. in Vignolii lib. pont. II. 41: „quem viri Romani, cum eius antecessor de hoc saeculo migrasset, dum ante feretrum in obsequio sui antecessoris esset inventus, subito eum vi abstrahentes, in pontificatus ordinem elegerunt“.
- Mart. 18. — Consecratur. Vacaverat enim ecclesia per dies 35, teste vita Gregorii II. p. 39.
- (1717) *Leoni et Constantino imperatoribus per Georgium presbyterum „commonitoria scripta“ mittit, ut evertere simulacra desistant. Vita Gregorii III. p. 41—42.
- (1718) *Universos Venetiensis seu Histriae episcopos et cunctum populum hortatur,

		731.
—	Romae	ut in locum Donati, defuncti patriarchae Gradensis, successorem subrogent. Iohannis chron. Gradense ap. Pertz M. G. Scr. VII. 46.
—	—	Synodus, in qua Georgio presbytero, qui Constantinopolim litteras apostolicas ad imperatores perferre iussus, re infecta Romam redierat, haec irrogatur poenitentia, ut iisdem cum litteris Constantinopolim iterum se conferat. Vita Gregorii III. p. 42.
—	—	(1719) Antonino, patriarchae Gradensi, „privilegium cum benedictione pallii“ tribuit. Iohannis chron. Gradense l. I.
—	—	(1720) Antoninum, Gradensem archiepiscopum, et eius suffraganeos ad concilium vocat, die 1 m. Novembr. „succedentis quintaedecimae Indictionis“, i. e. an. 731, Romae celebrandum pro cultu imaginum, quas luget „apud regiam urbem et per diversas provincias“ everti. Ughelli Ital. sacr. V. 1090, Mansi XII. 300. — „Inter diversas“.
—	—	(1721) *Ioannem, archiepiscopum Ravennatem, ad synodum invitat. Iohannis chron. Gradense l. I. p. 47.
c. Nov. 1.	In ecclesia b. Petri	Synodus episcoporum presbyterorumque 93, in qua decernunt: „ut si quis deinceps sacrarum imaginum depositor atque destructor et profanator, vel blasphemus extiterit, sit extorris a corpore et sanguine Iesu Christi vel totius ecclesiae unitate atque compage.“ Vita Gregorii III. p. 43—44. (Quae anno 732 perperam tribui solet, haec synodus quo tempore celebrata sit, apparet ex superiore epistola 1720).
”	”	(1722) „In gremio ecclesiae b. apostolorum principis Petri una cum sanctorum coetu episcoporum ante eiusdem confessionem consedens praecipue ob imagines, — et propter illicitas quasdam coniunctiones, — inter cetera decernit: ut novae Aquilegiae i. e. Gradensis civitatis Antoninus patriarcha suique successores totius Venetiae et Istriae primates perpetuo habeantur, Forouliensis (Aquileiensis) antistes Serenus, suique successores Cormovensi castro, in quo ad praesens cernatur sedere in finibus Langobardorum, solummodo semper sint contenti“. (Subscripserunt episcopi 29 et alii testes. Cf. Iohannis chron. Gradense l. I. p. 47.) Ex schedis Pertzii. — „Cum simus dominicae plebis“.
—	—	(1723) *Ad Leonem et Constantinum imperatores „iterum mittit scripta commonitoria pro erigendis sacris imaginibus per Constantinum defensorem“. Vita Gregorii III. p. 44.
		c. 732.
—	—	(1724) Bonifacio episcopo, quod iam permultos ad Christi fidem converterit, gratulatur, eumque et archiepiscopum facit et pallii, in sacris procurandis et consecrandis episcopis gestandi, iure ornat. Permittit, ut, ubicunque res postularit, episcopos constituat, duobus vel tribus episcopis praesentibus. De presbytero quodam scribit, absoluto quidem, sed tamen, si noxius repertus sit, coercendo. A carne caballina abstinere vult, nec nisi pro „mortuis vere Christianis“ orari. Rebaptizari iubet eos, qui „a presbytero Iovi mactante et immolantibus carnes vescente“ baptizati sint. Matrimonia usque ad septimum gradum improbat, itemque tertias nuptias. De parricidarum poenis addit, in quorum numero vult eos quoque haberi, qui „ad immolandum paganis sua venundent mancipia“. Ep. S. Bonif. ed. W. 65, Opp. ed. G. I. 67, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 42, Mansi XII. 277. — „Magna nos habuit“.
		731—733.
—	—	(1725) Calisto, patriarchae Aquileiensi, praecipit, ut Centenariam et Mussiones, monasterii S. Mariae in insula Barbiana siti possessiones, quas invaserit, patriarchae Gradensi restituat. Danduli chron. ap. Muratori R. It. Scr. XII. 136. — „Iam triennium“.
		Exordium huius epistolae, quo Dandulus caret, e cod. Trivis. Vindobonae asservato mihi praebuit Pertzius, vir illustrissimus: „Iam triennium evolutum decessoris nostri tempore plurimis fuerat supplicationibus constitutum. Dilectionem tuam ab hac summa atque apostolica dei ecclesia pallii promeruisse benedictionem commonit ut equoque (addit Pertzius: „commotum te quoque?“), ut in sanctae nostrae ecclesiae scrineis testantur volumina fuisse, ne umquam auderes tu vel tui futuri successores aliena invadere iura aut temeritate qualibet illicita penetrare. Sed ut humiliter utilis tibi concessum pal-

731 — 733.

lium fueras institutus merito magis est oneris quam honoris. Nunc vero cognovimus, contra canonum instituta cuiusdam proterviae auso temeritatem te extitisse, et valde audita doluimus; cognovimus enim, quos ita habetur nullus fieri serre murmuracione, quia aviditate“ cet.

c. 733.

(1726) *Ad Leonem et Constantinum imperatores „adhortatorias litteras pro erigendis sacris imaginibus et orthodoxae fidei firmitate dirigit per Petrum defensorem“. Vita Gregorii III. p. 45.

(1727) *Ad Anastasium, patriarcham Constantinopolitanum, eiusdem argumenti epistolam mittit. Vita Gregorii III. l. I.

731 — 734.

(1728) Episcopis Angliae significat, Tatwinum, archiepiscopum Dorovernensem, Romae a sese pallii dalmaticaeque usu donatum esse, ac totius Britanniae primatem et vicarium suum constitutum. (Hanc epistolam Gregorio II. perperam tribuunt.) Willelmi Malmesb. Gesta pont. Angl. L. I. ap. Savilej R. A. Scr. 115^b, Wilkins Conc. Brit. I. 81, Mansi XII. 247. — „Dei omnipotentis“.

739. (*Imp. Leone a. 23, sed et Constantino a. 20, ind. 7—1. Sept.—8.*)

(1729) Omnibus episcopis, presbyteris, abbatibus omnium provinciarum Bonifacium, Roma in Germaniam revertentem, commendat, cui ad paganos in fide erudiendis concedant adiutores. Ep. S. Bonif. ed. W. p. 94, Opp. ed. G. I. 93, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 44, Mansi XII. 279. — „Domino cooperante“.

(1730) Universos optimates et populum provinciarum Germaniae, Thuringos et Hessos, Bortharos, Nistresos, Wedrevos et Lognaos, Suduosos et Grabfeldos vel omnes in orientali plaga constitutos monet, ut Bonifacio, in Germaniam redeunti, obsequantur, et „divinos, vel sortilegos, vel sacrificia mortuorum, seu lucorum, vel fontium auguria, vel phylacteria, et incantatores, et maleficos, et observationes varias, quae in eorum finibus fieri solebant, omnino respuant“. Ep. S. Bonif. ed. W. p. 95, Opp. ed. G. I. 94, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 45, Mansi XII. 280. — „Quoniam deessor“.

(1731) Episcopis in provincia Bagoariae et Alemanniae constitutis, Wigoni (Augustensi), Luidoni (Spirensi), Rudolto (Constantiensi), et Vivilo (Passaviensi) praecipit, ut, Bonifacii vicarii sui praeceptis usi, „gentilitatis ritum et doctrinam vel venientium Brittonum, vel falsorum sacerdotum et haeticorum“ abiciant et „sive iuxta Danubium, sive in civitate Augusta, vel ubicunque indicaverit“ bis in anno concilium celebrent. Ep. S. Bonif. ed. W. p. 97, Opp. ed. G. I. 95, Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 45, Cocqu. I. 143, Mansi XII. 281. — „Catholica et sanctorum“.

(1732) *Ad Carolum (Martellum), maiorem domus, „claves venerandi sepulcri, cum vinculis S. Petri et muneribus magnis et infinitis, legationem, quod antea nullis auditis aut visis temporibus fuit, destinat; eo pacto patrato, ut a partibus imperatoris recederet et Romanum Consulatam praefato principi Carolo sanciret“, Fredegarii contin. ap. Bouquet Rec. II. 457. — „Claves venerandi sepulcri Petri apostoli et vincula eiusdem cum magnis muneribus legatione ad Karolum principem Francorum misit, quod antea nullo Francorum principi a quolibet Romanae urbis praesule missum fuerat; epistolam quoque et decreta Romanorum principum cum legatione etiam munera misit; quo pacto patrato sese populus Romanus, relicto imperatore Graecorum et dominatione, ad praedicti principis defensionem et invictam eius clementiam convertere cum voluissent —“, Chronicon Moissiac. ap. Pertz M. G. Scr. I. 291—292. — „Concussa est provincia Romanorum, ditioni subiecta Langobardorum, seu et regi eorum Liutprando, veniensque Romam in campo Neronis tentoria tetendit, depraedataque Campania. Pro quo vir dei (Greg. III.) sacras claves ex confessione b. Petri apostoli accipiens, partibus Franciae Carolo, qui tunc regnum regebat Francorum, navali itinere per missos suos direxit, id est per Anastasium episcopum, nec non et Sergium presbyterum, postulantem a Carolo, ut eos a tanta oppressione Langobardorum liberaret“, Vita Gregorii III. p. 55. (Ex Fredegarii cont. l. I. collata cum annal. Lauresh. 739 ap. Pertz Scr. I. 26, annal. Lauriss. minor. ibid. p. 115 liquet, Gregorii legatos ad

739. (*Imp. Leone a. 23, sed et Constantino a. 20, ind. 7.—1. Sept.—8.*)
 Carolum post bellum a. 739 in Provincia gestum pervenisse. Consentit Vita Zachariae in Vignolii lib. pont. II. 60, qua teste Liutprandus rex Roma discessit „per mensem Augustum ind. VII.“ i. e. a. 739.)
- — — (1733) Caroli subreguli auxilium iterum implorat. Ecclesiam S. Petri per Langobardos exinanitam nunciat, omniaque luminaria ablata, „quae“ inquit „a vestris parentibus et a vobis offerata sunt“. Derideri se scribit, quod spem suam in eo constituerit. Plura, quam litteris, nuncio se commisisse addit. Cenni Mon. I. 23, Duchesne H. Fr. Scr. III. 704, Muratori R. It. Scr. III. II. 77, Mansi XII. 284. — „Ob nimium“.
- Oct. 29. — (1734) Bonifacio, qui adiutore Karolo, Francorum principe, ad centum millia Germanorum Christianae fidei conciliaverit, gratulatur. Eum laudat, quod Otilonis, Baioariorum ducis, et optimatam assensu quatuor Bavariae paroeciis institutis, praeter Vivilum (Passaviensem) a sese nuper ordinatum, tres episcopos creaverit. Addit de presbyteris per episcopos consecrandis; de hominibus, „per diversitatem et declinationem linguarum gentilitatis, sed tamen in nomine s. trinitatis baptizatis“, manus impositione confirmandis; de Vivilo episcopo, si erraverit, corrigendo. Concilio „iuxta ripam Danubii“ celebrando eum interesse vult. In uno loco morandi licentiam ei denegat. Ep. S. Bonif. ed. W. 99, Opp. ed. G. I. 96, Mabilon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 47, Cocqu. I. 144, Mansi XII. 285. — „Doctoris gentium“.
- — — 740. (*Ind. 8.—1. Sept.—9.*)
- — — (1735) Carolum subregulum dolet Liuthprando et Hilprando, Langobardorum regibus, plus quam sibi credere, iisque permisisse, ut, irruptionibus in fines Ravennates et Romanos factis, quae „praeterito anno“ reliquissent, diriperent. Rogat, ne fidem tribuat falsis regum nunciis de Spoletino et Beneventano ducibus; quos ideo infestari ab illis scribit, quia contra pactionem secum confectam bellum sibi inferre priore anno recusaverint. Mittat, qui miseras ecclesiae cognoscat. Auxilium petit per deum ac per „claves confessionis b. Petri, quas“ inquit „vobis ad rogam dimisimus“. Ancharum, fidelem eius, epistolae huius latorem, commendat. Cenni Mon. I. 19, Duchesne H. Fr. Scr. III. 703, Muratori R. It. Scr. III. II. 75, Fantuzzi M. Rav. V. 201, Mansi XII. 282. — „Nimia fluctuamur“.
- Oct. 15. — (1736) Omnibus episcopis in Tuscia Langobardorum „chirographum et sacramentum“ in memoriam reducat, quibus, quum ordinarentur, b. Petro sponderint, se „in emergentibus sanctae eius ecclesiae (periculis) totis viribus elaboraturos“. Monet, opem ferant Anastasio presbytero et Adeodato, regionario subdiacono, ad reges Liutprandum et Hilprandum adeuntibus, ut quatuor castra, priore anno occupata, (Ameriam, Hortam, Polimartium, Bleram, v. vitam Zachariae p. 60) restituantur. Dissertatio hist. de summo ap. sed. imp. in urb. Comacli. app. p. 1. Cenni Mon. I. 9, Mansi XII. 286. — „Meminit fraterna“.
- — — 731 — 741.
- — — (1737) De oblationibus in ecclesiae S. Pauli Romanae altaribus quotidie offerendis statuit. (Ex lapide basilicae S. Pauli). Margarini Bull. Cas. II. 4. — „In nomine“.
- — — 733 — 741.
- — — (1738) Antonino, patriarchae Gradensi, scribit haec: „Saepius evocatus, ut apostolorum liminibus dilectam fraternitatem tuam cum episcopis, qui sub tua ordinatione consistant, praesentari, diversis insurgentibus perturbationibus venire secure vos dilectissime innotuisti esse impossibile. Quod quia principalis causa est et prae ceteris salutare fidei Christianae, et domum domini diligentia(m) procuremus. Iuxta quod obsecravit rex Langobardorum pro suis archiepiscopis nostros partem, post tertium diem dominicae resurrectionis, ut etiam cum tuis ita arripas volumus. Quia et Venetiarum episcopis ita scripsimus, si valet ad generalitatem exercitum ut nullius praepediant venire dihortati sumus. In hac enim causa nulla debet intercedere negligentia. Quia deo per omnia, si desides extiterimus, districtam solvemus rationem, beato inquit apostolo Paulo: Attendite, inquit, vobis et universo gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam suam, quam acquisivit sanguine suo. Proinde ut ad statutum conveniatis tempus, ex apostolico vigore vestram omnium hortamur fraternitatem. Possumus

		733—741. enim, ortam contentionem ab ecclesia dei expellentes, praemia ab aeterno iudice percipere et perpetuam vitam. Deus te incolumem custodiat dilectissime frater“. E cod. Trivis. Vindobonae asservato (fol. 6) nobiscum communicavit Pertzius, vir clarissimus.
Nov. 29.	In basilica b. Petri	741. Sepelitur „III Kal. Dec. per ind. X“, quum annos 10 m. 8 d. 12 ecclesiae praefuisset. Vita Gregorii III p. 39. 58.
ZACHARIAS. 741—752.		
Dec. 3.	—	741. Consecratur hoc die dominico. Etenim post dierum 4 interpontificium (Vita Gregorii III p. 58), ecclesiam per a. 10 m. 3 d. 14 (leg. 13) administratus est, ut testatur vita Zachariae in Vignolii lib. pont. II. 58.
—	—	Ad Liutprandum, Langobardorum regem, legatos mittit, ut ducatu Romano quatuor civitates (anno 739) ablatas restituat. (Cf. supra ep. 1736). Vita Zachariae in Vignolii lib. pont. II. 62.
—	—	Perficit, ut Liutprando Langobardorum regi, Spoletum contra Trasimundum ducem tendenti, exercitus Romanus suppetias mittatur. Vita Zachariae p. 62.
—	Roma	Proficiscitur, Liutprandum regem, Interamnae „in finibus Spoletinis residentem“, conventurus. Vita Zachariae l. l.
—	Hortae	Grimualdum, Liutprandi regis missum, obviam habet. Vita Zachariae p. 63.
—	Narniae	Invenit „duces et satrapas pluremque exercitum“, a Liutprando rege obviam missos. Vita Zachariae l. l.
—	Prope Narniam	(A Narniensium civitate octavo fere milliario) suscipitur a Liutprando rege. Vita Zachariae l. l.
—	Interamnae	(In basilica b. Valentini) cum Liutprando rege, „sextae feriae die“. Vita Zachariae l. l.
—	In tentoriis	„Dimidio fere milliario“ ab Interamna. Vita Zachariae l. l.
—	”	„Sabbato“ iterum convenit cum Liutprando rege, qui „quatuor civitates, quas ipse ante biennium (i. e. a. 739) abstulerat, sancto viro reddit; Sabinense quoque patrimonium, Narniense etiam et Auximanum, nec non Anconitanum, atque Numanatem et vallem, quae vocatur Magna, sitam in territorio Sutrinum b. Petro reddit, et pacem cum ducatu Romano in viginti confirmat annos; sed et captivos omnes, quos detinebat ex diversis provinciis Romanorum, missis literis suis tam in Tusciam suam, quamque trans Padum et una Ravinianos captivos, Leonem, Sergium, Victorem et Agnellum consules redonat pontifici“. Vita Zachariae p. 64—65.
—	Interamnae	(In basilica b. Valentini) „die dominico“, praesente Liutprando rege, (Trasimundum) episcopum Interamnensem ordinat; quo facto, cum rege prandet. Vita Zachariae p. 65—66.
—	—	„Secunda feria“ a Liutprando rege discedit. Vita Zachariae p. 66.
—	Ameriae	Vita Zachariae p. 67.
—	Hortae	Vita Zachariae l. l.
—	Polimartii	Vita Zachariae l. l.
—	Viterbii	Vita Zachariae l. l.
—	Blerae	Vita Zachariae l. l.
—	Romam	Revenit. Vita Zachariae l. l. (Non est, quod ex Vitae verbis: „His autem expletis X indictione“ cum Muratorio, annali d'It. 742, cogamus, Zachariae tum iter ad Liutprandum regem tum Romam reditionem in annum 742 incidisse, quum decimam indictionem satis constet die 1 Sept. a 741 incepisse).
—	—	742. (<i>Imp. Constantino a. 23, ind. 10.—1. Sept.—11.</i>) (1739) *Constantinum imperatorem ad restituendum imaginum cultum adhortatur. Petit, ut „duas massas, quae Nymphas et Normias appellantur“, ecclesiae Romanae tribuat. V. Adriani l. epist. ap. Mansi XII. 1061 et Vitam Zachariae p. 76—77.

—	—	—	742. (<i>Imp. Constantino a. 23, ind. 10.—1. sept.—11.</i>)
Apr.	1.	—	(1740) *Ecclesiae Constantinopolitanae mittit „fidei suae sponsonem orthodoxam synodicam“. Vita Zachariae p. 76.
„	1.	—	(1741) Bonifacium episcopum bene valere gaudet. Sedes episcopales in castello Wirtzeburg, in oppido Buraburg, in loco Erphesfurt constitutas comprobat, tribusque episcopis „singulas confirmationis epistolas“ missas nunciat. Permittit, ut invitatu Carolomanni Francorum concilio intersit. Mandat, ut improbos sacerdotes deiciat; qua de re litteras ad Carolomannum, filium suum, datas esse. Interdicit ei, ne, nisi moriens aliquando, sibi successorem designet. Negat, cuidam a Gregorio III concessam esse licentiam avunculi viduae in matrimonium ducendae; quas nuptias dirimi vult. Quod gentilium morum „apud b. Petrum vel in urbe Roma“ reliquum fuerit, ut auguria, phylacteria, incantationes, a sese statim initio pontificatus remotum esse affirmat. (Notae temporis emendatione egent). Ep. S. Bonifacii ed. W. p. 111, Opp. ed. G. I. 106, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 56, Cocqu. I. 145, Mansi XII. 316. — „Susceptis sanctissimae“.
„	1.	—	(1742) Wittanae (Wittae) sanctae ecclesiae Barbaranae (i. e. Buraburgensis) episcopo, per Bonifacium constituto, gratulatur, eiusque sedem confirmat. Ep. S. Bonif. ed. W. p. 117, Opp. ed. G. I. 111, Cocqu. I. 146. — „Domino cooperante“.
„	1.	—	(1743) Burchardo sanctae ecclesiae Wirtzeburgensis episcopo, per Bonifacium constituto, gratulatur et sedem eius confirmat. Mansi XII. 320, cf. Ep. S. Bonif. ed. W. p. 111. — „Domino cooperante“.
—	—	—	743. (<i>Imp. Artavasdo a. 3, patric. eius a. 3, Nicephoro a. 3(1), ind. 11.—1. sept.—12.</i>)
—	—	—	Ad Liutprandum, Langobardorum regem, mittit Benedictum, episcopum et vicedominum suum, et Ambrosium, primicerium notariorum, qui eum ab oppugnanda Ravenna dehorentur, orentque, ut Caesenam Ravennatibus reddat. Vita Zachariae p. 67—68.
—	—	Roma	Proficiscitur, ad Liutprandum regem aditurus. Vita Zachariae p. 68.
—	—	Ad Aquilam	(In basilica S. Christophori) Eutyrium, patricium et exarchum, obviam habet. Vita Zachariae p. 69.
—	—	Ravennae	(In basilica S. Apollinaris). Stephanum presbyterum et Ambrosium primicerium ad Liutprandum regem mittit. Vita Zachariae p. 69—70.
Iun.	22.	Ravenna	Digreditur „die sabbato“. Vita Zachariae p. 70.
„	28.	Ad Padum	Pervenit „vicesima octava die mensis Iunii“, ubi optimates a Liutprando rege missos invenit. Vita Zachariae p. 70.
„	28.	Prope Papiam	In basilica Ad coelum aureum „vigilias b. Petri“ celebrat. Vita Zachariae p. 71.
„	28.	Papiam	Ingreditur. Vita Zachariae l. 1.
„	29.	Prope Papiam	In ecclesia Ad coelum aureum, praesente Liutprando rege, diem natalem S. Petri celebrat. Vita Zachariae l. 1.
„	30.	Papiae in palatio	„Alio die.“ Vita Zachariae p. 71—72: „rex — et fines Ravennatum urbis, quos primitus detinebat, et duas partes territorii castri Caesinae ad partem reipublicae restituit; tertiam vero partem eiusdem castri sub obtentu retinuit, inito constituto, ut usque ad. Kal. Iunias (1 Iun. 744), dum eius missi a regia reverterentur urbe, eiusdem castri tertiam partem, quam pignoris causa detinebat, parti reipublicae restitueret“.
(Iul.)	—	Ad Padum	A Liutprando rege deducitur, ibique regi valedicit. Vita Zachariae p. 72.
—	—	Romam	Revenit. Vita Zachariae p. 73.
—	—	—	(1744) Episcopos, presbyteros, diaconos, abbates, duces, comites, per Gallias et Francorum provincias constitutos, laudat, quod „mediantibus Pippino et Carolomanno principibus“, synodo in eorum provincia convocata, ad Bonifacii, vicarii sui, praecpta falsos et schismaticos et homicidas et fornicarios sacerdotes expulerint. Quorum vitio factum esse scribit, ut „cunctae paganae gentes vobis pugnantis praevalerent“. Praedicit haec: „si mundos et castos ab omni fornicatione et homicidio liberos habueritis sacerdotes, nulla gens ante conspectum vestrum stabit, sed corruent ante faciem vestram omnes paganae gentes“. Ep. S. Bonif. ed. W. 104, Opp. ed. G. I. 99, Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 66, Mansi XII. 380. — „Referente nobis“.
Sept.	22?	—	(1745) Bonifacio gratulatur, quod ab excellentissimis filiis suis, Pipino et Karolomanno, in paganis ad fidem convertendis adiuvetur. Grimonem (Rotomagensem)

Nov. 5.	—	<p>743. (<i>Imp. Artavasdo a. 3, patric. eius a. 3, Nicephoro a. 3(1), ind. 11.—1. Sept.—12.</i>) et Abelem (Remensem), Hartebertumque (Senonensem) episcopos metropolitanos ab eo factos confirmat; quibus et pallia et de pallii usu litteras missas esse nunciat. Laudat eum, quod duos in Francorum provincia pseudoprophetas damnaverit in carceremque coniecerit. (Temporis significatio est valde corrupta; cfr. Pagium.) Ep. S. Bonif. ed. W. p. 144, Opp. ed. G. I. 115, Mansi XII. 321. (Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 73.) — „Legimus in libro“.</p> <p>(1746) Bonifacium, quum tribus archiepiscopis Grimoni Rotomagensi et Abeli Remensi ac Hartberto Senonensi pallia postulasset antea, novissimis litteris unum Grimonem ornari pallio velle, miratur. Causas audire cupit. Se suosque clericos a Bonifacio simoniae accusari indignatur; idque in posterum fieri vetat. Affirmat, sine mercede et tria illa pallia et diplomata data esse. Falsum quemdam sacerdotem in Bavaria ab eo remotum esse gaudet, eique „non solum Bagoariam, sed etiam omnem Galliarum provinciam per praedicationem iniungit“. Ep. S. Bonif. ed. W. 147, Opp. ed. G. I. 117, Mansi XII. 324. (Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 74.) — „Susipientes sanctissimae“.</p>
—	In basilica b. Petri, ante confessionem	<p>Synodus episcoporum 59, in qua constituitur de disciplina sacerdotali et monachica, de nuptiis illicitis moribusque gentilibus, atque ut „omnes episcopi, qui apostolicae sedis ordinatione subiaceant, qui propinqui sint, annue Idibus Maiis SS. Petri et Pauli liminibus praesententur; qui vero de longinquo, iuxta chirographum suum impleant“. Mansi XII. 381.</p>
Iul. 1.	—	<p>744. (<i>Imp. Constantino 25 et 4, ind. 12.—1. Sept.—13.</i>)</p> <p>(1747) Bonifacium redarguit, quod (sicut Virgilius et Sedonius per litteras sibi nunciaverint) in Bavaria rebaptizari baptizatos quosdam iusserit, quoniam qui sacris eos initiasset, sacerdos Latine nesciens corrupta hac usus esset formula: „Baptizo te in nomine patris et filiae et spiritus sancti“. Ep. S. Bonif. ed. W. 154, Opp. ed. G. I. 119, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 59, Mansi XII. 325. — „Virgilius et Sedonius“.</p> <p>(1748) *Ratchiso, Langobardorum regi, de pace constituenda scribit. Vita Zachariae p. 73: „Ad quem missa relatione b. pontificis, continuo ob reverentiam principis apostolorum et eius precibus inclinatus, in viginti annorum spatium invicem inita pace, universus Italiae quievit populus“.</p>
Oct. 25.	In patriarchio Lateranensi, in basilica Theodori	<p>745. (<i>Imp. Constantino a. 26 et 5, ind. 13.—1. Sept.—14.</i>)</p> <p>Synodus episcoporum 7, in qua Adelbertus et Clemens haeretici sacerdotio orbantur, hicque anathematizatur et illi, nisi corrumpere hominum animos cesset, anathema proponitur. Ep. S. Bonif. ed. W. p. 167, Opp. ed. G. II. 40, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 60, Mansi XII. 374.</p>
„ 31.	—	<p>(1749) Bonifacium ad impugnanda vitia confirmat, et „de incursione gentium in eius plebibus facta“ consolatur, „quia et Romana civitas, ex accidentibus facinoribus, est depopulata, et tamen dominus eam dignatus est consolari“. Acta synodi, „apud Francorum provinciam mediantibus Pipino et Carolomanno“ habitae, probat. Sedem metropolitanam, a principibus Francorum Bonifacio in civitate, „quae nuper Agrippina vocabatur, nunc vero Colonia“, constitutam, confirmat. Ecclesiarum consecrationem et parvulorum baptismum a falsis sacerdotibus, „in nomine trinitatis“ facta, rata manere iubet. Deiectos quosdam sacerdotes a sese absolutos esse negat. Francorum principes per litteras monitos nunciat, ne „in palatio regis Francorum“ hominibus sacerdotio multatis ecclesiae vel monasteria tribuerentur. Francos, qui censum ecclesiis et monasteriis denegassent, adductos ab eo esse, „ut in vertente anno ab unoquoque coniugio servorum duodecim denaria reddantur“, gaudet, „et dum dominus donaverit quietem“, inquit „augentur (augebuntur) luminaria sanctorum pro eo, quod nunc accidit tribulatio Saracenorum, Saxonum vel Fresonum“. De peracta synodo Romana significat. A Geoleobo, falso episcopo Romam venturo, se capturum esse scribit. Monet, ut quotannis in Francorum provincia concilium sua vice habere pergat. Ep. S. Bonif. ed. W. 182, Opp. ed. G. I. 126, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 67, Mansi XII. 336. — „Cum nobis sanctissimae“.</p>
—	—	<p>747. (<i>Imp. Constantino a. 28 et 6(7), ind. 15.—1. Sept.—1.</i>)</p> <p>(1750) Pippino, maiori domus et episcopis, abbatibus, principibus in regione Franco-</p>

747. (*Imp. Constantino a. 28 et 6(7), ind. 15.—1. Sept.—1.*)
 rum constitutis, respondet: 1) de metropolitibus; 2) de episcopis, presbyteris, diaconis damnatis; 3) de presbyteris superbientibus; 4) de agrorum presbyteris; 5) de monialibus; 6) de viduis; 7) de laico, qui divortium fecerit; 8) de presbyteris et diaconis, qui se a ministerio ecclesiastico subtrahant; 9) de clericis et monachis, qui a voto defecerint; 10) de clericis ptochiorum, monasteriorum, martyriorum; 11) qui clerici ab uxoribus abstinere debeant; 12) de iis, qui divortium fecerint; 13) de monachis, qui clerici fiant; 14) de presbyterorum et diaconorum poenitentia; 15) de ecclesiis per laicos conditis; 16) de clericis, qui ecclesias suas deserant; 17) de episcopis, qui alienos clericos suscipiant; 18) quibus clericis uxorem ducere liceat; 19) de presbyteris et diaconis non suscipiendis sine litteris commendatitiis; 20) de monialibus lapsis; 21) de lapsis virginibus, quae non erant velatae; 22) de muliere duobus fratribus nupta, ac de viro, qui duas sorores duxerit; 23 et 24) de homicidis; 25) de adulteris; 26) de monachis et virginibus votum non servantibus; 27) de virginibus, quae nondum consecratae nupserint. Cenni Mon. I. 41, Ep. S. Bonif. ed. W. p. 205, Opp. ed. G. I. 149, Duchesne H. Fr. Scr. III. 709, Muratori R. It. Scr. III. II. 80, Mansi XII. 326. — „Gaudio magno“.
- Ian. 5. — (1751) Bonifacio significat, se Pipino, maiori domus gentis Francorum, per Ardobanum presbyterum de re sacerdotali ac coniugali consulenti, respondisse. In concilio convocando et responsa illa recitari et Aldeberti, Godalsacii, Clementis episcoporum causam denuo agi vult. Ep. S. Bonif. ed. W. p. 202, Opp. ed. G. I. 147, Mansi XII. 334, (Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 69.) — „Egregius (egregie) nos“.
- — Romae Carolomanno, Pippini maioris domus fratri, „clericatus iugum“ imponit. Vita Zachariae p. 78, Chron. Moissiacense ap. Pertz M. G. Scr. I. 292.
- c. 747.
- — — (1752) *Carolomanno, Pippini maioris domus fratri, monasterium S. Sylvestri, in monte Soracte situm, addicit. V. Pauli I. ad Pippinum regem epistolam ap. Cenni Mon. I. 193, Duchesne H. Fr. Scr. III. 725, Muratori R. It. Scr. III. II. 116.
- — — (1753) Reginfridi Rotomagensis, Deodati Bellocensis, Remberti Ambianensis, Hesci (al. Helisaei) Noviomensis, Fulnerici (al. Folcrici) Tungrensensis, Davidis Spirensis, Aitherii Tarvanensis, Trewardi Cameracensis, (Genebaudi Laud[un]ensis, Romani Meldensis), Burchardi Wirzeburgensis, Agilolfi Coloniensis, Heddonis Strasburgensis episcoporum concordiam fidemque laudat et confirmat, ac Bonifacium, eorum archiepiscopum, vicarium suum, iis commendat. Ep. S. Bonif. ed. W. 219, Opp. ed. G. I. 163, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 65, Mansi XII. 343. — „Gratias ago“.
- Mai. 1. — (1754) Ad Bonifacii litteras, per Burchardum, episcopum Wirzeburgensem, missas, respondet: de baptismatibus iustis et vanis; de falsis sacerdotibus in monasteria dividendis; de Samsone Scoto presbyteratu multando, propterea quod affirmet: „sine mysterica invocatione aut lavacro regenerationis posse fieri catholicum Christianum per episcopalis manus impositionem“. Circummissas Bonifacii „de unitate fidei catholicae“ litteras laudat. Ad Francia et Galliae concilia sacerdos eo vivo a se mittatur, necesse non esse. Virgilium, qui discordiam concitet inter eum et Otilonem, Baioariorum ducem, atque asseveret: „quod alius mundus et alii homines sub terras sint“, sacerdotio privari vult. Affirmat, se ei, quam Sidonio et Virgilio maiorem tribuere fidem. Litteris eius se intellexisse scribit, Moguntiae eum morari, quum de Colonia quod promississent, non exsolvisset Franci. Successorem ut sibi constituat, permittit. Ep. S. Bonif. ed. W. p. 234, Opp. ed. G. I. 167, Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 70, Mansi XII. 339. — „Sacris liminibus“.
- 749.
- — Ante Perusiam Ratchisum, Langobardorum regem, ad omnittendam Perusiae obsidionem adducit. Vita Zachariae p. 79—80.
- — Romae Ratchisum, Langobardorum regem, clericum facit, eique et Tasiae uxori et filiae vestes monachicas induit. Vita Zachariae p. 80, Leonis chron. mon. Cas. L. I. c. 8 ap. Pertz M. G. Scr. VII. 585.

			751. (<i>Imp. Constantino a. 32 et 11, ind. 4.—1.sept.—5.</i>) Burchardo, episcopo Wirzeburgensi, et Folrado capellano, Pippini legatis, quaerentibus „de regibus in Francia, qui non habentes regalem potestatem si bene sit, an non“, respondet: „ut melius sit, illum regem vocari, qui potestatem habeat, quam illum, qui sine regali potestate manet, ut non conturbetur ordo; per auctoritatem apostolicam iubet Pippinum regem fieri“. <i>Annal. Laurissenses 749 ap. Pertz M. G. Scr. I. 136. Cf. Annales Lauriss. min. ibid. p. 116, Fredegarii contin. ap. Bouquet Rec. II. 460, Annal. Quedlinb. 750 ap. Pertz Scr. III. 35.</i>
Nov.	4.	—	(1755) Bonifacio episcopo et eius successoribus ecclesiam Moguntinam asserit sedem metropolitanam, „habentem sub se has civitates, id est: Tungris, Coloniam, Wormatiam, Spiratiam, et Trectis et omnes Germaniae gentes“ per eum ad Christi fidem conversas. <i>Ep. S. Bonif. ed. W. p. 241, Opp. ed. G. I. 175, Gall. Chr. V. Instr. 442, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 79, Cocqu. I. 147, Mansi XII. 348. — „Qualiter dominus“.</i>
„	4.	—	(1756) Monasterium Salvatoris Fuldense, a Bonifacio episcopo conditum, ex cuiusque ecclesiae, praeterquam Romanae, potestate exiit, bonaque eius confirmat. <i>Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 2 et 3, Schannat Dioec. Fuld. 233, Mabillon Ann. O. Ben. II. 156. et Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 80, Ep. S. Bonif. ed. W. p. 257, Opp. ed. G. I. 187, Gall. Chr. V. Instr. 441, Mansi XII. 349. — „Quoniam semper“.</i>
„	4.	—	(1757) Bonifacium, qui „propter principalem et humanum favorem gentis Francorum“ in eorum conciliis a seductorum quorundam episcoporum et pseudopresbyterorum communione non abstinuerit, pro purgato habet. De episcopis Francorum et de palliis quae fieri velit, facturum se esse, pollicetur. Ad quaestiones, per Lulum sibi allatas, respondet: 1) de graculis, corniculis, ciconiis, fibris, leporibus, equis silvaticis non edendis; 2) de igne paschali; 3) de hominibus et equis regio morbo affectis; 4) monacham monachae lavare pedes licere; 5) de „benedictionibus, quas faciunt Galli“, damnandis; 6) minorem annis triginta inter sacerdotes esse non licere, at si opus fuerit, maiorem viginti quinque annis licere; 7) de Milone, ne ecclesiis fraudem ferat, adhortando; 8) de lardo „priusquam super fumo siccetur aut igne coquatur“ non edendo; „si vero libet“ inquit, „ut incoctum manducetur, post paschalem festivitatem erit manducandum“; 9) de episcopo quodam condemnato; 10) presbyteri et diaconi quo tempore ordinandi sint; 11) de censu ecclesiarum; 12) de presbyteris, qui crimina ante ordinationem commissa celaverint, removendis; 13) intolerabilibus paganorum inimicitias se subtrahere debere Bonifacium; 14) de episcopis excommunicatis; 15) „de Sclavis, Christianorum terram habitantibus oportere censum accipi“; „si enim“ inquit „sine tributo sederint, ipsam quandoque propriam sibi vendicabunt terram, si vero tributum dederint, norunt dominatorem ipsam habere terram“; 16) de figura crucis manu imitanda. <i>Ep. S. Bonif. ed. W. p. 248, Opp. ed. G. I. 181, Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 76, Mansi XII. 345. — „Benedictus deus“.</i>
			741 — 752.
—	—	—	(1758) Theodoro, episcopo Ticinensi, respondet, non licere „filium, cuius pater alterius filiam ex sacro baptismo suscepit, id est spiritalem eiusdem patris filiam, in matrimonium ducere“. Tales nuptias dirimendas esse, sed liberis ex iis procreatis matrimonia contrahendi licentiam non debere negari. <i>Ivonis decr. I. c. 307, Mansi XII. 354, (Attonis Opp. II. 301, Gratiani decr. C. XXX. qu. 3. c. 2). — „Pitacium“.</i>
—	—	—	(1759) *Ansfredo, episcopo Senensi, propter basilicae b. Ampsani altare invito Stabili, episcopo Aretino, dedicatum „provocationis et interdictionis litteras“ mittit. <i>V. Stephani III bullam ap. Muratori Ant. It. VI 387.</i>
—	—	—	(1760) * „Philicario comiti locat massam Pelagianam, patrimonium Lavicanum“. <i>Ex Zachariae registro in coll. Deusd. ap. Borgia Brev. ist. del dom. temp. append. p. 12.</i>
—	—	—	(1761) * „Christophoro locat massam Gallis et fundum Digitorum, et fundum Gab' cum lacu et fundum Meciorum, fundum Babulianum, qui etiam Sentianus, fundum Lucretianum, qui et Massa, fundum Lampadorum, qui etiam Furnellus, fundum Flavianum, qui et Casa monachorum, fundum Medianam, fundum Formicis, fundum Aurefilis, sitos in Burbano, territor. Gabinate, ex corpore patrimonii Lavicani“. <i>Ex Zachariae registro l. I.</i>

741—752.

- — — (1762) * „Alfio militi locat fundum Familicanum in annos XXVIII. ex corpore massae Appianae patrimonii Lavicani“. Ex Zachariae registro l. l.
- — — (1763) * „Theodoro notario locat casale Casula et Testiamum, fundum Teganellum, fundum Quadrantula, ex corpore Talassa rotis, fundum Amphitheanorum ex corpore massae Piranae, campum positum in Scauriis, terram vacantem fores muros castris Caietani ex corpore patrimonii Caietanibus iuris Rom. ecclesiae“. Ex Zachariae registro l. l.
- — — (1764) * „Hysidoro locat fundum Sororum et fundum Virorum via Lavicana miliar. plus minus XIII“. Ex Zachariae registro l. l.
- — — (1765) * „Urso locat fundum Ananvilas cum appendice sua Cucunul., qui et Corcorul., et tabernale posita in civitate Tiburtina ex corpore massae intromuranae patrimonii Tiburtini“. Ex Zachariae registro l. l.
- 752.
- Mart. 15. In ecclesia b. Petri Sepelitur „idibus Martii indictione V“. Vita Zachariae p. 85.

STEPHANUS II. 752.

- 752.
- Mart. — — Eligitur. Vita Stephani III in Vignolii lib. pont. II. 86, Annal. Alamaunici 751 ap. Pertz M. G. Scr. I. 26, Annal. Nazariani 751 ibid. p. 27.
- „ — In Lateranense palatium Perducitur. Vita Stephani III. l. l.
- „ — In Lateranensi palatio Moritur. Vita Stephani III p. 87: „ubi (Laterani) biduo manens, tertia die, postquam a suo somno surgeret et sedens familiares causas suas disposeret, subito, dum sederet, alienatus obmutuit et sequenti die defunctus est“. Annales Alamaunici 751 l. l.: „Stephanus electus et percussus“. Annal. Nazariani 751 l. l., „Stephanus electus, tertia die percussus“. Lamberti annales 751 ap. Pertz M. G. Scr. III. 35: „Stephanus electus est atque occisus“.

STEPHANUS III. 753—757.

752. (*Imp. Constantino a. 33, post consul. eius a. 12, ind. 5.—1. Sept.—6.*)
- Mart. — In basilica S. Mariae ad Praesepe Eligitur. Vita Stephani III in Vignolii lib. pont. II. 87.
- „ — In basilicam Salvatoris Constantinianam „Cum laudibus et praeconiis deportatur“. Vita Stephani III l. l.
- „ — in patriarchio Vita Stephani l. l.
- „ 26. — Consecratur diebus 12 post Zachariae mortem. Vita Zachariae p. 85. (Stephanus II diremerat).
- Mai. 20. — (1766) Stabili, episcopo Aretino, addicit basilicam b. Ampsani, ab Ansfredo episcopo Senensi non legitime dedicatam. Muratori Ant. It. VI. 387, Pecci St. di Siena 49. — „Convenit apostolico“.
- Iun. — — „Tertio ordinationis suae mense germanum suum Paulum diaconum atque Ambrosium primicerium plurimis cum muneribus ad Langobardorum regem Aistulphum ob pacis ordinanda atque firmanda foedera mittit“. Vita Stephani p. 89.
- c. Oct. — — Ad Aistulphum, Langobardorum regem, mittit (Azzonem) S. Vincentii (Vulturensis) et (Optatum) S. Benedicti (Casinensis) abbates, „obnixè per eos postulans pacis foedera“. Vita Stephani p. 90.

c. Oct.	—	Romæ	752. (<i>Imp. Constantino a. 33, post consul. eius a. 12, ind. 5.—1. Sept.—6.</i>) Constantini imperatoris litteras a Iohanne, silentiario imperiali, accipit. Vita Stephani p. 91.
—	—	—	Ad Aistulphum, Langobardorum regem, mittit Iohannem imperialem silentiarium et Paulum diaconum. Vita Stephani p. 92.
—	—	Romæ	Ex Iohanne silentiario imperiali et Paulo diacono Romam reversis cognoscit, ab Aistulpho rege eos nihil impetrasse. Vita Stephani p. 92.
—	—	—	(1767) *Constantinum imperatorem hortatur, ut sanctorum imagines pristinam in venerationem vindicet. Petit, „ut cum exercitu ad tuendas has Italiae partes modis omnibus adveniat, et de morsibus filii iniquitatis (Aistulphi regis) Romanam urbem vel cunctam Italiam liberet“. Legatos mittit. V. Adriani I epist. ap. Mansi XII. 1061, et Vitam Stephani p. 92.
—	—	—	753.
—	—	—	(1768) *Pippino, regi Francorum, „clam per quemdam peregrinum suas mittit litteras, nimium dolorem huius provinciae continentes; quibus etiam rogavit, ut suos isdem Francorum rex Romam dirigeret missos, per quos ad se eum accersiens venire fecisset“. Vita Stephani p. 97.
—	—	—	A Rotdigango (Droctegango) abbate, Pippini regis legato, certior fit, regem „omnem voluntatem s. papae adimplere velle“. Vita Stephani p. 93.
—	—	—	(1769) Pippino regi significat, ad mandata, per Droctegangum abbatem, missum eius, relata, voce se respondisse. Ad perseverantiam hortatur. De Ioanne, viro religioso, cum missis responsisque ad se remittendo, addit. Cenni Mon. I. 69, Duchesne H. Fr. Scr. III. 724, Muratori R. It. Scr. III. II. 114, Mansi XII. 534. — „Praesens Droctegangus“.
—	—	—	(1770) Omnes gentis Francorum duces hortatur, inducant Pippinum regem, ut ad Droctegangi abbatis comitumque eiusdem verba saluti ecclesiae Romanae consulat. Cenni Mon. I. 71, Duchesne H. Fr. Scr. III. 725, Muratori R. It. Scr. III. II. 115, Mansi XII. 534. — „Lacta gaudet“.
—	—	—	A Iohanne, imperiali silentiario, cum legatis apostolicis Constantinopoli reverso, accipit „iussionem imperialem, in qua erat insertum: ad Langobardorum regem s. papam esse properaturum ob recipiendam Ravennatum urbem et civitates ad eam pertinentes“. Vita Stephani p. 98.
—	—	—	Ad Aistulphum, Langobardorum regem, legatum mittit, venturo sibi fidem petitum. Vita Stephani p. 99.
Oct.	—	—	„Paratus ad Langobardorum regem properare“ invenitur a Rotdigango (Chrodegango), episcopo (Metensi), et Autchario duce, missis a Pippino rege, „quatenus papam in Franciam deducerent“. Vita Stephani p. 99. Cf. Pauli Warnefridi Gesta episc. Mettensium ap. Pertz M. G. Scr. II. 268.
Nov.	14.	Roma	Egreditur „XIII. die mensis Octobris indictione VII“. Vita Stephani p. 99.
—	—	Prope Papiam	Aistulphi, Langobardorum regis, legatos offendit. Vita Stephani p. 100.
—	—	Papiae	Aistulpho regi „plura tribuit munera, nimis eum obsecrans, ut dominicas, quas abstulerat, reddat oves; imperialis quoque missus hoc petit, sed nihil obtinere possunt“. Vita Stephani p. 101.
—	—	—	„Sequenti die“ in Franciam eundi licentiam ab Aistulpho rege impetrat. Vita Stephani I. I.
—	15.	Papia	Proficiscitur „quinta decima die mensis Novembris, VII indictione“. Vita Stephani p. 102.
Nov. Dec.	—	MontemIovis	Transgreditur. Fredegarii contin. ap. Bouquet Rec. V. 2.
—	—	In monasterio S. Mauricii	In Fulradum abbatem et Rothardum duces, a Pippino rege missos incidit. Vita Stephani p. 103.
—	—	Monasterium Romanense	Consecrat. V. Chartularium Romani-monasterii in Mém. et doc. de la société de la Suisse Rom. III. 417.
—	—	—	754.
Ian.	—	—	Karolum, Pippini regis filium, obviam habet, a patre „ad fere centum millia in occursum — praemissum“. Vita Stephani p. 104; Cf. Fredegarii contin. I. I.
—	—	Prope Ponticonem	(Ad fere trium millium spatium a Ponticone) excipitur a Pippino rege. Vita Stephani I. I.

	754.	
Ian. 16.	In palatio Ponticone	Cum Pippino rege „sexta Ianuarii mensis die, in apparationis Domini sollemnitate“. Vita Stephani l. l. Cf. Fredegarii cont. l. l., Chron. Moissiac. ap. Pertz M. G. Scr. I. 292—293.
—	In monasterio S. Dionysii	Hiemat. Vita Stephani p. 105, Fredegarii contin. l. l. (1771) *Rotdigango (Chrodegango) episcopo (Metensi), „pallium tribuit et archiordinavit“. Vita Stephani p. 125.
Apr. 14.	Carisiaci	A Pippino rege et eius filiis, Carolo et Carolomanno, et proceribus Franciae accipit promissionem „pro concedendis diversis civitatibus ac territoriis Italiae provinciae et contradendis b. Petro eiusque omnibus vicariis in perpetuum possidendis“. Vita Stephani p. 106. Vita Hadriani I. p. 192—193 et Annales Laurissenses 753 ap. Pertz M. G. Scr. I. 138: „pascha in Carisiaco“.
Iul.	In monasterio S. Dionysii	Aegrotat. Vita Stephani p. 105, Vetus cod. Floriac. ap. Mansi XII. 557.
„ 28. „	„	Pippinum regem, Bertradam reginam, eorumque filios Carolum et Carolomanum reges ungit. Quod „peracto tempore hiemali — post aliquantos dies“ accidisse docet Vita Stephani p. 105. Hilduinus in Areopagiticis (Bouquet Rec. V. 436, not. a.) et altaris SS. Petri et Pauli consecrationem et regum unctionem d. „V. Kal. Augusti“ factam esse narrat. Annales Bertiniani ap. Duchesne H. Fr. Scr. III. 151 et ap. Pertz M. G. Scr. I. 138 in additione ad Annal. Lauriss. a. 754 habent: „anno domini 754, 6 Kal. Aug.“ Ex veteri codice Floriacensi de gestis pontificum haec affert Mansi XII. 557: „Huic papae sanctissimo Stephano revelatio et memoria ostensa est de consecratione altaris apostolorum Petri et Pauli, quod situm est ante sepulchrum SS. Dionysii Rustici et Eleuterii V. Kal. Augusti, qui — in monasterio SS. Dionysii sociorumque eius infirmus iacuit, sed sanctorum precibus sanitati redditus, altare consecravit, et non multo post tempore Pippinum et duos filios eius, Karolum et Karolomanum in reges Francorum apud Ferrarias benedixit“.
—	—	(1772) Narrat, in monasterio S. Dionysii se SS. Petri, Pauli et Dionysii ope ex morbo evasisse. Bouquet Rec. V. 591. — „Sicut nemo“.
—	—	(1773) *Aistulphum, Langobardorum regem, „obtestatur per omnia divina mysteria et futuri examinis diem, ut pacifice sine ulla sanguinis effusione propria sanctae dei ecclesiae reipublicae Romanorum reddat iura“. V. Vitam Stephani p. 109.
—	Lugduni Viennae	Cum Pippino rege. Fredegarii contin. l. l. Cum Pippino rege, Fredegarii contin. l. l. Cf. Vitam Stephani p. 107—108: „pari consilio isdem s. papa cum Francorum rege in monasterio Viennae in Francia collocaverunt“ Carolomanum, Pippini regis fratrem, ab Aistulpho rege in Franciam missum.
—	Mauriennae	(In ecclesiae S. Iohannis baptistae). Vita Stephani p. 110, Fredegarii contin. l. l.
c. Spt. Oct.	Ante Papiam	Cum Pippino rege, civitatem obsidente quoad Aisulphus, Langobardorum rex, „spondet sub terribili et fortissimo sacramento, atque in eodem pacti foedere per scriptam paginam adfirmat, se illico redditurum (b. Petro) civitatem Ravennatum cum aliis diversis civitatibus“, Vita Stephani p. 112—113, Fredegarii contin. l. l. p. 3. — „Pippinus Haistulfum regem paucorum dierum obsidione apud Ticenum compulit, et obsides dare et erepta Romanis oppida atque castella restituere“, Einhardi Vita Karoli M. c. 6 ap. Pertz M. G. Scr. II. 446. Pactum „per indictionem VIII.“ i. e. post d. 1 Sept. 754 initum esse, intelligimus ex Vita Stephani p. 119.
„ „	—	Hieronymum, fratrem Pippini regis, in Franciam redeuntis, et Fulradum abbatem comites nactus, Romam versus proficiscitur. Vita Stephani p. 113, Annal. Laurissenses 755 ap. Pertz M. G. Scr. I. 138, Einhardi Fuldenses annales 754 ibid. p. 346. (Dioec. Forlipopolensis). In reditu ex Francia. V. infra Pauli tabulam, ep. 1793.
—	In monasterio S. Illari	Vita Stephani p. 114.
—	In campo Neronis	Revenit. Vita Stephani l. l.
c. Dec.	Romam	(1774) Pippino regi, suo „spirituali compatri“, et Carolo et Carolomanno, item regibus et utrisque patriciis Romanorum, nunciat, Haistulfum, regem Langobardorum, post eorum discessum suamque Romam reversionem non servasse iusiuran-

		754.
c. Dec. —	—	dum, „nec unius palmi terrae spatium b. Petro — vel reipublicae Romanorum reddere passum esse“, imo novas sibi intulisse plagas. Luget eos, sui monentis non habita ratione, fallacius illius credidisse. Hortatur, ut civitates et loca, „per donationis paginam“ promissa, sibi restituenda curent. Folradum, consiliarium eorum, sociosque plura narraturos scribit. Cenni Mon. I. 73, Duchesne H. Fr. Scr. III. 718, Muratori R. It. Scr. III. n. 104, Mansi XII. 549. — „Dum regni vestri“.
		(1775) Pippinum regem et Carolum et Carolomannum reges iisdem, ac superiore epistola, querelis ad tuendam ecclesiam Romanam instigat, praefatus de suo in Franciam itinere, „in nive et frigore, aestu et aquarum inundatione, atque validis fluminibus et atrocissimis montibus, seu diversis periculis“ perfecto, de regum unctioe victoriaeque, ac de Haistolfi dolis. Praeter Fulradum, presbyterum et abbatem, consiliarium regum, commendat Wilharium episcopum (Nomentanum), de angustiis suis expositurum. Cenni Mon. I. 78, Duchesne H. Fr. Scr. III. 722, Muratori R. It. Scr. III. n. 110, Mansi XII. 537. — „Providi et sapientissimi“.
		755.
c. Fbr. 24.	(Romae)	(1776) Pippino, Carolo et Carolomanno regibus et episcopis, abbatibus, presbyteris, monachis, ducibus, comitibus et cuncto exercitui regni et provinciae Francorum Stephanus papa et omnes episcopi, presbyteri, diacones, et duces, carthularii, comites, tribuni et universus populus et exercitus Romanorum de angustiis suis significant. Ex Calendis Ianuariis Romam urbem iam per dies 55 ab Haistulfo rege et Tuscis et Beneventanis exercitibus obsideri; ecclesias agri Romani expilatas esse incendioque consumptas, monachos vexatos et partim occisos, moniales vitiatas, ac multos Romanos interfectos aliosque in captivitate abstractos; Narniam quoque, quam Pippinus b. Petro concessisset, occupatam. Auxilium quam celerrimum etiam atque etiam petunt. Georgium episcopum, Warnherium abbatem, Thomaricum comitem, legatos suos, commendant. Cenni Mon. I. 84, Duchesne H. Fr. Scr. III. 707, Muratori R. It. Scr. III. n. 96. — „Quanta luctuosa“.
” ”	—	(1777) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, eadem, quae superiore epistola, iisdem fere verbis usus, separatim scribit. Cenni Mon. I. 90, Duchesne H. Fr. Scr. III. 715, Muratori R. It. Scr. III. n. 100, Mansi XII. 540. — „Quanta luctuosa“.
— —	—	(1778) Pippinus, Carolus et Carolomannus reges et episcopi, abbates, presbyteri, monachi, duces, comites et cuncti generales exercitus et populus Franciae per litteras Petri apostoli nomine scriptas obsecrantur, ut civitati ac populo Romano ecclesiaeque S. Petri omni festinatione succurrant contra Langobardos. Cenni M. I. 98, Duchesne H. Fr. Scr. III. 705, Muratori R. It. Scr. III. n. 92, Mansi XII. 543. — „Petrus vocatus apostolus“.
— —	Romae	Colloquitur cum Georgio protoaecreta et Iohanne silentiario, imperialibus legatis ad Pippinum regem directis. Vita Stephani p. 117.
— —	—	Legatis imperialibus, in Franciam navi proficiscentibus, apostolicae sedis missum adiungit. Vita Stephani l. I.
		756.
— —	—	Ad Desiderium ducem in partes Tusciae mittit una cum Fulrado, presbytero abbate atque consiliario Pippini regis, Paulum diaconum, fratrem suum, et Christophorum consiliarium. Vita Stephani p. 123.
— —	—	(1779) *Ad Radchisum, quondam regem, et ad cunctam gentem Langobardorum, Stephanum presbyterum „et apostolicae exhortationis litteras“ mittit. Vita Stephani p. 123.
— —	(Romae)	(1780) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, quod ecclesiam Romanam „elapso anno, isto in tempore“ accerrime oppugnatam, servaverit, gratias copiose agit, eique et filiis atque reginae favorem dei precatur. Nunciat, quum Haistulphus „in ipsis diebus, quibus Romanam urbem devastandam profectus est, post annui spatii circulum“ obisset, Desiderium, „per manus b. Petri“ et per Folradum, Pippini fidelem, Langobardorum regem ordinatum, iurasse, se residuas civitates b. Petro restitutum: Faventiam, Imolam, Ferrariam, Ausimum, Anconam, Humanam, Bononiam. Quae ut celeriter sibi reddantur, praecipit a Pippino vult. Ducem, a „Spoletini ducatus generalitate“ constitutum, et Beneventanos commendat. Rogat, ut catholicam fidem a Graecis tueatur, quidque sibi cum silentiario

		756.	convenerit, significet. Georgium episcopum et Ioannem, regionarium ac sacellarium suum, commendat, Wilhariumque episcopum (Nomentanum) cito remitti cupit. Addit, Optatum, abbatem Casinensem, repetere monachos, cum Pippini fratre in Franciam profectos. Cenni Mon. I. 105, Duchesne H. Fr. Scr. III. 719, Muratori R. It. Scr. III. II. 106, Savioli Ann. Bol. I. II. 5, Mansi XII. 546. — „Explere lingua“.
—	—		Missum dirigit, per quem „easdem, quas rex Desiderius reddere promiserat civitates, accipit, id est Faventiam cum castro Tiberiaco seu Cavellum et universum ducatum Ferrariae in integro“. Vita Stephani p. 124.
		c. 757.	
—	—		(1781) Fulrado presbytero et abbati (S. Dionysii), non successoribus, concedit „ornatum apostolici vestimenti“ i. e. „udonis ac subtularis calceamentum et super sellam equitanti mappulum“. (Neque isti, neque duabus, quae sequuntur, tabulis absoluta est fides adiungenda). Félibien Hist. de St. Denys, rec. des pièces p. 27, Mansi XII. 555. — „Cura nobis et sollicitudo est summa“.
Febr. 26.	—	757. (Imp. Constantino a. 38, p. c. eius a 18(17), Leone a. 4(7), ind. 10.)	(1782) Fulrado, presbytero et abbati (S. Dionysii), et eius successoribus praeter alia privilegia hoc quoque concedit, ut ditionis apostolicae monasteria in quolibet Franciae loco, sive proprio sive comparato, aedificent, episcopumque constituent, qui monasteriorum procuracione fungatur. — Utramque tabulae suspectae editionem praebet Mansi XII. 551; Doublet Hist. d. St. Denys 447, Félibien Hist. de St. Denys, rec. des pièces p. 26, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 336. — „Quoniam semper sunt concedenda“.
” 26.	—		(1783) Fulrado, presbytero et abbati, permittit, ut in S. Dionysii monasterio diaconi sex constituentur, qui, „stolam dalmaticae decoris induti“, sacra procurent. Doublet Hist. de St. Denys 449 (Félibien Hist. de St. Denys, rec. des pièces p. 27, Mabillon de re dipl. 491, Mansi XII. 555.) — „Cura nobis atque sollicitudo est nostra (nimia)“.
—	—		(1784) Fulrado, presbytero et abbati (S. Dionysii), „a praesenti decima indictione“ tribuit, dum vivat, „hospitale, positum infra basilicam b. Petri iuxta sepulchrum b. Leonis papae, quod tenuit Ratchis monachus, et domum positam iuxta monasterium, b. Martini, quam tenuit Nazarius monachus“. Bouquet Rec. V. 592, Félibien Hist. de St. Denys, rec. des pièces p. 27, Mansi XII. 552. — „Petentium desiderii“.
—	In palatio Lateranensi		Aegrotat. Vita Pauli in Vignolii lib. pont. II. 126.
Apr. 26.	In basilica b. Petri		Sepelitur „VI. Kal. Maias (al. V. et VII. Kal. Maias) indictione X.“ Vita Stephani p. 125.

PAULUS I. 757—767.

		757.	
Apr. —	Romae		Eligitur „continuo“ post Stephani III sepulturam, adversa quadam parte pro Theophilacti archidiaconi causa aliquamdiu sentiente. Vita Pauli I in Vignolii lib. pont. II. 127.
— —	—	(1785)	Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, „Paulus diaconus et in dei nomine electus sanctae sedis apostolicae“ significat, se post „germani sui, Stephani papae“, mortem „a cuncta populorum caterva“ electum esse. Missum eius Immonem, donec ipse consecrationem percipiat, Romae mansurum. In foedere, quod Stephanus cum eo icerit, se suumque populum ad ultimum vitae diem perseveraturum esse spondet. Cenni Mon. I. 133, Duchesne H. Fr. Scr. III. 726, Muratori R. It. Scr. III. II. 118, Mansi XII. 594 et 632. — „Cum gravi gemitu“.
Mai. 29.	In b. Petri sede		Consecratur. Vita Pauli I. l. Vacaverat sedes, teste vita Stephani III p. 125: dies 35 (al. 32), Paulus ecclesiae praefuit a. 10 m. 1 (Vita p. 126), atque illa consecratio ad dominicum diem 29 m. Maii referenda est.

757.

- (1786) Pippino, Francorum regi, de litteris per Wulfardum missis, ac de studio in b. Petrum gratias agit. Sabano i. e. linteo, quod in regis filiae baptisate adhibitum erat, accepto, sese spiritalem regis compatrem appellat. Perfidos (Langobardos) queritur debita sibi non tribuere. Pro Sergio, archiepiscopo (Ravennate), restituendo se laborare nunciat. Wulcharium, episcopum (Nomentanum), commendat. Cenni Mon. I. 135, Duchesne H. Fr. Scr. III. 746, Muratori R. It. Scr. III. n. 149, Mansi XII. 639. — „Lator praesentium“.
- (1787) Episcopos, presbyteros, abbates, monachos, duces, comites et universam generalitatem exercitus regni Francorum ob operam ecclesiae navatam laudat. Praedicatis Pippini meritis, vota facit, ut barbarae nationes omnes in eorum regum potestatem redigantur „ad perfectam liberationem et exaltationem ecclesiae“. Cenni Mon. I. 139, Duchesne H. Fr. Scr. III. 739, Muratori R. It. Scr. III. n. 139, Mansi XII. 643. — „Considerantibus nobis“.
- (1788) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, spiritali compatri suo, de binis litteris officii plenis, per Langbardum, illustrem virum, et missos suos e Francia reduces allatis, gratias agit. Reginae et Carolo ac Carolomanno regibus dominaeque Gisilae salutem ascribit. Rogat, quae Stephanus papa ab eo petierit, impleat. Marino presbytero „titulum S. Chrysogoni cum omnibus locis et possessionibus sibi pertinentibus“, sicut rex petiisset, per litteras concessum nunciat. „Mittit Antiphonale et responsale, artem grammaticam Aristotelis, Dionysii Ario-pagitae libros, Geometricam, Orthographiam, Gramaticam, omnes Graeco eloquio scriptores, nec non et horologium nocturnum“. Cenni Mon. I. 145, Duchesne H. Fr. Scr. III. 742, Muratori R. It. Scr. III. n. 143, Mansi XII. 611. — „Properans ad nos“.
- (1789) Eadberchtum, regem (Northanhumborum), hortatur, ut tria monasteria Forthredo abbati ablata restituat. Wilkins Conc. Brit. I. 144, Mansi XII. 652. — „Arbiter rerum“.

758.

- (1790) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, spiritali compatri suo, nunciat, Desiderium regem, excellentissimum filium suum, Romam venisse, atque si obsides ex Francia recepisset, Imolam se restitutum promississe. Rogat, ut obsides dimittat pacisque foedus cum illo confirmet. Rodberto, misso regio, Georgium episcopum (Ostiensem) et Stephanum presbyterum adiungit. Cenni Mon. I. 149, Duchesne H. Fr. Scr. III. 747, Muratori R. It. Scr. III. n. 151, Mansi XII. 616. — „Dum tam copiosam“.
- (1791) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, spiritali compatri suo, Rodberti missi moram excusat, ut Desiderii regis maleficia cognosceret, tamdiu tenti. A quo rege Pentapolensium civitates, Spoletinumque et Beneventanum ducatus, qui in potestatem eiusdem se permisissent, vastatos queritur, Albinum, duce Spoletinum, male mulcatum, vinculis mandatum, et pro duce Beneventano, Hydruntum elapso, Argim substitutum. Desiderium nunciat cum Georgio, imperatoris ad Pippinum legato, Neapoli accessito, ut, classe ex Sicilia adducta, Hydruntum in Graecorum ditionem redigeretur, constituisse, ad imperatoremque, ut Ravennae expugnandae causa suppetias mitteret, litteras dedisse; deinde Romae morantem, Imolae, Bononiae, Ausimi, Anconae restitutionem ea conditione pollicitum esse, ut obsides ex Francia remitterentur. Eas, quae praecedunt, litteras, ut legati in Franciam tuto pervenirent, scriptas, pro non scriptis haberi vult. Ad detinendos obsides Langobardicos, Desideriumque armis constringendum, disertissime planissimeque Pippinum hortatur. Munera mittit. Cenni Mon. I. 152, Duchesne H. Fr. Scr. III. 728, Muratori R. It. Scr. III. n. 122, Savioli Ann. Bol. I. n. 9, Mansi XII. 633. — „Quotiens perspicua“.
- (1792) Pippinum, regem Francorum et patricium Romanorum, suum spiritalem compatrem, rogat, ut Marinum, presbyterum suum, in aula morantem, qui cum Georgio, „quondam imperiali a secretis“ adversa sedi suae consilia inierit, episcopum consecrari per Wulcharium episcopum iubeat, et alicui ex Francicis ecclesiis praeficiat. Cenni Mon. I. 160, Duchesne H. Fr. Scr. III. 756, Muratori R. It. Scr. III. n. 165, Mansi XII. 630. — „Omnino compertum“.

- Febr. 5 — — 759. (*Imp. Constantino a. 40, p. c. eius a. 20, sed et Leone a. 7(9), ind. 12.*) (1793) Ecclesiae Ravennati monasterium S. Illari (Galliatense) restituit, quod Stephanus II., ab Anscaso, episcopo Forlipopulensi, in ipso monasterio ex Francia re-
dux optime tractatus et sublevatus, eidem episcopo in vitae tempus tribuerat. Fantuzzi Mon. Rav. V. 214, Mittarelli Ann. Cam. II. append. 1, Vesi docum. I. 15, (Mansi XII. 644). — „Integritatem pro“.
- — — (1794) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, spiritali compatri, Georgium, episcopum (Ostiensem), cum mandatis voce exsequendis missum, commendat. De filio nuper nato gratulatus, petit, ut ipse „a sacratissimo baptismatis lavacro eundem suscipere mereatur“. Cenni Mon. I. 166, Duchesne H. Fr. Scr. III. 740, Muratori R. It. Scr. III. II. 140, Mansi XII. 609. — „Solet epistolaris“.
- — — 760.
- — — (1795) Pippinum, regem Francorum et patricium Romanorum, suum spiritalem compatrem, certiore facit, inter Remedium et Aucharium ducem, legatos eius, et Desiderium, Langobardorum regem, nuper convenisse, „ut per totum instantem Aprilem mensis istius 13 (al. 12) indictionis“ omnes b. Petri possessiones sibirestituerentur. Nunciat, earum partem iam redditam esse, idque ut ei significaretur, Desiderium rogasse. Petit, ut omnia Stephano promissa solvi iubeat. Petrum, presbyterum suum, commendat. Cenni Mon. I. 162, Duchesne H. Fr. Scr. III. 738, Muratori R. It. Scr. III. II. 137, Mansi XII. 608. — „Quia excellentia vestra“.
- — — (1796) Carolo et Carolomanno, regibus Francorum et patriciis Romanorum, epistola, per Droctegangum et Wulfardum abbates missa, de muneribus non oblati se excusantibus, liberaliter respondet. Eos, quum regnum inierint, ecclesiam fideque orthodoxam defensuros esse, sperat. Cenni Mon. I. 169, Duchesne H. Fr. Scr. III. 758, Muratori R. It. Scr. III. II. 167, Mansi XII. 632. — „Missam relationem“.
- — — (1797) Pippinum, regem Francorum et patricium Romanorum, suum spiritalem compatrem, a quo per Droctegangum et Wulfardum de bello incepto litteras petierat, non scripsisse, queritur. Prospero reditu eius, ab advenis nunciato, gaudet. De missis suis, Constantinopoli profectis, nihildum allatum esse. Cenni Mon. I. 171. Duchesne H. Fr. Scr. III. 756, Muratori R. It. Scr. III. II. 164, Mansi XII. 629. — „Praemissis nostris“.
- — — (1798) Pippinum, regem Francorum et patricium Romanorum, suum spiritalem compatrem, ut sibi, sinistra fama sollicitato, de rebus bello gestis significet, hortatur. Cenni Mon. I. 173, Duchesne H. Fr. Scr. III. 749, Muratori R. It. Scr. III. II. 154, Mansi XII. 618. — „Quoties fidelium“.
- — — 761.
- Inn. 2. (Romae) (1799) In concilio episcoporum 22 monasterium SS. Stephani et Silvestri Romanum, a sese „ad modulationis exercendam psalmodiam“ conditum possessionibusque donatum, confirmat. Mansi XII. 645. — „Inter diversa“.
- — — (1800) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, suo spiritali compatri, scribit, post Wulcharii episcopi et Felicis Ratbertique, missorum eius, discessum allatam famam esse, bellum sibi Ravennatibusque finibus a Graecis imminere. Id agi asseverat, ut orthodoxa fides destruat. Desiderium regem, Beneventanos, Spoletinos, Tuscanos, ut sibi succurrant, admoneri vult, missumque, qui Romae maneat, legari. Cenni Mon. I. 175, Duchesne H. Fr. Scr. III. 752, Muratori R. It. Scr. III. II. 159, Mansi XII. 640. — „Praeccelsae et a deo“.
- — — (1801) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, suo spiritali compatri, exempla binarum litterarum mittit, quarum alteras Leo imperialis, homo astutus, ad Sergium archiepiscopum provinciamque Ravennatensem, alteras fideles quidam Venetici ad eundem Sergium dederant. Monet, ut auxilium sibi et Ravennatibus atque Pentapoleos civitatibus ferri a Desiderio rege iubeat. Cenni Mon. I. 178, Duchesne H. Fr. Scr. III. 747, Muratori R. It. Scr. III. II. 150. — „Praeccelsae et a deo“.
- — — (Romae) (1802) Pippinum, regem Francorum et patricium Romanorum, suum spiritalem compatrem, ob liberatam ecclesiam fideque defensam laudibus extollit. De legato, qui Romae commoretur, mittendo denuo petit. Petrum, primum ecclesiae Romanae defensorem, missum suum, commendat, regemque ad orthodoxam fidem a

761.

Graecis tuendam hortatur. Cenni Mon. I. 180, Duchesne H. Fr. Scr. III. 755, Muratori R. It. Scr. III. n. 162, Mansi XII. 627. — „Dum illa, quae“.

(1803) Carolo et Carolomanno, regibus Francorum et patriciis Romanorum, Petrum, primum ecclesiae Romanae defensorem, missum suum, commendat. Monet, ut rationibus S. Petri prospicere pergant. Cenni Mon. I. 183, Duchesne H. Fr. Scr. III. 758, Muratori R. It. Scr. III. n. 168, Mansi XII. 641. — „Olim omnipotens“.

(1804) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, suo spiritali compatri, de duabus epistolis, una per Petrum, primum ecclesiae Romanae defensorem, altera per nuncios regios, Widmarum et Gerbertum abbates atque Hugbaldum, virum illustrem, missa, gratias agit. Inter Langobardorum legatos et Pentapolensium ac singularum suarum civitatum homines missorum opera de „peculiis“ utrumque restituendis, se praesente, convenisse nunciat; non vero „de finibus civitatum et patrimoniis b. Petri, ab eisdem Langobardis retentis atque invasis“. Missi, ad Desiderium regem proficiscentes, quid sint impetraturi, in dubio esse. Rogat, prospiciat, ut suum sibi sine ulla deductione tribuatur. Cenni Mon. I. 185, Duchesne H. Fr. Scr. III. 732, Muratori R. It. Scr. III. n. 128, Mansi XII. 600. — „Dum tam maxima“.

(1805) Carolo et Carolomanno, regibus Francorum et patriciis Romanorum, qui litteris per Petrum, primum defensorem, missis S. Petri suique amorem ostenderint, gratulatur, utque patrem virtutibus aequent, optat. Cenni Mon. I. 189, Duchesne H. Fr. Scr. III. 757, Muratori R. It. Scr. III. n. 166, Mansi XII. 630. — „Quanto decoris“.

(1806) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, suo spiritali compatri, exemplar litterarum „pro integritate fidei ab orientalibus praesulibus et caeteris nationibus directarum“ mittit, quas post missorum regis discessum monachus quidam, Cosmae patriarchae Alexandrini mandatu, attulerat. Cenni Mon. I. 191, Duchesne H. Fr. Scr. III. 753, Muratori R. It. Scr. III. n. 160, Mansi XII. 625. — „Quia spiritus sancti“.

761—762.

(1807) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, monasterium S. Sylvestri, in monte Soracte situm, cum tribus ad id pertinentibus SS. Stephani, Andreae, Victoris monasteriis „a praesenti quintadecima indictione“ concedit, abolita Zachariae tabula, qui idem monasterium Carlomanno, Pippini fratri, donaverat. Cenni Mon. I. 193, Duchesne H. Fr. Scr. III. 725, Muratori R. It. Scr. III. n. 116. — „Salubri providentia“.

762. (*Imp. Constantino a. 23, sed et Leone a. 10, ind. 15.—1.sept.—1.*)

(1808) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, suo spiritali compatri, respondet, quam sibi suaserit, Desiderii Langobardorum regis pacem, si is promissa solverit, sese libenter culturum esse. De ecclesiae rebus Graecorumque insidiis cum eodem rege se Ravennae collocaturum, nunciat. Cenni Mon. I. 196 et 198, Duchesne H. Fr. Scr. III. 748 et 751, Muratori R. It. Scr. III. n. 153 et 157, Mansi XII. 617 et 624. — „Dum tanto vestrae“.

Oct. 26.

(1809) Monasterium monialium S. Salvatoris Brixense, ab Ansa regina nuper conditum, „cunctaque monasteria cum universis basilicis ad se pertinentibus“, ex cuiuscumque sacerdotis ditioe eximit, „concordantibus nobis reverendissimis coepiscopis nostris“. (Tabula suspecta) Margarini Bull. Cas. II. 7, Cocquelines I. 157. — „Quoniam semper“.

763.

(1810) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, suo spiritali compatri, de litteris officii plenis gratias persolvit. Nunciat, ad mandata eius, ab Hariberto, abbate (Murbacensi), et Dodone comite relata, voce se respondisse. Ioannem, subdiaconum et abbatem, Petrumque, primum defensorem, missos suos, commendat. Cenni Mon. I. 200, Duchesne H. Fr. Scr. III. 734, Muratori R. It. Scr. III. n. 130, Mansi XII. 601. — „Explere verbis nequeo“.

(1811) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, suo spiritali compatri, respondet, se, sicut mandasset, fratris eius, Remedii (archiepiscopi Rotomagensis),

763.

monachos Simeoni, „scholae cantorum priori“, tradidisse, „in psalmodiae modulatione“ erudiendos. Cenni Mon. I. 203, Duchesne H. Fr. Scr. III. 759, Muratori R. It. Scr. III. II. 169, Mansi XII. 642. — „Cum charitatis“.

764.

(1812) Pippinum, regem Francorum et patricium Romanorum, suum spiritalem compatrem, domumque eius bene valere gaudet. Bonum rerum suarum statum nunciat. Qui dixerint, de regis facultate adiuvandae ecclesiae apud se ambigi, eos mendacii coarguit. Hostes eius a sese quoque pro hostibus haberi, affirmat. De legatis, Constantinopolim missis, ob hibernum tempus allatum nihil esse. Addit de Marino presbytero, in pristinum restituto, a quo se litterarum quidquam accepisse negat. Fidelium Ravennatum de Graecorum insidiis litteras mittit. Cenni Mon. I. 206, Duchesne H. Fr. Scr. III. 750, Muratori R. It. Scr. III. II. 155, Mansi XII. 619. — „Eximiae et a deo“.

(1813) Pippini, regis Francorum et patricii Romanorum, sui spiritalis compatris, litteras, a Ioanne, subdiacono et abbate, et Pamphilio, defensore regionario ecclesiae Romanae, ac Flagitio capellano, misso regio, allatas, optatissimas sibi fuisse scribit. Gratias agit, quod, nisi praesentibus nunciis suis, non egerit cum imperatoris legatis, et quod tum fraudulentae imperatoris epistolae tum responsi exemplum ad sese miserit. Synesium eunuchum, imperialium legatorum alterum, dum alter, Anthimus spatarius, una cum regis nunciis Constantinopolim mitteretur, retentum esse gaudet. Fide constantiaque eius se in certam adduci spem scribit, fore ut ecclesia „atque haec miserrima et afflicta provinciola a perfidia inimicorum liberetur“. Mittit expetitur „signum suum“. Philippum presbyterum et Ursum, nuncios suos mense Maio, petente Tassilone Bavariorum duce, ad eum de pace missos, Ticini per Desiderium regem reliquo itinere impeditos esse. Legatos et suos et regios ab imperatoris criminationibus tuetur. Cenni Mon. I. 211, Duchesne H. Fr. Scr. III. 736, Muratori R. It. Scr. III. II. 133, Mansi XII. 604. — „Cum regalis potentiae“.

(1814) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, suo spiritali compatri, litteras mittit amicorum quorundam significantes, patricos sex ignotam ob causam a Constantinopoli cum trecentis navigiis classeque Sicula Romam versus tenere, in Franciam inde navigaturos. Desiderium regem non modo ea, quae de rebus utrimque restituendis convenerint, differendo negligere, sed etiam in fines suos irruere, minacesque ad sese litteras dedisse, queritur. Conibertum, vassum eius, omnia coram latius narraturum. Subsidium petit, legatosque cupit et Romam et Ticinum ad Desiderium mitti. Cenni Mon. I. 218, Duchesne H. Fr. Scr. III. 741, Muratori R. It. Scr. III. II. 142, Mansi XII. 637. — „A deo instituta“.

765.

(1815) Ad Pippini, regis Francorum et patricii Romanorum, sui spiritalis compatris, litteras ab Andrea et Gunderico redditas, respondet. De praesidio promisso gratias agit. Desiderio regi, irruptiones superiore anno in civitatem Senogalliensem ac in Valentis, Campanum castrum suum, factas infitianti, ne tribuat fidem, petit. Vera a sese significata fuisse, missos eius cognovisse. Mensam Stephano decessori suo ab eo oblatam, quam missi attulissent, in b. Petri ecclesia sollemniter collocatam nunciat. Georgium et Petrum arbitrio eius permittit. Cenni Mon. I. 221, Duchesne H. Fr. Scr. III. 726, Muratori R. It. Scr. III. II. 119, Mansi XII. 594, 638. — „Quas praeclara“ „Cum maximo“.

766.

(1816) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, suo spiritali compatri, nunciat, litteras eius, quas Petrus, notarius regionarius, et Ioannes, mansionarius confessionis basilicae b. Petri, missi sui, et Wulfarius sociique, missi eius, attulissent, „in conventu consacerdotum suorum et cleri atque cuncti laicorum ordinis coetu“ recitatas esse. Amorem eius in b. Petrum nec persuasionibus nec promissis victum amplissimis verbis collaudat. Sperat, fore ut in sacerdotum optimatumque conventu legatis Graecis, qui cum suis regisque nunciis in Franciam pervenerint, ex ecclesiae atque fidei orthodoxae usu respondeatur. Georgium episcopum et Petrum presbyterum ut in Francia retineat, iam iterum concedit. Desiderium

766.

regem Romae nuper fuisse, sibi que Saxulum, puerum fugitivum reddidisse narrat. Cum quo quid sibi de „iustitiis inter partes perficiendis“ convenerit, significat; ac de Beneventanis et Tuscanensibus plene sibi satisfactum esse scribit, partimque etiam de ducatu Spoletino. Gratias agit, quod Desiderium admonuerit, ut a Neapolitanis et Caietanis patrimonium sibi restitui, episcoposque Romam consecrandi causa mitti cogeret. Cenni Mon. I. 226, Duchesne H. Fr. Scr. III. 744, Muratori R. It. Scr. III. II. 145, Mansi XII. 613. — „Votiva cordis nostri“.

757 — 767.

(1817) *Ad Constantinum et Leonem imperatores „saepius suos missos cum apostolicis obsecratoriis atque admonitoriis literis dirigit pro restituendis confirmandisque in pristinum venerationis statum sacratissimis imaginibus“. Vita Pauli p. 128; Cf. Adriani I. epist. ap. Mansi XII. 1061.

767.

(1818) Pippinum, regem Francorum et patricium Romanorum, defensorem ac liberatorem sui, miris laudibus ornat, ac sempiternis amoris vinculis cum eo se coniunctum esse profitetur. De monasterio Soractensi sibi concessio gratias agit; idque monasterio (SS. Stephani et Silvestri) a sese condito subiectum nunciat. Cenni Mon. I. 233, Duchesne H. Fr. Scr. III. 731, Muratori R. It. Scr. III. II. 125, Mansi XII. 597. — „Dum divinas“.

(1819) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, suo spiritali compatri perseverantiam in defendendo b. Petro pollicenti respondet, iam iamque ecclesiam ac provinciam Romanam eius indigere praesidio. Langobardine „plenarias iustitias“ fecerint, quaerenti, de versutia perlidiaque eorum significat. Qua de re Wilcharium episcopum et Dodonem et Wilchardum, missos eius, accuratius exposituros esse scribit. Cenni Mon. I. 238, Duchesne H. Fr. Scr. III. 735, Muratori R. It. Scr. III. II. 132, Mansi XII. 603. — „Ad referendas“.

— — In ecclesia
b. Pauli
Iun. 28. „

„Aestivo tempore pro valido coloris fervore demorans, corporali praeoccupatur aegritudine“. Vita Pauli p. 130.
Moritur, „per quintam indiccionem mense Iunio die 29“ (legendum: 28, ut docent verba: „in ipso dominico die“). Cenni Conc. Lat. p. 6, Mansi XII. 717. Vita Pauli p. 130: „in ecclesia b. Pauli“.

CONSTANTINUS II. 767 — 768.

767.

Iun. 28. Romae in domo Totonis ducis
„ 28. In Lateranense palatium
„ 28. In vicedominio
„ 29. In oratorio S. Laurentii intra patriarchium
Iul. 5. In basilica b. Petri

Laicus eligitur a fratribus suis, Totone duce. Passivo et Paschali, „cum Paulus I. nondum spiritum exhalaret“. Vita Stephani IV. in Vignolii lib. pont. II. 133; Cf. Cenni Conc. Later. p. 7, 8.

Introducitur. Vita Stephani IV. I. I.

Clericus a Georgio, episcopo Praenestino, inauguratur. Vita Stephani IV. p. 133, 134.

Subdiaconus et diaconus consecratur a Georgio episcopo Praenestino „alia die, secunda feria“. Vita Stephani IV. p. 134, Cenni Conc. Lat. p. 8.

Pontifex consecratur a Georgio Praenestino, Eustratio Albanensi, et Citonato Portuensi episcopis „adveniente dominico die“. Vita Stephani IV. p. 134.

(1820) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, significat, id quod iam a „praecurrentibus nunciis“ relatum putat, se, Paulo mortuo, ab „Urbis vel subiacentium ei civitatum populo“ pontificem creatum esse. Studium eius in b. Petrum laudat et confirmat. Spem suam omnem, secundum deum, in eo positam esse. Missi quum redierint, alios duos legatum iri, scribit. „Gesta sanctorum“ postu-

		767.
Aug. 12.	—	lata mittit. Cenni Mon. I. 249, Duchesne H. Fr. Scr. III. 824, Muratori R. It. Scr. III. II. 171, Mansi XII. 761. — „Omnino credimus“.
—	—	A Stephano presbytero accipit „synodicam fidei missam a Theodoro Hierosolymitano patriarcha“, Paulo I. inscriptam „duodecima die — Augusti mensis quintae indictionis“. V. epistolam sequentem.
—	—	(1821) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, iterum scribit de pontificatus onere, „ex improvise violenti manu a populorum innumerabili concordantium multitudine“ invito sibi imposito, ac de sua praesidii eius expectatione, perpetuaeque in eum benevolentia. Ne inimicorum de se mendacis credat, petit. Christophorum presbyterum et Anastasium, notarium regionarium, missos suos, commendat. Nunciat, Theodori, patriarchae Hierosolymitani (quocum Alexandrinus et Antiochenus patriarchae consentiant) epistolam synodicam, Paulo inscriptam, die 12 „praeteriti Augusti mensis quintae indictionis“ sibi redditam esse; cuius mittit exempla, Latine Graeque confecta, „ut agnoscat, qualis fervor sanctarum imaginum orientalibus in partibus cunctis Christianis immineat“. Georgium episcopum, et Marinum et Petrum presbyteros remitti cupit. Cenni Mon. I. 252, Duchesne H. Fr. Scr. III. 825, Muratori R. It. Scr. III. II. 172, Mansi XII. 757. — „Dum internae mentis“.
		768.
Iul. 29.	in patriarchio Lateranensi	Ex Passivo fratre de caede Totonis ducis cognoscit, qui, ducatus Spoletini Langobardis „28 die Iulii mensis indictione sexta“ in Romam infusus, „alia die“ ad portam b. Pancratii a Demetrio secundicerio et Gratioso interfectus erat. Vita Stephani IV. p. 137—139.
„	29. In basilica Salvatoris	Vita Stephani IV. p. 139.
„	29. Ad fontem in ecclesia S. Venantii	Vita Stephani I. I.
„	29. In vestiario	Vita Stephani I. I.
„	29. Ex oratorio S. Caesarii	Eiectus „a Romanae urbis militiae iudicibus“ custodiae mandatur. Vita Stephani I. I.
Aug. 1—5.	In monasterium Cellanovas	Deportatur ab „aliquantis perversis“, qui eum „magnum pondus in eius adhibentes pedibus, in sella muliebri sedere super equum fecerunt“, („dum adhuc electus extitisset“ Stephanus IV.) Vita Stephani IV. p. 142—143.
„	6. In basilica Salvatoris	„Ita deponitur: accedens enim Maurianus subdiaconus, orarium de eius collo aufert et ante pedes eius proicit et compages illius abscindit“, — „sabbato die ante unam diem ordinationis — Stephani (IV) papae“. Vita Stephani IV. 143.
—	— E monasterio Cellanovas	A Tuscianis et Campaninis, auctore Gratioso, expulsus oculisque privatus, in platea relinquitur. Vita Stephani IV. p. 144—145.
		769.
Apr. 12.	In basilica Salvatoris	In Stephani IV. concilio caecus veniam ignoscendi petit. Vita Stephani IV. p. 148; cf. Cenni Conc. Lat. 1 sqq.
„	13. „	Ex concilio pellitur, ab „universis sacerdotibus“ alapis percussus. Vita Stephani IV. 148—149.

PHILIPPUS. 768.

		768.
Iul. 31.	In monasterio b. Viti	Eligitur a Waldiperto presbytero et „aliquantis“ Romanis „alia die dominica“ (post d. 29 Iulii). Vita Stephani IV. in Vignolii lib. pont. II. 139, 140.
„	31. In basilicam Salvatoris	Deducitur. Vita Stephani IV. p. 140.
„	31. in patriarchio Lateranensi	Vita Stephani I. I.

Iul.	31.	Ex patriarchio	768. Pellitur a Gratosio et „aliquantis“ Romanis, „eodem die“, et „per scalam, quae ducit ad balneum, decedens, cum magna reverentia ad suum revertitur monasterium (b. Viti)“. Vita Stephani IV. p. 141.
------	-----	----------------	--

STEPHANUS IV. 768 — 772.

Aug.	1.	In titulo b. Caeciliae	768. Eligitur „alia die“ (post d. 31 Iulii). Vita Stephani IV. in Vignolii lib. pont. II. 141, 142.
„	1.	In Lateranense patriarchium	Perducitur. Vita Stephani p. 142.
„	7.	In basilica b. Petri	Consecratur „alio die dominico“. Vita Stephani p. 143.
„	—	—	(1822) *Ad Pippinum, Carolum et Carolomannum Francorum reges et patricios Romanorum mittit Sergium secundicerium et nomenclatorem; „deprecans atque exhortans eorum praecellentiam per suas apostolicas literas, ut aliquantos episcopos, guaros et in omnibus divinis scripturis atque sanctorum canonum institutionibus eruditos ac peritissimos dirigant ad faciendum in Romana urbe concilium, pro impia novi erroris ac temeritatis praesumptione, quam Constantinus, apostolicae sedis pervasor, ausus est perpetrare“. Vita Stephani p. 146.
Apr.	12.	In basilica Salvatoris Constantini-ana	769. Concilii episcoporum 49 actio I. Constantinus quomodo pontificatum invaserit, exponitur. Fragmenta huius concilii collegit Cenni Conc. Lat. p. 1., Mansi XII. 713. Quod nuper vulgavit Wasserscheleben Beitr. z. G. d. vorgrat. Kirchenrechtsqu. 162, actorum summarium, ubi prima concilii dies 7 Aprilis fuisse traditur, Cennio ignotum est.
„	13.	„	Concilii actio II. „Alia vero die“ Constantinus colaphis percussus ex ecclesia expellitur, actaque confirmationis eius comburuntur. Deinde constituunt, „ne ullus unquam praesumat laicorum, neque ex alio ordine nisi per distinctos gradus ascendens diaconus aut presbyter cardinalis factus fuerit, ad sacri pontificatus honorem promoveri“. Vita Stephani p. 148, Cenni l. l. 9, Mansi XII. 718. Cf. Wasserscheleben l. l.
„	14.	„	Concilii actio III. Statuunt, in eligendo pontifice ne laici, neve homines ex Tusciae vel Campaniae castris, neve armati intersint. Consecrationes a Constantino factas rescindunt. Holstenii Coll. Rom. I. 259, Cenni l. l. 10, Mansi XII. 719, Vita Stephani p. 150. Cf. actionis tertiae fragmentum in Ratherii Opp. p. 331; et ap. D'Áchery Spic. I. 372.
„	—	„	Concilii actio IV. Imaginum veneratio confirmatur. Holstenii Coll. Rom. I. 261, Cenni l. l. 12, Mansi XII. 720, Vita Stephani 151.
—	—	—	(1823) *Constantinum imperatorem imaginum restitutionem implorat. V. Adriani I. epist. ap. Mansi XII. 1061.
Apr.	—	In ecclesia b. Petri	Ubi „Leontius scriniarius cuncta, quae peracta sunt in concilio, extensa voce legit populo“. Vita Stephani p. 152.
—	—	—	(1824) *Mauricio, duci Ariminensi, et iudicibus Ravennatibus per „litteras atque missos“ respondet, non posse fieri, ut Michaelis, ex laico factus archiepiscopus Ravennas, a sese consecratur. Vita Stephani p. 153, 154.
—	—	—	(1825) *Michaelem hortatur, ut invasam sedem Ravennatem dimittat. Vita Stephani p. 154.
—	—	—	769 — 770. (1825a) Carolo et Carolomanno, regibus Francorum et patriciis Romanorum, concordiae reconciliationem gratulatur. Eorum in b. Petrum studium laudat, quod „non corruptori et fragili homini, sed deo placere procuraverint“. Petit, ut secundum capitulare, a Gauziberto episcopo et Fuchberto, Ansfredo et Helmgario, missis

769—770.

eorum, allatum, b. Petro quam primum satisfieri a Langobardis iubeant. Addit haec: „Si quis autem vobis dixerit, quod iustitias b. Petri recepimus, vos ullo modo ei non credatis“. Cenni Mon. I. 274, Duchesne H. Fr. Scr. III. 764, Muratori R. It. Scr. III. II. 184, Mansi XII. 693. — „Benedictus dominus deus“.

(1826) Carolum et Carolomannum, reges Francorum et patricos Romanorum, omnibus precibus anathemateque proposito obtestatur, ne alteruter eorum, dimissa uxore, filiam Desiderii, Langobardorum regis, ecclesiae adversarii, in „diabolicum“ matrimonium ducat, neu Gisilam sororem filio eiusdem collocent. Memorat, Pippinum quoque, patrem eorum, hortatu Stephani II., neque uxori nuncium remisisse, neque Gisilam filio Constantini imperatoris in matrimonium dedisse. Petrum presbyterum et Pamphilium, defensorem regionarium ecclesiae Romanae, missos suos, commendat. (Hanc epistolam ante Bertradae reginae in Italiam iter, a. 770 factum, arbitror scriptam esse). Cenni Mon. I. 281, Duchesne H. Fr. Scr. III. 761, Muratori R. It. Scr. III. II. 178, Mansi XII. 695. — „Dum omnium electorum“.

770.

(1827) Carolomanno, regi Francorum et patricio Romanorum, significat, litteras eius sibi redditas esse. Ad ea, quae Beraldus abbas et Audbertus, vir inluster, missi eius, retulerint, voce se respondisse. Cupit puerum eius nuper natum in suis „ulnis ex fonte s. baptismatis aut etiam per adorandi chrisomatis unctionem spiritalem suscipere filium“. Optima omnia in reginam liberosque congerit. Cenni Mon. I. 278, Duchesne H. Fr. Scr. III. 766, Muratori R. It. Scr. III. II. 186, Mansi XII. 699. — „Dum tantam piae“.

Legatos Ravennam mittit, „tam Caroli, regis Francorum et patricii Romanorum, missos (Ravennae morantes), quamque omnes Ravennianos admonens“ de Michaele invasore deiciendo. (Quo factum est, ut Michael, quum „per unius anni spatium et eo amplius“ sedem Ravennatem tenuisset, Romam vincetus mitteretur). Vita Stephani p. 154.

Leonem, archiepiscopum Ravenatensem, consecrat. Vita Stephani p. 155.

(1828) Bertradae, deo sacratae, et Carolo, regi Francorum et patricio Romanorum, Itherium missum, qui mirificam operam in recuperando b. Petri patrimonio Beneventano consumpserit, diligentissime commendat. Cenni Mon. I. 271, Duchesne H. Fr. Scr. III. 760, Muratori R. It. Scr. III. II. 177, Mansi XII. 690. — „Dum tantos beneficiorum“.

771.

(Laterani) Evocatur ad Desiderium, Langobardorum regem, poenas a Christophoro primicerio et Sergio secundicerio petendi causa apud b. Petrum cum exercitu consistentem. Vita Stephani p. 157. (Quae in vitae Stephani capp. 28—32 traduntur, ea anno 771 accidisse, manifestum ex rerum serie est. Unum obstat testimonium Sieberti Gemblacensis ap. Pertz M. G. Scr. VI. 333, annum 769 praebentis; sed cuius omnino nulla est in annis describendis auctoritas, is ad res saec. VIII. adornandas ne minimum quidem afferre momentum potest.)

In ecclesia b. Petri Cum Desiderio rege „pro iustitiis b. Petri loquitur“, Vita Stephani p. 158. Regem „ante corpus b. Petri iureiurando promississe pro iustitiis s. dei ecclesiae faciendis“, testatur vita Hadriani I. in Vignolii lib. pont. II. 165. Aspera consilio de Christophoro et Sergio inita eodem tempore esse, sequentia declarant.

In civitatem Revertitur a Desiderii regis colloquio. Vita Stephani p. 158.

In basilica Theodori papae (Laterani) Recedere iubet Christophorum et Sergium, „qui ascenderant in Lateranis ad capiendum suos insidiatores“. Vita Stephani p. 158. Rem ipse Stephanus clarius exponit in epist. ad Bertradam et Carolum regem ap. Cenni Mon. I. 267: „Unde (Christophorus et Sergius) cum Dodone (Carolomanni regis misso) in basilicam domni Theodori papae, ubi sedebamus, introierunt, sicque ipsi maligni homines insidiabantur nos interficere“.

In ecclesia b. Petri Cum Desiderio rege, qui „tantummodo pro deceptione Christophori et Sergii insistit“. Vita Stephani p. 158.

„ Andream Praenestinum et Iordanem Signiensem episcopos mittit „ad portam civitatis, quae egreditur ad b. Petrum, ubi Christophorus et Sergius cum multitudine po-

		771.
—	In ecclesia S. Petri Romam	puli resident, protestando eos, ut aut in monasterium ingrediantur ad suas salvandas animas, aut ad b. Petrum studeant properare“. Vita Stephani p. 158—159. Cum Desiderio rege moratur nocturno tempore, quum Christophorus et Sergius capti adducuntur. Vita Stephani p. 160, Stephani epist. ap. Cenni Mon. I. 269. Revertitur, relictis in ecclesia b. Petri apud Desiderium regem Christophoro et Sergio, qui paulo post luminibus orbantur, Vita Stephani p. 160. Cf. Vitam Hadriani I. p. 165.
—	—	(1829) Bertradae, deo consecratae, et Carolo, regi Francorum et patricio Romanorum, significat, quum Christophorus et Sergius filius ac Dodo, Carolomanni regis missus, necem sibi molientes, Lateranensis patriarchatus basilicam Theodori papae cum copiis irrupissent, se ope Desiderii, Langobardorum regis, qui Romae forte fuerit, in b. Petri ecclesiam evasisse. Quo facto, narrat illos portas urbis clausisse, sed, cuncto populo pro sua salute propugnante, manus dare coactos, seque invito excaecatos noctu esse. Dodonem privato consilio neque iussu Carolomanni talia egisse, persuasum habet. Desiderium b. Petro prorsus satisfacisse, nunciat. Cenni Mon. I. 267, Duchesne H. Fr. Scr. III. 763, Muratori R. It. Scr. III. II. 182, Mansi XII. 691. — „Cum magno dolore“.
—	—	Ad Desiderium regem mittit Anastasium diaconum, primum defensorum, et Gemmullum subdiaconum, „adhortans eum, ut ea, quae praesentialiter b. Petro pollicitus est, adimpleat“. (Legatis Desiderius ita respondet: „Sufficiat apostolico Stephano, quia tuli Christophorum et Sergium de medio urbis, qui illi dominabantur, et non illi necesse sit iustitias requirendi; nam certe si ego ipsum apostolicum non adiuvero, magna perditio super eum eveniet, quoniam Carolomannus rex Francorum, amicus existens praedictorum Christophori et Sergii, paratus est cum suis exercitibus ad vindicandam eorum mortem, Romam properare, ipsumque capiendum pontificem“). Vita Hadriani I. p. 165.
		768—772.
—	—	(1830) Ariberto, archiepiscopo Narbonensi, et omnibus potentatibus Septimaniae et Hispaniae dolorem suum declarat, „quod plebs Iudaica infra fines et territoria Christianorum allodia haereditatum in villis et suburbanis, quasi incolae Christianorum, possideant per quaedam regum Francorum praecepta; et quod vineas et agros illorum Christiani homines excolant“. Mansi XVIII. 177. — „Convenit nobis“.
—	—	(1831) Omnibus Istriae episcopis, quod „secularibus convolantes auxiliis a Gradensis archiepiscopatus sede recedere“ inter seque consecrare ausi sint, et sacris interdicit et sacerdotium abrogat; utque tum consecrati, tum qui consecraverint, archiepiscopi iudicium subeant, anathemate proposito, imperat. Ughelli It. sacr. V. 1093. — „Quisquis sacerdotali“.
—	—	(1832) Ioannem, episcopum (Gradensem), „attritum a perfidis et malignis civibus Istriarum provinciae“ consolatur. Promittit, se „sicut praedecessorem suum sanctae recordationis dominum Stephanum (III.) papam“ saluti eius servituum; „quoniam“ inquit „in vestro pacto generali, quod inter Romanos, Francos et Longobardos dignoscitur provenisse et ipsa vestra Istriarum provincia, ut constat, est confirmata atque annexa simul cum Venetiarum provincia; ideo confidat sanctitas tua, quia fideles b. Petri — sicut hanc nostram Romanorum provinciam et exarchatum Ravennatum, et ipsam quoque vestram provinciam pari modo ab inimicorum oppressionibus semper defendere procurant“. De superioribus ad episcopos Istriae litteris significat. Danduli chron. ap. Muratori R. It. Scr. XII. 144. — „Suscepit itaque“.
		772.
Febr. 1.	—	Moritur. Quum Hadrianus I., quem die 1 Febr. electum esse constat, Stephano animam agente ad pontificatum pervenerit, mors Stephani ad diem 1 Febr. item est referenda, in vitae eius p. 131, ubi legitur annos 3 m. 5 d. 27 sedisse, scribendum fuit: „a. 3 m. 5 d. 26“

†Novam temporis tabularum indicandi rationem Hadrianus procedente pontificatu ascivit. More enim tralaticio quum etiam litteris d. 22. Apr. 772 exaratis Graecorum imperatorum annos (id quod postea accidit numquam) subiunxisset, mutato ritu annotare iam die 1 Dec. 781 inceperat, tum quibus pontificatus sui annis, tum quorum per manus et scriptae et datae chartae essent; idque hoc modo:

„Scripta per manum

Theodori notarii et scriniarii in mense . . . ind. . . (1 Dec. 761, ep. 1863.)

Iohannis scriniarii „ „ „ „ (1 Nov. 782, ep. 1867.)

Christophori not. et scrin. sedis nostrae „ „ „ „ (1 Iul. 786, ep. 1886.)

Data Kal. . . per manus

Anastasii scriniarii (1 Nov. 782, ep. 1867), primicerii (1 Iul. 786, ep. 1886), regnante domino deo et salvatore nostro Iesu Christo (qui vivit et regnat) cum deo patre (omnipotente) et spiritu sancto per infinita (immortalia) saecula, anno deo propitio pontificatus nostri (domni Adriani) in sacratissima b. apostoli Petri sede . . . , indictione . . .“

772 (*Imp. Constantino a. 53, p. c. eius a. 33. Leone a. 31, ind. 10.—1. Sept.—11.*)

- | | | | |
|---------|----|-------|---|
| Febr. | 1. | Romae | Eligitur. Vita et textus epistolarum Hadriani I. ap. Mabillon Mus. Ital. I. n. 38: „convenientibus nobis, ut moris est, cuncti sacerdotes ac proceres ecclesiae et universus clerus atque optimates et universa militaris praesentia seu cives honesti et cuncta generalitas populi istius Romanae urbis — concurrat atque consentit electio — mense Februario ind. X.“ Vita Hadriani I. in Vignolii lib. pont. II. 163: „illico — dum de hac vita migraret Stephanus papa“. <i>Annal. Auscienses</i> (manu saec. IX. exarati) 772 ap. Pertz M. G. Scr. III. 171: „Adrianus suscepit Kalendis Februarii“. |
| „ | — | („) | (1833) „Indiculum rectae fidei componit — Hadrianus misericordia dei diaconus et electus, futurusque per dei gratiam huius apostolicae sedis antistes“. Vita et textus epist. Hadriani I. ap. Mabillon Mus. It. I. n. 39, 43, (Liber diurnus ap. Hoffmann Nov. scr. coll. 49). — „Tibi profiteor“. |
| „ | — | — | (1834) „Reverendissimis fratribus et dilectissimis (filiis) universae plebis dei — professionem rectae et orthodoxae fidei“ mittit. Vita et textus epist. Hadriani I. ap. Mabillon Mus. It. I. n. 39, 43, (Liber diurnus ap. Hoffmann Nov. scr. coll. II. 58). — „Ad hoc apostolicae“. |
| „ | 9. | — | Consecratur. Ecclesia enim vacaverat dies 8, teste Vita Stephani IV. 161. Abhorret vero ab hac die „vetustissimum Kalendarium Gellonense tempore Caroli M. scriptum“, in quo „Hadriani Romani episcopi ordinationem notari IV. non. Martii“, docet Mabillon in Mus. It. I. n. 38. |
| „ | — | — | (1835) Tertiam fidei professionem die consecrationis edit. Vita et textus epist. Hadriani I. ap. Mabillon Mus. Ital. I. n. 39 (Liber diurnus ap. Hoffmann Nov. scr. coll. II. 74). — „Hodiernae diei“. |
| „ | — | — | „In ipso exordio consecrationis“ colloquitur cum Theodicio Spoletino et Tunnone Eporediensi ducibus et Prandulo vestiario, a Desiderio, Langobardorum rege, amicitiae conciliandae causa missis, qui papae, de regis sinceritate dubitanti, „confirmant sub vinculo sacramenti: quod eorum rex omnes iustitias, quas Stephano papae non fecerat, pontifici — perficiat, et in vinculo charitatis insolubili connexionem cum eo fore permansurum“. Vita Hadriani p. 164—166. |
| „ | — | — | Ad Desiderium, Langobardorum regem, mittit Stephanum notarium regionarium et sacellarium, atque Paulum (Afiartam), cubicularium et superistam. Vita Hadriani p. 166. |
| c. Apr. | — | — | (1836) * Ad Desiderium regem mittit „deprecativas literas, ut civitatem Faventiam et ducatum Ferrariae seu Comiacum de exarchatu Ravennate“ (quas urbes invaserat, duobus mensibus post Hadriani creationem nondum exactis) „reddat; increpans eum fortiter per sua scripta, cur de promissione illa, quam per suos missos pollicendo direxerat, mutatus fuisset; etiam quia iustitias b. Petri iuxta ut repromiserat, non reddidit, insuper et civitates illas, quas antecessores eius beatissimi pontifices, domnus Stephanus, Paulus, et itidem Stephanus detinuerunt, abstulisset“. Vita Hadriani p. 167—168. |
| „ | — | — | Leoni, archiepiscopo Ravennati, „clam nimisque secreta“ praecipit per Iulianum tribunum (Ravennatem), ut Paulum (Afiartam), a Desiderio rege revertentem, aut |

		772. (<i>Imp. Constantino a. 53, p. c. eius a. 33, Leone a. 31, ind. 10—1. Sept.—11.</i>) Ravennae aut Arimini detineat. (Desiderio enim, quum Hadrianum, ut Carolomanni filios Francorum reges consecraret, ad se venire frustra iussisset, Paulus Afiarta, Adriani legatus, promiserat, sese papam seu vellet seu nollet ad regem adducturum esse). Vita Hadriani p. 168—169.
Apr. 22.	—	(1837) Monasterium S. Mariae Farfense Miccioni, „notario regionario et priori vestiarum s. ecclesiae, atque eius omnibus successoribus, apostolicae sedis vestiarum prioribus“, ab iniuriis „hominum nostrae Romanorum republicae“ tuendum committit. Chron. Farf. ap. Muratori R. It. Scr. II. II. 346, Margarini Bull. Cas. II. 13, Cocqu. I. 158. — „Cum maxima nobis“.
c. Apr.	In patriar- chio Latera- nensi	Ab universis primatibus ecclesiae ac iudicibus militiae rogatur, ne Sergii secundicerii (a. 771 excaecati) caedem impunitam ferat, quam, auctoribus Paulo Afiarta cubiculario et Gregorio defensore regionario et Iohanne duce, Stephani IX. papae fratre, et Calvulo cubiculario, diebus octo ante obitum Stephani IV. perpetrata fuisse, habita quaestione apparuerat. Vita Hadriani p. 169—171.
„	—	Ravennam mittit acta quaestionis de caede Sergii secundicerii habitae, ut Paulo Afiarta legantur, Arimini comprehenso custodiaeque mandato. Vita Hadriani p. 172; cf. ibid. p. 169.
—	—	(1838) *Constantino et Leoni imperatoribus de Sergii secundicerii nece significat. Rogat, „ut pro emendatione tanti reatus Paulum (Afiartam) suscipi et in ipsis Graeciae partibus in exilio mancipatum retineri praecipiant“. Vita Hadriani p. 173.
—	—	Leoni, archiepiscopo Ravennati, mittit suam ad imperatores epistolam, quacum Paulum Afiartam „Constantinopolim in exilio (exsilium) sive per Venetias, sive per alium locum dirigat“. Vita Hadriani p. 173.
—	—	Ad Desiderium regem „deprecationis atque adhortationis causa pro restituendis ab eo ablatis civitatibus“ Gregorium saccellarium mittit, (cui simul mandat, ut Papia revertens Paulum Afiartam Ravenna Romam reducat). Vita Hadriani p. 174.
—	(Romae)	(1839) *Leoni, archiepiscopo Ravennati, qui Paulum Afiartam necari iusserat, utque ob eam causam „apostolicae sibi dirigerentur literae consolationis“, petierat, respondet: „ipse videat, quid in eodem Paulo operatus est“. „Nam certe ego“ inquit „animam eius cupiens salvare, poenitentiae eum submitti decreveram, ideo meum saccellarium direxi, huc Romam eum deferendum“. Vita Hadriani p. 175.
—	—	Ad Desiderium regem „deprecationis causa“ Probatum, monasterii S. Mariae in territorio Sabinensi siti abbatem monachosque viginti mittit. Vita Hadriani p. 176.
—	—	Andreae referendario et Stabili duci, Desiderii regis legatis, respondet, se ante, quam ablatae civitates sibi restituae sint, ad regem non venturum. Vita Hadriani p. 177.
—	—	Ad Desiderium regem mittit „Pardum, religiosum egumenum monasterii b. Sabae, et Anastasium primum defensorem“. Vita Hadriani p. 178.
—	—	(1840) *Ad Carolum, regem Francorum et patricium Romanorum, „dirigit suos missos (in his Petrum) marino itinere cum apostolicis literis, deprecans eius excellentiam, ut, sicut suus pater s. m. Pippinus, et ipse succurrat atque subveniat s. dei ecclesiae et afflictae Romanorum seu exarchatus Ravennatum provinciae, atque plenarias b. Petri iustitias et ablatas civitates a Desiderio rege exigat“. Vita Hadriani p. 179, Annales Laurissenses 773 ap. Pertz M. G. Scr. I. 150. Cf. Chron. Moissiac. ibid. p. 295.
—	Romae	773. Andreae referendario ceterisque Desiderii regis legatis, adventum eiusdem nunciatis, respondet, nisi ablatae b. Petro civitates restituantur, sese cum Desiderio non esse collocuturum. Vita Hadriani p. 180.
—	—	(1841) *Desiderio regi Romae appropinquanti, „facto in scriptis anathematis verbo, dirigit tres episcopos, Eustratium Albanensem, Andream Praenestinum et Theodosium Tiburtinae civitatis; protestans eum in eodem obligationis exhortationis quoque verbo et adiurans per omnia divina mysteria, ut nullo modo fines Romanorum sine eius absolutione ingredi aut conculcare praesumat neque ipse, neque quispiam Langobardorum, sed nec Auctharius Francus“, (qui Carolomanni regis viduam filiosque in Italiam adduxerat). Vita Hadriani p. 181.
—	Romae	Caroli, Francorum regis, legatis, Georgio episcopo, Gilfardo (monasterii S. Martini Turonensis) abbati et consiliario, et Alboino „delicioso ipsius regis“, de Desiderii regis factis voce exponit. Vita Hadriani p. 181.

			773.
—	—	—	(1842) * Ad Carolum Francorum regem legatos mittit „cum apostolicis admonitionum syllabis, adiurans eum fortiter, ut ea, quae b. Petro cum suo genitore s. m. Pipino rege pollicitus sit, adimpleat, et redemptionem s. dei ecclesiae perficiat, seu universa, quae ablata sint a perfido Langobardorum rege, tam civitates, quam reliquas iustitias sine certamine reddere b. Petro faciat“. Vita Hadriani p. 182.
—	—	In ecclesia b. Petri	Spoletinos in b. Petri fidem recipit, iisque, quem elegerant, Hildebrandum ducem praeficit. Vita Adriani p. 185—186.
—	—	—	Alberto, archiepiscopo Eboracensi, pallium tribuit. Chronica de Mailros 773 ap. Fell. R. Angl. Scr. 138.
			774.
Apr.	2	In gradibus ecclesiae b. Petri	Carolus Francorum regem excipit „sabbato sancto“. Vita Hadriani p. 189; Leonis chron. mon. Cas. L. I. c. 12 ap. Pertz M. G. Scr. VII. 589, cf. Annales Lauriss. min. ap. eund. I. 117, Enhardi Fuldens. annal. 773 ibid. 348.
„	2.	Romam	Ingreditur cum Carolo rege „in eodem sabbato sancto“. Vita Adriani p. 190.
„	2.	In basilica	(Salvatoris iuxta Lateranum) cum Carolo rege. Vita Adriani p. 191.
„	3.	In ecclesia S. Mariae ad praesepe	Cum Carolo rege „dominico sancto in paschali festivitate“. Vita Hadriani p. 191; cf. Annal. Lauriss. min. I. I., Annal. Laurissenses 773 ap. Pertz M. G. Scr. I. 152, Leonis chron. mon. Cas. I. I.
„	3.	in patriarchio	(Lateranensi) cum Carolo rege. Vita Hadriani p. 192.
„	4.	In ecclesia b. Petri	Cum Carolo rege „alio die, secunda feria“. Vita Hadriani p. 192.
„	5.	In ecclesia b. Pauli	Cum Carolo rege „tertia feria“. Vita Hadriani p. 192.
„	6.	In ecclesia b. Petri	„Quarta feria“ cum Carolo rege, qui „cum (Pippini regis) promissionem, quae in Francia in loco, qui vocatur Carisiaco (Stephano III. a. 754) facta est, sibi re-legi fecisset, aliam donationis promissionem ad instar anterioris ascribi iussit per Etherium capellanum et notarium suum, ubi concessit easdem civitates et territoria beato Petro, easque (Adriano) pontifici contradi spondit per designatum confinium, sicut in eadem donatione contineri monstratur, id est: a Lunis cum insula Corsica, deinde in Suriano, deinde in monte Burdone, inde in Berceto, deinde in Parma, deinde in Regio et exinde in Mantua atque in monte Silicis, simulque universum exarchatum Ravennatum, sicut antiquitus erat, atque provincias Venetiarum et Istriam, nec non et cunctum ducatum Spoletinum seu Beneventanum“. Vita Hadriani p. 192—193.
—	—	—	(1843) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, post Roma discessum „immensas victorias“ adepto, gratulatur. Gausfredum Pisanum, ex insidiis Allonis ducis (Lucensis) Romam elapsam, cum Anastasioque, misso suo, ad eum accedentem, commendat. Pisano et Lucensi ac Regino episcopis postliminium petit. Cenni Mon. I. 317, Duchesne H. Fr. Scr. III. 774, Muratori R. It. Scr. III. II. 207, Mansi XII. 770. — „Reversus a vestris“.
—	—	—	(1844) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, affirmat, a Leone, archiepiscopo Ravennate, mendacia in fraudem suam nunciata esse. Quem queritur, quum rex Papia in Franciam rediisset, pulsus ex Aemiliae civitatibus actoribus suis, divulgasse, Faventiam, Forumpopuli, Forumlivii, Caesenam, Bobium, Comaclum, Ferrariam, Imolam, Bononiam cum universa Pentapoli ecclesiae Ravennati concessas ab eo esse. Decessores suos usque a Stephano II. asseverat usos iure esse actores iudicesque Ravennam ac per cunctum exarchatum mittendi. Videat, ne iam peiore sit conditione ecclesia, quam Langobardorum temporibus. Anastasium cubicularium, legatum suum, commendat. Cenni Mon. I. 320, Duchesne H. Fr. Scr. III. 773, Muratori R. It. Scr. III. II. 205, Savioli Ann. Bol. I. II. 18, Mansi XII. 821. — „Pervenit ad nos eo“.
			772 — 774.
—	—	—	(1845) * Carolo, Francorum regi, respondet, se pallium Tilpino, archiepiscopo Remensi per Fulradum „abbatem, Franciae archipresbyterum“ petitum misisse. Flooardi Hist. Rem. L. II. c. 17 p. 134; cf. epist. ad Tilpinum ibid. p. 130 ^b .
			c. 775.
—	—	—	(1846) Tilpini, archiepiscopi Remensis, iura metropolitana confirmat. Mandat, adhi

c. 775.

bitis Viomago (Trevirensi) et Possessore episcopis, Caroli regis Francorum missis, ordinationem, fidem moresque Lulli, episcopi Moguntini, examinet, ut, „si aptus fuerit“ inquit „et dignus ad episcopalem cathedram gubernandam, expositam et conscriptam et manu sua propria subscriptam catholicam et orthodoxam fidem per missos suos cum litteris ac testimonio tuo, seu aliorum episcoporum, quos tecum esse mandavimus, ad nos dirigat, ut pallium illi secundum consuetudinem transmittamus et ordinationem illius firmam iudicemus et in eadem s. ecclesia Moguntina archiepiscopum constitutum esse faciamus“. Flodoardi Hist. Rem. L. II. c. 17. p. 130^b, Bouquet Rec. V. 593, Gall. Chr. X. Instr. 1, Mansi XII. 844. — „Quia ad petitionem“.

775.

- (1847) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, de promissis, per litteras ac per Andream episcopum et Anastasium cubicularium factis, gratias agit. Quae ut quam primum exsolvat, petit. Leonem, archiepiscopum Ravennatem, ad eum accessisse non aegre fert; verum addit, itineris consilium si sibi significasset, se legatum illi adiuncturum fuisse. Cenni Mon. I. 324, Duchesne H. Fr. Scr. III. 772, Muratori R. It. Scr. III. II. 204, Mansi XII. 769. — „Revertentes ad nos“.
- (Oct. 27.) (1848) Caroli, regis Francorum et Langobardorum atque patricii Romanorum, litteras exspectat. Ioannis, patriarchae Gradensis, epistolam hoc die 27 Octobris acceptam e vestigio mittit. Quam nunciat a Leone, archiepiscopo Ravennate, eo consilio resignatam fuisse, ut Arghisum, ducem Beneventanum, ceterosque ipsius et Caroli inimicos de ea erudiret. Eundem archiepiscopum e Francia reducem queritur Ravennates vel Aemilienses, quominus „pro accipiendis praeceptis“ Romam adeant, impedire, pulsisque vel captis iis, quos ipse in Aemiliae civitatibus Gabellicae ordinasset, iactare, Imolam et Bononiam Ravennati ecclesiae non Romanae tributas a Carolo esse. Cenni Mon. I. 327, Duchesne H. Fr. Scr. III. 771, Muratori R. It. Scr. III. II. 202, Savioli Ann. Bol. I. II. 16. — „Dum tanta amoris“.
- (Nov.) (1849) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, scribit, quos ad „omnia secundum promissionem contradenda“ auctumno legatum iri per Andream episcopum nunciasset, missos „per totum Septembrem et Octobrem et praesentem Novembrem“ a sese frustra exspectatos esse, neque, uti iudices eius, Papiae constituti, significaverint, hoc tempore venturos. Mittit igitur Andream episcopum et Pardum abbatem. Promissa effici cupit. A Leone, archiepiscopo Ravennate, queritur Imolam et Bononiam teneri, earumque civitatum aditu Gregorium, sacellarium suum, arceri, Dominicum, comitem Gabelli a sese constitutum, vinculis mandatum esse, et habitatores Faventiae, Ferrariae, Comacii, Forlivi, Foripopuli, Caesenarum, Bobii et Tribunatus decimi, ne Romam adeant, impediri. Cenni Mon. I. 331, Duchesne H. Fr. Scr. III. 769, Muratori R. It. Scr. III. II. 199, Mansi XII. 765. — „Dum in tanta securitatis“.
- 776.
- (Febr.) (1850) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, mittit Stephani, episcopi Neapolitani, de Constantini imperatoris obitu litteras, „septima die praesentis Februarii mensis“ acceptas. Reginaldum, antea Castelli Felicitatis castaldionem, nunc ducem Clusinum, pelli ex Tuscia postulat, quia facta irruptione in Castelli Felicitatis civitatem, b. Petro donatam, castellanos abduxerit. Cenni Mon. I. 336, Duchesne H. Fr. Scr. III. 779, Muratori R. It. Scr. III. II. 214, Mansi XII. 773. — „Excellentissimae et a deo“.
- (1851) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, queritur, Possessorum episcopum et Rabigaudum abbatem, legatos eius, quum „omnem praeparationem et caballos“ obviam missos Perusiae invenissent, non recta Romam, sed Spoletum adisse ad Hildebrandum, indeque, vitata Urbe, Beneventum se contulisse. De conturbatione sua significat. Promissi ducatus Spoletini eum admonet, rogatque, ut per alios missos et animum suum relevet, et, quod pollicitus sit, efficiat. Cenni Mon. I. 339, Duchesne H. Fr. Scr. III. 776, Muratori R. It. Scr. III. II. 210, Mansi XII. 823. — „Omnino confidimus“.
- (1852) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, nun-

776.

ciat, quum Possessor et Rabigandus, Benevento Romam advecti, Hildibrando, duci Spoletino, adventuro obsides mitti securitatis causa postulassent, a Stephano sacellario, Spoletum misso, Arigisi Beneventani, Rodcausique Foroiuliani, et Reginbaldi Clusini ducum repertos esse legatos, cum Hildibrando conspirantes, ut „proximo Martio mense adveniente cum caterva Graecorum et Athalgiso, Desiderii filio“, Romam invaderent, regnumque Langobardorum restituerent. Hortatur, ut sibi quam maturime suppetias adveniat. Cenni Mon. I. 343, Duchesne H. Fr. Scr. III. 778, Muratori R. It. Scr. III. II. 212, Mansi XII. 824. — „Reminisci consideramus“.

(1853) Caroli, regis Francorum et Langobardorum atque patricii Romanorum, litteris, Possessori et Rabigando ad sese datis, gaudet, quibus cognoverit, eum Italiam „vel“ Romam post reditum e Saxonia adeundi consilium cepisse. Adventuro se obviam profectarum esse scribit. Missos eius laudat et commendat. Cenni Mon. I. 347, Duchesne H. Fr. Scr. III. 781, Muratori R. It. Scr. III. II. 217, Mansi XII. 826. — „Dum tanta securitatis“.

777.

(1854) Carolum, regem Francorum et Langobardorum atque patricium Romanorum, quum per Philippum episcopum et Megistum archidiaconum, missos apostolicos, se una cum regina, ut filius nuper natus baptizaretur, diebus paschalibus Romae fore, significasset, declinasse a proposito dolet. Monet, videat, ut „sicut temporibus b. Silvestri a Constantino magno imperatore per eius largitatem Romana ecclesia elevata atque exaltata sit, ita et in his temporibus germinet, ut omnes gentes edicere valeant: „Domine, salvum fac regem, — quia ecce novus Constantinus imperator his temporibus surrexit““. Haec addit: „Sed et cuncta alia, quae per diversos imperatores, patricos etiam et alios in partibus Tusciae, Spoleto seu Benevento, atque Corsica simul et Sabinensi patrimonio b. Petro concessa sunt, et per nefandam gentem Langobardorum ablata sunt, restituantur; unde et plures donationes in sacro nostro scrinio Lateranensi reconditas direximus“. Philippum et Andream episcopos et Theodorum, ducem suum, commendat. Cenni Mon. I. 350, Duchesne H. Fr. Scr. III. 766, Muratori R. It. Scr. III. II. 194, Mansi XII. 819. — „Dum nimio provocati“.

(Mai.)

(1855) (Carolo regi), irruptionem regno imminere ab Agarenis nuncianti, victoriam precatur. Iterum commendat Andream et Philippum episcopos et Theodorum, nepotem suum, quos missos scribit „ante aliquantos dies istius Maii mensis“. Significat, „generalem exercitum“ suum in Campaniam profecturum, tum quia cum Caietanis et Terracinensibus coniuraverint Beneventani, ut civitates Campanas ex b. Petri ditione sub potestatem redigerent patricii Siciliae, in castro Caietano degentis, tum quia Campani saepius sint a sese nequicquam admoniti, „ut ad sui praesentiam coniungerent, aut per unamquamque civitatem primates quinque ad Caroli praecellentiam mitterent“. Beneventanos per litteras regis missumque deterreri ab incepto cupit. Cenni Mon. I. 355, Duchesne H. Fr. Scr. III. 790, Muratori R. It. Scr. III. II. 232, Mansi XII. 787. — „Destinavit nobis“.

(1856) Caroli, regis Francorum et Langobardorum atque patricii Romanorum, „imensa prosperitate“, ex litteris eius cognita, laetatur. Wulcharium archiepiscopum et Dodonem abbatem affirmat ideo esse a sese benigne exceptos, quod unumquemque legatorum eius pari modo recipere soleat. Petit, ne de sua erga eum dubitet voluntate, neu malignis de sese sermonibus credat. Eum mense Octobri ad solvenda promissa venturum in Italiam esse gaudet. Possessori episcopo et Dodoni abbati, legatis eius, Andream et Valentinum episcopos adiungit. Pardum abbatem scribit ob valetudinem non posse proficisci, Anastasium, missum suum, propter „aliqua importabilia verba“ ab eo retentum esse, dolet; quem dimitti cupit. Paschalem et Saratinum, fraudulentos ipsius detractores, miratur in honore apud eum esse; de iisque poenas sumi vult. Cenni Mon. I. 360, Duchesne H. Fr. Scr. III. 768, Muratori R. It. Scr. III. II. 196, Mansi XII. 762. — „Desiderantissimae vestrae“.

778.

(1857) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, respondet, vota faciens, ut deus „victorem eum super omnes barbaras nationes fa-

- 778.
- ciat“. Benevolentiam eius in b. Petrum confirmat. Cenni Mon. I. 366, Duchesne H. Fr. Scr. III. 780, Muratori R. It. Scr. III. n. 216, Mansi XII. 776. — „Melifluæ et a deo“.
- — — (1858) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, rescribit, non Sarracenis Romanos vendidisse mancipia, sed Langobardos Graecis. Quorum quosdam in portu Centumcellensi suo mandatu comprehensos, navesque eorum combustas esse nunciat. Allonem ducem queritur eodem modo Graecos tractare ceteros recusasse. Sacerdotum suorum mores tuetur. Cenni Mon. I. 368, Duchesne H. Fr. Scr. III. 783, Muratori R. It. Scr. III. n. 220, Mansi XII. 778. — „Insignis praeconii“.
- — — (1859) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, significat, Mauricium episcopum (Aemoniensem?) quum mandatu eius pensionis b. Petri in Histria exigeret, a Graecis ipsisque Histriensibus excaecatam esse, studere illum suspicantibus, ut Histriam in Caroli potestatem redigeret. Rogat, praecipiat Macario, duci Foroiuliensi, ut Mauricium dimitti iubeat. Cenni Mon. I. 372, Duchesne H. Fr. Scr. III. 776, Muratori R. It. Scr. III. n. 209, Mansi XII. 773. — „Credimus, quod iam“.
- 780.
- — — (1860) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, nunciat, Terracinam per Neapolitanos Graecosque, suasore Arighi duce Beneventano, invasam esse. Wulfridum ante Kalendas Augustas Romam mitti cupit, ut cum Tuscis et Spoletinis ipsisque Beneventanis properet Terracinam, Caietam, Neapolim recuperare. Cum Neapolitanis sibi die paschali (26 Mart.) convenisse scribit, ut, traditis sibi obsidibus quindecim, de Neapolitano ecclesiae patrimonio restituendo cum patricio Siciliae agerent, idque si effecissent, et obsides et Terracinam acciperent; sed ne obsides dari quidem passum Arighim esse, „quia“ inquit „quotidie filium nefandissimi Desiderii exspectat, ut una cum ipso pro vobis nos impugnent“. Cenni Mon. I. 374, Duchesne H. Fr. Scr. III. 782, Muratori R. It. Scr. III. n. 218, Mansi XII. 776. — „Nullum plus credimus“.
- — — (1861) Carolum, regem Francorum et Langobardorum atque patricium Romanorum, rogat, „magistrum“ mittat, qui idoneas ad ecclesiam b. Petri reficiendam trabes ante Kalendas Augustas ex partibus Spoletinis advehendas curet. Corpus S. Candidi nunciat Dodoni diacono, misso eius, concessum esse. De Neapolitanorum cum Graecis et Beneventanis collusionem Dodonem accuratius expositurum. Cenni Mon. I. 378, Duchesne H. Fr. Scr. III. 779, Muratori R. It. Scr. III. n. 215, Mansi XII. 774. — „Directus a vestigio“.
781. (*Ind. 4.—1. Sept.—5, Pont. a. 9.—9. Febr.—10.*)
- Apr. 15. Romae „In pascha“, Carolo rege et Hildegarde regina praesentibus, filio eorum Carolomanno et baptismum tribuit et nomen Pippino indit, eumque regem Italiae, ac fratrem eius Ludovicum Aquitaniae regem ungit. Annal. Laurissenses minor. ap. Pertz M. G. Scr. I. 118, Annal. Laurissenses 781 ibid. 160, Einhardi Annal. 781 ibid. 161, Annal. Ottenburani 781 ap. eund. V. 2, Annal. Barenenses 782 ibid. 52.
- — — (1862) Carolum, regem Francorum et Langobardorum atque patricium Romanorum, suum spiritalem compatrem, orat, ut, quo b. Petrum donaverit, territorium Sabinese sibi tradat. Missos suos, Agathonem diaconum et Theodorum, consulem et ducem, nepotem suum, commendat. Cenni Mon. I. 383, Duchesne H. Fr. Scr. III. 786, Muratori R. It. Scr. III. n. 225, Mansi XII. 782. — „Beatus David rex“.
- Dec. 1. — (1863) Fulrado archipresbytero et Maginario abbati (S. Dionysii) concedit „hospitale intus basilicam b. Petri, situm post oratorium S. Leonis, ita sane, ut ab eis singulis quibusque indictionibus pensionis nomine rationibus ecclesiasticis, id est venerabili basilicae b. Petri, unus auri solidus persolvatur, omnisque, qua indiget fabrica melioratione ac defensione praedictum hospitale, indifferenter efficiatur“. Baluzii Misc. III. 3. — „Si extraneis“.
782. (*Ind. 5.—1. Sept.—6, Pont. a. 10.—9. Febr.—11.*)
- — — (1864) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, significat, Itherium abbatem et Maginarium capellanum, missos eius, quominus integrum territorium Sabinese sibi traderent, ab iniquis hominibus im-

782. (*Ind. 5.—1. Sept.—6, Pont. a. 10.—9. Febr.—11.*)

peditos esse. Per Stephanum sacellarium petit, ut, traditione definite praecepta, alterutrum illorum ad rem perficiendam iterum mittat. Cenni Mon. I. 386, Duchesne H. Fr. Scr. III. 785, Muratori R. It. Scr. III. II. 224, Mansi XII. 781. — „Ad referendum praecellentissimae“.

(1865) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, scribit, homines „fidelissimos atque seniores“ coram Itherio et Maginario, missis eius, in ecclesia S. Mariae Forobonensi (Foronovensi) testificatos esse, territorium Sabinense antiquitus b. Petri fuisse; de quo restituendo quod superiore epistola petierat, repetit. Cenni Mon. I. 405, Duchesne H. Fr. Scr. III. 775, Muratori R. It. Scr. III. II. 208, Mansi XII. 772. — „Recordari vos credimus“.

(1866) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, scribit, Petrum episcopum, ut mandasset, ordinatum a se esse. Traditionem territorii Sabinensis exspectat. Breviarium concilii Chalcedonii, a Petro allatum, improbat; Leonisque I. de iniqua synodo Ephesia ad Constantinopolitanos epistolam (v. supra ep. 222) mittit. Cenni Mon. I. 408, Duchesne H. Fr. Scr. III. 793, Muratori R. It. Scr. III. II. 237, Mansi XII. 791. — „Nectareas mellifluasque“.

Nov. 1.

(1867) Monasterii S. Apollinaris Classensis bona, petente Dominico abbate, confirmat, ea lege, „ut singulis quoque dierum“ inquit „missas pro remedio anime nostre indifferenter fieri disponat abbas, nostraque memoria in eodem sancto loco permaneat; et quotiens matutinum efficitur, pro remissione peccatorum nostrorum monachi trecentos Kirie eleyson exclamare debeant, similiter et post expletum vesperum, ita sane ut singulis quibusque (indictionibus) rationibus publicis (a) tua religiositate successoribusque tuis abbas difficultate postposita pelsolvatur, omnemque, non (lege: qua) indigent, defensionem et meliorationem predicta loca indifferenter vos (?) sine dubio procurante efficiatur, nullaque precepta ad dandum annua pensione a vobis mora perveniat, sed ultro actionariis publicis a predicto tempore persolvatur“. Mittarelli Ann. Cam. I. append. 10. — „Convenit impertire“.

782?

(1868) Egilae, episcopo (Illiberitano), litterarum suarum, quae ei non erant redditae, exemplum ex „registris“ suis transcriptum mittit, Carolo rege per Petrum, episcopum Ticinensem, petente. Addit de haereticis coercendis, ac de feriae VI. sabbatique ieiunio servando. Cenni Mon. I. 389, Duchesne H. Fr. Scr. III. 813, Muratori R. It. Scr. III. II. 269, Mansi XII. 807. — „Dudum praecipua gnaraque“.

(1869) Egilae, episcopi (Illiberitani), Ioannisque presbyteri orthodoxiam, tum litteris eorum tum ex Wulchario, „archiepiscopo provinciae Galliarum“, compertam, laudat. Pascha quo die agendum sit, exponit, ac de anathematizandis iis, qui „peccatum aut suillum sanguinem vel suffocatum manducaverint“, de praedestinatione et libero arbitrio, de vitanda Iudaeorum et paganorum non baptizatorum communionem, de canonibus et decretalibus servandis. Cenni Mon. I. 393, Duchesne H. Fr. Scr. III. 814, Muratori R. It. Scr. III. II. 270, Mansi XII. 808. — „Audientes orthodoxam“.

783.

(1870) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatrem suum, significat, Maginarium, missum eius, ab improbis hominibus retardatum esse, quominus integrum territorium Sabinense sibi traderet. Reginae et Pippino, regi Langobardorum, spiritali filio suo, bene precatur. Cenni Mon. I. 413, Duchesne H. Fr. Scr. III. 795, Muratori R. It. Scr. III. II. 240, Mansi XII. 794. — „Divinitus praeordinatam“.

(1871) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, Georgium episcopum, qui laeta de eo sibi nunciaverit, diligenter commendat. Cenni Mon. I. 416, Duchesne H. Fr. Scr. III. 787, Muratori R. It. Scr. III. II. 226, Mansi XII. 784. — „Omnipotens deus“.

(1872) Carolum, regem Francorum et Langobardorum atque patricium Romanorum, spiritali compatrem suum, rogat, Romam puniendos mittat Heleuterium et Gregorium Ravennates, qui, variis facinoribus admissis, ad eum accesserint, ut et evitarent suum iudicium, et voluntatem eius a sese alienarent. Cenni Mon. I. 420, Duchesne H. Fr. Scr. III. 792, Muratori R. It. Scr. III. II. 235, Mansi XII. 790. — „Gratia sancti spiritus“.

783?

(1873) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, haec ad verbum nunciat: „gens Persarum invadentes atque depraedantes venerunt usque in locum, qui dicitur Amoria, sexagesimo milliario civitatis Constantinopolitanae; et — Thius, regis Persarum princeps (legendum videtur: „patruus“), et dux exercitui nefandissimo ipsorum existebat; qui dum reversus fuisset cum iniqua victoria, elatus in superbia, mentitus est proprio nepoti suo, et ab eiusdem exercitu factus est rex Persarum; et infra Persae tumultuantes pugnare adinvicem pro nepote et Thio dicuntur“. Cenni Mon. I. 418, Duchesne H. Fr. Scr. III. 811, Muratori R. It. Scr. III. II. 266, Mansi XII. 804. — „Dum nimis in nostro“.

784.

(1874) Carolum, regem Francorum et Langobardorum atque patricium Romanorum, spiritalem compatrem suum, laudat, quod per litteras Possessori archiepiscopo datas de fratrum monasterii S. Vincentii (Vulturensis) et Autberti Pothonisque abbatum discordiis quaestionem sibi mandaverit. Autbertum scribit, itinere Romam inito, repente obiisse. Pothonem et proprio iureiurando et iurantibus monachis decem purgatum de perduellione esse; quos in Franciam profectos nunciat. Cenni Mon. I. 426, Duchesne H. Fr. Scr. III. 788, Muratori R. It. Scr. III. II. 229, Mansi XII. 784. — „Praecelsas ac a deo inspiratas“.

(1875) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, (Pothonem) monasterii S. Vincentii (Vulturensis) abbatem, infidelitatis falso accusatum, commendat. Quem in integrum restitui cupit. Cenni Mon. I. 424, Duchesne H. Fr. Scr. III. 796, Muratori R. It. Scr. III. II. 242, Mansi XII. 796. — „Dum tanto ex puro“.

(1876) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, significat, monente Garamanno duce, misso eius, Ioannem, monachum et presbyterum, a sese benigne receptum, debitaque poena liberatum esse. De emendandis perditis quibusdam moribus hortanti respondet, admonitione opus non fuisse. Contra monet, ne episcopos uti armis patiatur. Ostenta, Ioanni monacho facta, recte ab eo parvi aestimata esse, censet. Cenni Mon. I. 432, Duchesne H. Fr. Scr. III. 794, Muratori R. It. Scr. III. II. 238, Mansi XII. 793. — „Orthodoxae fidei“.

(1877) Carolum, regem Francorum et Langobardorum atque patricium Romanorum, spiritalem compatrem suum, rogat, ut monasterio S. Hilarii Galliatensi, quae Gundibrandus, dux Florentinus, aliique abstulerint, restitui iubeat. Cenni Mon. I. 436, Duchesne H. Fr. Scr. III. 791, Muratori R. It. Scr. III. II. 234, Mansi XII. 789. — „Novimus regalis excellentiae“.

(1878) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, quae per Arvinum ducem postulaverat, „palatii Ravennatis civitatis musiva, atque marmora, caeteraque exempla, tam in strato quam in parietibus sita“, concedit. Gratias agit de missis equis duobus; quorum alterum in via periisse scribit. Nobiliores equos desiderat. Cenni Mon. I. 439, Duchesne H. Fr. Scr. III. 784, Muratori R. It. Scr. III. II. 223, Mansi XII. 780. — „Praefulgidos atque nectareos“.

774 — 784.

(1879) Ecclesias in valle Tellina, a Carolo, rege Francorum et Langobardorum ac patricio Romanorum, atque Hildegarda regina monasterio S. Dionysii donatas „sub nullius iure vel dioeceseos esse decernit“, petente Fulrado abbate. Félibien Hist. de S. Denys, rec. d. pièces p. 40. — „Cum summae apostolicae“.

785. (Ind. 8.—1. sept.—9.)

(1880) Episcopos Hispanos multis verbis hortatur, ut ab erroribus caveant tum Mingenitii, per Egilam episcopum (Illiberitanum?) praeter expectationem disseminatis, tum Eliphandi (Toletani) Ascaricque episcoporum, „filium dei adoptivum confitentium“. Addit de tempore paschali, de pecudum sanguine, de praedestinatione, de libero arbitrio, de vitanda Iudaeorum paganorumque communione. Cenni Mon. I. 443, Duchesne H. Fr. Scr. III. 818, Muratori R. It. Scr. III. II. 277, Mansi XII. 814. — „Institutio universalis“.

(1881) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, nunciat, ad voluntatem eius se praecepisse, ut negotiatores Venetici

785. (*Ind. 8.—1. Sept.—9.*)
 ex „partibus Ravennae seu Pentapoleos“ expellerentur. Petit, ut possessiones ecclesiae Ravennatis, a Garamanno duce occupatas, reddi iubeat. Cenni Mon. I. 459, Duchesne H. Fr. Scr. III. 799, Muratori R. It. Scr. III. II. 246, Mansi XII. 799.
 — „Ad aures clementissimae“.
- Oct. 26. — (1882) Constantini et Irenae imperatorum consilium restituendi imaginum cultus miris laudibus exornat; de quarum veneratione a maioribus tradita latius exponit. In congreganda synodo quid sit agendum, docet. Petit, ut patrimonia b. Petri antiquitus concessa et „consecrationes archiepiscoporum seu episcoporum, sicut olitana constet traditio, Romanae dioecesis existentes“, sibi restituant. Tarasium, patriarcham Constantinopolitanum, in eorum litteris „universalem“ dici, miratur; quod ne in posterum fiat, orat. Eundem dolet ex laico factum patriarcham esse. Restitutis imaginibus, victores eos fore, divinat, „sicut filius et spiritualis compater noster, dominus Carolus, rex Francorum et Langobardorum atque patricius Romanorum, nostris obtemperans monitis atque adimplens in omnibus voluntates, omnis Hesperiae occiduaeque partis barbaras nationes suo subiciens regno adunavit; unde“ b. Petro „perpetuo obtulit possidenda tam provincias, quam civitates, seu castra et cetera territoria, imo et patrimonia, quae a perfida Langobardorum gente detinebantur; sed et aurum atque argentum quotidie non desinit offerendo“. Petrum archipresbyterum et Petrum abbatem et presbyterum monasterii S. Sabbae, legatos suos, commendat. Mansi XII. 1056. (XIII. 527). — „Deus, qui dixit“ („Deus qui iussit“).
- — (1883) Tarasii, patriarchae Constantinopolitani, epistolae synodicae respondet. Improbat eum patriarcham ex laico factum esse; sed orthodoxiae eius veniam dat. Ad capessendas imagines hortatur. Legatos suos commendat. Mansi XII. 1077. (XIII. 536). — „Pastoralibus curis“.
786. (*Ind. 9.—1. Sept.—10, Pont. a. 14.—9. Febr.—15.*)
- — (1884) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, qui Saxonum gentem ad Christi fidem conversam per Andream abbatem nunciaverit, gratulatur. Significat, se ex eius sententia decrevisse, ut per omnes ditionis suae ecclesias tribus diebus (23, 26, 28 m. Iunii) supplicationes haberentur; quae ut ubique fiant, a rege praecipit vult. Cenni Mon. I. 461, Duchesne H. Fr. Scr. III. 809, Muratori R. It. Scr. III. II. 263, Mansi XII. 831.
 — „Praestolatos nimisque“.
- — (1885) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, per Itherium et Magenarium abbates quaerenti, Saxonibus ad paganismum reversis quae sit poenitentia agenda, respondet, pro magnitudine culpa eam a sacerdotibus constituendam esse. Cenni Mon. I. 465, Duchesne H. Fr. Scr. III. 797, Muratori R. It. Scr. III. II. 243, Mansi XII. 827. — „Vestrae a deo protectae“.
- Iul. 1. — (1886) Monasterio S. Dionysii concessum a Stephano III. privilegium, petente Maginario abbate, confirmat, ut episcopus sedem ibi habeat, ab abbate monachisque eligendus, quem vicini episcopi aut ipse pontifex Romanus consecret. Bouquet Rec. V. 596, Félibien Hist. de St. Denys rec. des pièces p. 41, Doublet Hist. de St. Denys 450, Mansi XII. 832. — „Tum summae apostolicae“.
- — (1887) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, scribit, Ermenbertum, archiepiscopum Bituricensem, sicut mandasset, pallio decoratum esse. Cenni Mon. I. 467, Duchesne H. Fr. Scr. III. 804, Muratori R. It. Scr. III. II. 254, Gall. Chr. II. Instr. 1, Mansi XII. 834. — „Directus a regali“.
- — (1888) Carolum, regem Francorum et Langobardorum atque patricium Romanorum, spiritalem compatrem suum, hortatur, ut maiores trabes saepe petitas, quibus ecclesiae ruinosae reficiantur, exhiberi iubeat. Stanni librarum mille ad tegendam ecclesiae S. Petri aulam promissarum eum admonet; totidemque libras alias, quas Itherius pollicitus sit, ita cogi cupit, ut comitibus eius, „qui in Italia sint actores“, librae centenae imperentur. Arichem, ducem Beneventanum, nunciat Amalphitanorum possessionibus vastitatem intulisse; at multos Beneventani ducatus homines a Neapolitanis et Amalphitanis occisos captosve esse. Cenni Mon. I. 470, Duchesne H. Fr. Scr. III. 784, Muratori R. It. Scr. III. II. 222, Mansi XII. 779. — „Saepe vestrae a deo“.

—	—	—	786. (<i>Ind. 9.—1. Sept.—10, Pont. a. 14.—9. Febr.—15.</i>) „Legatos in Britanniam dirigit, ut fidem catholicam innovent et confirment“. Chronica de Mailros 786 ap. Fell. R. A. Scr. 139.
c. Ian.	—	Romae	787. Carolo regi, qui „aliquot dies ibi moratur“ ne Arachis, ducis Beneventani, promissis fidem tribuat, suadet. Annales Laurissenses 787 ap. Pertz M. G. Scr. I. 168, Annal. Lauriss. minores ibid. 118, Einhardi annal. 786 ibid. 169.
Apr.	8.	„	Cum Carolo rege „pascha“ celebrat. A Tassilonis legatis rogatus, ut in pacificationem inter regem duce[m]que se interponeret, „supra duce[m] anathema ponit, si sacramenta, quae promiserat domno Pippino regi et domno Carolo regi, non adimpleret“. Annal. Laurissenses 787 p. 170, Annales Laurissens. minor. p. 118, Einhardi annal. 786 et 787 p. 170 et 171.
—	—	—	(1889) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, scribit, se eius mandata exsecuturum. Assiduas pro eo et eius parentibus Hiltibrandaque regina preces a sese fieri affirmat. Missam crucem in ecclesia collocatam nunciat. Addit de finibus Populoniensibus et Rosellensibus atque ducatus Beneventani civitatibus per missos sibi tradendis. Cenni Mon. I. 473, Duchesne H. Fr. Scr. III. 797, Muratori R. It. Scr. III. II. 243, Mansi XII. 797. — „Praecellentissimos atque“.
—	—	—	788. (1890) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, de Athalgisi, Desiderii filii, in Italiam adventu, per Ronem capellanum et Bettonem percontanti, significat, ex Campuli, episcopi Caietani, litteris se cognovisse, in Calabria illum prope fines Beneventanos cum imperatoris missis, quorum alii Neapoli degantur, versari; ex Pentapoli quoque de illius arrogantia allatas litteras esse. Suadet, ut retento Grimualdo, Arighis ducis Beneventani filio, inter Kalendas Maias et mensem Septembrem medio tempore copias in ducatum Beneventanum mittat. Athalbergam, Arighis viduam, indice Leone episcopo, constituisse, ut reverso Grimualdo filio, ad S. Angelum montis Gargan indeque Tarentum ad thesauros ibidem reconditos accederet. Avaritiam sibi inesse negat. Petit, ut missos vetet ante discedere, quam sibi et de Populonio Rosellisque satisfiat, et Beneventanae civitates cum territorii eodem tradantur modo, quo in Tuscia Suana, Tuscana, Viterbium, Balneum-regis, ceteraque civitates traditae sint. Cenni Mon. I. 476, Duchesne H. Fr. Scr. III. 808, Muratori R. It. Scr. III. II. 260, Mansi XII. 840. — „Venientes ad nos“.
—	—	—	(1891) Carolum, regem Francorum et Langobardorum atque patricium Romanorum, spiritalem compatrem suum, certio[m] facit, Attonem diaconum, Goteramnum ostiarium, Maginarium abbatem, Iosephum diaconum et Liudericum, missos eius, quoniam primi duo sine sociis Beneventum, indeque Salernum ad Albergam, Arighis ducis viduam, praecurrissent, nihil profecisse, imo vero etiam quum postea omnes Beneventum convenissent, Beneventanorum Albergaeque insidiis coactos esse, Attone relicto, Valvam fuga se recipere. Addit, a Capuanis quibusdam allatum esse, Attone cum fraudulenta Beneventanorum ad regem epistola digresso, duos imperatoris spatharios cum Siciliae dispositore, Acropoli in Lucania navi egressos, Salernum die 20 m. Ianuarii pervenisse, consilioque ibi cum Beneventanis habito, triduo post Neapolim iter fecisse eoque loco cum Stephano episcopo consultare. Beneventanos id agere videri, ut rem in aestiva tempora trahant. Curet, ut inimicorum consilia confringantur. Cenni Mon. I. 481, Duchesne H. Fr. Scr. III. 810, Muratori R. It. Scr. III. II. 264, Mansi XII. 836. — „Meminit vestra a deo“.
—	—	—	(1892) Ex Maginario, abbate S. Germani et .. duce quaerit, num discordiae inter Capuanos concitandae causa quidam eorum „in servitio b. Petri recipi debeant“, nunciusque ac litterae ad Adelpergam, Archis viduam, mitti, ne Capuani a Beneventanis vexentur. Ex schedis Pertzii, qui hanc ep. ex papyro tab. Paris. transscripsit, (Mabillon de re dipl. Suppl. 70, 96). — „Ad cognitionem“ („.. intentionem“).
—	—	—	(1893) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, de Baioaribus subiectis gratulatur. Cuncta superioribus litteris nunciata accuratius exponit. Duos illos spatharios Arighis ducis causa missos esse, interim defuncti, qui post Caroli Capua discessum anno praeterito et auxi-

788.

lium et patriciatus honorem et ducatum Neapolitanum petiisset ab imperatore. Hunc de Athalgiso cum exercitu Tarvisium aut Ravennam mittendo promississe. Spatharios consilio Beneventanorum Neapolim se contulisse, donec Grimualdus, per Attonem diaconum expetitus, rediisset. Missos regios propter Neapolitanorum, Amalphitanorum, et Surrentinorum insidias Benevento Spoletum profugisse. Cenni Mon. I. 486, Duchesne H. Fr. Scr. III. 805, Muratori R. It. Scr. III. II. 255, Mansi XII. 838. — „Nectareos suavissimosque“.

- (1894) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, affirmat, de Grimualdo Beneventum numquam remittendo se hoc animo hortatum esse, ut et regis et ecclesiae inimicorum conturbarentur consilia. Grimualdum scribit Capnae coram missis regis ita iactasse: „dominus rex praecepit, ut qui voluerit homo meus esse, tam magnus quam minor, sine dubio est tam meus, quam vel cuius voluerit“. Ne illum b. Petro praeponat, rogat. Stephani Neapolitani et Campuli Caietani episcoporum epistolas de Adalgisi Graecorumque insidiis mittit; opemque celerem petit. Missos eius queritur nec de Rosellis Populonioque executos mandata esse, neque in Beneventanis partibus Crescenti et Adriano ducibus a sese missis tradidisse quidquam, „nisi episcopia, monasteria et curtes publicas; simul claves de civitatibus sine hominibus“. Cenni Mon. I. 493, Duchesne H. Fr. Scr. III. 803, Muratori R. It. Scr. III. II. 252, Mansi XII. 800. — „Nectareas nimisque“.

789.

- (1895) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, exponit, non esse moris, ut, qui eligendo episcopo Ravennati intersint, a rege mittantur; haec vero addit: „pro honore vestri patriciatus nullus homo esse videtur in mundo, qui plus pro vestrae regalis excellentiae decertare molitur exaltatione, quam nostra apostolica assidua deprecatio“. Cenni Mon. I. 498, Duchesne H. Fr. Scr. III. 787, Muratori R. It. Scr. III. II. 227, Mansi XII. 835. — „Directus a vestra“.

- (1896) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, Constantinum et Paulum duces de perfidia falso accusatos, commendat, Paulumque ad aulam contententem benigne recipi cupit. Cenni Mon. I. 501, Duchesne H. Fr. Scr. III. 799, Muratori R. It. Scr. III. II. 245, Mansi XII. 799. — „Ut reor, dici“.

- (1897) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, mendacem esse nuncianti, quem improbi homines sparserint, rumorem: se ab Offa, rege Anglorum (Merciorum), ut remoto Adriano de Francorum gente pontificem Romanum substitueret, admonitum esse, respondet, sese fabellam illam neque audisse, nec, si audisset, crediturum fuisse. Utriusque regis nuncios bene receptos a se esse, addit. Cenni Mon. I. 503, Duchesne H. Fr. Scr. III. 806, Muratori R. It. Scr. III. II. 258, Mansi XII. 802. — „Sagacissimos nectareosque“.

790.

- (1898) Carolum, regem Francorum et Langobardorum atque patricium Romanorum, spiritalem compatrem suum, hortatur, videat, ne Langobardorum episcopi de dioecesium finibus inter se confligant, neve, qui de eadem gente monasticam vestem sumpserint, monasterio relicto, matrimonia capessant. Cenni Mon. I. 509, Duchesne H. Fr. Scr. III. 812, Muratori R. It. Scr. III. II. 267, Mansi XII. 805. — „Si in rebus saecularibus“.

- (1899) Ad Caroli, regis Francorum et Langobardorum atque patricii Romanorum, spiritalis compatri sui, epistolam, per Bernardum episcopum et Radonem protonotarium atque abbatem missam, respondet. De immutabili eius erga se voluntate non dubitat, optatque, ne rex „subdolo homini atque mendaci praebat assensum“. Langobardorum episcopi ne de parocciarum terminis inter se discordent, curae sibi fore. Ermenaldi filiam, quae monacham professa viro nupsisset, ad se nondum pervenisse. Se simoniae in Italiae Tusciaeque partibus oblectari, ostendit. De contumacibus quibusdam Ravennatibus Pentapolensibusque ad se mittendis iam iterum petit; ac ne rex novas res quaerat, rogat, „quia“ inquit „honor patriciatus vestri a nobis irrefragabiliter conservatur, simili modo ipse patriciatus b. Petri irrefragabili iure permaneat“. Suadet, ne homines suos sine suis

		790. litteris recipiat, sicuti nemini ex Francia sine regis litteris ad se venire liceat. Missos suos regiosque commendat. Cenni Mon. I. 513, Duchesne H. Fr. Scr. III. 800, Muratori R. It. Scr. III. n. 247, Mansi XII. 827. — „Quanto amoris annisu“.
		791. (1900) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, scribit, Huchbertum episcopum litteras eius sibi reddidisse. Sacramentarium Gregorianum, petente Paulo grammatico, iam pridem per Ioannem, monachum et abbatem, ad eum missum esse. Cenni Mon. I. 523, Duchesne H. Fr. Scr. III. 798, Muratori R. It. Scr. III. n. 244, Mansi XII. 798. — „Iter peragratum annectens“. Dum Tiberis urbem inundat, „vicesimo pontificis anno, mense Decembrio, quintadecima indictione“. Vita Adriani p. 233—234.
Dec.	Romae	792. Ubi Felix, episcopus Urgellitanus a Carolo rege Romam missus, haeresim suam damnat. Einhardi annal. 792 ap. Pertz M. G. Scr. I. 179.
	Romae in basilica b. Petri	793. (1901) Sacerdotibus Gallicis Spanisque significat, Elipandi, archiepiscopi Toletani, ad Carolum regem litteras „de adoptione Iesu Christi filii dei secundum carnem“ a rege missas sibi esse. Falsam illam doctrinam qui sequantur, eos, nisi ad fidem redierint, excommunicatum iri scribit. Aguirre Conc. IV. 93, Mansi XIII. 865. — „Si tamen licet“. Ad Carolum regem mittit Theophylactum et Stephanum episcopos. V. Annales Laurissenses 794 ap. Pertz M. G. Scr. I. 180 et Einhardi annales 794 ibid. 181.
		794. (1902) Carolo, regi Francorum et Langobardorum ac patricio Romanorum, spiritali compatri suo, significat, missum eius, Engilbertum, abbatem et ministrum cappellae, „capitulare adversum synodum, quae pro sacrarum imaginum erectione in Nicaea acta est“, deferentem, a sese bene receptum esse. Quam synodum, permultis patrum locis allatis, defendit; haec autem addit: „Nos vero adhuc pro eadem synodo nullum responsum hactenus imperatori reddidimus; dudum quippe de dioecesi tam archiepiscoporum quam et episcoporum s. cath. et apost. Rom. ecclesiae componentes, quaesivimus restituere eidem s. cath. et ap. Rom. ecclesiae, quae cum patrimoniis nostris abstulerunt, — et nec responsum quodlibet exinde dederunt, et in hoc ostenditur, quia ex uno capitulo ab errore reversis, ex aliis duobus in eodem permaneant errore“. Imperatorem de eadem re, si rex permittat, iterum admonere vult, „ut“ inquit „si noluerint ea sanctae nostrae Rom. ecclesiae restituere, haeticum eum pro huiusmodi erroris perseverantia esse discernamus“. Mansi XIII. 759. — „Dominus ac redemptor“.
		772—795. (1903) * „Domum cultam Capracorum (in territorio Vegentano, milliario ab urbe Roma plus minus XV) cum massis, fundis, casalibus, vineis, olivetis, aquimolis et omnibus ei pertinentibus statuit per apostolicum privilegium sub magnis anathematis obligationibus, ut in usum fratrum Christi pauperum perenniter permaneat“. Vita Adriani p. 202. (1904) * „Tres domus cultas, videlicet Galeriam, positam via Aurelia milliario ab urbe Roma plus minus decimo ad sanctam Rufinam, et Galeriam positam via Portuensi milliario ab urbe Roma plus minus duodecimo, et Calvisianum, positam via Ardeatina milliario ab urbe Roma plus minus quinto decimo — statuit per apostolicum privilegium sub validis anathematis obligationibus, ut in usu et propria utilitate s. ecclesiae perenniter permaneant“. Vita Adriani p. 204.
		787—795. (1905) (Maginario abbati S. Dionysii) scribit contra Paulinum et Theudulfum episcopos, concessum monasterio S. Dionysii privilegium impugnare ausos, quos „a regale potentia praecellentissimi filii sui et spiritalis compatri domni Caroli, regis

787—795.

Francorum et Langobardorum ac patricii Romanorum (per cuius laboriosa certamina apostolica ecclesia amplius pollet, quam nuper) corrigi“ vult. Mabillon de re dipl. 492. — „Quanta beati Petri“.

795.

Dec. 25.

—

Moritur. Sederat enim a. 23 m. 10 d. 17 teste vita Hadriani p. 161. Ceterum hunc diem diserte praestant Annal. Laubac. pars sec. 796 ap. Pertz M. G. Scr. I. 15, Annal. Lauresham. 795 ibid. p. 36, Annal. Auscienses 796 ap. eund. III. 171: „8 Kal. Ianuarii“; Annal. Weissemburg. et Lamberti Annal. 795 ap. eund. III. 39: „in nativitate domini“. Sed Annal. Alamann. cont. Murbac. 795 ap. eund. I. 47 praebet: „7 Kal. Ian.“, et Annal. Bonifacii 796 ap. eund. III. 117: „6 Kal. Ian.“ — In Vita et textu epist. Adriani I. ap. Mabillon Mus. It. I. II. 40—41 sic legimus: „Hic etiam cum ad regem Carolum pergeret, ut veterum pandit memoria, in locum, qui Spinum Lamberti vocatur, vitam finivit VIII. id. Iulii, et ad ecclesiam monasteriumque b. Silvestri, quod Nonantula dicitur, perductus honorifice sepultus est“.

„ 26.

In basilica
b. Petri

Sepelitur „VII (al. VI) Kal. Ianuarias indictione VI.“ Vita Adriani p. 236.

LEO III. 795—816.

‡In iis Leonis III. tabulis, quae datae sunt ante imperium ad Carolum M. delatum, et Leonis pontificis et Caroli regis anni consignati sunt:

„Scripta per manum

Eustachii notarii (20 Apr. 798, ep. 1910)

„ (primicerii notariorum, 8 Mart. 798, ep. 1909)

in mense . . . ind. . . .

„Data Kal. . . per manum

Pascalii primicerii s. sedis apostolicae (20 Apr. 798, ep. 1910)

Paschalis (senioris et consiliarii apostolicae sedis, 8 Mart. 798 ep. 1909)

(regnante domino Iesu Christo cum deo patre per infinita saecula) deo propitio pontificatus domini nostri (Leonis) in sanctissima et apostolica b. Petri sede a. . . , atque domini Caroli, excellentissimi regis Francorum et Langobardorum atque patricii Romanorum, a quo cepit Italiam (a quo capta fuit Italia) a. . . , ind. . . .“ (ep. 1907, 1909, 1910, 1911, 1912).

Quae sunt post constitutum Augustum datae, tabulae solius Caroli imperatoris annos continent:

„Scripta per manum

Benedicti notarii et scriniarii S. R. E. in mense . . . ind. . . (21 Mart. 803, ep. 1916)

(Quam etiam a Sergio scriniario nostro scribi praecepimus, 18 Ian. 802. ep. 1914).

Data Kal. . . per manum

Eustachii primicerii s. sedis apostolicae,

imperante domino nostro Carolo piissimo perpetuo Augusto, a deo coronato, magno et pacifico imperatore a. . . , post consulatum eiusdem . . . , ind. . . .“

795.

Dec. 26.

Romae

Eligitur „in natali b. primi martyris Stephani“. Vita Leonis in Vignolii lib. pont. II. 237.

„ 27.

„

Consecratur „sequenti die, in natali S. Iohannis apostoli et evangelistae“. Vita Leonis p. 237.

796.

(Ian.) —

—

(1906) *Carolo regi de sui „electionis unanimitate“ significat, et „obedientiam fidelitatemque“ promittit. V. Caroli regis responsum ap. Bouquet Rec. V. 625,

		796.	Mansi XIII. 980. Cf. Einhardi annales 796 ap. Pertz M. G. Scr. I. 183: „per legatos suos claves confessionis S. Petri ac vexillum Romanae urbis cum aliis muneribus regi misit, rogavitque, ut aliquem de suis optimatibus Romam mitteret, qui populum Romanum ad suam fidem atque subiectionem per sacramenta firmaret“.
		798. (Ind. 6—1. Sept.—7, Caroli regis a. 25, Pont. a. 3.)	
		(1907) Alim Sabionensi, Attoni Frisingensi, Adalwino Ratisponensi, Waltrico Passaviensi, Sintperto Niunburgensi, provinciae Baioariorum episcopis, archiepiscopum petentibus, praeficit, Karolo rege Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum approbante, Arnonem Salzburgensem, quem pallio impertit. Hund Metr. Sal. I. 4, Kleinmayern Nachr. v. Iuv. Anhang 51, Metzger Hist. Salisb. 1009, Hansizii Germ. sacr. II. 106. — „Dilectionis vestre“.	
		(1908) Karolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, significat, uti per missum Fardulfum abbatem mandasset, Arnonem episcopum (Salzburgensem) pallii iure donatum, provinciaeque Baioariorum archiepiscopum ordinatum esse. Kleinmayern Nachr. v. Iuv. Anhang 52. — „Dum per vestra“.	
Mart.	8.	—	(1909) Kinelmo regi et eius successoribus monasterium Glastoniense asserit. (Hanc bullam Wilh. Malmesb. quum „nusquam nisi Anglice scriptam reperisset“, in Latinum transtulit). Wil. Malmesburiensis de antiqu. Glast. ecll. ap. Gale H. Brit. Scr. I. 314. — „Bonae voluntatis“.
Apr.	20.	—	(1910) Arnoni Salzburgensi, quemadmodum archiepiscopale munus administret, praescribit; eumque, ne pretio tribui sacerdotium sinat, hortatur. Kleinmayern Nachr. v. Iuv. Anhang 53. — „Officium sacerdotis“.
Mai.	27.	—	(1911) Monasterii S. Dionysii privilegia confirmat, petente Fulrado (lege: Fardulfo) presbytero et abbate. (Librarii vitio depravatum textum esse puto; neque de fide tabulae dubitaverim.) Doublet Hist. de St. Denys 452. — „Quoniam expetisti“.
		799.	
		In domo b. Petri apostoli	Concilium episcoporum 57, qui censent, ut Felix, episcopus Urgellitanus, nisi deponat haeresim adoptianam, anathematizetur. Fragmenta concilii habentur ap. Mansi XIII. 1031; cf. conc. Aquisgran. ibid. p. 1035.
Apr.	25.	E patriarchio Lateranensi	Egreditur, „in ecclesia b. Laurentii, quae ab omnibus maior appellatur, litaniam et missarum sollemnia celebraturus in litaniam, quae ab omnibus maior appellatur“, Vita Leonis p. 244—245. „In ipsas litanias, quod est 7 Kal. Maias“, Annal. Lauresham. 799 ap. Pertz M. G. Scr. I. 37; „VII Kal. Maias“, Annal. Iuvav. maior. 799 ibid. p. 87; „Laetania maiore“, Annal. Laurissenses 799 ibid. p. 184; Cf. Einhardi annal. 799 ibid. p. 185.
„	25.	Ante monasterium SS. Silvestri et Stephani	Invaditur a Paschali primicerio et Campulo sacellario eorumque sociis, qui „papam in terram proiecerunt et absque ulla misericordia ascindendo et spoliando eum crudeliter oculos ei evellere et ipsum penitus caecare conati sunt; nam lingua eius praecisa est, et ut ipsi omnino tunc arbitrati sunt, caecum eum et mutum in media platea dimiserunt“, Vita Leonis p. 246. „Iuxta ecclesiam b. Laurentii, quae ad Graticulam vocatur, equo deiectus, et erutis oculis, ut aliquibus visum est, lingua quoque amputata, nudus ac semivivus in platea relictus est“, Einhardi Annales I. I. p. 187.
„	25.	In ecclesiam	(Monasterii SS. Silvestri et Stephani) trahitur a Paschali et Campulo; qui ibi „iterum oculos et linguam amplius crudeliter eruerunt et plagis eum diversis et fustibus caedentes laniaverunt et semivivum, in sanguine revolutum ante ipsum altare dimiserunt; postmodum vero sub custodia in ipso monasterio dimiserunt“, Vita Leonis p. 246.
„	25.	In monasterium S. Erasmi	„Per noctem“ adducitur ab egumeno monasterii S. Erasmi, iussu Paschalis et Campuli et Mauri Nepesini, ibique „et visum recepit et lingua ad loquendum illi restituta est“, Vita Leonis p. 246—247. „Deinde iussu eorum, qui huius facti auctores fuerunt, in monasterium S. Herasmi martyris velut ad curandum missus —“, Einhardi Annales 799 I. I.
„	25.	Per murum	„Noctu in fune deponitur“ ab Albino cubiculario, Annales Laurissenses minor. ap. Pertz M. G. Scr. I. 119; cf. Annales Lauriss. 799 ibid. p. 184 et Einhardi annales 799 ibid. p. 187.

		799.
Apr. 25.	In ecclesiam b. Petri	Pervenit „ad legatos domni regis (Caroli), Wirundum scilicet abbatem (Stabulensem) et Winigisum, ducem Spoletinum“, Annales Laurissenses l. l. p. 184; Cf. Vitam Leonis p. 247—248.
„ —	Spoletum	Deducitur a Winigiso duce. Vita Leonis p. 148, Annal. Laurissenses 799 p. 185, Einhardi annales 799 p. 187.
— —	In itinere	Ad Carolum regem, obviam habet Hildivaldum, (Coloniensem) archiepiscopum et capellanum, et Ascaricum comitem, a Carolo missos. Vita Leonis p. 249.
— —	„	Pippinum, Langobardiae regem, a patre Carolo rege missum, offendit. Vita Leonis p. 249, Angilberti carmen ap. Pertz M. G. Scr. II. 401.
— —	Paderbornae	A Carolo rege honorifice excipitur. Annal. Petaviani 799 ap. Pertz M. G. Scr. I. 18, Annales Lauresham. 799 ibid. p. 37, Annales Guelferbyt. 799 ibid. p. 45, Annal. Laurissenses 799 ibid. p. 184, Einhardi annal. 799 ibid. p. 187. Leonem ecclesiae Paderbornensis altare consecrasse, reliquiasque protomartyris Stephani, Roma apportatas, in ea collocasse, narrat auctor translationis S. Liborii ibid. IV. 150. (Heristelli Leonem ad Carolum venisse, ex uno fonte perperam tradunt Annal. Weissemburg. 799, Lamberti annal. 799 ibid. III. 40, et Annal. Ottenburani 799 ibid. V. 2.)
— —	Heresburgi	Ecclesiam b. Petro dedicat. Id unus Widukindus indicat in rer. gest. Sax. L. II. c. 11 ap. Pertz M. G. Scr. III. 441. (Quae de eadem re exstat bulla spuria est.)
— —	In Italiam	Reducitur a Caroli regis missis, Hildivaldo (Coloniensi) et Arnone (Salzburgensi) archiepiscopis, Cuniperto, Bernardo (Wormatiensi), Ottone (Frisingensi?), Iesse (Ambianensi) et Flaico electo episcopis, et Helingoto, Rothecario et Germario comitibus. Vita Leonis p. 251.
Nov. 29.	Ad pontem Molvium	A Romanis excipitur „in vigilia b. Andreae“. Vita Leonis p. 250. Annales Iuvenenses maiores 799 ap. Pertz M. G. Scr. I. 87: „a deo restitutus 3 Kal. Decembris imperante Carolo rege“.
„ 29.	In ecclesia	(b. Petri). Vita Leonis p. 251.
„ 30.	Romam	Intrat „alia die — natali b. Andreae apostoli“. Vita Leonis p. 251.
„ 30.	in patriarchio	(Lateranensi). Vita Leonis l. l.
		800. (Ind. 8—1. Sept.—9, Caroli regis a. 27, Pont. a. 5.)
Apr. 11.	—	(1912) Alim Sabionensem, Waltricum Passaviensem, Altonem Frisingensem, Adalwinum Ratisponensem, Sintpertum Niunburgensem episcopos, abbatesque et clerum plebemque provinciae Baiuvariorum hortatur, ut Arnoni, archiepiscopo Salzburgensi, obediant, maximeque „secularia iudicia abicere, et ad proprium archiepiscopum occurrere in canonicis iudiciis festinent“. De matrimoniis illicitis addit. Kleinmayern Nachr. v. Iuv. Anhang 57. — „Dum amore“.
Nov. 23.	Apud Nomen- tum	Carolus regem honorificentissime excipit, cum eoque prandet „pridie“ 8 Kal. Dec. Annales Laurissenses 800, Einhardi annal. 800 p. 188, 189.
„ 23.	Romam	Revertitur, Carolo rege apud Nomentum relicto. Annal. Lauriss. 800, Einhardi annal. 800 l. l.
„ 24.	In gradibus basilicae b. Petri	Carolus regem „deo laudes dicendo et gratias agendo suscipit, et cunctis psallentibus in ecclesiam — introducit — 8 Kal. Dec.“ Annal. Laurissenses. 800, Einhardi annal. 800 l. l.
Dec. 1.	In basilica b. Petri	Synodus. „Post septem vero dies (i. e. transacto 8 Kal. Dec.) rex concione convocata, cur Romam venisset omnibus patefecit; — in quibus vel maximum vel difficillimum erat, quod primo inchoatum est, de investigandis videlicet, quae pontifici obiciebantur criminibus“, Annales Laurissenses 800, Einhardi annal. 800 l. l. „In basilica S. Petri“, Vita Leonis p. 252.
„ 23.	„	Synodus, in qua iurat Leo, se criminibus obiectis affinem non esse, „ante diem natalis domini tertium“, Annales Laurissenses minores ap. Pertz M. G. Scr. I. 120; cf. Annal. Laurissenses 800, Einhardi annal. 800 l. l., Vitam Leonis p. 152—153. Verba iurisiurandi a Leone dati optime habentur ap. Pertz M. G. Leg. II. 15.
„ 25.	„	Carolo diadema imperatorium imponit natali Christi. Annal. Lauresham. 801 ap. Pertz M. G. Scr. I. 38, Annal. Laurissenses minor. p. 120, Annal. Laurissenses 801 p. 188, Einhardi annal. 801 p. 189, Vita Leonis p. 253—254. Annales Flaviniacenses 801 ap. Pertz Scr. III. 151: „6. feria (ante) Kal. Ian.“ cet.
„ 25.	—	(1913) Monasterium Centulense sub unius sedis Romanae potestatem redigit, iusque eligendi abbatis fratribus concedit, „suggestione“ inquit „fratris et coepiscopi

		800. (<i>Ind. 8—1. Sept.—9, Caroli regis a. 27, Pont. a. 5.</i>) nostri Iesse Ambianensis antistitis simulque Angilberti abbatis et in praesentia gloriosi atque excellentissimi filii nostri Caroli, quem auctore deo in defensionem et proVectum s. universalis ecclesiae augustum hodie sacravimus. Data 8 Kal. Ian., Ind. 9. Zacharias diaconus regionarius et s. apostolicae Rom. ecclesiae bibliothecarius scripsi, recognovi et subscripsi“. Ex Angilberti hist. fundat. S. Richarii mihi dedit Bethmannus V. D.
Mart. 4.	Romae	801. (In ecclesia S. Petri). V. Caroli imperatoris tabulam ap. Ughelli It. sacr. I. 412.
Apr. 30.	„	Dum ecclesia b. Pauli terrae motu subruitur, „nona indictione, prid. Kal. Maii“, Vita Leonis p. 259; cf. Einhardi annales 801 p. 189.
Ian. 18.	—	802. (<i>Imp. Carolo a. 2, ind. 10.—1. Sept.—11.</i>) (1914) Athelhardo, archiepiscopo Dorovernensi, totius Angliae primatum asserit. Willelmi Malmesb. Gesta pont. Angl. L. I. ap. Savile R. A. Scr. 116, Wilkins Conc. I. 160, Mansi XIII. 985. — „Pontificali discretione“. (1915) Kenulpho, regi Merciorum, de mancensis 120 sibi missis gratias agit. Athelardi, archiepiscopi Dorovernensis, privilegia confirmata nunciat. Willelmi Malmesbir. Gest. reg. Angl. L. I. ed. Hardy I. 124, ed. Savile p. 16 ^b , Wilkins Conc. I. 165, Mansi XIII. 961. — „Veniens ad“.
Mart. 21.	—	803. (<i>Imp. Carolo a. 3, ind. 11.—1. Sept.—12.</i>) (1916) Fortunato, patriarchae Gradensi, pallium tribuit. Danduli chron. ap. Muratori R. It. Scr. XII. 152, Ughelli It. sacr. V. 1094, Mainati Chroniche di Trieste I. 34. — „Diebus vitae tuae“ „Vitae tuae tantummodo“.
—	Mantuae	804. De sanguine Christi, qui repertus ibi fuisse ferebatur, rogatu Caroli imperatoris cognitionem constituit. Einhardi annal. 804. p. 192.
Nov. Dec.	In monasterio	(S. Mauritii) a Carolo, filio Caroli imperatoris, honorifice excipitur. Einhardi annal. 804 l. 1.
Dec. —	Remis	Carolus imperatorem obviam habet. Einhardi annal. 804 l. 1.
„ 25.	Carisiaci	Natalem Christi cum Carolo imperatore agit. Einhardi annal. 804 l. 1., Annales Iuvavenses maiores 805 ap. Pertz M. G. Scr. I. 87.
„ —	Suessione	(Apud S. Medardum) relinquitur a Carolo imperatore, Calam proficiscente. Annales Metenses 804 ap. Duchesne H. Fr. Scr. III. 291, et ap. Pertz M. G. Scr. I. 192 addit. * * *
„ —	Carisiacum	(1917) Cum Carolo imperatore convenit. Annales Metenses 804 l. 1.
Ian. 6.	Aquisgrani	805. „Epiphaniam“ celebrat cum Carolo imperatore. Annales Iuvavenses maiores 805 l. 1., Einhardi annal. 804 l. 1.
—	Coloniae	Consecrasset altaria monasterii S. Martini dicitur in Chron. S. Martini Colon. ap. Pertz M. G. Scr. II. 214.
—	PerBavariam	In Italiam versus transit. Einhardi annal. 804 l. 1.
—	Ravennae	Einhardi annal. 804 l. 1.
—	Romae	Einhardi annal. 804 l. 1.
—	(Romae)	806. Subscribit Caroli imperatoris de regni divisione testamento, per Einhardum allato. Einhardi annales 806 p. 193.
—	—	(1918) Karolo Augusto assentitur, ut Fortunato, archiepiscopo Gradensi, a Graecis Venetisque pulso, ecclesia Polana tribuatur, ea lege, ut, si quando veterem sedem receperit, Polanam dimittat. Quae sibi cum Karolo Aquisgrani de ecclesia Aquileiensi convenerint, ea strictim attingit. De pravis quibusdam Fortunati factis ab Hildibaldo archiepiscopo (Coloniensi) et Ercanbaldo cancellario edoceri eum posse, addit. Conring Leon. epist. p. 42, Cenni Mon. II. 47, Mansi XIII. 975. — „Dum vestrae“.

807.

- (1919) Karolo Augusto benedictionem (i. e. reliquias) b. Petri mittit per legatos suos, Ioannem episcopum et Basilium. Missos eius queritur non potius usui quam noxae sibi fuisse, omniaque ad palatium Ravennas pertinentia, ab Hermino, fidei eius, antea sibi restituta, abstulisse. Conring Leon. epist. p. 44, Cenni Mon. II. 50, Mansi XIII. 976. — „Ad hoc omnipotens“.
- (1920) Karolo Augusto significat, dolere se de sexto capitularis capite, praeter binas litteras ad se dati, in quo perscriptum sit, iam neminem, qui legationem ad ipsum suscipiat, inveniri posse ob contumelias, quibus priores missi affecti sint. Malevolorum sermonibus ne credat, petit, mittique cupit, qui missorum superiorum acta exquirat. Rem omnem Karoli arbitrio permittit. Conring Leon. ep. p. 19, Cenni Mon. II. 53, Mansi XIII. 963. — „Remeantes ad nos“.

808.

- (1921) Karolo Augusto de muneribus missis gratias agit. Significat, litteris eius ab Helmengaudo et Hunfrido comitibus acceptis, quum de Pippini regis consilio Romam media quadragesima veniendi cognovisset, se ea, quae ad recipiendum eundem opus essent, praeparari statim iussisse. Sed alteram epistolam a Pippini missis die 25 m. Martii allatam esse, eum post pascha demum venturum; tertiam postea, ut Helmengaudus et Hunfridus ad Pippinum se conferrent, praecipientem. Addit de sua in eum voluntate, de improborum mendaciis, de maritimis adversus paganos defendendis, de Corsica insula b. Petro donata. Conring. Leon. ep. p. 33, Cenni Mon. II. 57, Mansi XIII. 971. — „Magno munere“.
- (1922) Karolo Augusto de litteris, consolationis plenis, gratias agit. Haec vero addit: „missi vestri, qui venerunt ad iustitiam faciendam, detulerunt secum homines plures et per singulas civitates constituerunt; quia omnia secundum quod solebat dux, qui a nobis erat constitutus, per distractionem causarum tollere et nobis more solito annue tribuere, ipsi eorum homines peregerunt et multam collectionem fecerunt de ipso populo, unde ipsi duces minime possunt suffragium nobis plenissime praesentare“. Eardulphum regem (Northanhumbrorum), iniuste pulsum, apud eum esse, gaudet; litterasque postulas mittit Eanbaldo archiepiscopo (Eboracensi), ut aut Romam aut aulam imperatoris adeat, rationem redditum simulatam cum Coenulpho regi (Merciorum) gestarum. Addit de Iesse episcopo (Ambianensi), ad „missaticum per patrias deportandum“ non idoneo; et de pravis archiepiscopi Ravennatis moribus, de quibus ab Helmengaudo et Hunfrido, qui dominico die ad Palmas (d. 9 m. Aprilis) apud illum pranderint, erudiri eum posse, scribit. Conring Leon. ep. p. 29, Cenni Mon. II. 61, Mansi XIII. 969. — „Explere verbis“.
- (1923) Karolo Augusto, quod Adulphus diaconus, apostolicus missus, cum Eanbaldi archiepiscopi (Eboracensis) legato ex Anglia reversus, aula praeter expectionem non visa, in Italiam properasset, ira incenso, excusat illorum „ignoraciones huius seculi solertiae“; utque noxam b. Petro concedat, rogat. Ambo evocatos mittit cum litteris ex Anglia allatis, quibus cognoscat, eos neque fraudulentam legationem suscepisse, neque Ardulphi regis praeveniendi causa Romam festinasse. Conring Leon. ep. p. 39, Cenni Mon. II. 66, Mansi XIII. 974. — „Omnes enim, qui“.

Dec. 31.

809.

- (1924) Karolo Augusto, per Sabinum episcopum, ex transmarinis partibus redeuntem, de huius legatione ac de Adulphi diaconi, missi apostolici, captivitate et redemptione significanti, simulque tres ex divinis litteris quaestiones proponenti, respondet. Conring Leon. ep. p. 36, Cenni Mon. II. 69, Mansi XIII. 972. — „Remeante ad nos“.

810.

- (1925) Riculpho, episcopo (Moguntino), de munere litterisque a Bernhario episcopo (Wormatiensi) et Adalhardo abbate (Corbeiensi), missis Caroli imperatoris, sibi allatis gratias agit, expetitasque S. Caesarii reliquias mittit. Epist. S. Bonif. ed. W. p. 325, Opp. ed. G. I. 252, Conring Leon. ep. p. 108, Mansi XIII. 977. — „Cum ad limina“.

—	—	In basilica b. Petri	812. Michaeli episcopo, et Arsafo et Theognosto protospatriis, Michaelis imperatoris legatis, Aquisgrano redeuntibus, libellum foederis, cum Carolo imperatore icti, reddit. Einhardi annal. 812 p. 199. (1926) Karolo Augusto nunciat, insulas Graecorum, Lampadusam et Pontiam, a Mauris direptas esse, itemque Isclam-maiorem a die 18 ad d. 21 m. Augusti. Quos Michael imperator cum classe misisset, patricium duosque spadarios non esse ab Anthimo, duce Beneventano, adiutos; sed Caietanos et Amalphitanos opem iis tulisse. Maritima suae ditionis ora, admonitu Karoli custodia, non accepisse impetum. (In cod. Vindob. pro „Absoluta VII. id. Sept.“ legitur „VII. Kal. Sept.“ Ex schedis Pertzii). Conring Leon. ep. p. 25, Cenni Mon. II. 72. — „Scimus igitur vestram“.
Mai.	—	In palatio Lateranensi	813. (1927) *„Iudicatum Leonis summi pontificis in sacro palatio Lateranensi cum Iohanne et Tastaldo episcopis, Theodoro Nominulatore, Georgio Bibliothecario, Gemmoso Vestiario, Alminino Quisdelori, Agiprando Cubiculario, Nordo Ricuvio, Naningo de Viterbo. Anno imperii Karoli Magni XIII., pontificatus Leonis XVIII. mense Maio, ind. VI.“ Catalogus tabularum Farfensium ap. Muratori Ant. It. V. 699.
Nov.	11.	—	(1928) Karolo Augusto binas Gregorii, patricii Siciensis, litteras mittit, alteras ad sese, alteras ad eum datas; quarum posteriores ideo carere inscriptione putat, quod ille iniussu Leonis imperatoris propalam agere cum eo dubitasset. Scribit, cognovisse se ex suo misso de pace in decem annos confecta inter Gregorium atque legatos Sarracenorum Africanorum, Hispanicis adversariorum, navibus Veneticis adfectos. Centum eorundem Maurorum naves mense Iunio ad Sardiniam insulam voragine maris periisse. Michaellem imperatorem et coniugem filiosque in monasteria coniectos esse. Conring Leon. ep. p. 22, Cenni Mon. II. 76, Mansi XIII. 965. — „Tertio igitur idus“.
„	25.	—	(1929) Karolo Augusto, narratum a Graeco quodam esse, nunciat, Leone imperatore contra Bulgaros profecto, Constantinum patricium, instigante Procopia Michaelis uxore, imperium occupasse, Nicephoroque patriarchae, de coronatione recusanti, necem intulisse, et Leonis uxorem „exorbasse“, filiumque interemisse; Leonem vero Constantinopolim arte ingressum, facta civium caede, singulari certamine vitam Constantino ademisse, itemque Theodoro patricio et Procopiae. Sed addit, Gregorii patricii hominem, qui postea ad sese venerit, et patriarcham occisum, et uxorem Leonis exorbatam, et filium interemptum esse, negasse. Conring Leon. ep. p. 27, Cenni Mon. II. 80, Mansi XIII. 967. — „Postquam enim“.
—	—	Romae	815. Primores quosdam Romanos, qui in ipsius caedem conspiraverant, necari iubet. Einhardi annal. 815 p. 202.
—	—	„	Aegrotans invenitur a Berhardo, Italiae rege, Ludovici imperatoris legato. Einhardi annal. 815 l. l.
—	—	—	Iohannem, episcopum Silvae candidae, et Theodorum nomenclatorem et Sergium ducem sui purgandi causa ad Ludovicum Pium mittit. Einhardi annal. 815 l. l., Vita Hludowici imp. c. 25 ap. Pertz M. G. Scr. II. 619.
—	—	—	795—816. (1930) Omnibus orientalibus ecclesiis „symbolum orthodoxae fidei“ mittit. Mansi XIII. 978. — „Hoc symbolum“.
—	—	—	(1931) Exsecratur eos, qui dona vel oblationes s. altaris gloriosi Pauli apostoli totiusque templi tollere praesumpserint, aut qui rectorem per pecuniam vel aliquod malum ingenium in hoc loco — ordinaverint“. Margarini Bull. Cas. II. 20, Cocquelines I. 161. — „Quicumque dona“.
Iun.	12.	In basilica b. Petri	816. Sepelitur „ prid. Id. Iunias, indict. VIII.“, quum sedisset a. 20 m. 5 d. 17 (al. 16, 20). Vita Leonis p. 236, 315, 316. (Obiisse Leo dicitur in Einhardi annal. 816 ap. Pertz M. G. Scr. I. 203: „circiter 8 Kal. Iun. [al. 8 Kal. Iul., 5 Kal.

816.

Iun.]“; in Vitae Hludowici imp. c. 26 ibid. II. 625 et in Annal. Ausciens. 815 ibid. III. 171: „8 Kal. Iunii“.

STEPHANUS V. 816—817.

†Una, quae superest, Stephani V. tabula (ep. 1932) est scripta per manum Christophori scriniarii, data p. m. Theodori nomenclatoris sanctae sedis apostolicae.

816.

Iun	—	Romae	Eligitur „illico — dum de hac vita migraret Leo (III.) papa“. Vita Stephani V. in Vignolii lib. pont. II. 317.
„	22.	In ecclesia b. Petri (Romae)	Consecratur, quum vacasset pontificatus per dies 10. Vita Leonis III. p. 316, Vita Stephani I. I.
—	—	—	„Statim postquam pontificatum suscepit, iubet omnem populum Romanum fidelitatem cum iuramento promittere Hludowico“ imperatori. Thegani Vita Hludowici c. 16 ap. Pertz M. G. Scr. II. 594.
—	—	—	(In synodo?) decernit ita: „Quia s. Romana ecclesia — a pluribus patitur violentias pontifice obeunte, quae ob hoc inferuntur, quia absque imperiali notitia et suorum legatorum praesentia pontificis fit consecratio, nec non canonico ritu et consuetudine ab imperatore directi intersunt nuntii, qui scandala vetent fieri; volumus, ut, cum instituendus est pontifex, convenientibus episcopis et universo clero eligatur praesente senatu et populo, qui ordinandus est; et sic ab omnibus electus praesentibus legatis imperialibus consecratur; nullusque — iuramenta vel promissiones aliquas nova adinventione audeat extorquere, nisi quae antiqua exigit consuetudo, ne ecclesia scandalizetur, et imperialis honorificentia minuatur“. (Decretum hoc ad Stephanum V. pertinere, contra Pagium probat Muratori R. It. Scr. II. II. 127, not. 4; cf. Nicolai I. conc. a. 862 et Ioannis IX. conc. a. 898). Gratiani decr. I. D. 63 c. 28, Mansi XIV. 147, Theineri disqu. crit. 205. — „Quia sancta Romana“ „Quascunque Romana“.
—	—	—	Ad Ludovicum imperatorem duos legatos mittit, „qui quasi pro sua consecratione imperatori suggerant“, Einhardi Annales 816 ap. Pertz M. G. Scr. I. 203. — „Praemisit legationem, quae super ordinatione eius imperatori satisfaceret“, Vita Hludowici c. 26 ibid. II. 620. — „Dirigens legatos suos ad principem, nuncios ei, ut libenter eum videre voluisset in loco ubicumque ei placuisset“, Thegani Vita Hludowici c. 16, ibid. p. 594.
Aug.	—	—	Ad Ludovicum imperatorem proficiascitur, comitante Bernardo Italiae rege, „nondum duobus post consecrationem suam exactis mensibus“. Einhardi Annal. 816 I. I., Vita Hludowici c. 26 I. I.
—	—	In itinere	Missos Ludovici imperatoris obviam habet. Einhardi Annales 816 I. I., Thegani Vita Hludowici c. 16 I. I., Vita Hludowici c. 26 I. I.
—	—	„	Hildebaldum, archicapellanum sacri palatii, Theodulfum episcopum Aurelianensem, Iohannem Arelatensem, a Ludovico imperatore missos, obviam habet. Vita Hludowici c. 26 I. I.
Oct.	—	In campo magno Remensium	(Miliario a monasterio s. Remigii) cum Ludovico Pio imperatore convenit. Thegani Vita Hludowici c. 16 p. 594, Vita Hludowici imp. c. 26 p. 620. — „Mense Octobri“, Annal. S. Emmer. Ratisp. maior. 816 ap. Pertz M. G. Scr. I. 93, Annal. Lauriss. minor. ibid. p. 122, Annal. Xantenses 815 ap. ibid. II. 224.
„	—	Remis	„In crastinum“ apud Ludovicum imperatorem coenat, muneribusque donatur. Vita Hludowici c. 26 p. 621.
„	—	„	„Die tertio“ Ludovicum imperatorem donis afficit. Hludowici c. 26 I. I.
„	—	Remis ante S. Mariae altare	„In proxima die dominica in ecclesia — consecrat Ludovicum et ungit eum ad imperatorem et coronam auream mirae pulchritudinis cum pretiosissimis gemmis ornatam, quam secum adportaverat, ponit super caput eius; et Irmingardam reginam appellat Augustam et ponit coronam auream super caput eius“, Thegani Vita Hlud. c. 17 p. 594. — „In crastinum, quae fuit dies dominica“, Vita Hludowici c. 26 p. 621. Cf. Annales Xantenses 815 I. I., Hincmari Annales 869 ap. Pertz M. G. Scr. I. 484.

Oct.	—	Remis	816. Proficiscitur Romam versus, comitantibus imperatoris legatis. Thegani Vita Hludowici c. 17 l. 1.
Nov.	—	Ravennae	(In ecclesia Ursiana) sacra procurat. Agnelli vit. Martini c. 2 ap. Muratori R. It. Scr. II. i. 183.
"	—	Romam	Pervenit. Einhardi annal. 817 p. 203: „tertio, postquam Romam venerat, mense, sed nondum exacto — obiit“.
Dec.	—	Romae	V. vitam Stephani p. 319: „Fecit autem ordinationem unam in mense Decembri“.
Ian.	23.	—	817. (Ind. 10, imp. Ludovico a. 3 et patriciatus a. 3.) (1932) Monasterii S. Mariae Farfensis possessiones ea lege confirmat, ut „singulis quibusque indictionibus pensionis nomine rationibus ecclesiasticis 10 auri solidi persolvantur; nullaque praeterea ad dandam annue pensionem — mora proveniat, sed actionariis s. ecclesiae apto tempore persolvatur“. Galletti del Primic. 174, Chron. Farfense ap. Muratori R. It. Scr. II. ii. 366, Cocqu. I. 164. — „Cum magna nobis“.
"	24.	Romae	Moritur „9 Kal. Febr.“, Einhardi Fuldenses annal. 817 ap. Pertz M. G. Scr. I. 356. „Circiter 8 Kal. Febr.“, Einhardi annal. 817 ibid. p. 203; „8 Kal. Febr.“, Annal. Ausicenses 817 ibid. III. 171. Cf. Pagii crit. ad Baron. annal. 817.

PASCHALIS I. 817—824.

†Tabulae Paschalis sunt

scriptae	p. m.	Christophori scriniarii S. R. E.	(1 Febr. 817, tab. 1934).
		Theophilacti notarii et scriniarii	(5 Dec. 817, „ 1937).
		Timothei	(11 Iul. 819, „ 1939).
datae	p. m.	Theodori nomenclatoris s. sed. ap.	(1 Febr. 817, „ 1934).
		Georgii bibliothecarii s. sed. ap.	(5 Dec. 817, „ 1937).
		Sergii	(11 Iul. 819, „ 1939).

Ian.	25.	—	817. (Ind. 10.—1. Sept.—11, imp. Ludovico a. 3.—28. Jan.—4, patriciatus a. 3.) Consecratur. Vita Stephani V. p. 319: „cessavit (post Stephanum) episcopatus dies duos“. Cf. Pagii crit. ad Baron. annal. 817.
"	—	—	(1933) *„Post completam solemniter ordinationem“ ad Ludovicum imperatorem mittit „et munera et excusatoriam epistolam, in qua sibi non solum nolenti, sed etiam plurimum renitenti pontificatus honorem velut in pactum adseverat“. Einhardi annales 817 ap. Pertz M. G. Scr. I. 203, Vita Hludowici c. 27 ap. eund. II. 621.
Febr.	1.	—	(1934) Monasterii S. Mariae Farfensis possessiones confirmat, non habita mentione pensionis 10 solidorum. Chron. Farf. ap. Muratori R. It. Scr. II. ii. 371, Margarini Bull. Cas. II. 21, Cocqu. I. 166. — „Cum magna sollicitudine“.
—	—	—	(1935) (Barnardo), abbati Ambroniacensi, praecipit, ne oblatum archiepiscopatum Viennensem aspernetur. „Quod si renueris“, inquit „quam sententiam notarius filius noster Gregorius, quem de latere nostro misimus, super inobedientia tua dictaverit, validam ratamque censemus“. (Cf. Mabillonii annotationem). Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. IV. P. II. 562. — „Cum militiam et“.
—	—	—	(1936) Ludovicum (Pium) imperatorem rogat, ut „pactum, quod cum praedecessoribus suis factum erat, etiam secum fiat et firmetur“. Theodorum nomenclatorem mittit legatum. V. Einhardi annal. 817 l. 1.
Iul.	20.	Romae in basilica b. Praxedis	„Sanctorum corpora sub altare summa cum diligentia propriis manibus condit in mense Iulio die XX indictione decima“. V. titulum ap. Maium Scr. vet. nov. coll. V. 38.
Dec.	5.	—	(1937) Barnardo, archiepiscopo Viennensi, susceptam dignitatem gratulatur, palliique usum concedit. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. IV. P. II. 566, Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. 49, Mansi XIV. 375. — „Quia sanctitatem“.

			c. 818.
			(1938) Ludovico imperatori scribit de sacerdotibus venerandis et defendendis, eumque admonet „votionum sanctarum, quas ad honorem S. Petri coram sanctis reliquiis nec non clericis ac fidelibus suis ante tempora pauca promiserit“. Leonem exorcistam, legatum suum, commendat. (Fragmentum). Mansi XIV. 376. — „Honor quidem“.
			819. (<i>Ind. 12.—1. Sept.—13, imp. Ludovico a. 5.—28. Jan.—6, post cons. eius a. . . , Lothario a. . .</i>)
Iul.	11.	—	(1939) Ecclesiae Ravennatis privilegia, Petronacio archiepiscopo per Sergium diaconum petente, confirmat. Quorum violatori mulctam „auri obriti librarum quinque“ et anathema proponit. Muratori R. It. Scr. II. i. 220, Mansi XIV. 375, Marini I papiri 12, (Rubei Hist. Rav. 236, Ughelli It. sacr. II. 344.) — „Cum pia desideris“.
			821.
			Ad Ludovicum (Pium) imperatorem legatos mittit Petrum, episcopum Centumcellensem, et Leonem nomenclatorem. Einhardi annales 821 p. 207, Vita Hludowici imp. c. 34 p. 625.
			Legatos mittit Theodorum primicerium et Florum superistam, qui mense Octobri Theodonis-villam ad Lotharii I. regis nuptias „cum magnis muneribus“ pervenerunt. Einhardi annal. 821 p. 208, Vita Hludowici imp. c. 34 p. 626.
			c. 822.
			(1940) Omnibus Christianis Ebonem, archiepiscopum Remensem, et eius socium, Halitgarium (episcopum Cameracensem) commendat, ad partes aquilonis, fidem Christi propagatum, missos. Lappenberg Hamb. Urk. I. 9, Liljengren Dipl. Suec. I. 1. — „Cum religiosissimum“.
			823.
Apr.	5.	Apud S. Petrum Romae	Lothario I. „et regni coronam et imperatoris atque Augusti nomen“ tribuit „in sancto paschali die“, Einhardi annal. 823 p. 210, Vita Hludowici imp. c. 36 p. 627.
			„In praesentia Paschalis et Lotharii imperatoris, procerumque Romanorum, sive optimatum imperatoris atque multorum utriusque partis nobilium virorum quaestiones agitantur“. V. diploma Lotharii I. in Chronico Farfensi ap. Muratori R. It. Scr. II. ii. 388.
c. Iul.			Ad Ludovicum (Pium) imperatorem mittit Iohannem, episcopum Silvae-candidae, et Benedictum archidiaconum, qui interfecti Theodori primicerii et Leonis nomenclatoris culpam ab ipso demoveant. Einhardi annal. 823 p. 210, Vita Hludowici imp. c. 37 p. 627.
Sept. Oct		In Lateranensi patri-archio	Praesentibus Adelungo, S. Vedasti abbate, et Hunfrido comite, Ludovici imperatoris legatis, se de Theodori primicerii et Leonis nomenclatoris caede „cum magno episcoporum numero iureiurando purificat, et interfectores praedictorum hominum defendens, mortuos velut maiestatis reos condemnat et iure caesos pronuntiat“. Einhardi annal. 823 p. 211, Thegani Vita Hludowici c. 30 ap. Pertz M. G. Scr. II. 597, Vita Hludowici imp. c. 37 p. 627, 628.
„	„		Ad Ludovicum imperatorem mittit Iohannem, Silvae-candidae episcopum, Sergium bibliothecarium, Quirinum subdiaconum et Leonem magistrum militum. Einhardi annal. 823 l. l., Vita Hludowici imp. c. 37 p. 628.
			817 — 824.
			(1941) Quemdam ad destruendam simoniam hortatur. (Epistolam archiepiscopo Mediolanensi perperam inscribi, verbis „excellencia vestra“ manifestum est.) Mansi XIV. 378, Ivonis decr. II. c. 84. — „Fraternae (aeternae) mortis“.
			(1942) Scribit de inventis S. Caeciliae reliquiis. (Fragmentum; cf. Vitam Paschalis I. in Vignolii lib. pont II. 331). Mansi XIV. 373. — „Cum summae“.
			824.
c. Mai.		Romae	„Valida infirmitate detentus ac morti iam proximus“ invenitur a legatis reversis a Ludovico imperatore. Einhardi annal. 824 p. 212.

c. Mai. —	—	824. Moritur. Annum indicant Einhardi Annal. 824 ap. Pertz M. G. Scr. I. 212, Annales Auscienses ap. eund. III. 171, cet. De die nequaquam constat; quae enim tradit Vita Paschalis p. 320, hunc a. 7 m. 7 (al. 5) d. 17 sedisse, et p. 346, „cessasse episcopatum d. 4 in mense Ianuario ind. 1“, ea manifesto falsa sunt. Itaque ex sequentis pontificatus initiis, quo mense Paschalis obiit, coniectura assequor.
EUGENIUS II. 824—827.		
†Tabula 1943 scripta est p. m. Christo(pho)ri notarii et scriniarii. (Quam suspectam habemus, tab. 1948 est scripta p. m. Agathonis notarii et scriniarii, data p. m. Georgii bibliothecarii s. sed. apostolicae.)		
Mai. Iun.	—	824. (Ind. 2.—1. Sept.—3, imp. Ludovico a. 11 et Lothario.) Consecratur. Einhardi Annal. 824 ap. Pertz M. G. Scr. I. 212: „In cuius (Paschalis) locum cum duo per contentionem populi fuissent electi, Eugenius tamen archipresbyter tit. S. Sabinae, vincente nobilium parte, subrogatus atque ordinatus est; cuius rei nuncium cum Quirinus subdiaconus ad imperatorem detulisset, conventu circiter 8 Kal. Iul. pronunciato —“. Thegani vita Hludow. imp. c. 30 ap. eund. II. 597: „papa (Paschalis) obiit, cuius funus Romanus populus in ecclesia b. Petri humari noluit, antequam Eugenius papa post eum successit; et ipse iussit sepelire corpus eius in loco, quem ipse vivus construxerat“. — Eugenio, quem constat m. Aug. a. 827 obiisse, in Vita ap. Vignolium, Lib. pont. III. 1, assignantur a. 3 m. 2 d. 23, consecratio igitur aut ad exeuntem m. Maium aut initum m. Iunium a. 824 est referenda; eamque ante d. 6 Iunii factam esse, liquet ex notis chronologicis synodi Mantuanae ap. Mansi XIV. 493: „anno pontificatus — Eugenii quarto, — per indictionem quintam, VIII. id. Iunii“.
Oct. Nov.	Romae	Lotharium I. imperatorem honorifice suscipit. Einhardi annal. 824 p. 213, Vita Hludowici imp. c. 38 ap. eund. II. 628.
Nov. 13.	—	(1943) Adalrammo, archiepiscopo Salzburgensi, pallii usum concedit, praesente Lothario, Ludewici imperatoris filio. Kleinmayern Nachr. v. Iuv. Anhang 80. — „Diebus vite tue“.
— —	—	(1944) *Monasterio Farfensi asserit possessionem „duarum massarum iuris monasterii S. Bibianae“ Romani, „quarum una Pompeiana et alia Balagai nuncupatur“. V. Lotharii I. imp. tabulas, die 31 Maii a. 825 datas, ap. Muratori R. It. Scr. II. n. 383.
— —	—	825. (1945) *Ludovico et Lothario imperatoribus petentibus concedit, „ut sacerdotibus eorum liceat de libris ss. patrum sententias quaerere atque colligere, quae ad rem, pro qua Graecorum legati ipsum consulturi sint, veraciter definiendam convenire possint“. V. Ludovici et Lotharii imperatorum epist. ad Eugenium ap. Mansi XV. Appendicis p. 437.
— —	In patriarchio	826. „Graviter infirmans, ita ut semivivus appareret, nec aliter quam lecto accumbens“ Rodoinum, abbatem S. Medardi Suessionensis, Ludovici Pii imperatoris legatum, excipit „anno 826 imperii vero Hludovici caesaris 13“. Translatio S. Sebastiani et S. Greg. Suess. ap. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. IV. P. I. 390.
c. Apr. —	—	Ad Ludovicum (Pium) imperatorem mittit Leonem, episcopum Centumcellensem, et Theophilactum nomenclatorem. Einhardi annales 826 p. 214.
Nov. 15.	Coram sacratissimo corpore b. principis apostolorum	Concilium episcoporum 62, in quo constituunt: de simonia; de sacerdotibus inductis; de episcopis, nisi a clero et populo postulatis, non consecrandis; ne episcopi diu absint ab ecclesiis; de claustris iuxta ecclesias constituendis; de plebium baptismalium assensu in ordinandis presbyteris requirendo; de clericorum numero; de sacerdotum disciplina; ne episcopi „res immobiles de subiectis plebibus seu

826.

aliis piis locis in proprio usu habeant“; de oblationibus; de sacerdotibus ab episcopo non exauctorandis; de advocatis; de monasteriis et oratoriis „a dominio constructorum invite non auferendis“; de inuasoribus; de xenodochiis; de piis locis desertis et destructis; de episcoporum reditu; de abbatibus; de monachis et monialibus; de die dominica; de iis, qui inviti monachi facti sint; ne laici, dum sacra procurentur, in presbyterio sint; de magistris et doctoribus constituendis, „qui studia litterarum, liberaliumque artium dogmata assidue doceant“; ne festi dies „ballando, verba turpia decantando, choros tenendo“ violentur; de divortii; de bigamia; de matrimoniis illicitis. Pertz M. G. Leg. II. append. p. 11 sq. (Mansi XIV. 999.)

824—827.

- — — (1946) Rathfredo Favianensi, Methodio Speculi-Julieni seu Sorigiturensi, Alewino Nitraviensi, Annoni Vetuarensi episcopis et Tuttundo ac Moymaro ducibus et optimatibus exercitibusque plebis Hunniae et Moraviae significat, se Vrolfum, archiepiscopum Laureacensem, metropolitam iis praefecisse, et vicarium suum constitutum pallio donasse. Ludewig Scr. Rer. Germ. II. 360, Fejér C. D. H. I. 158, Boczek C. D. M. I. 14, Mansi XIV. 412. — „Cum audivimus“.
- — — (1947) Cunctis ecclesiae catholicae filiis commendat Anskarium et eius socios, adiunctos aquilonensi legationi, Eboni archiepiscopo Remensi mandatae. V. fragmentum ap. Lappenberg Hamb. Urk. I. 29.
- Iul. 8. — (1948) Barnardo, archiepiscopo Viennensi, respondet, se „in cap. (D.)XI. Iustinianae legis ita invenisse: ut descriptio (leg. praescriptio) XL annorum venerabilibus locis competenter aptetur, neque XX vel etiam XXX annorum praescriptio religionis domibus apponatur; sed sola XL annorum curricula, non solum in legatis et rebus exterioribus, sed etiam in haereditatibus sacris valeat“. Privilegia eius rata manere vult. (Significatio temporis est vehementer corrupta, nec parvam suspicionem movet: „Indict. XV., Ludowici imp. a. IV.“.) Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. 50, Mansi XIV. 414. (Mabillon Acta SS. O. Ben. saec. IV. P. II. 567.) — „Congaudeo“.
- — — (1949) Probatio per aquam frigidam quomodo facienda sit, docet litteris in Franciam missis. Mabillon Vet. anal. 161. — „Cum homines“.
- — — (1950) Petente (Hilduino abbate) „SS. Dionysii, Medardi (Suessionensis) et Germani, pro voluntate Ludovici imperatoris, ecclesiae S. Petri (Rotomagensis) in partibus Neustriae a Clothario constructae, ubi sanctissimus Audoenus requiescit in corpore, huiusmodi privilegium firmit: ut scilicet omnes terras et consuetudines terrarum, a praedecessoribus regibus Clothario, Theoderico, item Clothario, Dagoberto, Clodoneo, item Theoderico, Carolomagno ac filio eius piissimo, imperatore Ludovico, isti loco concessas perpetualiter possideant“. (Fragmentum). Neustria pia 20. — „Quoniam dilectissimus“.

827.

- Aug. — — Moritur „mense Augusto“, Einhardi annal. 827 p. 216, Vita Hludowici imp. c. 41 p. 631.

VALENTINUS. 827.

827.

- — — In ecclesia Eligitur. Vita Valentini in Vignolii lib. pont. III. 7, Einhardi Annal. 827 ap. Pertz S. Mariae M. G. Scr. I. 216.
- — — Ad palatium (Lateranense) deducitur. Vita Valentini l. I.
- — — Ap. S. Petrum Consecratur. Vita Valentini l. I., Einhardi Annal. 827 l. I.
- — — Ad palatium (Lateranense) revertitur. Vita Valentini l. I.
- — — Moritur, quum „vix unum mensem in pontificatu complevisset“, ut testantur Einhardi Annal. 827 l. I.; cf. Annales Auscienses 827 ap. Pertz M. G. Scr. III. 171. In Vita p. 3 ei dies 40 assignantur.

		†Una, quae plenioribus notis chronologicis, instructa est, Gregorii IV. bulla (1961) est scripta p. m. Petri scriniarii, sigillata p. m. Ursi secundi ducerii (leg. secundicerii) s. sedis apostolicae.
		827.
—	Romae	Eligitur. Vita Gregorii in Vignolii lib. pont. III. p. 10, Einhardi annal. 827 ap. Pertz M. G. Scr. I. 216.
—	Ex basilica	(SS. Cosmae et Damiani) „per vim abstrahitur“. Vita Gregorii I. I.
—	In patriar-	(Lateranense) perducitur. Vita Gregorii I. I.
—	chium	
—	Romae	Consecratur „non prius, quam legatus imperatoris Romam venit et electionem populi, qualis sit, examinat“, Einhardi annales 827 I. I. (Vita Hludowici imp. c. 41 ap. Pertz M. G. Scr. II. 631). Vita Gregorii p. 11, „electionem simul et consecrationem“ factam esse, perperam tradit.
		828. (<i>Ind. 6.—1. Sept.—7.</i>)
c. Apr. —	—	Ad Ludovicum (Pium) imperatorem mittit Quirinum primicerium et Theophilactum nomenclatorem. Einhardi annales 828 p. 217, Vita Hludowici imp. c. 42 p. 631.
Apr. 1.	—	(1951) Monasterii Salvatoris Fuldensis privilegia confirmat, petente Rhabano abbate. Dronke Cod. dipl. Fuld. 209, (Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 115). — „Quoniam sunt semper“.
		829.
Ian. —	In palatio Lateranensi	Joseph episcopus et Leo comes, missi Ludovici imperatoris, praesente Gregorio, de possessionibus quibusdam litem dant secundum monachos Farfenses contra ecclesiam Romanam. Tabula exstat ap. Galletti del Primic. 183, Muratori R. It. Scr. II. II. 375, Mabillon Ann. O. Ben. II. 736.
		830.
—	—	(1952) *Judith imperatricem a Ludovico (Pio) imperatore honorifice recipi iubet. Thegani Vita Hludowici imp. c. 37 p. 598.
		833. (<i>Ind. 11.—1. Sept.—12.</i>)
—	Ex Italia	Discedit cum Lothario I. imperatore. Annalium Bertinianorum pars I. 833 ap. Pertz M. G. Scr. I. 426. Cf. Vitam Walae L. II. c. 17 ibid. p. 564.
—	Per Alpes Penninas	V. Vitam Walae L. III. c. 14 p. 560.
—	—	(1953) *Agobardo, archiepiscopo Lugdunensi, „praecipit, ut ieiunia et orationes cum abstinentia faciat, si forte omnipotens dominus effectum conatui suo praestare dignetur, quatinus apud Ludovicum imperatorem obtineri possit, ut pax et concordia pristina domui et regno eius restituatur“. Istam epistolam „his diebus paschalibus“ i. e. circiter die 13 m. Aprilis perlatam ad se esse, scribit Agobardus, Opp. II. 51, Bouquet Rec. VI. 366.
—	—	(1954) *Ad Walam, abbatem Corbeensem, mittit nuncios, „qui detulerunt epistolas ex omni auctoritate valde gravidas, et praecipunt cum omni adiuratione, ut in adiutorium summi antistitis obviam veniret“. Vita Walae L. II. c. 14 p. 560, et c. 15 p. 562.
—	—	(1955) *Per nuncios, ad Walam abbatem Corbeensem directos, mittit „auctoritatem (i. e. epistolam) pro pace, pro reconciliatione patris (Ludovici imperatoris) et filiorum, principum et seniorum, pro statu ecclesiarum, pro adunatione populi et salvatione totius imperii“. („Ostendebatur coram auctoritas et legebatur summi pontificis“ cet.) Vita Walae L. II. c. 14 p. 560.
—	—	(1956) *Aldrico, episcopo Cenomanensi, mittit „suum vestimentum sacerdotale, illud scilicet vestimentum, quo in pascha indutus fuerat; mittit etiam ei baculum pastorale, quod ferula nuncupatur, una cum sua epistola, vocans eum, ut, si possibile foret, usque ad eum perveniat; eique concedit, ut qualemcunque petitionem et benedictionem a sede S. Petri accipere velit, se aut per se ipsum aut per suum missum ei voluntarie et libenti animo missurum atque concessurum“. Haec ad annum 833 revocare non dubitavi; leguntur ap. Baluzium, Misc. I. 104, in

			833. (<i>Ind. 11.—1. Sept.—12.</i>)
			Aldrici episcopi vita, quam auctor vel auctores e variis tabulis Cenomanensibus, parum servato temporis ordine composuerunt. Cf. infra ep. 1958.
			A Wala, abbate Corbeiensi, et Pascasio invenitur perturbatus minis episcoporum Franciae. „Unde“ inquit Pascasio „et ei (Gregorio) dedimus nonnulla sanctorum patrum auctoritate firmata, praedecessorumque suorum conscripta, quibus nullus contradicere possit, quod eius esset potestas, imo dei et b. Petri apostoli, suaque auctoritas, ire, mittere ad omnes gentes pro fide Christi et pace ecclesiarum, pro praedicatione evangelii et assertionem veritatis; et in eo esset omnis auctoritas b. Petri excellens et potestas viva, a quo oporteret universos iudicari, ita ut ipse a nemine iudicandus esset. Quibus profecto scriptis, gratanter accepit, et valde confortatus est“. Vita Wala L. II. c. 16 p. 562.
			(1957) Ad Francorum episcoporum epistolam acerbe severeque respondet; castigat eorum insolentiam, convicia repellit, minas deridet; „vos“ inquit „conamini obistere perversitatibus vestris nobis, qui legatione fungimur pacis“. Agobardi Opp. II. 53, — „Romano pontifici“.
Mai.	Iun.	—	Legatos a Ludovico Pio imperatore Wormatia missos accipit, sciscitantes, „si more praecessorum adest suorum, cur tantas nectat moras non sibi (Ludovico imperatori) occurrendo?“ Vita Hludowici imp. c. 48 p. 635.
Iun.	24.	In loco Rothfeld	(Iuxta Columbariam, qui postea campus-mentitus est appellatus) „festivitate S. praecursoris Christi Iohannis“ in castris Lotharii, Pippini, Ludovici, filiorum Ludovici imperatoris. Annalium Bertinianorum pars I. 833 l. 1., Thegani Vita Hludowici imp. c. 42 l. 1., Vita Hludowici imp. c. 48 l. 1., Annales Xantenses 833 ap. Pertz M. G. Scr. II. 225. Cf. Nithardi Hist. L. I. c. 4 ibid. 652.
	24.	„	„In ipsa acie“ excipitur a Ludovico imperatore, ad pugnandum cum filiis parato. Vita Hludowici imp. c. 48 p. 636, Thegani Vita Hludowici c. 42 l. 1. Cf. Vitam Wala L. II. c. 17 p. 564—565.
	24.	„	In tabernaculo castrorum Ludovici imperatoris accipit dona, per Adalungum abbatem ab imperatore missa, et „multis assertionibus perdocet, non se tantum iter ob aliud suscepisse, nisi quia dicebatur, quod inexorabili contra filios discordia laboraret (imperator), ideoque pacem in utramque partem serere vellet“. Thegani Vita Hlud. c. 42 l. 1., Vita Hludow. c. 48 l. 1.
	—	„	Cum Ludovico imperatore „manet aliquot diebus“. Vita Hludowici imp. c. 48 l. 1.
	—	„	A Ludovico imperatore ad filios remittitur, „ut pacem mutuam nectat“. Vita Hludowici imp. c. 48 l. 1.
	—	„	In castris filiorum imperatoris, quominus „ut fuerat iussus“ ad Ludovicum imperatorem redeat, impeditur. Vita Hludowici c. 48 l. 1.
	30.	„	„In festivitate S. Pauli“. Vita Hludowici imp. c. 48 l. 1.
Iul.	8.	Cohlambur	(1958) Universis coepiscopis per Galliam, Germaniam, Europam et per universas provincias constitutis mandat haec: „si aliquis suorum aemulorum Aldricum, Cenomannicae ecclesiae episcopum, accusare damnabiliter detrectaverit (al. attentaverit), liceat illi post auditionem primatum dioeceseos, si necesse fuerit, nos appellare, et nostra auctoritate, aut ante nos, aut ante legatos nostros e latere missos, iuxta patrum decreta suas exercere atque finire actiones, nullusque illum ante hoc iudicet, aut iudicare praesumat“. „Praeceptis“ inquit „apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam impleantur, si eiusdem s. ecclesiae, quae est caput vestrum, communionem habere desideratis; sit ruinae suae dolore prostratus, quisquis apostolicis voluerit contraire decretis, nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed extorris a sancto fiat ministerio; non de eius iudicio quisquam postea curam habeat; contra caput nolite vos extollere, nolite b. Petri sedem eiusque sedis auctoritatem spernere, nec eius patiamini offensionem, aut scandalum ecclesiae generetis; non novum aliquid praesenti iussione praecipimus, sed illa, quae olim videntur indulta firmamus: cum nulli dubium sit, quod non solum pontificalis causatio, sed omnis s. religionis relatio ad sedem apostolicam, quasi ad caput, debet referri et inde normam sumere“. (Veramne hanc epistolam an falsam iudicem, animi adhuc pendeo.) Mabillon Vet. anal. 298. — „Divinis praeceptis“.
	—	—	Romam repetit. Annal. Bertin. pars I. 833 l. 1., Annal. Xantenses 833 l. 1., Vita Hludowici c. 48 l. 1.
	—	—	c. 834.
	—	—	(1959) Archiepiscopatum Hamburgensem, Ratoldo (Suessionensi) Bernoldoque (Ar-

		c. 834.	gentoratenſi) epiſcopis et Geroldo comite petentibus, confirmat, Anſgariumque, „primum Nordalbingorum archiepiſcopum, per manus Drogonis, Metenſis epiſcopi, conſecratum, tam preſenti auctoritate, quam etiam pallii datione roborat“, eumque et „ſucceſſores eius legatos in omnibus circumquaque gentibus Danorum, Sueonum, Noruehorum, Farrie, Gronlondan, Haſingalondan, Islandan, Scrideuindan, Slavorum, nec non omnium ſeptentrionalium et orientalium nationum, quocunque modo nominatarum, delegat, et poſito capite et pectore ſuper corpus et confeſſionem ſ. Petri apoſtoli ſibi ſuiſque ſucceſſoribus vicem ſuam perpetuo retinendam publicamque evangelizandi tribuit auctoritatem“. „Conſecrationem vero ſuccedentium ſacerdotum, donec conſecrantium numerus ex gentibus augeatur, ſacrae palatinae providentiae interim committit“. (Quod bullae archetypum dicitur, certe ſimulatum eſt, textus vero ipſe ſine dubio ſaltem interpolatus; cfr. Lappenberg Hamb. Urk. I. 788, 793.) Lappenberg I. I. 15, Haſſelbach Cod. Pom. dipl. I. 9, Liljengren Dipl. Suec. I. 6. — „Omnium fidelium“.
		836.	
	Romae		Aegrotans invenitur ab Adrebaldſo abbate, Ludowici Pii imperatoris legato. Vita Hludowici c. 55, 56, p. 641.
	—		(1960) Ad Ludovicum Pium imperatorem mittit cum Adrebaldſo abbate „duos epiſcopos, Petrum Centumcellenſis urbis et Georgium regionarium Romanae urbis, ſimiliter epiſcopum“, deferentes „epiſtolam imperatori deſtinatam“. Vita Hludowici c. 56 p. 641—642.
		837.	(<i>Ind. 15.—1. Sept.—1, imp. Ludovico a. 23.—28. Jan.—24.</i>)
Mai. 31.	—		(1961) Liuprammo, archiepiſcopo Salzburgenſi, pallii quibusdam feſtis diebus geſtandi poteſtatem tribuit. Kleinmayern Nachr. v. Iuv. Anhang 82. — „Diebus vite tue“.
		841.	
c. Mai. —	—		Ad Lotharium I. imperatorem fratresque eius „pacis gratia“ mittit Gregorium, Ravennatem epiſcopum. Prudentii Trecenſis annales 841. ap. Pertz M. G. Scr. I. 437.
		827 — 844.	
	—		(1962) Otgario, archiepiſcopo Moguntino, de muneribus miſſis gratias agit. Quod petiſſet corpus ſanctum nondum repertum eſſe, nunciat. Epist. S. Bonifacii ed. Würdtwein 327, Opp. ed. G. I. 253, Mabillon Vet. Anal. 570. — „Quod nos tanto“.
	—		(1963) *Ebonem, (quondam archiepiſcopum Remenſem), epiſcopum Hildeshemenſem confirmat. V. epiſtolam concilii Tricassinii ad Nicolaum I., ap. Mansi XV. 794.
		844.	
Ian. —	—		Moritur. Prudentii Trecenſis annal. 844 ap. Pertz M. G. Scr. I. 440, Annal. Auſciens 844 ibid. III. 171. Menſis conici poteſt ex Sergii II. initiis; diem neque ex annis 16 extorſeris, per quos ſediſſe Gregorius in vita p. 8 fertur, neque ex interpontificio dierum 15, quod ibid. p. 34 legimus poſt eius mortem fuiſſe.
IOANNES (diaconus) antipapa. 844.			
		844.	
Ian. —	Patriarchium Lateranenſe		„Persuaſo ſatis imperito et agraſti populo“ ante occupat, quam Sergius II. electus eſt. Vita Sergii II. in Vignolii lib. pontif. III. p. 39.
„ —	Ex patriarchio		Ab „urbis principibus“ expellitur, Sergio II. electo. Vita Sergii II. p. 40.
„ —	In clauſtra		„Sub cautela traditur; — quem etiam concilio antitiſtium principes damnare ſuoque voluerunt privari honore, nec non et alii enſibus membratim eum dilaniare ac interimere voluerunt; ſed hoc fieri Sergius praesul prohibuit“. Vita Sergii II. I. I.

		844.
Ian.	— In basilica b. Martini	Eligitur a „Quiritum principibus“, occupato per Ioannem antipapam patriarchio Lateranensi. Vita Sergii in Vignolii lib. pont. III. p. 39. Et electio et consecratio Sergii (qui annos 3 sedisse dicitur in Vita p. 35) ad mensem Ianuarium videtur referenda esse.
„	— In patriarchium	(Lateranense) perducitur, expulso Ioanne antipapa; quo die „tanta nix in Urbe effusa est, ut omnibus candidata cerneretur“, Vita Sergii l. I.
„	— In b. Petri sede	Consecratur. Vita Sergii p. 40.
Iun.	8. In gradibus ecclesiae S. Petri	„Die dominico post pentecosten“ excipit Ludovicum, a patre, Lothario I. imperatore, cum Drogone episcopo Metensi „magnoque Francorum exercitu“ missum, ut ageret, „ne deinceps decedente apostolico quisquam praeter sui (imperatoris) iussionem missorumque suorum praesentiam ordinetur antistes“. Vita Sergii p. 41 et 43, Prudentii Trecensis annales 844 ap. Pertz M. G. Scr. I. 440.
„	15. In basilica S. Petri	„Dominico die sequente“ Ludovicum, Lotharii I. imperatoris filium, „oleo sancto perungens, regali ac pretiosissima coronat corona, regemque Langobardis praeficit; cui regalem tribuens gladium, illum subcingere iubet“, Vita Sergii p. 44, 45. „Unctione in regem consecratum cingulo decoravit“, Prudentii Trecensis annales 844 l. I.
„	— In ecclesia S. Petri	(Synodus) „Deinde per dies singulos conflictum summi certaminis cum sanctissimo praesule Drogo, archiepiscopus Metensis commovet tam ipse, quam omnes archiepiscopi et episcopi, qui cum eo contra universalem et caput cunctarum ecclesiarum dei convenerant; sed ipsius almi pontificis neque prudentiam superare valent, et ab eo superati pudore et operi confusione discedunt“. — „In eadem ecclesia sedentes pariter tam beatissimus pontifex, quam magnus rex et omnes archiepiscopi atque episcopi fidelitatem Lothario imperatori promittunt“. — „Ebbo (quondam Remensis) et Bartholomaeus (Narbonensis) archiepiscopi, qui pro criminibus suis privati honore, ab ecclesia fuerant expulsi, a pontifice postulant, ut eos reconciliare ac pallium eis tribuere dignetur; quos praesul nec communionem inter clerum dignos esse suscipere dicit, sed inter communem populum communicandi licentiam tantummodo habeant“. Vita Sergii p. 45—48.
(„)	— Romae	Siconulfum, ducem Beneventanum, suscipit, Ludovico II. rege Romae morante. Vita Sergii p. 48.
(„)	—	(1964) Episcopis Transalpinis significat, se „cunctis provinciis trans Alpes constitutis Drogonem, archiepiscopum Metensem, gloriosi quondam Caroli imperatoris filium“, vicarium suum praefecisse, eique generalium synodorum congregandarum potestatem concessisse, ut „quidquid provinciali synodo (per metropolitam habita) fuerit definitum, ad eius absque dilatione notitiam perduceretur“. Addit: „si cui autem hanc s. sedem appellare opus fuerit, hunc commonemus, ut ad eius primum audientiam se submittat; — si vero, hac admonitione contempta, sola improbitate se criminibus exuendum existimaverit, noverit, a nostra mansuetudine nequaquam se temerariam absolutionem adepturum, nisi primum provinciali synodo et postmodum generali praedicti fratris nostri audientia eius fuerit actio ventilata“. Ad concordiam hortatur. Meurisse Hist. de Metz 190, Mansi XIV. 806. — „Optaveram equidem“.
		846.
—	—	(1965) *Carolo (Calvo) regi praecipit, „ut Guntboldum, Rotomagensem archiepiscopum, cum ceteris episcopis, quos praedictus Guntboldus ad hoc sibi elegerit, obviam missis suis Treviris ad“ discordiam inter Hincmarum et Ebonem Remenses „discutiendam dirigat, et Hincmarum ad ipsam synodum venire faciat“. V. Hincmari epist. ad Nicolaum I. Opp. II. 304, Mansi XV. 776.
—	—	(1966) *Guntboldo, archiepiscopo Rotomagensi, significat, se „post diem sanctae resurrectionis missos suos in servitium imperatoris“ (Lotharii I.) legaturum esse. Mandat, ut discordiae inter Hincmarum et Ebonem Remenses componendae causa Treviros cum episcopis conveniat. V. Hincmari Opp. II. 304, Mansi XV. 777.
—	—	(1967) *Hincmarum, archiepiscopum Remensem, adesse in synodo Trevirensi iubet. V. Hincmari Opp. II. 304, Mansi XV. 777.
		844 — 846.
—	—	(1968) Andreae, patriarchae Foroiviensis (Aquileiensi), quem cum Venerio, patriarcha

		844—846.
		Gradensi, litem eorum compositurus, ad diem b. Martini (11 m. Novembr.) Romam evocaverat, scribit, „in posterum hoc animo suo venisse consilium, ut sive (sine) auctoritate sive (sine) consensu karissimi filii sui D. Imperatoris hoc non debuisset peragere“; petiissequae se ab imperatore, ut sibi, „cum pene omnes ecclesiae scandala paterentur“, generalis synodi convocandae licentiam concederet. Promittit, responso accepto, se ad eorum utrumque litteras missurum. Ughelli It. sacr. V. 38. — „Pro universis“.
		847.
Ian. 27.	Romae	Moritur „6 Kal. Febr.“, Prudentii Trecensis annales 847 ap. Pertz M. G. Scr. I. 443.
LEO IV. 847—855.		
		† Leonis IV. tabulae scriptae sunt per manum Benedicti notarii et scriniarii S. R. E. (1975) Stephani scriniarii sedis nostrae (1976) Theodori notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (1979, 1990). Datae p. m. Tiberii primicerii s. sed. apostolicae (1976, 1979) Theophilacti secundicerii s. sed. apostolicae (1990).
		847.
Ian. —	—	Eligitur, Sergio nondum „ad sepulturam debitam deportato“. Vita Leonis in Vignolii lib. pont. III. 68. Cf. Prudentii Trecensis annal. 847 ap. Pertz M. G. Scr. I. 443.
„ —	Ex ecclesia	(Quatuor coronatorum) educitur. Vita Leonis l. l.
„ —	In patriarchium	(Lateranense) perducitur. Vita Leonis l. l.
Apr. 10.	Romae	Consecratur. Vita Leonis p. 70: „Romani de novi electione pontificis congaudentes, coeperunt non mediocriter contristari, eo quod sine imperiali non audebant auctoritate futurum consecrare pontificem, periculumque Romanae urbis maxime metuebant, ne iterum, ut olim, aliis ab hostibus fuisset obsessa; hoc timore perterriti, eum sine permissu principis praesulem consecraverunt, fidem quoque illius (i. e. imperatoris) sive honorem post deum per omnia et in omnibus conservantes“. Consecrationem dominico die paschali 10 Apr. factam esse, colligitur ex Vita Sergii II. p. 64, ubi post hunc vacasse ecclesia dicitur menses 2 d. 15; sed cf. Solerium in Act. SS. Jul. T. IV. 305.
Aug. 15.	„	„Primo pontificatus sui anno, die, in quo — Mariae assumptio celebratur —“. Vita Leonis p. 77, 78.
— —	—	(1969) *Hincmarum, archiepiscopum Remensem, donat „usu pallii et privilegio sedis apostolicae“. V. Conc. Suessionensis III. acta ap. Mansi XV. 719.
		848.
— —	—	(1970) *Lothario I. imperatori significat, in optatis sibi esse, „quatenus per eius adiutorium atque consilium civitatem illam, quam praedecessor suus Leo papa III. erga ecclesiam S. Petri apostoli aedificare coeperat et cuius multis iam in locis fundamenta posuerat, ad effectum possit perducere“. Vita Leonis p. 110. (Grato responso „nec modicis argenti libris“ ab imperatore missis, „secundo praesulatus (Leonis) anno praefata civitas aedificandi sumpsit exordium“. Vita Leonis p. 111, 112.)
		848?
— —	—	(1971) Exercitum Francorum ad viriliter pugnandum „contra inimicos sanctae fidei

		848?	et adversarios omnium regionum“ adhortatur. (Fragmenta) Ivonis decr. X. c. 87, Gratiani decr. C. XXIII. qu. 8. c. 9, C. XXIII. qu. 5. c. 46, ubi Nicolao fragmentum ascribitur, Mansi XIV. 888. — „Omni timore“ „Omnium vestrum“.
		847—849.	
—	—	(1972)	Lothario Augusto se excusat, quod Alteo, episcopo Augustodunensi, pallium contra patrum statuta tribuere religioni duxerit. (Fragmentum.) Ivonis decr. IV. c. 210, Mansi XIV. 886. — „Mandastis, ut“.
—	—	(1973)	Lothario Augusto scribit haec: „De illis tribus iam publice condemnatis et reprobis viris, Georgio, Adriano et Petro, ut vestra nobis mandavit sublimitas, quod adhuc ad aliud confiteri iudicium debebant, omnino mirati sumus, quibus iam, missis vestris praesentibus iuxta legem Romanam sententia praefixa ac promulgata est; et nisi tunc paschalis adesset festivitas, qua mortis, prohibente lege, sententiam dare licitum non est, vivere eos illorum malitia neque iniqua praesumptio non sineret. Pro hac itaque ratione solummodo usque ad tempus suspensa est sententia utrorumque“. (Fragmentum.) Ivonis decr. X. c. 88. — „De illis tribus“.
—	—	(1974)	Ludovicum regem iam iterum rogat, ne Petrum et Adrianum ad se mittat; quos si miserit, sese in vitae periculum adductum iri. (Fragmentum.) Ivonis decr. X. c. 73, Mansi XIV. 887. — „Petrum et“.
		849.	
—	In palatio Lateranensi		Colloquitur cum Caesario, Sergii magistri militum filio, duce copiarum, a Neapolitanis, Amalphitanis, et Caietanis contra Saracenos missarum, „duodecima indictione vigente“. Vita Leonis p. 98.
—	Ostiae		Neapolitanorum exercitum confirmat, deoque commendat in ecclesia b. Aureae. Vita Leonis p. 99.
—	Romam		Revertitur. Vita Leonis p. 100.
		850. (Ind. 13.—1. Sept.—14.)	
Mart. 15.	Romae		(Ad altare S. Gregorii) Athanasium episcopum Neapolitanum consecrat „idus Martii“. V. Vitam S. Athanasii c. 2 in Act. SS. Iul. T. IV. 80 et ap. Muratori R. It. Scr. II. n. 1057. (Annus potest in controversiam vocari).
Apr. 6?	„		Ludovicum, Lotharii imperatoris filium, „honorifice suscipit et in imperatorem ungit“, Prudentii Trecensis anal. 850 ap. Pertz M. G. Scr. I. 445. Hanc unctionem die 6 m. Aprilis factam esse, verisimillimum est; v. Lupi Cod. dipl. Berg. I. 733—760.
(„)	Romae in ecclesia b. Petri		Concilium, praesente Ludovico II. imperatore. Petro, episcopo Aretino, cum Cantio, episcopo Senensi, „de ecclesiis seu baptisteriis et monasteriis, quae infra comitatum Senensem sunt“, litiganti, spatium dierum 12 ad afferendas tabulas conceditur.
(„)	„		In eodem concilio; duodecim post diebus, his datur secundum Cantium, episcopum Senensem. (Docet Mansi XV. 27, hoc concilium ante m. Aprilem a. 853 celebratum esse. Quod igitur, quum Ludovicum II. imperatorem inter coronationem et m. Aprilem a. 853 medio tempore Romae fuisse, memoriae non sit traditum, huc revocare non dubitavi). Acta ap. Muratori Ant. It. VI. 389, Mansi XV. 29, Pecci St. die Siena 74.
Mai. 22.	—	(1975)	Monasterii Salvatoris Fuldensis privilegia ac possessiones confirmat, petente Hattone abbate. Dronke Cod. dipl. Fuld. 249. — „Quoniam concedenda sunt“.
Sept. —	—	(1976)	Ecclesiae cuiusdam privilegia confirmat. (Fragmentum. Clausula est valde vitiosa: „scrivendum praecipimus Stephanus, scriniario sedis nostrae in mense Septembrio die quinta, Indictione quartadecima; Datum pridias Kalendas Septembrias per manum Tiberii primicerii S. sedis apostolicae Imp. domino nostro piissimo perpetuo Augusto Hlotharico a deo coronato magno imperatore anno tricesimo tertio et post consulatum eius anno tricesimo tertio sed et Hludovico nobo Imp. eius filio anno . . .“) Marini I papiri 14.
Dec. 16.	(Romae)		Concilium episcoporum 75, in quo Anastasius, presbyter cardinalis tit. b. Marcelli, qui in alienis parocciis iam biennium degens, per missos litterasque ad duo concilia frustra vocatus erat, communionem, donec redeat, privatur. (Fragmentum.) Hincmari Annal. 868 ap. Pertz M. G. Scr. I. 477, Mansi XIV. 1026.

—	—	—	c. 850. (1977) Episcopis Britannicae gentis percontantibus: simoniae noxii „utrum possint in ordine poenitentiam agere, aut tantummodo extra ordinem et sacerdotalem (fieri) gradum“, respondet, se illis „nulla poenitentia posse subvenire“. Addit vero haec: nullam damnationem episcoporum esse unquam censemus, nisi aut ante legitimum numerum episcoporum, qui fit per 12 episcopos, aut certe probata sententia per 72 idoneos testes; et si fuerit episcopus, qui suam causam in praesentia Rom. sedis episcopi petierit audiri, nullus super illum finitivam praesumat dare sententiam“. Dein docet: 1) „ecclesiasticum ordinem episcopis et clericis ordinatis pertinere“; 2) „regendam esse unamquamque parochiam sub provisione ac tuitione episcopi per sacerdotes vel ceteros clericos“; 3) „eulogias ad sacra concilia deferre“, arbitrio uniuscuiusque presbyteri permissum esse; 4) „sortes nihil aliud esse, quam — divinationes et maleficia“; 5) de matrimoniis illicitis; 6) „de libellis et commentariis aliorum“ inquit „non convenit aliquem iudicare, et sanctorum conciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas, id est: quae habentur apud nos simul cum illis in canone, id est: Apostolorum Nicaenorum, Ancyranorum, Neocaesariensium, Gangrensiarum, Antiochensium, Carthaginensium, Africanensium, et cum illis regulae praesulum Romanorum: Silvestri, Siricii, Innocentii, Zosimi, Caelestini, Leonis, Gelasii, Hilarii, Symmachi, Simplicii; isti omnino sunt, per quos iudicant episcopi, et per quos episcopi simul et clerici iudicantur“. Mansi XIV. 882. — „Quanto studio“.
—	—	—	(1978) Nomenoium, ducem Britanniae, ne diutius Gislardum, ecclesiae Namneticae invasorem, defendat, hortatur. Actardum episcopum tuetur. (Fragmenta.) Gratiani decr. C. VII. qu. 1. c. 10, Mansi XIV. 886, Nicolai I. epist. ap. Mansi XV. 394, 395, Cf. Lupi Ferrariensis Opp. p. 127. — „Non furem“.
			851.
Mai.	23.	Romae	V. tabulam ap. Hansizium Germ. Sacr. II. 929.
			852. (<i>Ind. 15.—1. Sept.—1, imp. Lothario a. 35, et pacis (post cons.) eius a. 35, Ludovico a. 2.</i>)
Apr.	1.	—	(1979) Victori, patriarchae Gradensi, pallium tribuit. (Fragmentum.) Ughelli It. sac. V. 1106.
Iun.	27.	Civitatem Leoninam	Dedicat „die septimo et vicesimo mensis Iunii, pridie ante beatissimorum apostolorum Petri et Pauli vigiliis, in sexto consecrationis suae anno“. Vita Leonis p. 115, 116.
			852?.
—	—	—	(1980) * Corsis, propter „timorem Sarracenorum“ ex insula digressis, Portum civitatem ad habitandam concedit, et „pontificale eis (ob serenissimorum Lotharii et Ludovici imperatorum suamque simul mercedem, perpetuamque memoriam) praecipuum emittit, hoc scilicet tenere et placito anteposito, ut tandiu firmum maneat ac stabile, quousque s. sedis praesulibus populoque Romano in cunctis obedientibus ac fideles existant; et si omnem praecipuum seriem irrefragabiliter non custodiant, sancit in eodem, ut vacuum et inane consistat; loca vero, quae eis data sunt et a missis pontificalibus consignata tam ex proprio iure ecclesiastico, quamque venerabilium monasteriorum, immo et singulorum hominum, qui finitimi existebant, in pontificali privilegio specialiter adscripta leguntur“. Vita Leonis p. 120.
—	—	—	(1981) Ludovico II. Augusto scribit haec: „Cum saepe adversa a Saracenorum partibus perveniant nuncia, quidam in Romanum Portum clam furtiveque venturos esse dicebant; pro quo nostrum (exercitum?) congregari praecipimus, Portum maritimumque ad littus descendere decrevimus et egressi sumus Roma“. (Fragmentum.) Ivonis decr. X. c. 83, Gratiani decr. C. XXIII. qu. 8. c. 7, Mansi XIV. 888. — „Igitur cum saepe“.
—	—	—	(1982) Ludovico II. imperatori scribit, se suos opprimi nunquam passurum esse. (Fragmentum.) Ivonis decr. X. c. 84, Gratiani decr. C. XXIII. qu. 8. c. 8, Mansi XIV. 888. — „Scire vos“.
—	—	—	(1983) Ioanni, archiepiscopo (Ravennati), haec aperit; „Nunquam permittimus nostros a vobis lacerari aut opprimi homines atque subiectos; sed si huius nostrae mo-

		852?	nitio[n]is dicta neglexeritis, praesentialiter eos vindicabimus et omnia vestra(e) eripere curabimus furibunda(e) crudelique audacia(e)". (Fragmentum.) Ivonis decr. X. c. 85, Mansi XIV. 888. — „Pro certo scitote“.
		850—852.	
—	—		(1984) Lotharium et Ludovicum imperatores Colono diacono ecclesiam Reatinam rogat, „ut“ inquit „vestra licentia accepta, ibidem consecrare valeamus episcopum; sin autem in praedicta ecclesia nolueritis ut praeficiatur episcopus, Tusculanam ecclesiam illi vestra serenitas dignetur concedere“. Gratiani decr. I. D. 63. c. 16. — „Reatina ecclesia“.
—	—		(1985) Ritae comitissae significat, mandato ab imperatore et imperatrice per litteras accepto, se Reatinae ecclesiae Colonom episcopum praefecisse. Gratiani decr. I. D. 63. c. 17. — „Nobis dominus“.
		853.	
—	Ravennam		Cum Ludovico II. imperatore convenit ante Anastasium anathematizatum. V. concilii, die 8 m. Dec. habiti, acta ap. Mansi XIV. 1017.
Mai.	29. Ravennae		(In ecclesia b. Vitalis) Anastasium, presbyterum cardinalem tit. b. Marcelli, nondum reversum, anathematizat „mense Maio die 29 indict. I.“ V. Leonis epist. in Hincmari annalib. 868 ap. Pertz M. G. Scr. I. 478, Mansi XIV. 1027.
Iun.	19. Romae in ecclesia b. Petri		Concilium, in quo Anastasius, presbyter cardinalis tit. b. Marcelli iterum anathematizatur, et „omnibus, qui ei in electione aut pontificatus honore adiutorium praestare vel solatium quodcumque voluerint“, anathema proponitur „mense Iunio die 19 indictione superius annotata“ (i. e. prima). V. Leonis epist. ap. Pertz M. G. Scr. I. 478, Mansi XIV. 1027.
(„)	—		(1986) Omnibus episcopis, presbyteris, diaconibus, subdiaconibus et universis clericis cunctoque populo Christiano significat, Anastasium, presbyterum cardinalem tit. b. Marcelli, primum (d. 16 Dec. 850) excommunicatum, deinde et Ravennae die 29 m. Maii et Romae die 19 m. Iunii anathematizatum esse. Hincmari Annales 868 ap. Pertz M. G. Scr. I. 478, Mansi XIV. 1027. — „Quod bene ac pleniter“.
Iun.	Aug.		(1987) Anastasium, presbyterum (cardinalem tit. b. Marcelli), ad concilium, die 15 m. Novembris indictionis „futurae secundae“ i. e. anni 853 conventurum, evocat per Nicolaum et Petroniacium Ioannemque episcopos. Mansi XIV. 1018. — „Cum spiritualibus te“.
Dec.	8. In ecclesia b. Petri in civitate nova Leoniana		Concilium episcoporum 67, in quo decreta concilii, ab Eugenio II. die 15 m. Nov. a. 826 habiti, confirmantur atque augentur. Anastasius, presbyter tit. b. Marcelli „a sacerdotali ministerio modis omnibus removetur, ita ut locum restitutionis nequaquam inveniat“. (Subscripsit etiam Hlotarius imperator.) Mansi XIV. 1009. Cf. Vitam Leonis p. 127 sq. Hincmari Ann. 868 p. 478.
—	—		(1988) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, scribit, de confirmanda synodo Suessionensi ideo se haesitare, quod necdum acta sibi reddita sint, neque legati sedis apostolicae synodo interfuerint, neque „imperialis epistola“ allata sit, „quae hoc, quod expetendum Hincmarus miserit, specialiter indicare potuisset“, quod denique ii, quibus synodus dignitates abrogasset, sedem apostolicam appellaverint. V. Hincmari ep. ad Nicolaum I. ap. Mansi XIV. 886, et Nicolai I. epistolam ibid. XV. 740.
—	—		(1989) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, praecipit, ut convocato concilio, clericorum in synodo Suessionensi deiectionum causam praesente Petro, episcopo Spoletino, retractet; atque si apostolicam sedem appellaverint, Romam cum iis aut ipse veniat, aut legatum mittat. De hac epistola, quam Hincmarus (Opp. II. 307) redditam sibi esse negat, v. Nicolai I. ep. ap. Mansi XV. 740. 747.
—	Romae		Aelfredum, Aethelwulfi Westsaxonum regis filium „ordinans ungit in regem et in filium adoptionis sibimet accipiens confirmat“. Asserius de reb. gest. Aelfredi ap. Petri et Sharpe Mon. hist. Brit. I. 470.
		854.	(Ind. 2.—1. Sept.—3, imp. Lothario a. 37, post cons. eius a. 37.)
Aug.	10.		(1990) Monasterii S. Martini (Romani) possessiones ea lege confirmat, ut „singulis quibusque indictionibus pensionis nomine rationibus supra rum locorum ecclesiasticis tres auri difficultate in perpetuum persolvantur“. (Valde mutilata et lacunosa). Bull. Vatic. I. 15. Marini I papiri 14.
—	—		(1991) *Ignatio, patriarchae Constantinopolitano, mandat, ut per legatum sibi signi-

854. (*Ind. 2.—1. Sept.—3, imp. Lothario a. 37, post cons. eius a. 37.*)

fict, qua de causa Gregorium Asbestam et Eulampium et Petrum eorumque socios anathematizaverit. V. Styliani ad Stephanum V. litteras ap. Mansi XVI. 427.

847—855.

- — In monasterio Sublacensi
- (1992) * „Dedicat in specu altare unum in honorem S. Benedicti et S. Scholasticae et alterum in honorem S. Silvestri papae et offert Gabatam (al. Gabaram) unam de argento et duas Cortinas de fundato, quas fresatas dicunt, et ibidem omnia ampliata privilegio confirmat“. Chron. Sublac. ap. Muratori Ant. It. IV. 1039, et R. It. Scr. XXIV. 930.
- — — (1993) Lotharium Augustum hortatur de castigandis iis, qui „antique legis dogmatibus“ adversentur, et flagitat, „ut sicut hactenus Romana lex viguerit, ita nunc suum robur propriumque vigorem obtineat“. (Fragmenta). Ivonis decr. IV. c. 181, Gratiani decr. I. D. 10. c. 13. — „Habetis de hoc“ „Vestram flagitamus“.
- — — (1994) Lotharii Augusti et eius „pontificum (leg. imperatorum) praedecessorum“ praecepta se omni tempore servaturum, affirmat. (Fragmentum). Ivonis decr. IV. c. 176, Gratiani decr. I. D. 10. c. 9. — „De capitulis vel“.
- — — (1995) Carolo (Calvo) regi haec scribit: „Si fortassis (quod non credimus) apud vos inutiles iudicamur, ecclesia tamen, cui praesidemus, non inutilis, sed caput principiumque omnium merito simul ab omnibus vocatur“. (Fragmentum.) Ivonis decr. V. c. 11, Gratiani decr. C. XVI. qu. 6. c. 6. — „Si fortassis“.
- — — (1996) Carolo (Calvo) regi ita scribit: „Contra sanctorum patrum censuras videtur existere, si saecularis vel laicus presbyteros ab ecclesiis, in quibus tempore ordinationis eorum nominati vel introducti fuerint, videtur (al. nitetur) expellere“. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XVI. qu. 7. c. 29; (Ivonis decr. III. c. 102.) — „Contra sanctorum“.
- — — (1997) Vidoni comiti haec scribit: „Valde indignum est, futuris gentibus etiam contrarium, tam gloriosam legem, quam multi retro custodierunt imperatores, nunc suam vim perdere ac iniuste damnari“. (Fragmentum.) Ivonis decr. IV. c. 182, Mansi XIV. 887. — „Valde indignum“.
- — — (1998) Colorado archiepiscopo et Bertuso scribit, servandum esse, „quod patres in sanctis canonibus sive in mundanis legibus affixerint“. (Fragmentum.) Ivonis decr. IV. c. 186, (Gratiani decr. C. XXV. qu. 1. c. 16.), Mansi XIV. 887. — „Ideo permittente“.
- — — (1999) Prudentio, episcopo Trecensi, mandat, monasterium, ab Adremaro monacho conditum, ita consecret, „ut semper ac perpetualiter sub iure ac potestate S. Rom. ecclesiae — consistat atque permaneat“. Mabillon Ann. O. Ben. II. 675, Mansi XIV. 881. — „Cognoscat prudentia“.
- — — (2000) Ebrunio et Adelfredo episcopis mandat, absolvant presbyterum ideo excommunicatum, quod eius parentes invito ipso alium presbyterum oculis privassent. Gratiani decr. C. I. qu. 4. c. 5. — „Quia praesulatus“.
- — — (2001) Iudici Sardiniae respondet, quae contra „synodicas paginas“ petierit, ea facere se non audere. (Fragmentum.) Ivonis decr. IV. c. 196, Mansi XIV. 887. — „Nec mos“.
- — — (2002) Iudicem Sardiniae obsecrat, mittat „armatos sive pueros, sive adultos ac iuvenes cum armis, qui sibi quotidiana iussa possint explere“. (Fragmentum.) Ivonis decr. X. c. 86, Mansi XIV. 888. — „Celsitudinem vestram“.
- — — (2003) Decernit haec: „Qui plures ecclesias retinet, unam quidem titulatum, aliam vero sub commendatione retinere debet“. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XXI. qu. 1. c. 3. — „Qui plures“.
- — — (2004) Statuit haec „de esu carniū: ut a coenae termino, quae fit in principio noctis quartae feriae, quae lucescit in quarta feria, usque in diluculum quintae feriae, et similiter a coena noctis sextae feriae, quae lucescit in sexta feria, ieiunatio usque ad sabbati lucem protendatur“. Gratiani decr. III. D. 3. c. 11. — „De esu carniū“.

850—855.

(2005) Ludovico II. Augusto haec scribit: „Nos, si incompetenter aliquid egimus, et in subditis iustae legis tramitem non conservavimus, vestro ac missorum vestrorum cuncta volumus emendare iudicio; — inde — imploramus, ut tales ad haec, quae diximus, perquirenda missos in his partibus dirigatis, qui deum per omnia

850—855.

timeant et cuncta, quemadmodum si vestra praesens fuisset imperialis gloria, diligenter exquirant; et non tantum haec sola, quae superius diximus, quaerimus, exagitent, sed sive minora, sive maiora illis sint de nobis iudicata negotia, ita ut examussim eorum cuncta legitimo terminentur examine, quatenus in posterum nihil sit, quod ex eis indiscussum vel indiffinitum remaneat“. (Fragmentum). Gratiani decr. C. II. qu. 7. c. 41, Ivonis decr. V. c. 22. — „Nos si incompetenter“.

(2006) Lothario et Ludovico imperatoribus scribit haec: „Inter nos et vos pacti serie statutum est et confirmatum, quod electio et consecratio futuri Romani pontificis non nisi iuste et canonicè fieri debeat“. (Fragmentum.) Ivonis decr. V. c. 14, Gratiani decr. I. D. 63. c. 31. — „Inter nos et“.

855.

Inn.—Iul	Super gradus	(maiores b. Petri) Ludovicum II imperatorem honorifice suscipit. Vita Leonis p. 141.
„ „	In domo,	(quam Leo III. papa iuxta ecclesiam b. Petri fecerat) cum Ludovico II. imperatore placitum habet, in quo Gratianus, magister militum et Romani palatii superista ac consiliarius, de consilio „Romanam terram Graecis tradendi“ accusatus, culpa liberatur. Vita Leonis p. 141.
Iul. 17.	—	Moritur „16 Kal. Augusti“, Vita Leonis p. 142. „Mense Augusto“, Prudentii Trecentensis annales 855 ap. Pertz M. G. Scr. I. 449.

BENEDICTUS III. 855—858.

† Bullae Benedicti III. scriptae sunt per manum:

Theodori notarii et scriniarii (notarii regionarii) S. R. E. (2008, 2010)

Zachariae notarii et scriniarii S. R. E. (2011)

Soffronii notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (2014).

Datae per manus:

Theophilacti (Theotfolcti) secundicerii s. sed. apostolicae (2008, 2011, 2014)

Megisti episcopi et bibliothecarii s. apostolicae sedis (2010).

855. (*Ind. 3.—1. Sept.—4, imp. Lothario a. 39, p. c. eius 39, Ludovico a. 7.*)

Iul.	—	Eligitur. Vita Benedicti in Vignolii lib. pont. III. 144: „Leo quidem ubi hac luce subtractus praesul occubuit, mox omnis clerus“ cet.
„	—	(S. Calisti) educitur. Vita Benedicti p. 145.
„	—	(Lateranense) perducitur. Vita Benedicti l. l.
Aug. Spt.	Romae	A cleri procerumque Romanorum legatis ab imperatore reversis de adventu missorum imperialium certior fit, litterasque Ludovici II. imperatoris accipit. Vita Benedicti p. 147—148.
„	„	(2007) *Cognita Anastasii antipapae electione, Gregorium et Maionem episcopos „cum aliquibus litteris“ ad Ludovici II. imperatoris legatos mittit. Vita Benedicti p. 150.
Sept.	—	Ludovici II. imperatoris legatis obviam mittit Hadrianum secundicerium. Vita Benedicti p. 150.
„	21. In palatio Lateranensi	Iussu Anastasii antipapae, solio deicitur, vestibisque pontificalibus privatus et iniuriis verberibusque affectus, custodiae mandatur; „septimae tum feriae cursus peragebatur“. Vita Benedicti p. 152, 153.
„	24. Ex basilica	Ubi erat in carcere, educitur „tertia feria“. Vita Benedicti p. 154, 155.
„	24. In basilica	(Salvatoris). Vita Benedicti p. 155.
„	24. „	(S. Mariae ad praesepe) „ieiuniis et orationibus tribus diebus noctibusque vacat“. Vita Benedicti p. 155.
„	27-28. in patriarchio	(Lateranensi). Vita Benedicti p. 156.
„	29. In basilica b. Petri	Consecratur, praesentibus legatis imperatoris „dominico die“, quum sedes vacasset m. 2 d. 15 (imo 13). Vita Benedicti p. 157, vita Leonis IV. p. 142.
„	29. In patriarchium	(Lateranense) revertitur. Vita Benedicti l. l.
—	—	Synodus, in qua Benedictus Anastasium, a Leone IV. excommunicatum et anathe-

855. (*Ind. 3.—1.sept.—4, imp. Lothario a. 39, p. c. eius 39, Ludovico a. 7.*)
matizatum, „sacerdotalibus exspoliatis vestimentis inter laicos in communi-
one recipit“. Narrat haec Adrianus II. in Hinemari Annal. 868 ap. Pertz M. G. Scr.
I. 479, Mansi XIV. 1028; cf. Mansi XV. 123.
- Oct. 7. — (2008) Monasterii SS. Petri et Pauli ac Stephani Corbeiensis (in dioec. Ambianensi)
possessiones et privilegia litteris verbosis, quaeque legantur dignis, confirmat.
Marini I papiri 17, Mabillon de re dipl. 438, Cocqu. I. 185. (D'Achery Spic. III.
343.) — „Cum Romanae sedis“.
- (2009) Petente Hincmaro, archiepiscopo Remensi, acta synodi Suessionensis II. ap-
probat, hac addita conditione: „si ita est, nostro ut scriptis praesulatu intimasti
et gestorum serie demonstrasti“. Hincmari prinatum confirmat, sancitque, „ne
quilibet dioeceseos Remensis eo contempto impune audeat, seu valeat aliena ex-
petere aut expectare iudicia, salvo in omnibus iure apostolicae sedis“. (Cf. Ni-
colai I. ep. ap. Mansi XV. 740.) Baronii Annal. 853 n. XV., Mansi XV. 110,
Cocqu. I. 184. — „Probabilium sacrorumque“.
857. (*Ind. 5.—1.sept.—6, imp. Ludovico a. 8—9.*)
- Mai. 11. — (2010) Monasterii S. Dionysii possessiones „apud Anglos Saxones in terra Britan-
niae“ confirmat. (Notae chronologicae sunt corruptae.) Doublet Hist. de St. Denys
453, Mansi XV. 120, Cocqu. I. 188. — „Questi estis“.
- Oct. 23. — (2011) Monasterii Salvatoris Fuldensis privilegia confirmat, postulante Theotone ab-
bate. Dronke Cod. dipl. Fuld. 258, (Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 134.)
— „Quoniam semper sunt“.
- — (2012) Litteris ad archiepiscopos cunctosque episcopos, in Caroli regis (Provinciae)
regno morantes, Romam intra dies 30 venire sub excommunicationis poena iubet
Hubertum clericum, „quondam Busonis filium“, qui praeter varia, quae commi-
serit, crimina, S. Mauritii quoque et Luxoviense b. Petri monasteria invaserit,
„pacemque“, inquit „quam inter Hludovicum munivimus, Caesarem semper Au-
gustum, suosque gloriosos germanos, sua miserima cupiditate ad multorum Chri-
stianorum necem atque periculum scindere, ut audivimus, non dubitavit“. Baro-
nii Annal. 856 n. XXIV., Mansi XV. 111. — „Bonorum semper“.
- 855—858.
- — (2013) *Episcopos Britanniae „non ab episcopis, sed a laicis deiectos esse“, inquit.
„Nullam rationem sinere“, ait „episcopos a sedibus suis pelli, quos duodenarius
numerus non eiecit“. V. Nicolai I. ep. ap. Mansi XV. 395.
858. (*Ind. 6, imp. Ludovico a. 9 et p. c. eius a. 9.*)
- Mart. 30. — (2014) Vitali, patriarchae Gradensi, pallii usum concedit. (Fragmentum.) Ughelli It.
sacr. V. 1106.
- — (2015) *, „Imperatorem et regem ac principes“ itemque „episcopos et cunctos fideles“
hortatur de revocanda „Ingeltrude, uxore Bosonis comitis“, quae „ad Gallias, re-
lictio proprio viro, cum adultero adultera transmigraverit“. V. epp. Nicolai I. ap.
Mansi XV. 334 et 382.
- Apr. 7. — **Moritur, quum ecclesiae gubernacula a. 2 m. 6 d. 20 tenuisset.** Vita Benedicti p. 143.

ANASTASIUS antipapa. 855.

- 855.
- Aug. Spt. — Hortae Electus esse videtur. Nicolaus enim, episcopus Anagninus, et Mercurius, magister
militum, qui cleri procerumque Romanorum decretum de Benedicti III. electione
ad Ludovicum II. imperatorem perferentes, cum Arsenio, episcopo Eugubino, de
Anastasio (a Leone IV. excommunicato et anathematizato) ecclesiae praeficiendo
convenerant, ex Francia reduces, „cum aliis quibusdam Roma egressi nobilium,
id est Gregorio Christophoroque magistris militum“, et imperatoris missi Hortae
„Anastasio se coniunxerunt“. Vita Benedicti III. in Vignolii lib. pont. III.
146—149.

		855.
Sept.	—	Juxta basilicam b. Leucii Radualdus Portuensis et Agatho Tudertinus episcopi „anathematizato se iungunt“; legatique Benedicti III. „custodibus traduntur“. Vita Benedicti III. p. 149 et 150.
„	—	Per Neronis (campum) equitat. Vita Benedicti p. 151.
„	—	Leonianam (urbem) cum imperatoris legatis ingreditur. Vita Benedicti p. 151.
„	—	In basilica b. Petri „Imagines confringit ignique concremat et synodum, quam supra sanctuarii ianuas b. m. Leo IV. pingi iusserat, destruit“. Vita Benedicti p. 151, cf. Hincmari annales 868 ap. Pertz M. G. Scr. I. 479.
„	—	Romam ingreditur. Vita Benedicti p. 152.
„	21.	Lateranensi palatio Potitus, „solio residet“ et Romano, episcopo Balneoregiensi, praecipit, „ut Benedictum III. pontificali eiciat solio; qui etiam vestimenta pontificalia, ut barbarus, tulit et exspoliavit, multisque eum iniuriis verberibusque replevit“. Vita Benedicti p. 152 cf. supra Regesta Benedicti III.
„	24.	De patriarchio Eicitur „tertia feria“, Vita Benedicti p. 154.
—	—	In synodo Benedicti III. „sacerdotalibus exspoliatus vestimentis inter laicos in comunione recipitur“. V. supra Regesta Benedicti III.

NICOLAUS I. 858—867.

†Bullae huius pontificis sunt

scriptae p. m. Petri	notarii regionarii et scriniarii S. R. E.	(2017, 2047, 2102)
Sopronii	„ „ „ „	(2020, 2049, 2050, 2139)
Leonis	„ „ „ „	(2048, 2086)
Zachariae	„ „ „ „	(2051, 2085, 2112)
datae p. m. Tiberii primicerii s. sedis apostolicae		(2017, 2047, 2048, 2049, 2050, 2051, 2085, 2086, 2139).

858.

Apr.	—	In basilica b. Dionysii Eligitur „praesentia magis ac favore Hludowici regis (imperatoris) et procerum eius, quam cleri electione“, Prudentii Trecensis annal. 858 ap. Pertz M. G. Scr. I. 452. Vita Nicolai in Vignolii lib. pontif. III. 173.
„	—	e s. Petri aula In quam confugerat, educitur. Vita Nicolai l. l.
„	—	In patriarchium (Lateranense) perducitur. Vita Nicolai l. l.
„	24.	In basilica b. Petri Consecratur, praesente Ludovico II. imperatore. In variis vitae Nicolai codicibus, quibus usus Vignolius est, licet verba: „VIII Kal. Maii“, ad quem diem ap. Labbé Conc. VIII. 252 et ap. Baronium revocatur Nicolai consecratio, nequaquam repellantur, tamen probandus dominicus hic dies est, propterea quod verisimillimum est, istum pontificem, quem die 12 Nov. 867 posuisse vitam constat, moderatum ecclesiam esse per annos 9 m. 6 d. 20; qui quidem numeri in Vitae cod. Vat. VII. leguntur, dum ceteri codd. praebent a. 9 m. 2 d. 20. Cf. Pagii crit. ad Baronii Annal. 867.
„	24.	In patriarchium Reducitur. Vita Nicolai p. 174.
„	26.	Romae Coenat una cum Ludovico imperatore „tertio consecrationis die“. Vita Nicolai l. l.
Apr. Mai.	—	In loco, qui (Quintus dicitur) cum Ludovico imperatore. Vita Nicolai l. l.
„	„	Romam Revertitur. Vita Nicolai p. 176.

858—859.

(2016) Weniloni, archiepiscopo Senonensi, et coepiscopis eius, de Herimanno, insano episcopo Nivernensi, sic respondet: „quem, si ita gravatur, magis convenerat sanctimonium vestrum sublevare, quam pondus eius ponderi superaddere, caritatemque in eo confirmare potius, quam ei pietatis viscera obserare“. Lupi Ferrariensis Opp. p. 511, Mansi XV. 397. — „Epistolam sanctitatis“.

859. (Ind. 7.—1. sept.—8, imp. Ludovico a. 10 et patricius (leg. post cons. eius) a. 10.)

Iun.	12.	— (2017) Monasterii Salvatoris Fuldensis privilegia confirmat, petente Theotone abbate.
------	-----	---

859. (*Ind. 7.—1. Sept.—8, imp. Ludovico a. 10 et patricius (leg. post cons. eius) a. 10.*)
Dronke Cod. dipl. Fuld. 259, (Schannat Hist. Fuld. Cod. Pr. p. 135.) — „Quoniam semper sunt“.
- — — (2018) *Ludovico (Germanico) regi respondet litteris Thiotoni, abbati Fuldensi, datis quem Ludovicus „apologetica intentione Romam miserat, ut de gestis praeteriti anni regem per omnia rationabiliter excusaret infamiae“. V. Ruodolfi Fuldenses annales 859 ap. Pertz M. G. Scr. I. 373.
- — — (2019) * (Epistolam ad Prudentium, episcopum Trecensem, dedisse videtur, qua) „Nicolaus, pontifex Romanus, de gratia dei et libero arbitrio, de veritate geminae praedestinationis et sanguine Christi, ut pro credentibus omnibus fusus sit, fideliter confirmat et catholice decernit“. Prudentii Trecensis annales 859 p. 453. Cf. Hincmari annales 861 p. 455: „Prudentius —, qui ante aliquot annos Getiscalco praedestinationiano restiterat“ cet.
860. (*Ind. 8.—1. Sept.—9.*)
- Mai. — — (2020) Adelovino, archiepiscopo Salzburgensi, pallium concedit. Kleinmayern Nachr. v. Iuvav. Anhang 92. — „Diebus vite“.
- Sept. 25. — — (2021) Michaellem, Graecorum imperatorem, concordiae ecclesiarum faventem laudat; sed quod concilium Constantinopoli iniussu sedis Romanae celebrari, Photiumque laicum Ignatio, patriarchae iniuste deiectione, suffici contra canones siverit, reprehendit. Ad quorum causam cognoscendam Rhadoaldum Portuensem et Zachariam Anagninum episcopos mittit. Imaginum cultum defendit. Archiepiscopum Thessalonicensem iubet more vetere haberi sedis Romanae vicarium „per Epirum veterem, Epirum novam atque Illyricum, Macedoniam, Thessaliam, Achaiam, Daciam ripensem, Daciamque mediterraneam, Moesiam, Dardaniam, Praevalim“. Repetit Calabritanum et Siculum ecclesiae Romanae patrimonium, iusque consecrandi archiepiscopi Syracusani. Mansi XV. 162 (cf. XVI. 59.) — „Principatum itaque“
- „ 25. — — (2022) Photium catholicam fidem per litteras professum, laudat; sed eum ex laico patriarcham Constantinopolitanum factum esse dolet. Differt confirmationem eius, donec a legatis suis de eius causa renunciatum sit. Mansi XV. 168 et XVI. 78. — „Omnis utilitas“.
- — — (2023) Archiepiscopis et episcopis, in regno Caroli (Calvi) regis constitutis, praecipit, ut, quae maritum Bosonem comitem deseruerit, Ingiltrudem, nisi revertatur, excommunicent. Mansi XV. 326. — „Canonica auctoritas“.
- — — (2024) Carolo (Calvo) regi mandat, nitatur, ne Lotharius rex Ingiltrudem, Bosonis uxorem, diutius manere in suo regno patiatur. De superioribus ad episcopos litteris significat. Mansi XV. 366. — „Vestram regiam“
- 861.
- — — (2025) *Ioannem, archiepiscopum Ravennatem, „litteris saepius“ hortatur, ne Ravennatibus „in rebus et iuris sui proprietatibus incommoda“ inferat. Vita Nicolai p. 183.
- Nov. 18. Romae Concilium episcoporum 70, qui sanciant, ne Ioannes, archiepiscopus Ravennas, et eius successores in episcopos per Aemiliam constitutos maiore fruantur iure, quam Liguria, Venetiae, Istriae metropolitae in suos suffraganeos. Muratori R. It. Scr. II. t. 204, Mansi XV. 598, Ughelli It. sacr. II. 347.
- 861?
- — — (2026) Humifrido, episcopo Morinensi, per Guldagarium presbyterum sciscitanti, „utrum, quum a Normannis de episcopo depellatur, debeat de cetero in monasterio conversari“, ita respondet: „si perniciosum est, proretam in tranquillitate navim deserere, quanto magis in fluctibus“. Gratiani decr. C. VII. qu. 1 c. 47, Mansi XV. 399. — „Sciscitaris itaque“.
- — — (2027) Episcopis Galliae significat, se tum archiepiscopum Trevirensis, tum eius praepositum aliosque a iuramentis in custodia praestitis absolvisse, quin etiam archiepiscopo „filiisque Treverensis ecclesiae illiusque defensoribus haec in mandatis dedisse, ut spirituali simul et materiali gladio tamdiu malignos illos eorumque fautores insequantur, quousque cum integritate possessiones revocentur“. (Epistola suspiciosa). Gratiani decr. C. XV. qu. 6 c. 2, Hontheim Hist. Trev. I. 197. — „Auctoritatem venerabilium“.

		861 — 862.
		(2028) *Ioanuem, archiepiscopum Ravennatem, „ter ad synodum suis litteris vocat“. Vita Nicolai p. 184.
Mart. 18.		862. (<i>Ind. 10.—1. sept.—11.</i>) (2029) Omnibus fidelibus (dilectissimis fratribus, qui catholicas Alexandrinorum, Antiochenorum vel Hierosolymorum gubernant ecclesias, seu cunctis orientalibus metropolitibus atque episcopis) scribit, Ignatium, venerabilem patriarcham Constantinopolitanum, iniussu suo praesentibus legatis suis, remotum esse, Photiumque substitutum, hominem scelestissimum. Hunc invasorem, illum patriarcham haberi iubet. Suarum ad Michaellem imperatorem et ecclesiam Constantinopolitanam litterarum exempla mittit. Mansi XV. 168. — „Quod igitur“.
„ 18.		(2030) Photio, viro prudentissimo, de ecclesiae Romanae primatu exponit. Negat eum, qui in Ignatii, patriarchae legitimi, locum substitutus sit, comparari cum Nectario, Tarasio, Ambrosio posse. Concilii Sardicensis ignorantium excusanti fidem abrogat. Quod pontificum Romanorum decretalibus se carere dicat, eum, si verum sit, negligentiae noxium esse, si mendacium, temeritatis. Addit de corrupta epistola sua, legatisque suis Constantinopoli indigne habitis. Mansi XV. 174, XVI. 68. — „Postquam b. Petro“.
„ 19.		(2031) Michaeli imperatori scribit, paucis diebus post reditum legatorum suorum acta synodi Constantinopolitanae per Leonem a secretis reddita sibi esse, quibus iniquam deiectionis sententiam in Ignatium prolatam cognoverit. Se vero, quum explorari causam, non diiudicari, iussisset, neque Ignatium remotum putare, nec Photium patriarcham constitutum, „quousque veritas, omni falsitatis fuce nudata, in praesentia sua eluceat“. De imaginibus quae constituta sint, ea probat. Superiores ad eum litteras vitiatas esse, queritur. Ad venerandam ecclesiam Romanam hortatur. (Pro ind. 9 legendum est: ind. 10.) Mansi XV. 170 et XVI. 64. — „Serenissimi imperii“.
	Romae	Concilium, in quo 1) Ioannes, archiepiscopus Ravennas, qui, haeresis accusatus a Nandeciso, episcopo Polensi, in concilio venire noluerit, excommunicatur; 2) Christum docent credendum esse „passionem crucis tantummodo secundum carnem sustinuisse“; 3) qui „Christum passionem crucis secundum deitatem sustinuisse“ dicant, anathematizantur; 4) itemque qui asseverent, baptismate, „originale non ablui delictum“; 5) Statuta concilii Leonis IV. confirmantur; 6) qui „sacerdotibus, seu primatibus, nobilibus, seu cuncto clero Romanae ecclesiae electionem Romani pontificis contradicere praesumpserit, sicut in concilio beatissimi Stephani papae statutum est“, anathematizatur; 7) itidem qui „episcopum percutere, verberare aut cadere praesumpserit“. (Duo, quae num. 2 et 3 signavi, capita, ex Nicolai epist. ap. Mansi XV. 182 petita, ad quoddam anni 862 concilium recte revocat Mansi XV. 611; sed universa septem decreta, in quorum numero eadem illa sunt duo capita, et a Muratorio, qui ea primus edidit, et a Mansio concilio m. Oct. a. 863 male adiunguntur). Muratori R. It. Scr. II. II. 127, Mansi XV. 658.
		(2032) Adoni, archiepiscopo Viennensi, pallium petenti satisfieri posse negat, priusquam de quinta et sexta synodis quid sentiat, quemadmodum de synodis quatuor fecerit, sibi significet. Decreta concilii mense Martio Romae celebrati mittit. Bosco Flor. Bibl. laevum xyston 53, Mansi XV. 469. — „Sanctioni et institutioni“.
	Romae	Ludovici II. imperatoris legatos, qui cum Ioanne, archiepiscopo Ravennate, Romam venerant, „quia excommunicato communicaverint, benigne redarguit, et eidem archiepiscopo mittit, ut in calend. Novemb. ad synodum occurrat, plenamque satisfactionem ostendat“. Vita Nicolai p. 185.
	Ravennam	Proficiscitur, Aemiliensium et Ravennae urbis senatorum rogatu. Vita Nicolai p. 185.
	Ravennae	(2033) *, „Omnibus Ravennensibus, Aemiliensibus et Pentapolitanis res, quas, Ioanne archiepiscopo (Ravennate) et Gregorio fratre eius rapientibus, amiserant, restituit, et praeceptionis decreto, quae retradidit, confirmat“. Vita Nicolai p. 185 et 186.
c. Nov. 1.	Romae in domo Leoniana	Synodus, in quo Ioannes, archiepiscopus Ravennas, „iurat, se omnibus diebus vitae suae observando integritate tenere atque perficere, sicut in ipsis suae responsionis continebatur atque legebatur scripturis (iuxta consuetudinem antecessorum suorum compositis), quas etiam summo praesuli tradit“. Vita Nicolai p. 187, 188.

Nov.	—	In basilica Salvatoris Constantianiana	862. (<i>Ind. 10.—1. Sept.—11.</i>) Synodi „die altero“ Ioannes, archiepiscopus Ravennas, „de crimine haereseos se expurgat; quem communioni ipse papa restituit et ut sacrarum missarum solemniam celebret, licentiam ei indulget“. Vita Nicolai p. 188.
„	—	In domo Leoniana	Synodi „sequenti die“ statuunt, ut Ioannes, archiepiscopus Ravennas, 1) „ad sedem apostolicam semel in singulis properare studeat annis“; 2) „episcopos per Aemiliam non consecrat, nisi post electionem ducis cleri et populi, atque per epistolam apostolicam sedis praesulis accepta eos consecrandi licentia“; 3) „episcopos, quotiescumque ad apostolicam sedem accedere voluerint, nequaquam prohibeat“; 4) „nullam dationem, quam sacri canones non praecipiant, ab eis aliquando exigat“; 5) „episcopos illam malam consuetudinem, quae tricesimalis dicitur, nullo modo Ravennati exhibere aut exercere compellat ecclesiae“; 6) „nuncquam res cuiuscumque personae, qualicumque ingenio vel chartula acquisitas et possessas olim, occupet, aut titulum superimponat, donec in praesentia apostolici, vel missi eius aut vesterarii Ravennae legali ordine illos in iudicio convincat“. Vita Nicolai p. 188 — 191.
—	—	—	(2034) Adoni, archiepiscopo Viennensi, respondet: 1) nemini licere, „dimissa uxore, absque decreto generalis synodi aut aliam accipere, aut, illa superstite, pro uxore concubinam habere“; 2) „si desponsata, nesciente sponso, corrumpatur et postmodum, dote facta, cum eadem idem sponsus iacuerit“, non licere „ei ipsam dimittere“; 3) de excommunicandis rerum ecclesiasticarum invasoribus. Nunciat haec: „Ioannem, archiepiscopum Ravennatem, sciatis, paterne ab apostolica sede receptum et de errore, quo accusabatur, sacramento purgatum, ac, ut Romanae sedi dignam reverentiam exhibeat tam ipse, quam successores eius, nobis iuratum fore“. (Fragmenta). Mansi XV. 343. — „Quia sanctitatis“.
Nov.	23.	—	(2035) Lothario, regi Lotharingiae, Rhadoaldum Portuensem et Ioannem Ficoclensem episcopos commendat missos, ut cogendae synodo intersint. Ex Ludovici (Germanici) et Caroli, regis Provinciae, et Caroli (Calvi) regnis binos episcopos in eandem synodum adhiberi vult. Mansi XV. 278. — „Regalis excellentia“.
„	23.	—	(2036) Carolo (Calvo) regi praescribit, ut episcopos duos ad synodum, Theutbergae Waldradaeque causa Metis celebrandam, mittat; idemque praeceptum fratri eius, Ludovico (Germanico) regi, datum nunciat. Mansi XV. 278. — „Sedes haec“.
„	23.	—	(2037) Ludovicum II. imperatorem legatis suis ad synodum Metensem tendentibus praesidium poscit. Mansi XV. 279. — „Augustae serenitatis“.
—	—	—	(2038) Omnibus Galliae Germaniaeque archiepiscopis mandat, ut synodo Metensi intersint, canonicumque de Lothario rege iudicium faciant; quem, si non stiterit nec poenitentiam susceperit, excommunicatum iri ostendit. Mansi XV. 281. — „Incognitum vobis“.
Nov.	23.	—	(2039) Archiepiscopos et episcopos, in concilio Metensi congregatos, hortatur, ut una cum legatis suis in Theutbergae et Waldradae causa, omisso personarum discrimine, canonicè iudicent. Acta mitti vult, ut a sese aut probentur aut reiciantur. Mansi XV. 282. — „Reverentiae sacerdotali“.
„	23.	—	(2040) Carolum (Calvum) regem rogat, ut Balduinum vasallum (comitem Flandriae), qui invito eo regiam (Judith) duxerit, in gratiam recipiat, ne cum Normannis, ecclesiae inimicis, societatem statuatur. Mansi XV. 279. — „Beato ac“.
„	24.	—	(2041) Hermentrudem reginam (Caroli Calvi uxorem) pro Balduino, filiae eius raptore, deprecatur. Miraei Opp. dipl. I. 133, (Mansi XV. 281.) — „Fidelium universitas“.
—	—	—	(2042) Carolo (Calvo) regi, quod filius Carolus (rex Aquitanorum) iniussu suo viduam (Humberti, Arvernorum comitis), in matrimonium duxisset, ira accenso scribit haec: „si nulla invenitur ex latere alia causa, quod grave pariat peccatum, non reperitur auctoritas, ut eorum scindi debeat coniugium“. (Fragmenta duo; tertium, quod additum est, pars est epistolae, quae integra exstat ap. Mansi XV. 279.) Baluzii Misc. I. 402, Mansi XV. 458. — „Dilectus filius“.
—	—	—	(2043) Stephanum comitem, proposita excommunicatione, cohortatur, ut, quem deiecerit, Sigonem, episcopum Arvernensem, restituat, Adonemque clericum, quem in illius locum suffecerit, removeat, atque in synodo a legatis suis habenda de criminibus obiectis rationem reddat. Mansi XV. 352. — „Quae et quanta“.
—	—	—	c. 862.
—	—	—	(2044) Salomonem, regem Brittonum, hortatur, ut de eiectis subrogatisque episcopis

c. 862.

iudicium aut metropolitae Turonensi et duodecim episcopis, aut sibi permittat. Controversiam ortam de metropolitano archiepiscopi Turonensis iure se diudicaturum, „postquam deus“ inquit „inter vos pacem et dilectum filium nostrum, Carolum (Calvum regem) gloriosum constituet“. (De pace a. 863 composita v. Hincmari Annal. 863 ap. Pertz M. G. Scr. I. 459). Martene Thes. III. 859, Morice Mém. de Bret. I. 316, Mansi XV. 394. — „Benedictus deus“.

858—863.

- (2045) Carolo, archiepiscopo (Moguntino), eiusque suffraganeis Altfrido (Hildesheimensi), Salomoni (Constantiensi), Hiltigrimo (Halberstadensi), Theodrico (Mindensi), Guntoni (Wormatiensi), Gebehardo (Spirensi), Arnoni (Wirzeburgensi), Witgario (Augustano) et Egiberto (Osnabrugensi?) episcopis, ac Grimaldo (S. Galli), Egilberhto, Thiotioniamali (Thiothoni Fuldensi?) et Adalgario (Corbeiensi) abbatibus, respondet, se in Salomonem, episcopum (Constantiensem), „nec criminis neque facinoris sententiam protulisse“; litterasque, quas Grimoldus abbas, tanquam a sese datas, iis attulerit, falsas esse. Abbonis nuptias, qui quarto gradu propinquam duxerit, dirimi vult. Haec constituit: „Nulli liceat Christiano de propria consanguinitate sive cognatione uxorem accipere, usque dum generatio recondat, cognoscitur, aut memoria retinetur“. *Vana* addit de fornicatione, adulterio, homicidio. Martene Vet. Script. I. 150, Mansi XV. 141. — „Divinorum fulgentes“.
- (2046) Carolo, archiepiscopo Moguntino, respondet, quibus poenitentis varia crimina luenda sint. Wasserscheleben Beiträge z. G. d. vorgr. Kirchenrechtsqu. 165. — „Qui sacrorum“.
- 863.** (*Ind. 11.—1. sept.—12, imp. Ludovico a. 14, post cons. eius a. 14.*)
- Apr. 28. — (2047) Ecclesiae Bellovacensi concessa a Carolo (Calvo) rege monasteria duo, petente Odone episcopo, confirmat. Gall. Chr. X. Instr. 240, Louvet Hist. de Beauv. 285, L'Oisel Mém. de Beauv. 239. — „Quicumque in huius labentis“.
- „ 28. — (2048) Monasterii SS. Petri et Pauli Corbeiensis (in dioec. Ambianensi) privilegia, petente Odone, episcopo Bellovacensi, corroborat. Marini I papiri 23, cf. Mabillon de re dipl. 443, Mansi XV. 284, Cocqu. I. 195. — „Convenit apostolico“.
- „ 28. — (2049) Monasterii S. Dionysii privilegia „iuxta scripta petitoria filii sui praecellentissimi regis Karoli (Calvi)“ confirmat. Marini I papiri 25, cf. Mabillon de re dipl. 440, (Doublet Hist. de St. Denys 454, Félibien Hist. de St. Denys, Preuv. p. 73.) — „Quando ad ea“.
- „ 28. — (2050) Carolo Calvo regi respondet, se eius de privilegiis S. Dionysii confirmandis voluntati libenti animo satisfacisse. Doublet Hist. de St. Denys 456. — „Supernae miserationis“.
- „ 28. — (2051) Rogante Hincmaro, archiepiscopo Remensi, synodum Suessionensem II, die 28 m. Aprilis a. 853 celebratam, confirmat. Hincmari primatum, iusque pallii et cetera privilegia, „salvo in omnibus iure apostolicae sedis“, ea conditione corroborat: „si tam in praesenti, quam semper, in nullo ab apostolicae sedis praecceptionibus quoquomodo discrepaverit“. Marlot Metrop. Rem. I. 426, Mansi XV. 374. — „Pastoralis sollicitudinis“.
- („) — (2052) Hincmarum, archiepiscopum Remensem, vituperat, quod Rothadum, venerabilem et sanctissimum episcopum Suessionensem, ad apostolicam sedem provocantem, deiecerit aliumque in eius locum substituerit. Suum iudicium, „etiamsi nunquam appellasset idem Rothadus, modis omnibus praestolandum“ fuisse. Romam eundem mitti, iam iterum, minis usus, iubet. Addit de aliis litteris Odoni, episcopo Bellovacensi, datis, ac de Carolo (Calvo) rege ad colendam sedem apostolicam admonendo. Mansi XV. 294. — „Beatitudinis tuae“.
- („) — (2053) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, praecipit, a sacris absteineat, nisi intra dies 30 Rothadum, episcopum Suessionensem, ab exsilio revocatum in pristinumque restitutum, cum calumniatoribus eius Romam miserit. Mansi XV. 295. — „Sanctitatem vestram“.
- („) — (2054) Metropolitae et episcopos, qui synodo Silvanectensi (leg. Suessionensi) interfuerunt, de paganorum impetibus consolatur. Acta synodi inducit, eosque, nisi Rothadum, episcopum Suessionensem, intra dies 30 ad se miserint, a sacris temperare iubet. Carolum (Calvum) regem pro Balduino, comite Flandriae, rogari vult. De Lotharii regis scelere „radicitus amputando“ scribit. De concilio, cuius

		863. (<i>Ind. 11.—1. Sept.—12, imp. Ludovico a. 14, post cons. eius a. 14.</i>) convocationem petierint, se post Rhadoaldi et Ioannis, legatorum suorum, reditum, quid sibi placeat, significaturum. Mansi XV. 300. — „Scriptis dilectae“.
(Apr.) —	—	(2055) Rhadoaldo Portuensi et Ioanni Ficocleni episcopis, legatis suis, inculcat, ut, peracta synodo Metensi, si Lotharius rex non stiterit, mandata sua ad eum deferant; deinde Carolum (Calvum) regem Balduini comitis causa accedant, eique „epistolas synodicas et has, quas nunc vobis dirigimus, pariter cum commonitorio praesentibus cunctis“ ostendant. (Additum est „commonitorium“ de rebus Lotharii.) Mansi XV. 367. — „Quemadmodum sanctae“.
(„) —	—	(2056) Carolo (Calvo) regi pro Balduino, Flandriae comite, supplicat. De Rothado, episcopo Suessionensi, quid Hincmaro, archiepiscopo Remensi, et ceteris episcopis mandaverit, significat. De immeritis increpationibus apostolicis querenti ita respondet: „Scimus tamen nos, ex qua radice contra dilectionem vestram haec virga processerit; percuteris, imo pulsaris, fili, ut cautior et sollicitior valeas inveniri“. De „Northmannorum subacta rabie“ gratulatur. Mansi XV. 296. — „O quam vera“.
(„) —	—	(2057) Carolo (Calvo) regi scribit, curet, ut Rothadus, episcopus Suessionensis, in integrum restitutus Romam accedat. De suis ad Hincmarum, archiepiscopum Remensem, litteris addit. Mansi XV. 300. — „Nunc laudanda“.
Apr. 28.	—	(2058) Rothadam, episcopum Suessionensem, bene sperare iubet. De suis ad Hincmarum episcoposque et regem epistolis eum certiore facit. Hortatur, ne apostolicam sedem appellare cesset; „nullatenus te“ inquit „in finem oblivionis tradi patiemur“. Mansi XV. 306. — „Cognoscat experientia“.
(„) —	—	(2059) Ludovicum et Carolum, Caroli (Calvi) regis filios, cum patre in gratiam rediisse gaudet. A quo ne denuo divellantur monet, utque poenitentiam subituri synodo a legatis suis habendae intersint. Mansi XV. 354. — „Pervenit ad“.
(„) —	—	(2060) Ad Hucberti abbatis litteras, per Odonem, episcopum Bellovacensem, allatas, respondet. Obiurgationibus suis gravatum ad patientiam hortatur. De eius ac sororis (Theutbergae reginae) causa in synodo agenda se suis legatis mandasse, nunciat. Mansi XV. 353. — „Apices defensionis“.
(„) —	—	(2061) Archiepiscopis et episcopis, in regno Lotharii regis constitutis, imperat, regi persuadeant, ut, cui Cameracensem ecclesiam, iam per decem menses episcopo orbatam, contulerit, Hilduinum clericum removeat, canonicque episcopi eligendi facultatem clero plebique concedat. Mansi XV. 349. — „Quotiens de vestrae“.
(„) —	—	(2062) Lotharium regem inculcat, quod neglecto Hincmari metropolitae Remensis iure, ecclesiae Cameracensi Hilduinum praefecerit. Quem eiici, Hincmarique privilegia observari, minitabundus iubet. Mansi XV. 350. — „Inter innumera“.
(„) —	—	(2063) Hilduino clerico sub anathematis poena praecipit, ut ex ecclesia Cameracensi cedat, quaeque abstulerit, reddat. Mansi XV. 351. — „Cum nostri voti“.
(„) —	(Romae)	Concilium, in quo monasteriorum Gallicanorum libertates constituuntur. Martene et Dur. Vet. Script. I. 153, Mansi XV. 675. (Huius synodi decreta quum iis, quae sequuntur, tabulis monasterio S. Karilefi — praesente Odone, episcopo Bellovacensi, mense igitur Aprilis a. 863 — concessis, inserta sint, ipsam synodum ad hunc mensem revocare non dubito).
(„) —	—	(2064) Monasterii S. Karilefi (Anisolensis) privilegia, Carolo (Calvo) rege per Odonem, episcopum Bellovacensem, petente, confirmat, in his, ut liberum sit a potestate Rotberti, episcopi Cenomannensis. Mansi XV. 346, Cocqu. I. 196. — „Regum corda“.
—	In ecclesia b. Petri, deinde („propter frigidiorum locum“) in ecclesia Salvatoris	Concilium episcoporum „multarum provinciarum occidentalium regionum“, in quo Zacharias, episcopus Anagninus, deiectus excommunicatur; Photius, ecclesiae Constantinopolitanae inceptor, anathematizatur; Gregorio Syracusano, iam ante episcopali dignitate privato, si eam sibi arrogare pergat, anathema proponitur; Photii socii honoribus ab eo acceptis orbantur; Ignatius patriarcha eiusque socii restituuntur; imaginum cultus confirmatur; Ioannes, quondam patriarcha Constantinopolitanus, et eius socii anathematizantur. Concilii, dum Rhadoaldus, episcopus Portuensis, in Gallia versatur, celebrati, acta leguntur in Nicolai epistolis ap. Mansi XV. 178 sq. et 245 sq.
(c.Spt.)—	—	(2065) Rothado, episcopo Suessionensi, nunciat, Hincmarum, archiepiscopum Remensem, per Liudonem diaconum significasse, eum „de monasterioli custodia eductum et cuidam episcopo commendatum esse“. Carolo (Calvo) regi et Hincmaro, ut

		863. (<i>Ind. 11.—1. Sept.—12, imp. Ludovico a. 14, post cons. eius a. 14.</i>) Romam eum honorifice mitterent, denuo praeceptum esse scribit. Mansi XV. 307. — „Sciat sanctitas tua“.
(c. Spt.)—	—	(2066) Carolum (Calvum) regem, quod sibi „obedientiae colla tanta facilitate submitserit“, laudat. Hortatur, ut Rothado, episcopo Suessionensi, Romam profecturo, quae ad perficiendum iter opus sint, tribuat. Mansi XVI. 308. — „Cum vos tantae“.
(„) —	—	(2067) Hermintrudi reginae respondet, se Liudoni ostendisse, quare Rothadi, episcopi Suessionensis, causa negligi non possit. Mansi XV. 309. — „Literas dilectionis“.
(„) —	—	(2068) *Hincmaro, archiepiscopo Remensi, sub excommunicationis poena praecipit, ut Iudith, Caroli (Calvi) regis filiam, „paternis ac maternis obtutibus praesentandam suscipiat, si tamen intelligat, quod confestim rex, quae de illa sibi scriptis et verbis per legatos (Rhadoaldum et Ioannem) spondit, adimplere velit; quodsi, eorum animos ad id protelandum esse intentos, investigare possit, nequaquam eam recipiat“. V. Hincmari ad Nicolaum epistolam in Hincmari Opp. II. 244.
(„) —	—	(2069) Carolum (Calvum) regem hortatur, ut monasterium S. Karilefi (Anisolense), Rotberti, episcopi Cenomannensis, potestati iniuste subtractum, eidem restituat. Quodsi monachi ius suum exsequi velint, controversiam synodo episcoporum componi iubet, ea lege, ut episcopo provocare ad sedem apostolicam liceat. Mansi XV. 344. — „Excellentiae vestrae“.
(„) —	—	(2070) Rotbertum, episcopum Cenomannensem, docet, quid de monasterio S. Karilefi (Anisolensi) in eius ditionem redigendo et Carolo (Calvo) regi, et regni illius episcopis, et Herardo, archiepiscopo Turonensi, mandaverit. Mansi XV. 345. — „Plane quia“.
(„) —	—	(2071) Monachis S. Karilefi (Anisolensibus) praecipit, ut aut in Rotberti, episcopi Cenomannensis, potestatem revertantur, aut episcoporum a Rotberto convocatorum indicium subeant. Mansi XV. 376. — „Fidelium relatione“.
(„) —	—	(2072) Archiepiscopus et episcopos in regno Caroli (Calvi) regis de monachorum S. Karilefi (Anisolensium) insolentia certiores facit. Quos Rotbertus, episcopus Cenomannensis, elegerit, iis negotium dat, ut litem dirimant; sed „emergente difficultate“, rem suo arbitrio permitti vult. Mansi XV. 376. — „Dignum est“.
(„) —	—	(2073) Hincmarum, archiepiscopum Remensem, reprehendit, quod Carolum (Calvum) regem contra Rotbertum, episcopum Cenomannensem, monasterium S. Karilefi (Anisolense) sibi vindicantem, incitaverit. Mansi XV. 377. — „Relatu quorumdam“.
— —	—	(2074) Vitalem, patriarcham Gradensem, ad concilium, die 30 m. Octobris Romae celebrandum, invitat. Ughelli It. sacr. V. 1106, Mansi XV. 661. — „Notum fieri“.
c. Oct. 30.	Romae in Lateranensi palatio	Concilium, in quo 1) acta synodi Metensis, m. Iunio celebratae, rescinduntur; 2) Theutgaudus Trevirensis et Guntharius Coloniensis archiepiscopi „omni sacerdotii officio et omni episcopali regimine“ privantur; 3) ceteri episcopi, eorumdem noxae socii, nisi per legatos litterasque culpam confiteantur, eadem afficiuntur poena; 4) Ingiltrudis, Mactifredi comitis filia, iterum anathematizatur; 5) itemque contemptores decretorum sedis apostolicae anathemate coërcentur. (Ad hoc concilium statuta synodi a. 862 a Muratorio Mansioque perperam adiuncta esse, iam supra annotavi.) Mansi XV. 651, cf. Vitam Stephani p. 198.
„ „	—	(2075) Archiepiscopus et episcopos per Galliam, Italiam et Germaniam constitutos, certiores facit, Theutgaudum Trevirensis et Guntharium Coloniensem archiepiscopos „decernente synodo in praesentia depositos et ab officio sacerdotali excommunicatos atque a regimine episcopatus alienatos“ esse. Quos ne „recipere in sacerdotum catalogo praesumant“, hortatur. Addit quaedam ex synodi decretis. Mansi XV. 649. — „Scelus, quod“.
„ „	—	(2076) Hincmaro Remensi et Waniloni Rotomagensi ceterisque archiepiscopis et episcopis, in regno Caroli (Calvi) regis constitutis, earundem litterarum exempla mittit. Hincmari Annales 863, ap. Pertz M. G. Scr. I. 460. — „Scelus, quod“.
„ „	—	(2077) Ad archiepiscopos et episcopos, in regno Ludovici (Germanici) regis constitutos, easdem litteras mittit. Annal. Fuld. ap. Pertz M. G. Scr. I. 375, Hontheim Hist. Tr. I. 200. — „Scelus, quod“.
— —	—	(2078) Lothario regi haec scribit: „Ita corporis tui cedere motibus consensisti, et relaxatis voluptatum habenis temetipsum in lacum miseriae et in lutum faecis pro libitu (al. prohibitum) deiecisti, ut qui positus fueras ad gubernationem populorum, effectus sis ruina multorum. Probat hoc Thiegualdi (Trevirensis) et Guntharii (Coloniensis), dudum episcoporum, legitimus casus, qui pro eo, quod te minime

		863. (<i>Ind. 11.—1. sept.—12, imp. Ludovico a. 14, post cons. eius a. 14.</i>) competenter erudierunt, nostra sunt apostolica depositi auctoritate et ab omni episcopatus regimine regulariter sequestrati. — An non districta ultione feriendus es, qui in duabus uxoribus adulterium Lamech et flagitium imitatus esse dignosceris? (Fragmenta). Ivonis decr. VIII. c. 227, Gratiani decr. C. XI. qu. 3 c. 96 et C. XXIV. qu. 3 c. 19. — „Ita corporis“ „An non districta“.
—	—	(2079) Lothario regi praecipit, „ut in Trevirensi urbe et in Agrippina Colonia nullum eligi patiat, antequam relatum super hoc sibi fiat“. (Fragmentum.) Ivonis decr. V. c. 357, Gratiani decr. I. D. 63 c. 4. — „Porro scias, quia relatum“.
—	—	(2080) *Rhadoaldum, episcopum Portuensem, Roma elapsam, „destinatis in diversa loca cum epistolis missis“ revocat. V. Nicolai epistolam ap. Mansi XV. 183.
		864. (<i>Ind. 12.—1. sept.—13. imp. Ludovico a. 15.</i>)
Ian. Mart.	Romae	Audito, Ludovicum II. imperatorem una cum Gunthario Coloniensi et Teutgaudo Trevirensi archiepiscopis Romam venturum esse, „cum litanis generale ieiunium sibi et Romanis indicit“. Hincmari Annal. 864 p. 463.
„	„ In Lateranens' palatio	Dum, „imperatore secus basilicam b. Petri degente, clerus et populus Romanus cum crucibus et letaniis ieiunium celebrantes, b. Petri memoriam adeunt, et ab hominibus imperatoris — in terram prostrantur et variis ictibus flagellantur, et crucibus ac vexillis confractis, fugantur; in quo tumultu et crux mirabilis et veneranda a s. m. Helena decentissime fabricata — confringitur et in lutum proicitur“. Hincmari Annal. 864 l. l. cf. Erchemperti Hist. Langob. ap. Pertz M. G. Scr. III. 253.
„	„ Ad ecclesiam S. Petri	Navi „per Tiberim se confert, ubi duobus diebus ac noctibus sine cibo ac potu manet“. Hincmari Annales 864 l. l.
„	„ —	Conventus ab Ingelberga imperatrice, ad imperatorem se confert, in gratiamque cum eo revertitur. Hincmari Annal. 864 l. l.
„	„ Ad palatium	(Lateranense) redit. Hincmari Annal. 864 l. l.
Mart. 30.	—	(2081) Adoni archiepiscopo Viennensi, scribit, ad quaestiones eius se alio tempore responsurum. Hortatur, ut Lotharium regem in viam revocet. Alvero (al. Alberico) diacono uxoris ducendae licentiam permissam a se esse negat; quaque id concedatur, epistolam ficticiam esse affirmat. (Quod legitur ap. Mansi XV. 400, huius epistolae fragmentum est.) Mansi XV. 449. — „Consultationis vestrae“.
Mai.	—	(2082) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, mandat, ut litteras Carolo (Calvo) regi inscriptas reddendas curet. Rothadum, episcopum Suessionensem, miratur contra praeceptum suum neque in pristinum restitutum esse, neque „Kalendis Maiis istius XII. indictionis apostolatui suo praesentatum“, imo inito itinere impeditum. Quem mitti iubet, Guntharii, archiepiscopi Coloniensis, contra interdictum sacra procurare ausi, communionem vitari. Mansi XV. 310. — „Ad fraternitatem“.
„	12.	(2083) Rotlandum, archiepiscopum Arelatensem, apostolicae sedi devotum, perseverantiamque ipsi suadentem, collaudat. Scire se scribit, decessores eius suorum decessorum vicarios in illis partibus fuisse; eique, si promissa perfecit, maiora pollicetur. Legatorum litterarumque ad se mittendarum facultatem ei concedit. Quae aliis litteris mandaverit, uti ea diligenter exsequatur, monet. Saxii Pontif. Arelat. 174, Mansi XV. 378. — „Susceptis sanctitatis“.
—	—	(2084) Ad Ludovici (Germanici) regis mandata, a Salomone, episcopo Constantiensi, relata, per litteras respondet. Regem redarguit, „non quia illicitae copulae“ inter Lotharium et Waldradam „non consenserit, sed quia, sicut non consenserit, sic non prohibuerit“. „Palam omnibus“ fieri vult, eius „non esse in tali copula voluntatem“. Postulat, ut archiepiscoporum deiectorum, Guntharii Coloniensis, „interdictum ministerium usurpare“ ausi, et Theutgaudi Trevirensis, communionem et ipse vitet, et vitari a suis iubeat. „Piae memoriae Hludowici imp. studio collaudato“, Gregorii IV. „vestigia sequi paratum“ se esse ait, „ut episcopus Bremonensis, licet a Gunthario (Coloniensi) haec non potuerit dari licentia, nec ab eo tale quid peti debuerit, in praedicto loco Bremon potestatem et honorem archiepiscopatus super Danos et Suvevos habeat“. Episcopum Ratisbonensem (Erchanfridum), officio deesse valetudine coactum, abdicare vult, successoremque a clero et plebe metropolitana assensu eligi. Permittit, ut Hartwigus, episcopus Passaviensis, ab hinc annos quatuor paralyti percussus, de episcopatu decedat, si abdicandi voluntatem saltem scripto profiteri possit. De episcopo iuveni (al. iuventi) et de Lintberto, archiepiscopo (Moguntino), „facimus“ inquit „quod a nobis rex voluit postulare“. Hymnum angelicum: Gloria in excelsis deo presbyteris, nisi paschate, di-

864. (*Ind. 12.—1. Sept.—13, imp. Ludovico a. 15.*)
 cendum non esse. „Pro rege Danorum, qui vovit votum deo et s. Petro, gratias agit deo“, et de Cornelio centurione quaedam addit. Ludovico regi „dispositum habenti, venire Tullinam et deinde pacem cum rege Vulgarorum confirmare et Rastitium aut volendo aut nolendo sibi obedientem facere“, bene precatur. Haec ascribit: „Quia vero dicis, quod rex speret, quod ipse rex Vulgarorum ad fidem velit converti (Cfr. Hincmari Annal. 866 ap. Pertz M. G. Scr. I. 473) et iam multi ex ipsis Christiani facti sint, gratias agimus deo“. Baluzii Miscellanea I. 400, Mansi XV. 454. — „Fateor veraciter“.
- Mai. 31. — (2085) Ansgario, archiepiscopo Hamburgensi, petente Salomone, episcopo Constantiensi, Ludovici (Germanici) regis legato, perspectaque Gregorii IV. tabula, „iuxta morem S. Rom. ecclesiae bullata, — in omnibus circumquaue gentibus Sueonum sive Danorum, necnon etiam Slavorum, vel in ceteris, ubicunque illis in partibus constitutis divina pietas ostium aperuerit, publicam evangelizandi tribuit auctoritatem“, palliique usum concedit. Bremensem vero episcopatum, remota archiepiscoporum Coloniensium potestate, ita Hamburgensi archiepiscopatu adiunctum esse iubet, ut non sint duae, sed una dioecesis. Lappenberg Hamb. Urk. I. 21, Liljengren Dipl. Suec. I. 9. — „Quisquis dominum“.
- Iun. 1. — (2086) Monasterium Rameslohense, in dioecesi Verdensi positum, Ansgarii, archiepiscopi Hamburgensis, ditioni asserit. (Quod archetypum perhibetur, id adulterinum esse abunde declarant haec verba plane insolentia: „Datum — imperante domno piissimo papa, anno pontificatus eius quintodecimo“, attamen veras de ea re tabulas putem exstitisse, a falsario interpolandi causa transcriptas). Lappenberg Hamb. Urk. I. 25. — „Quisquis dominum“.
- — — (2087) Horico, regi Danorum, de muneribus per Salomonem, episcopum Constantiensem, Ludovici (Germanici) regis legatum, missis gratias agit. Fide eius laetatur, „quam“ inquit „etiam ante baptismi gratiam iam habere dinosceris“. Hortatur, ut „desinat idola colere et demonibus iam servire desistat“. Acta SS. Febr. T. I. 407, Lappenberg Hamb. Urk. I. 24. — „Multas omnipotenti“.
- — — (2088) *Liutberto, archiepiscopo Moguntino, pallium tribuit. V. concilii Suessionensis III. ep. ad Nicolaum ap. Mansi XV. 728: „Liutbertum Mog. eccl. archiep. paternitatis vestrae largitate palliatum.“
- — — (2089) Hermentrudi reginae (Caroli Calvi coniugi) de „munerum diversis speciebus oblatis“ gratias agit; eamque praefert „reginae Austri, quae duo tantum minuta in gazophylacium miserit“. (Cf. Vitam Nicolai p. 201.) Mansi XV. 353. — „Devotionem tuam“.
- — — (2090) Rodulfo, archiepiscopo Bituricensi, et eius suffraganeis iterum exponit, quapropter quoque iure Theutgaudus Trevirensis et Guntharius Coloniensis, quondam archiepiscopi, damnati sint. Vetat eos cum illis communicare; legatosque „circa Kalendas Novembris“ Romam mitti iubet, „quo temeratorum, semelque damnatorum, et totius mali auctorum, recidiva radicitus amputata praesumptione, sanctae ecclesiae ex se bonitas generetur“. (Cf. Hincmari Annal. 864 ap. Pertz M. G. Scr. I. 466.) Mansi XV. 382, Honthheim Hist. Trev. I. 207. — „Nuper fratres“.
- — — (2091) Rodulfo, archiepiscopo Bituricensi, respondet: 1) ordinationes per chorepiscopos adhuc factas rescindendas non esse: in posterum autem videndum, ne episcoporum auctoritas imminuatur; 2) Primate patriarchasque „nihil privilegii habere prae ceteris episcopis, nisi quantum sacri canones concedant et prisca consuetudo illis antiquitus concesserit“; 3) Nec presbyteris, nec diaconis, quum ordinentur, more Romano „manns chrisimatis liquore perungi“; 4) de iis, „qui pro criminibus poenitentiam gerant et ad cingulum militiae revertantur“; 5) de iis, „qui filiastris suos, i. e. filios uxoris suae de viro priori, ad confirmationem coram episcopis teneant“; 6) de „interfectoribus suarum coniugum“; 7) „Gloria in excelsis deo ab episcopis in coena domini inter missarum solemniam dicendum esse“. Significat de binis litteris aliis ad eum missis; quarum alteris quae mandata sint, ea diligenter perfici iubet, alteras ad Hincmarum, archiepiscopum Remensem, ceterosque archiepiscopos in regno Caroli Calvi regis constitutos deferri. Mansi XV. 389. — „Susceptis beatitudinis“.
- Sept. 17. — (2092) Franconi, episcopo Tungrensi, per Richardum diaconum se excusanti, „concilii vanitatis“ societatem condonat. Laudat eum, quod Guntharii, archiepiscopi Coloniensis, „ministerium vetitum usurpantis“, et Theutgaldi Trevirensis com-

		864. (<i>Ind. 12.—1. Sept.—13, imp. Ludovico a. 15.</i>) munionem defugiat. Hortatur, ut Lotharii regis „vulnus admonendo, blandiendo, suadendo curet“, donec „carnem suam, quam a se proiciat, reciso membro meretricis, etsi non sponte, saltem invitus receperit“. Mansi XV. 311. — „Excusationis tuae“.
—	—	(2093) Adventii, episcopi Metensis, satisfactionem accipit; eique, si in eo maneat, quod de vitanda Theutgualdi Trevirensis et Guntharii Coloniensis communione promiserit, bene precatur. Mansi XV. 372. — „Excusationis tuae“.
—	—	(2094) *Ad iudices populumque Sardiniae insulae, „in proximis ac sanguinis sui propinquis incestas et illicitas contrahentes copulas“, mittit „mellifluos et praevaricantibus terribiles apices“ et Paulum, episcopum Populoniensem, et Saxu, monasterii SS. Iohannis et Pauli abbatem, qui „eamdem gentem Sardorum a tanto revovent errore“. Vita Nicolai p. 204.
c. Nov. 1.	In ecclesia Salvatoris Constantini-ana	Concilium, in quo Rhadoaldus, episcopus Portuensis, deiicitur et excommunicatur, eique, si Photio communicaverit, aut Ignatio, patriarchae Constantinopolitano, adversatus sit, anathema denunciatur. V. Nicolai epist. ap. Mansi XV. 184 et Hincmari Annal. 864 l. 1. p. 466.
Dec. 11.	—	(2095) Adoni, archiepiscopo Viennensi, respondet de ecclesiae Romanae consuetudinibus in ceteras ecclesias inducendis. Mansi XV. 450. — „Saepe sanctitatis“.
„	24. In basilica S. Mariae ad Praesepe	Synodus „die vigiliarum nativitatis domini“, in qua Rothadus, episcopus Suessionensis, iubente Nicolao „vestitus episcopali indumento, omni tempore se pollicitus est suis infestatoribus responsurum“. Vita Nicolai p. 206; cf. Nicolai sermonem ap. Mansi XV. 685.
—	—	858—865.
—	—	(2096) Gallioni, archiepiscopo Senensi (Weniloni Senonensi) scribit, „ut si presbyter de quo agatur, post excommunicationem suam, apostolicam sedem adire voluerit, nullus iter eius impedire praesumat“. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. III. qu. 9. c. 12. — „Revera iustus“.
		865. (<i>Ind. 13.—1. Sept.—14.</i>)
Ian. 21.	In basilica S. Agnetis, foris muros Urbis, via Numentana	Synodus, in qua Rothadus, episcopus Suessionensis, „excusationis et promissionis suae, qua pollicetur, se omni tempore accusatoribus suis responsurum, libellum summo pontifici tradit, qui coram cunctis recitatur; ubi etiam restitutionis eius forma relegitur; — in die natalitium s. virg. Agnetis, qui est XII. Kal. Febr.“ Vita Nicolai p. 206 et 207.
„	22. In domo Leoniana	Synodo „sequenti die congregata“, Rothadus, episcopus Suessionensis, in pristinam dignitatem restituitur. Vita Nicolai p. 207.
(Ian.)	—	(2097) Romanae ecclesiae episcopos, presbyteros et cunctam generalitatem Romanae plebis de Rothadi, episcopi Suessionensis, restitutione certiores facit. Mansi XV. 687. — „Notum sit“.
(„)	—	(2098) Carolo (Calvo) regi Rothadum, episcopum Suessionensem, a sese restitutum diligenter commendat, cui ablatas ecclesiae res reddi iubeat. Mansi XV. 688. — „Quamquam Rothadum“.
(„)	—	(2099) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, Rothadum, episcopum Suessionensem, restitutum nunciat. Praecipit, ut aut frui vetere dignitate illum patiat, aut, si velit diutius contendere, una cum illo, in pristinum omnino restituto, Romam adeat; alioquin Hincmarum „omni sacerdotali dignitate“ privatum iri, denunciatur. Mansi XV. 691. — „Si coram tuae“.
(„)	—	(2100) Archiepiscopos et episcopos apud Gallias constitutos reprehendit, quod se inconsulto contra tot tantaque statuta decretalia Rothadum, episcopum Suessionensem, sedem apostolicam appellentem, deiicere ausi sint; nam „iudicia episcoporum merito inter maiora numerari negotia“. „Absit“ inquit „ut cuiuscumque (pontificis Romani), qui in fide catholica perseveravit, vel decretalia constituta, vel de ecclesiastica disciplina quaelibet exposita non amplectamur opuscula, quae dumtaxat et antiquitus s. Romana ecclesia conservans nobis quoque custodienda mandavit, et penes se in suis archivis recondita venerantur, — decretales epistolae Romanorum pontificum sunt recipiendae, etiamsi non sunt canonum codici compaginatae“. Rothadi restitutionem nunciat, eumque diligentissime commendat. Mansi XV. 693. — „Quamvis singularum“.

865. (*Ind. 13.—1. sept.—14.*)
- (Jan.) — — (2101) Clero et plebi Suessionensi de restituto Rothado gratulatur. Mansi XV. 700. — „Sicut priorum“.
- Ian. — — (2102) Rothado, episcopo Suessionensi, in pristinam dignitatem restituito, ecclesiae eius bona confirmat. Mansi XV. 701, Cocqu. I. 204. — „Decessorum exempla“.
- — — (2103) Carolo (Calvo) regi pacem suadet. „Liceat dilectissimo filio nostro“ inquit „vestro autem nepoti, (Ludovico II. imperatori), a deo conservandum imperium suum cum regno proprii germani (Lotharii) quietam possidere tranquillitate“. Arsenium episcopum (Hortensem), apocrisarium et missum apostolicae sedis, consiliarium suum, commendat. Mansi XV. 287. — „Initium locutionis“.
- — — (2104) Archiepiscopis et episcopis in regno Caroli (Calvi) regis constitutis, mandat, regem foederis cum fratribus icti commonefaciant, ut Ludovico II. imperatori „liceat, regna per haereditatum ius derivata, et apostolicae sedis auctoritate firmata, et summi pontificis manu, capiti superposito diademate, augustissime decorata, gubernare“. Arsenium, episcopum Hortensem, legatum suum, commendat. Mansi XV. 288. — „Studium nostrum“.
- — — (2105) Archiepiscoporum, in regno Lotharii regis constitutorum, desidiam intermissumque litterarum officium reprehendit. Mandat, Lothario regi quam possint diligentissime persuadeant, ut „adulteram feminam proiciat“; quem, nisi obediat, excommunicatum iri scribit. Arsenium, episcopum Hortensem, legatum suum, commendat. Mansi XV. 379. — „Saepe fratres“.
- — — (2106) Adoni, archiepiscopo Viennensi, exponit, quare indicta synodus Romana non sit celebrata. De Arsenio, episcopo Hortensi, ad tractanda Galliarum Germaniaeque negotia misso, significat. Falsam esse famam scribit, Theutgaudum Trevisensem et Guntharium Coloniensem a sese restitutionem impetrasse. Reprehendit eum, quod virum, litteras eius ad se deferentem, appellaverit „presbyterum Gerardi comitis“, neque ex ecclesia significationem traxerit. Mansi XV. 450. — „Miraris frater“.
- — — (2107) Arduico, archiepiscopo Vesontionensi, respondet de re coniugali capitibus tribus; dein 4) de episcopo, „si in nullo a sacris canonibus deviet et electio eius non a saecularibus quibusque, sed a clero ecclesiae cum consensu primorum civitatis ipsius fuerit composita“, non removendo; 5) de presbyteris et diaconis per chorepiscopos non consecrandis; 6) de presbyteris lapsis non restituendis. Arsenium, episcopum Hortensem, apocrisarium et missum apostolicae sedis, commendat. D'Achery Spicil. I. 596, Mansi XV. 459. — „Inter cetera virtutum“.
- c. Apr. 22. — — (2108) Ludovicum (Germanicum) et Carolum (Calvum) reges ob initam societatem laudat. Sed acerbe reprehendit eos, quod episcopos ad synodum Romanam non miserint, separatimque Carolum, qui scripserit, episcopos „die noctuque contra piratas maritimos invigilare, ob idque impediri venire“. Indignatur, quod, quum Lotharium commonitum ab iis fuisse significarent, ipsius commonitorii exemplum non apposuerint. Lotharium, quem Romam aditurum esse nunciaverint, quique ipse „per imperiales legatos“ de ea re sibi indicaverit, „talem, qualis nunc sit“, venire vetat. Eorum consilium Lotharii „circa missam S. Ioannis“ (d. 24 m. Iunii) iterum commonendi probat; a quo Theutberga quemadmodum recipienda sit, docet. Priorum litterarum, Arsenio episcopo ad eos datarum, exempla „per hunc gerulum“ mittit, quo facilius, illaene incorruptae sint, intelligant. Coloniensi et Cameracensi ecclesiis antistites praefici vult. Rothadum, episcopum Suessionensem, tuetur. (Epistolam c. 22. Apr. scriptam esse, liquet ex verbis: „ob festa paschalia“). Mansi XV. 290. — „Credimus ex dei“.
- — — (2109) Ludovicum II. imperatorem hortatur, ut Suffredum, episcopum Placentinum, iniuste deiecitum, restituat. (Fragmentum.) Mansi XV. 400, 703, (Gratiani decr. C. VI. qu. 3 c. 3.) — „Denique Suffredus“.
- Mai. 26 — — (2110) Salomonem, Britannorum regem, eiusque coniugem Gyembret hortatur, ut in posterum epistolas signo imprimant. Festiniano, episcopo Dolensi, pallium mittere abnuit, nisi ius illius vestis ab ipsius praedecessoribus datum sibi esse comprobet. Martene Thes. III. 862, Morice Mém. de Bret. I. 318, Mansi XV. 470. — „Proposuerat quidem“.
- — — (2111) Ad iniuriosas Michaelis imperatoris litteras, a Michaelae protospathario redditas, permultis acerbisque ac cavillantibus verbis respondet. Mendacii insolentiaeque eum accusat, quod scripserit, se ipsi „praecepisse“; superiores imperatores enim „rogare“ consuevisse. Latinam linguam „barbaram et scyticam“ appellanti

			865. (Ind. 13.—1.sept.—14.)
			ita rescribit: „Iam vero, si ideo linguam barbaram dicitis, quoniam illam non intelligitis, vos considerate, quia ridiculum est, vos appellari Romanorum imperatores, et tamen linguam non nosse Romanam; — Quiescite igitur vos nuncupare Romanos imperatores“. Defendit Ignatium, a „suspectis et inimicis iudicibus per imperialem sententiam“ damnatum. Sedi Romanae a Christo, non a synodis, donata privilegia esse. Ad multas contumelias ob valetudinem „nihil respondet, sed potius philosophando contemnit“. Theognostum et alios monachos, Romae morantes, remittere Constantinopolim recusat. Ignatium Photiumque cum aliis quibusdam episcopis Romam mitti, quin etiam viatico instrui vult. Imperatorem, „si monitis obedierit“, communionem suam fruturum esse. „Nolite nobis“ inquit „minas praetendere, quoniam nec illas metuimus, nec per has praecepta vestra faciemus“. Qui istas litteras vel partem earum imperatorem celaverint, eos anathematizat. Mansi XV. 187. — „Proposueramus quidem“.
Dec.	—	—	(2112) Rimberto, archiepiscopo Hamburgensi, pallii usum concedit. Lappenberg Hamb. Urk. I. 29, Liljengren Dipl. Suec. I. 13. — „Si pastores ovium“.
—	—	—	(2113) Bernardum, illustrem virum, filium Bernardi, quondam comitis (Barcinonensis), reprehendit, quod „Christianum populum depraedans, in regno regis Caroli (Calvi) numerosa mala exercent“. (Fragmentum; cf. Hincmari Annal. 864 p. 466.) Baluzii Miscellanea I. 402, Mansi XV. 458. — „Curae, quam“.
			866. (Ind. 14.—1.sept.—15.)
Febr.	2.	In basilica	Waldradam excommunicat „IV. Nonas Februarias“. Nicolai epistola ap. Mansi XV. 381. Cf. Reginonis chron. 866 ap. Pertz M. G. Scr. I. 575.
Apr.	3.	—	(2114) Hincmarum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut, quos deiecerit, Wulfadum et ceteros clericos, ab Ebbone quondam archiepiscopo consecratos, restituat, aut cum Remigio Lugdunensi, Adone Viennensi, Wenilone Rotomagensi, ceterisque archiepiscopis et episcopis Galliarum et Neustriae, die 18 m. Augusti Suesiones conveniat, ut illorum causa concilio retractetur. Quodsi clerici apostolicam sedem appellaverint, iudicium sibi reservat. Mansi XV. 705. — „Multorum a partibus“.
„	3.	—	(2115) Herardum, archiepiscopum Turonensem et eius suffraganeos de suis ad Hincmarum, archiepiscopum Remensem, litteris certiores facit, concilioque Suesionensi die 18 m. Augusti celebrando interesse iubet. Mansi XV. 710. — „Multorum a partibus“.
„	3.	—	(2116) *Adoni, archiepiscopo Viennensi, eadem, quae Herardo Turonensi, scribit. V. Sirmondi annotationem ap. Mansi XV. 712.
Mai.	17.	—	(2117) Festinianum, episcopum Dolensem, vituperat, quod litteras non obsignatas ad se miserit, suumque nomen nomini ipsius praeposuerit. In hac permanet sententia, ut aut Turonensi metropolitae pareat, aut ius pallii superioribus episcopis Dolensibus tributum a sede apostolica esse ostendat. Martene Thes. III. 864, Morice Mém. de Bret. I. 320, Mansi XV. 472. — „Dilectionis vestrae“.
—	—	—	(2118) Salomonem, regem Britannorum, ne in litterarum inscriptione regum nomen nomini apostolico praeponat, monet. De pallio ad episcopum Dolensem mittendo perinde ac superiore epistola respondet. Martene Thes. III. 863, Morice Mém. de Bret. I. 319, Mansi XV. 471. — „Lectis gloriae“.
Iun.	13.	—	(2119) Archiepiscopis et episcopis per Italiam, Germaniam, Neustriam et Gallias constitutis iterum significat, Waldradam die 2 mensis Februarii excommunicatam esse propterea quod, non visitata Roma, „in provinciam, ut principaretur in ea“, rediisset, insidiasque parare Theutbergae reginae pergeret. Exempla huius epistolae per vicinas regiones dispergi iubet. Mansi XV. 380. — „Decreveramus quidem“.
—	—	—	(2120) Egiloni, archiepiscopo Senonensi, pallium mittit, licet non de ecclesia Senonensi, sed ex monasterio electus sit. Mansi XV. 391. — „Pastoralis cura“.
—	—	—	(2121) Carolo (Calvo) regi pallium Egiloni, archiepiscopo Senonensi, missum nunciat. Molestus fert, illum ex monachis (Flaviniacensibus), non ex clericis Senonensibus, electum esse. Mansi XV. 392. — „Cum acceptae“.
Aug.	29.	—	(2122) Carolo (Calvo) regi, ut Vulfadam post Rodulfi, archiepiscopi Bituricensis, mortem electum consecrari permittat, petenti respondet, de ea re non posse statui, priusquam acta synodi, Vulfadi sociorumque causa convocatae, sibi afferantur. Mansi XV. 709. — „Excellentiae vestrae“.

866. (*Ind. 14.—1. Sept.—15.*)
- Aug. — — Michaelis Bulgarorum regis legatos donaque accipit „mense Augusto indict. XIV.“
Vita Nicolai p. 210.
- — — (2123) Ad Bulgarorum quaestiones, doctrinam disciplinamque ecclesiasticam spectantes, respondet capitibus 106. Mansi XV. 401. — „Ad consulta vestra“.
- — — Ad Bulgaros mittit Paulum Populoniensem et Formosum Portuensem episcopos, „hos monitis mellifluis atque doctrinis instruens ad praedicandum genti illi“. Vita Nicolai p. 210 et 211. Cf. Annales Fuldenses 866 et 867 ap. Pertz M. G. Scr. I. 379, 380.
- Nov. 13. — (2124) Michaeli imperatori Rhodoaldum et Zachariam, qui, minis eius territi, mandata sua neglexissent, excommunicatos nunciat. Docet, qui loci suarum ad eum litterarum sacrilege corrupti sint. Ignatii restitutionem, Photii deiectionem postulat. Utrumque Romam mitti vult. Exemplum litterarum eius veneno tincturum, quas superiore anno Michael protospatharius sibi reddiderit, comburi iubet; alioquin, minatur, se convocato concilio „dictatores et dispositores atque praeceptores“ earum anathematizaturum, ipsamque epistolam „in stipite videntibus cunctis suspensam, vasto supposito foco, extremae pertitioni donaturum esse“. Donatum, episcopum Ostiensem, Leonem presbyterum tit. S. Clementis Damasi, Marinum apostolicae sedis diaconum, legatos suos, commendat. Mansi XV. 216. — „Quanto maiora sunt“.
- „ 13. — (2125) Photio admissa facinora exprobrat, conviciisque eum obruit. Minatur, nisi patriarchatum Constantinopolitanum abdicet, fore ut in vitam omnem anathematizetur. Mansi XV. 259. — „Innumerabilium“.
- „ 13. — (2126) Bardam Caesarem ad suscipiendam Ignatii causam hortatur. Legatos suos commendat. Mansi XV. 265. — „Postquam dei omnipotentis“.
- „ 13. — (2127) Ignatii, patriarchae Constantinopolitani, vicem luget. In concilio quae pro eo contraque Photium acta sint, significat. Dignitatem eius confirmat, eumque spe niti iubet. Mansi XV. 269. — „Dici non potest“.
- „ 13. — (2128) Theodora, „imperatori quondam terreno, nunc autem spiritualiter coelesti coniunctae“, virtutes laudat. Suum restituendi Ignatii studium ostendit, legatosque suos commendat. Mansi XV. 272. — „Virtutes vestras“.
- „ 13. — (2129) Eudoxiam Augustam hortatur, ut de removendo Photio et Ignatio reducendo cum imperatore agat, legatisque suis faveat. Mansi XV. 273. — „Nihil in regia“.
- — — (2130) Archiepiscopis metropolitanis et episcopis, Constantinopolitanae sedi subiacentibus, atque universo venerabili clero Cpolitano ecclesiae, quid adhuc de schismate Cpolitano a sese actum sit, exponit. Ut Photii damnati communionem vitent, sub excommunicationis poena praecipit. (Cf. fragmentum in RATHERII OPP. 330.) Mansi XV. 240, XVI. 101. — „Ea, quae nuper“.
- — — (2131) Singulos senatores Constantinopolitanos monet, ut Photii communionem defugiant et legatos suos adiuvent. Mansi XV. 276. — „Fidelium relatione“.
- — — (2132) Patriarchis, metropolitans et reliquis episcopis atque cunctis fidelibus per Asiam et Libyam constitutis, quae in Ignatii Photiiique causa a sese gesta sint, patefacit, et superiorum de ea re litterarum exempla mittit. — Haec epistola insertis litterarum aliarum exemplis disiuncta est in partes tres: quarum prima legitur ap. Mansi XV. 159: „Quae apud — noscuntur“; secunda (quae Michaeli imperatori perperam inscripta est) ibid. p. 178: „His ita se“ — usque ad. p. 186: „— poteramus habere“; tertia: ibid. p. 216: „Haec quidem — fore praevidimus“.
- Dec. 6. — (2133) Ad archiepiscoporum et episcoporum, qui concilio Suessionensi III. interfuerant, synodicam, ab Egilone, archiepiscopo Senonensi, sibi redditam, respondet. In Hincmarum, archiepiscopum Remensem, diversis fallaciis obnoxium, vehementer incurrit. Eorum de restituendis clericis consensum laudat; sed reprehendit eos, quod synodicam tantum, non integra concilii acta, sibi miserint. Quae mitti vult. Clericos ea conditione in pristinum restitui iubet, ut Hincmaro „intra totius huius capedinem anni“ compellere eos apud sedem apostolicam liceat. Redarguit eos, quod unum ex clericis (Vulfadum) ad episcopalem dignitatem praeter mandatum promoverint. Mansi XV. 738. — „Reverentissimum fratrem“.
- „ 6. — (2134) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, mittit eiusdem argumenti litteras, cuius sunt, quae praecedunt. Reprehendit, quod nec legatum, et epistolam contra morem non signatam ad sese miserit, et quod pallio „non certis temporibus“ utatur;

			866. (<i>Ind. 14.—1. Sept.—15.</i>)
Dec.	6	—	„cuius usus“ inquit „si fraternitati tuae a sede apostolica omni tempore concessus est, tamen stude modeste hoc uti“. Mansi XV. 745. — „Epistolam beatitudinis“.
		—	(2135) Carolo (Calvo) regi de clericorum restituendorum studio gratias agit. Addit de Balduino, comite Flandriae, amplius fovendo ac de suis ad Hincmarum, archiepiscopum Remensem, litteris. Mansi XV. 753. — „Cum talem se“.
	6.	—	(2136) Vulfado et eius sociis restitutis gratulatur; eosque, ut Hincmarum, archiepiscopum Remensem, debito honore et obedientia prosequantur, monet. Mansi XV. 754. — „Divinae miserationis“.
		—	(2137) Nobiles atque primores, seu cunctos Aquitaniae habitatores, hortatur, ut ecclesiarum bona, quae occupaverint, quaeque „reges quomodocumque a sanctis locis aliquo tempore abstulerint, et iis in beneficium contulerint“, restituant. Quod si non faciant, ostendit fore, ut excommunicentur. Mansi XV. 386. — „Sollicitudinis, quam“.
		—	c. 866.
		—	(2138) Carolum (Calvum) regem rogat, (itemque Ludovicum Germanicum regem de ea re rogatum esse scribit) ut Lotharium regem pro sorore Helletrude, Berengarii comitis vidua, deprecetur, quod ille „non solum praedia, a genitore suo, Hlothario imperatore, per praeceptum largita, sustulerit, sed etiam proprietates eius, a parentibus suis sibi, praefatae Helletrudi, dimissas, colludiose surripuerit, eisdemque sanctae dei ecclesiae infideles Nortmannos paganos beneficiali more donaverit“. Ipsi Lothario mitti a se litteras non potuisse, „quia“ inquit „pro nefariis et illicitis negotiis — excommunicatum habemus“. Mansi XV. 387. — „Litteris scilicet“.
		—	858 — 867.
Mai.		—	(2139) Parthenonis Vizeliacensis, a conditore Gerardo comite cum annuo unius argenti librae vectigali b. Petro oblato, possessiones confirmat, privilegiaque statuit. D'Achery Spicil. II. 502, Guiberti Opp. 655, Cocqu. I. 192. — „Religiosae et deo“.
		—	(2140) Ludovicum II. imperatorem hortatur, ut, proavi Karoli imperatoris exemplo, „cum exteris gentibus pro remediis et securitate Christianorum placitum ineat, cum constet, non ob aliud id fieri, nisi ut fera saevitia eorum, quae in fideles unanimiter exardescit, aliquo modo refraenetur“. (Fragmentum). Baluzii Misc. I. 401, Mansi XV. 457. — „Christianae religioni“.
		—	(2141) Carolo (Calvo) regi mandat, ut Dionysii Areopagitae „de divinis nominibus vel caelestibus ordinibus“ librum, a Ioanne Scoto, suspectae fidei viro, ex Graeco in Latinum translatum, sibi mittat, „quatenus dum a sui apostolatus iudicio fuerit approbatus, ab omnibus — acceptior habeatur“. (Fragmentum). Ivonis decr. IV. c. 104, Mansi XV. 401. — „Relatum est“.
		—	(2142) Donno episcopo (et Carolo regi) scribit, ut Hugo, qui fratrem necaverit, „propriis possessiones, quae ab eo pro hoc facto ablatae sint, incunctanter recipiat, ne paupertatis inopia constrictus ad peiora deducatur“. „Nam et propria legitimaque uxor illius“, inquit „a qua separatus est, vestra sanctitas illi ut statim reddatur satagat, ne in fornicationis voraginem incidere videatur; in reliquis vero secundum poenitentiae modum, quam illi instruxistis peragere, maneat“. Ivonis decr. X. c. 184. — „Quidam vestrae“.
		—	(2143) Omnibus episcopis in regno Ludovici (Germanici) mandat, ne Lambertum, Atthonis quondam comitis nunc clerici filium, monachum a Salomone episcopo factum, ut maneat monachus, cogi patiantur, neve hereditate privari eum sinant. Ivonis decr. VI. c. 356, Gratiani decr. C. XX. qu. 3 c. 4. — „Praesens clericus“.
		—	(2144) Adonem, archiepiscopum Viennensem, docet, 1) canonicos conventus ab archiepiscopis celebrandos esse, „ubi cum episcopis nobiliores provinciae conveniant, ibique integritatem fidei et canonicarum regularum observantiam audiant et ad tenendum, ne excusari possint, subscribere doceantur“; 2) metropolitaram esse, „saeculares discursus et negotia vitare, adversus mundalium hominum malitiam insurgere, principes regni adulando non decipere“; 3) de suffraganeorum erga metropolitans obedientia; 4) de „plebibus vel baptismalibus ecclesiis in dioecibus more antiquo constituendis, ut ibi conventus celebrior populorum fiat et doctrina fidei praedicetur“; 5) „sacris locis dignas personas praefici et saecularium habitacula loca deo dicata vel sacrata non fieri“ debere; 6) „de excommunicatis pu-

858—867.

- blice propter publicum crimen per publicam poenitentiam recipiendis, et canonica poenitentia“ separatim afficiendis; 7) de excommunicationibus non temere effendis. Mansi XV. 451. — „Ut archiepiscopi“.
- (2145) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Hilmerado, episcopo Ambianensi, significet, se Eriath, qui presbyterum et monachum quemdam occidisset, duodecim annorum poenitentiam imposuisse. Mansi XV. 398. — „Quibus gemitibus“.
- (2146) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, scribit, necesse esse, „et accusatum et accusatorem simul adesse, et unam partem, quantacunque praedita sit auctoritate, sic prorsus audiri, ut alteri parti nullum praedictum irrogetur“. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. III. qu. 9 c. 21. — „Necesse est secundum“.
- (2147) Herardo archiepiscopo Turonensi, scribit de restituendo Christophoro presbytero, ex ecclesia iniuste deiecto. (Fragmentum.) Ivonis decr. VI. c. 429, Gratiani decr. C. II. qu. 1 c. 10, Mansi XV. 400. — „Notum sit tuae“.
- (2148) Frotario, archiepiscopo Burdigalensi, respondet, Burgandum sacrilegum septem annorum poenitentia luere noxam debere. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XII. qu. 2. c. 17, Mansi XV. 400. — „De viro nefando“.
- (2149) Ioanni, archiepiscopo Ravennati, haec scribit: „Catechismi baptizandorum a sacerdotibus uniuscuiusque ecclesiae possunt fieri, sicut in s. Romana ecclesia solenniter fieri comprobantur“. Ivonis decr. I. c. 87, (Gratiani decr. III. D. 4. c. 57.) — „Catechismi“.
- (2150) Archiepiscopo Ravennati respondet de adulterina senatoris coniuge monacha facta. Ivonis decr. VIII. c. 221. — „De senatoris“.
- (2151) Adalvino, archiepiscopo Iuvaviensi (al. perperam: „Viennensi“), respondet, viduam, quae, monacha facta, secundo nupserit, et poenitentia coercendam et in monasterium retrahendam esse. Regino ed. Wasserschleben p. 443, app. II. c. 30, Burchardi decr. VIII. c. 47, Ivonis decr. VII. c. 65. 152, Gratiani decr. I. D. 27. c. 6. 7, Mansi XV. 459. 473. — „Quod autem interrogasti“ „Quod interrogasti“.
- (2152) Aluino, Iouanensi (leg. Adalvino Iuvaviensi) archiepiscopo, scribit, „clericos in adolescentia a daemonibus obsessos, ad superiorem sacri regiminis gradum accedere non posse“. (Fragmentum.) Ivonis decr. XI. c. 104, (Gratiani decr. I. D. 33. c. 4.) — „Clericis, qui in“.
- (2153) Aluino, Iovanensi (leg. Adalvino Iuvaviensi) archiepiscopo, mandat, concilio convocato Lanfredum episcopum iuvenem hortetur, ut „ab omnium bestiarum et volucrum venatione penitus alienus existat, atque ab immoderata filiae suae familiaritate semet omnino coerceat“. Quem, nisi obedierit, excommunicari deiicique iubet. Ivonis decr. V. c. 353, (Gratiani decr. I. D. 34. c. 1.) — „Quorundam relatione“.
- (2154) Aluinum, Iovanensem (I. Adalwinum Iuvaviensem) archiepiscopum, docet, episcopos, „qui occupentur infirmitate vel aegritudine, abiiciendos non esse, nec alios in loco eorum consecrari oportere, nisi ex hac luce fuerint subtracti; quod si“ inquit „de ministerio sibi concesso conqueruntur, quae licita sunt, sacerdotes expleant, in his vero, quae his praesumere non licet, vicinorum usque ad recipiendam sanitatem episcoporum auxilia subrogentur“. Addit, „episcopos, qui dominici gregis susceperint curam —, ab administratione eorum discedere non oportere“. Ivonis decr. V. c. 352, Gratiani decr. C. VII. qu. 1. c. 4. — „Pontifices, qui“.
- (2155) Salomoni, episcopo Constantiensi, haec respondet: „si, examinante episcopo causam presbyteri vel diaconi, non fuerit per testium approbationem presbyter vel diaconus forte convictus, non est scelus episcopo legitime manifestum, nisi sua sponte scelus ipse profiteatur“. Ivonis decr. VI. c. 122, Gratiani decr. C. XV. qu. 5. c. 2. — „Presbyter aut diaconus“.
- (2156) Salomoni, episcopo Constantiensi, respondet, „virum illi feminae non posse coniungi in copula, quae commater eius erat“. (Fragmentum.) Ivonis decr. I. c. 137, IX. c. 35, Gratiani decr. C. XXX. qu. 4. c. 1. — „Sciscitatur a nobis“.
- (2157) Salomoni, episcopo Constantiensi, respondet, „parricidas, fratricidas et incestuosos non posse carnali copulae iungi“. (Fragmentum.) Ivonis decr. X. c. 185. — „Constat parricidas“.
- (2158) Salonitano (al. Salemonio) episcopo respondet, „mulierem, quae viri filium, ex alia femina genitum, de sacro fonte levaverit, postmodum posse cum eodem viro

858—867.

copulari“. Ivonis decr. I. c. 136, Gratiani decr. C. XXX. qu. 1. c. 3. — „Nosse desideras“.

(2159) Ratholdo, episcopo Argentoratensi, nunciat, se Thotharo matricidae annorum decem poenitentiam irrogasse. Ivonis decr. X. c. 173, Grandidier Hist. de l'égl. de Str. II. 249, Mansi XV. 458, (Gratiani decr. C. XXXIII. qu. 2. c. 15). — „Dum de universis“ („Latorem praesentium“).

(2160) Guifredo (al. Wilfredo, leg. Humfredo), episcopo Morinensi, ita scribit: „Clericum, qui paganum occiderit, non oportet ad gradum maiorem provehi, qui carere debet etiam adquisito; homicida enim est. — Ridiculum est et inconveniens, clericum arma sustollere et ad bella procedere“. (Fragmentum) Baluzii Misc. I, 402, Ivonis decr. VI. c. 120, (Gratiani decr. I. D. 50. c. 5.), Mansi XV. 458. — „Clericum, qui“.

(2161) Electo et clero Nonensis ecclesiae haec scribit: „Ecclesia, id est catholicorum collectio, quomodo sine apostolicae sedis instituetur nutu, quando iuxta sacra decreta nec ipsa debet absque praeceptione papae basilica noviter construi, quae ipsam catholicorum intra semet amplecti catervam dignoscitur“. Gratiani decr. III. D. 1. c. 8. — „Ecclesia, id est“.

(2162) Rivoldardum episcopum hortatur, ut in Wimarum, quem propter tres filios necatos annorum duodecim poenitentia affecerit, clementia utatur. Mansi XV. 388. — „Dominici gregis“.

(2163) Ieremiae episcopo scribit contra „consanguinitatis copulas“. (Fragmentum.) Ivonis decr. IX. c. 12. — „Qui consanguinitatis“.

(2164) Osbaldo, chorepiscopo Quadrantino, ita respondet: „si contigerit, ut clericus sacerdotalis ordinis saltem paganum occideret, multum sibi consulit, si ab officio sacerdotali recesserit“. (Fragmentum) Gratiani decr. I. D. 50. c. 6. — „De his clericis“.

(2165) Osbaldo, chorepiscopo Quadrantino, mandat, persuadeat episcopo, ut synodo convocata de presbytero, necati diaconi insimulato, iudicet. (Fragmentum.) Gratiani decr. I. D. 50. c. 39, Ivonis decr. X. c. 24. — „Studeat sanctitas“.

(2166) Fornicatorum poenitentias statuit. Mansi XV. 473. — „Si quis fornicatus“.

860—867.

(2167) Thadoni, archiepiscopo Mediolanensi, scribit, „presbyterorum flagellatores et occisores et praedones“ post tertiam admonitionem, nisi resipuerint, excommunicandos esse. Ivonis decr. X. c. 20, Gratiani decr. C. XVII. qu. 4. c. 23. — „De presbyterorum“.

(2168) Tandoni, archiepiscopo Mediolanensi, hoc scribit: „Eos, qui cum amitae suae filia vel patru, vel avunculi, forte peccaverint, iuxta gradus cognationis statuimus modum culpae tractari, sicuti pridem tibi per apostolicam epistolam de his, qui cum spirituali matre huiusce flagitium commiserint, innotuimus“. Ivonis decr. IX. c. 14. — „Eos, qui cum“.

(2169) Tadoni, archiepiscopo Mediolanensi, sic scribit: „de presbyteris, qui non sponte homicidium perpetrarunt et tamen homicidii noxam, qua revera homicidae sunt, incurrunt, sancimus, ut subducti a sacerdotali ministerio poenitentia iuxta sacros ordines macerentur, et post, dignam satisfactionem prebentes, communionis gratiam consequantur“. Ivonis decr. X. c. 29. — „Propterea de presbyteris“.

863—867.

(2170) Ioannem, archiepiscopum Ravennatem, reprehendit, quod iniussu suo miserit, qui in locum necati episcopi Gravellensis (Corneliensis?) Oleoberti successorem substituendum curaret. Electionem differri iubet. „Cum autem“, inquit „detectis reis atque punitis, qui dignus sit apparuerit, et cleri plebisque et ducis nostri nostram habentis auctoritatem (qui utique unus e plebe eadem esse dinoscitur) concordia effecta fuerit, celebretur electio, sicque demum, sicut in synodo deliberatum est (v. supra synodum m. Nov. 862) atque constitutum, nobis hoc innotescite, et (ut) —, sanctione praemissa, episcopus a vestra beatitudine consecratur“. Ivonis decr. X. c. 19. — „De Oleoberti“.

864—867.

(2171) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, significat, Carolum (Calvum) regem a se

864—867.

exquisivisse, in eos quid consulendum esset, qui Ingeltrudis, feminae saepe damnatae, communicatoribus communicassent. Quod qui necessitate induci vel ignorantia fecerint, eos absolvi vult, non absolvi eos, qui id facinus consulto in se admiserint. Ivonis decr. XIV c. 46, Gratiani decr. C. XI. qu. 3. c. 102, Mansi XV. 389. — „Excellentissimus rex“.

867. (*Ind. 15.—1. Sept.—1.*)

- | | | | |
|-------|-----|-------|---|
| Ian. | 24. | — | (2172) Teutbergam reginam, „nullo cogente, sponte ac libenter a regia dignitate exiisse se velle ac optare fatentem“, mendacii accusat. Waldradam legitimam Lotharii uxorem esse, scribenti respondet, hoc testimonio opus sibi non esse. Ad constantiam hortatur. Romam venire eam non vult, nisi Waldrada eodem praemitatur. Haec addit: „si amore pudicitiae, ut asseris, solutionem matrimonii quaeris, hanc tibi nullo pacto noveris tribuendam, nisi vir tuus eandem pudicitiam non fecte sectatus extiterit“. Mansi XV. 312. — „Epistolam suggestionis“. |
| „ | 25. | — | (2173) Archiepiscopos et episcopos in regno Lotharii regis de excommunicatione Waldradae, ex Italia iniussu suo reversae iam tertio certiores facit, quod priores litteras idem significantes accipere recusaverint. Praecipit sub excommunicationis poena, ut et sententiam illam palam faciant, et sibi, quomodo Lotharius cum Theutberga vivat, per litteras legatosque nuncient. Attamen concedit iis (excepto Attone episcopo Virdunensi), ut si mittendi facultate deficientur, mittere legatos supersedeant. Mansi XV. 315. — „Optaremus tandem“. |
| „ | 25. | — | (2174) Carolo (Calvo) regi scribit, incredibilem famam ad se perlatam esse, eum, accepto monasterio quodam, societatem cum Lothario rege iniisse adversus Theutbergam. Quod ceperit Lotharius consilium adulterii Theutbergae „monomachia“ probandi reprehendit. Hanc diligentissime commendat. Petit, ut litteras suas ad Lotharium et eius episcopos perferendas curet, quique accipere eas abnuerint, sibi significet. Mansi XV. 318. — „Nunquam dolorem“. |
| — | — | — | (2175) Lothario regi scribit, comperisse se, quam Theutberga ad se miserit, epistolam non sponte scriptam esse, sed vi extortam. De divortio quid sentiat, uti superiore ad Theutbergam epistola, ostendit. Waldradae communionem vitari iubet. (Quae huic epistola addita sunt verba: „Porro excellentiam — dispergat“, ad praecedentes litteras, Carolo Calvo missas, sunt referenda.) Mansi XV. 321. — „Audito, revertente“. |
| Mart. | 7. | — | (2176) A Ludovico (Germanico) rege petit, ut Lotharium regem ad amorem Theutbergae praestandum adhortetur, et Ingeltrudem, „perditam ac saepe damnatam feminam“, ad Bosonem maritum redire cogat. Mansi XV. 324. — „Precamur amabilem“. |
| — | — | — | (2177) *Ludovici Germanici regis filios „de honore parentum servando“ hortatur. V. Annal. Fuldens. 867 ap. Pertz M. G. Scr. I. 380. |
| Iun. | 13. | — | (2178) Adonem, archiepiscopum Viennensem, metropolitam Gratianopolensis, Valentinae, Genavensis et Tarantasinae ecclesiarum confirmat. Mansi XV. 452. — „Quod reverenter“. |
| Aug. | — | Romae | „Iam valde infirmatus et in contentione contra Graecorum imperatores, Michaellem Basilium, sed et contra orientales episcopos magnopere laborans invenitur“ a legatis Hincmari, archiepiscopi Remensis. Hincmari annales 867 p. 475. |
| Oct. | 23. | — | (2179) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, et ceteris archiepiscopis et episcopis in regno Caroli Calvi regis constitutis, causas odii invidiaeque imperatorum Graecorum, Michaelis et Basili, adversus Latinam ecclesiam ostendit, in his, quod Michael, Bulgarorum rex, „a sede b. Petri institutores et doctrinam expetiverit“. Quas consuetudines Graeci Latinae ecclesiae vitio vertant aut affingant, exponit. Metropolitae singulis praecipit, ut convocatis suffraganeis, „quid invidis detractio-nibus opponi necesse sit, rimari studeant et invenire summopere gestiant, atque inventum sibi ocius transmittere minime parvipendant; quatenus id quoque adversus Graecorum vesaniam cum ceteris assertionibus suis deinde mittere valeat“. Mansi XV. 355. — „Omnium nos portare“. |
| — | — | — | (2180) *Episcopis Germaniae „de factionibus Graecorum“ scribit. V. Annales Fuldenses 868 l. I. p. 380. |
| — | — | — | (2181) *Hincmaro, archiepiscopo Remensi, respondet, „de omnibus sibi satisfactum esse“. V. Hincmari Annal. 867 p. 475. |
| Oct. | 24. | — | (2182) Carolo (Calvo) regi significat, se singulos regni eius metropolitas „ad quae- |

867. (*Ind. 15.—1. Sept.—1.*)
 dam tractanda ecclesiastica negotia“ convenire cum suffraganeis iussisse. Con-
 venturis ut faveat, rogat. Mansi XV. 332. — „Comperiat celsitudo“.
- Oct. 30. — (2183) Ludovico (Germanico) regi gratias agit, quod post Caroli (Calvi) regis collo-
 quium episcopum miserit, qui, ut mandata ipsius perficerentur, a Lothario rege
 postulare. Quem Romam venire vetat, priusquam et Waldradam ad sese mittat,
 et Theutbergae dignitati consulat, et Coloniensi Trevirensique ecclesiis canonicè
 praefici episcopos patiat. Addit de S. Petri reditu „mediante Maio mense huius
 primae indictionis“ (m. Maio a. 868) in regno eius per suos legatos exigendo,
 ac de praesidio iisdem tribuendo. Mansi XV. 327. — „Syllabarum vestrarum“.
- „ 30. — (2184) Ludovicum (Germanicum) regem hortatur, ut Theutgualdi Trevirensis et Gun-
 tharii Coloniensis restitutionem poscere cesset. Mansi XV. 331. — „Epistolam
 serenitatis“.
- „ 31. — (2185) Archiepiscopos et episcopos, in regno Ludovici (Germanici) regis constitutos
 hortatur, ne diutius a sese petant, ut Theutgualdus Trevirensis et Guntharius
 Coloniensis in pristinam dignitatem restituantur. Utriusque crimina recenset.
 De Lothario rege admonendo addit. Mansi XV. 333. — „Gaudemus quidem“.
- — (2186) *Ad Michaelem Bulgarorum regem, qui „Formosum, episcopum Portuensem
 sibi dari archiepiscopum expetierat et pro instructione gentis presbyteros postu-
 laverat“, mittit quosdam presbyteros et Dominicum Triventinum et Grimoaldum
 Polymartiensem episcopos, „ut, quia ipsum Formosum plebem dimittere sibi cre-
 ditam non oportebat episcopum, ex his presbyteris ad archiepiscopatum eligatur
 et sedi consecrandus apostolicae mittatur“. Vita Nicolai p. 212 et 243. Cf. Vitam
 Hadriani II. in Vignolii lib. pont. III. 227.
- Nov. 13. — Moritur. Diem praebent Vita Nicolai p. 217 et Anastasii bibliothecarii epistola ap.
 Mansi XV. 453. In Hincmari annal. 867 p. 476 pro: „Idus proxime praecedentis
 mensis Decembris“ legendum esse „— Novembris“, verbis illis: „proxime
 „praecedentis“ intelligi licet, quum antea de mense Decembri agatur.

HADRIANUS II. 867—872.

†Hadriani II. bullae sunt scriptae p. m. Zachariae notarii et scriniarii S. R. E. (2201)
 Pauli scriniarii secundicerii s. sed. ap. (2242)
 datae p. m. Anastasii bibliothecarii s. sed. ap. (2201).

867.

- Nov. — In ecclesia S. Mariae ad praesepe
 „ — Ad palatium
 Dec. 14. In ecclesia S. Petri
 „ 14. „
 „ 14. Ad patriar-
 — — — chium
- Eligitur. Vita Hadriani in Vignolii lib. pontif. III. 223.
- (Lateranense) perducitur. Vita Hadriani l. I.
 Consecratur „dominico, XIX Kal. Ianuar.“ Vita Hadriani p. 225. Cf. Hincmari
 Annal. 867 ap. Pertz M. G. Scr. I. 476: „successit Adrianus papa electione cleri-
 corum et consensu Hludovici imperatoris in pontificatu“.
- Theutgaudo, archiepiscopo Trevirensi, Zachariae, episcopo Anagnino, et Anastasio
 „ecclesiasticam communionem“ reddit. Vita Hadriani p. 226.
- (Lateranense) revertitur. Vita Hadriani p. 227.
- (2187) *Dominicum (Triventinum) et Grimoaldum (Polymartiensem) episcopos, „quos
 papa Nicolaus in Bulgariam ire praeceperat et a se in ipso articulo sui discessus
 absolverat, quique ire distulerant, eadem fungentes legatione dirigit, et quasdam
 epistolarum, quas ille mittendas delegerat, suo nomine titulari praecipit“. Vita
 Hadriani p. 227.
- (2188) *Ludovicum II. imperatorem „multis epistolarum documentis“ rogat, ut Gau-
 derico Velitrensi et Stephano Nepesino episcopis et Ioanni Hymmonidi (al. Simo-
 nidi) exsulantibus reditum concedat. Vita Hadriani p. 227 et 228.
- (2189) Lothario regi significat, Theutbergam de divortio postulasse Romae; sed do-

867.

mum redire iussam a se esse, quia rem tantam nisi in synodo non diiudicandam putasset. Monet, ut eam interim aut pro uxore tractet, aut promissis abbatibus muneretur. Mansi XV. 833. — „Quia b. Petro“.

868. (*Ind. 1.—1. Sept.—2, imp. Ludovico a. 19, post cons. eius 18.*)

- — — (2190) Adonis, archiepiscopi Viennensis, litteris, ad Nicolaum missis, respondet. Laudat eum „de admonitione, quam per Waltarium comitem circa gloriosum regem Hlotharium exercuerit“, et quod, „insidias lupi praecavendas esse, adhortatus sit“. (Fragmentum). Mansi XV. 860. — „Legatus cum“.
- Febr. 2. — (2191) Episcopus synodi Tricassinae laudat, actaque confirmat. Vulfado, archiepiscopo Bituricensi, pallium concedit. Nicolai nomen „in codicibus vel diptychis ecclesiarum scribi et inter sacra missarum impraetermisse recitari“ iubet; et decreta eius contra Graecos tuctur. Mansi XV. 821. — „Legationis vestrae“.
- „ 12. Romae „Sexta feria LXX“ (i. e. septuagesimae) quosdam „famulos domini, videlicet Hierosolymitanos, Antiochenos, Alexandrinos ac Constantinopolitanos, quorum aliqui legationibus mundi principum fungebantur“, in eam voluntatem adducit, ut Nicolai I. memoriam laudibus prosequantur. Vita Hadriani p. 229.
- „ 12. — (2192) Ludovicum (Germanicum) regem ab invadendo Lotharii regno dehortatur, ne in discordiam incurrat cum Ludovico imperatore, Saracenos ecclesiae causa bello persequente. Mansi XV. 829. — „Inter exordia“.
- — — (2193) *Carolo (Calvo) regi praecipit, „ut regno Ludovici imperatoris ac regno Lotharii nullam molestiam ingerat“. Hincmari Annal. 868 p. 477.
- — — (2194) Waldradae scribit, eam, quoniam ad bonam frugem se recepisset, petente Ludovico imperatore, et excommunicatione et anathemate solutam esse, ea lege, ut in reliquum societatem Lotharii regis omnino vitaret. Mansi XV. 834. — „Nemo plane“.
- Febr. 12. — (2195) Archiepiscopis et episcopis, in regno Ludovici Germanici regis constitutis, Waldradam, quae ad virtutem rediisset, absolutam esse, nunciat. Mansi XV. 835. — „Sicut obstinatis“.
- — — (2196) *Episcopus regni Caroli Calvi de Waldradae absolute certiores facit. Hincmari Annal. 868, ap. Pertz M. G. Scr. I. 477.
- — — (2197) *Episcopis regni Lotharii significat Waldradam absolutam esse. Hincmari Annal. 868. l. l.
- — — (2198) *Lothario regi respondet, „sedem s. Petri semper paratam esse, dignam satisfactionem suscipere, nec quod divinae humanaeque leges iuste decernant, unquam repulisse; itaque si se immunem ab obiectis sciat, cum omni fiducia sedem apostolicam adeat, ut expetitam benedictionem percipiat; si autem culpam recognoscat, nihilominus absque haesitatione venire festinet, condigna poenitentiae remedia suscepturus“. V. Reginonis chron. 868 ap. Pertz M. G. Scr. I. 579.
- Febr. 23. — (2199) Caroli (Calvi) regis litteris, per Actardum, „quondam Namneticae urbis“ episcopum, ad Nicolaum missis, respondet. Ebonis, quondam archiepiscopi Remensis, causam deo permittit. Vulfadam, Bituricensem archiepiscopum, pallio donatum nunciat. Actardi vicem luget, additque haec: „si eius ecclesia (Namneticensis) funditus diruta et per nonnulla curricula iam in solitudinem redacta esse dignoscitur, paganis videlicet non solum transitum, sed etiam stationem ibidem facientibus, ac per hoc depopulatis undique locis habitatore carentibus, sublatis etiam a Britonibus, si quae remanserant, rebus: aliam ei vacantem dumtaxat concedendam decrevimus“. Eundem et diligentissime commendat, et pallio a sese ornatum esse scribit. Mansi XV. 824. — „Actardus venerabilis“.
- — — (2200) Episcopis synodi Succionensis, superiore anno celebratae, significat, quid de Actardo Namneticensi episcopo, ab iis commendato, ad Carolum Calvum regem scripserit. Cuius rationibus ut sedulo consulant, hortatur. Morice Mém. de Bret. I. 326, Mansi XV. 823. — „Inter cetera, quae“.
- Febr. 25. — (2201) Actardo, episcopo Namneticensi, pallium concedit. Morice Mém. de Bret. I. 325, Mansi XV. 828. — „Si secundum“.
- Mart. 8. — (2202) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, scribit, ab Arsenio (Hortensi) et Actardo (Namneticensi) episcopis et a „dilectissimo suo“ Anastasio, s. sedis apostolicae bibliothecario, se de eius virtutibus eruditum esse. Decessorum suorum, Benedicti et Nicolai, de Lothario rege decreta servari vult. Actardum commendat. Mansi XV. 826. — „Licet frequens“.

		868. (<i>Ind. 1.—1.Sept.—2, imp. Leone a. 19, post cons. eius 18.</i>)
Mart. 8.	—	(2203) Herardum, archiepiscopum Turonensem, hortatur, ut Actardo, episcopo Namneticensi, monasterium quod olim tenuerit, iterum concedat. De privilegiis Turonensibus se „Salomoni duci et populo Britannorum“ scripsisse, nunciat. Martene Thes. III. 865, Morice Mém. de Bret. I. 324, Mansi XV. 827. — „Misérias et diras“.
„ 10.	—	„Quarta feria post initium quadragesimae factione Arsenii, filius eius Eleutherius filiam Adriani papae, ab alio desponsatam, dolo decepit et rapuit, sibi que coniunxit; unde idem papa nimium est contristatus“. Hincmari Annal. 868 p. 477.
Mai. 8.	—	(2204) Adoni, archiepiscopo Viennensi, ad Nicolai decreta omnino servanda hortanti laudem tribuit. Sed addit, lenitate perficienda esse, quae ille severe inchoaverit. Mansi XV. 859. — „Epistolam sanctitatis“.
Aug. 1.	—	(2205) Basilium imperatorem, quod, Photio remoto, Ignatium, patriarcham Constantinopolitanum, restituerit, collaudat. Hortatur, ut eius socios quoque expulsos revocet; nominatimque Theognostum (al. Theodosium) exarchum commendat, qui Romae per septennium exsulaverit. Mansi XVI. 120, cf. ibid. 370. — „Quoniam tranquillissime“.
„ 1.	—	(2206) Ignatium, patriarcham Constantinopolitanum, quod de recepto munere nihil sibi significaverit, amice obiurgat. Pollicetur, eum sociosque curae sibi fore. Theognostum exarchum laudat, idque addit „si ad apostolicam sedem quosdam mittere disposueris, hunc specialiter volumus prae ceteris mitti“. De statu ecclesiae eius certior quamprimum fieri cupit. Euthymium spatharium commendat, „qui“ inquit „Romam imperialem ferens legationem, primus nobis de fraternitate vestra, quod semper optavimus, annuntiavit“. Mansi XVI. 121, cf. p. 370. — „Convenerat sanctitatem“.
— — —	—	(2207) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, scribit, Hincmarum, episcopum Laudunensem, Romam petere cupientem, a sese exspectari. Cuius iter ante Kalendas Augustas iniri vult. Northmannum, nisi, quas occupaverit, res ecclesiae Laudunensis restituat, excommunicari iubet; itemque ipsum Hincmarum Laudunensem ait excommunicatum iri, si a proposito Romam veniendi declinaverit. Mansi XV. 836. — „Illustrem Hincmarum“.
— — —	—	(2208) Carolo (Calvo) regi de Hincmaro episcopo Laudunensi ut superiore epistola scribit. Haec addit: „sicut gaudemus, cum serenitatem tuam erga statum ecclesiasticum liberalem audimus, sic nimirum, cum eam in aliquo distrahentem comperimus, tota valetudine constrictamur.“ (Cf. Hincmari Annal. 868 p. 480, et Conc. Duziazense ap. Mansi XVI. 579 et 651.) Mansi XV. 836. — „Illustrem Hincmarum“.
— — —	—	„Eleutherius (Arsenii filius), consilio ut fertur fratris sui Anastasii, quem bibliothecarium Romanae ecclesiae in exordio ordinationis suae Adrianus constituerat, Stephaniam, uxorem ipsius pontificis, et eius filiam, quam sibi rapuit, interfecit“. Hincmari Annal. 868 l. l.
Oct. 12.	Apud sanctam Praxedem	(2209) Synodus, in qua Anastasius, quondam cardinalis presbyter tit. b. Marcelli, iterum excommunicatur et anathematizatur. Hincmari Annales 868 p. 479, Mansi XIV. 1028. — „Omni dei ecclesiae“.
— — —	In secretario S. Mariae maioris	868 — 869.
— — —	—	A Basilio spatario, Basili imperatoris legato, et a Ioanne, metropolita Pergae Pamphiliae (non Caesareae Cappadociae), legato Ignatii, patriarchae Constantinopolitani, dona litterasque accipit. Vita Hadriani p. 234.
paulo ante Iun. 10.	In ecclesia b. Petri	869. (<i>Ind. 2.—1.Sept.—3.</i>)
— — —	—	Concilium episcoporum 30, in quo 1) Concilium Constantinopolitanum, a Photio et Michaelae imperatore m. Ianuario a. 867 celebratum, damnatur, universaque actorum concilii eiusdem exempla igni addicuntur; 2) duo conventicula contra Ignatium patriarcham habita devoentur; 3) Photius damnatur et anathematizatur; 4) qui concilio illi subscripserant, si respuerint, ecclesiae communionem donantur; Basilius in catholicorum et piorum Augustorum numerum refertur; 5) qui actorum damnatorum exempla servaverint, anathematizantur. (In errore versatur Mansi XV. 862, 886, qui hoc concilium ante m. August. a. 868 habitum esse coniicit ex Hadriani epistolis die 1 Aug. 868 datis, in quibus ne tenuissima quidem concilii significatio invenitur. Ceterum illo die neque dum litterae, neque

		869. (<i>Ind. 2.—1. Sept.—3.</i>) legati ab Ignatio Romam pervenerant, ut patet ex ep. 2206, at huius concilii actis subscripsit Ioannes, archiepiscopus Pergae Pamphiliae, Ignatii legatus. Binae, quae sequuntur litterae et concilii aetatem evidenter demonstrant, et unde factum sit, ut legati [iam die 11 Dec. a. 867, v. Basili ep. ap. Mansi XVI. 47] ad Nicolaum missi, Roma m. Iunio a. 869 demum excederent). Acta concilii ap. Mansi XVI. 122—131. Cf. Vitam Hadriani p. 237, 238.
Iun.	10.	(2210) Ignatio, patriarchae Constantinopolitano, restitutionem gratulatur, consulenti-que respondet, Nicolai decreta rata maneant oportere. Iubet igitur Photium Gregoriumque Syracusanum exemptos de episcoporum numero haberi, et eos, qui a Photio ordinati sint, in his Paulum quoque, archiepiscopum Caesariensem, removeri, quique consecrationem a Methodio patriarcha et Ignatio acceperint, restitui. Statuta synodi, in ecclesia b. Petri a sese celebratae, promulgari vult, et concilio Constantinopoli habendo roborari. Ioannem, metropolitam Sylaei (Pergae Pamphiliae archiepiscopum), Ignatii legatum, qui „pericula infinita non solum per mare sed et per aridam gradiendo (Romam iter faciens) sustinuerit“, diligenter commendat. Mansi XVI. 50, cf. ibid. 327. — „Nec scriptura“.
—	—	(2211) Basilio imperatori de restituto Ignatio praeconium tribuit. De ecclesiae Constantinopolitanae sacerdotibus secundum Nicolai decreta tractandis mandatum et Ignatio et legatis suis esse scribit, seque, reversis legatis, clementia usurum. Frequens concilium haberi vult, in quo et acta concilii, adversus sedem Romanam celebrati, crementur, et suae synodi, in ecclesia b. Petri peractae, decreta confirmantur. Repetit quosdam monachos fugitivos. Legatos suos, Donatum Ostiensem et Stephanum Nepesinum episcopos et Marinum, apostolicae sedis diaconum „filium meum“ benigne excipi cupit. Commendat Ioannem, metropolitam Sylaei (Pergae Pamph. archiepiscopum), Ignatii legatum, et Basilium, imperialem spatharium, qui missi ad Nicolaum I., „tanta postquam illinc (Constantinopoli) profecti sint, offendicula pertulerint, ut nullum properantes pene periculorum, quae Paulus in epistolis suis dinumeret, evasisse videantur“: eosque insuper „diutissime“ Romae moratos excusat. Mansi XVI. 20, cf. ibid. p. 311. — „Legationis excellentiae“.
—	—	(2212) *Ignatium, patriarcham Constantinopolitanum hortatur, ut se „ab omni Bulgariae ordinatione immunem, nullum suorum illuc mittendo, custodiat“. Vitam Hadriani p. 250.
Iul.	1.	In ecclesia S. Salvatoris monasterii S. Benedicti in Cassino Praesente Engelberga imperatrice, Lothario regi „missam cantat, et sacram communionem hac conniventia ei donat, si, postquam Nicolaus papa Waldradam excommunicavit, nullum cum ea contubernium vel carnalis copulae mercimonium, quin nec colloquium quoddam habuerit“. Simul Lotharii „fautores cum eo ab ipso papa percipiunt communionem, inter quos et Guntharius (Coloniensis) communionem inter laicos ab eodem Adriano papa accipit“. Hincmari Annal. 868 ap. Pertz M. G. Scr. I. 481. Cf. Regionis chron. 869 ibid. p. 580. (Orationem quam Muratori R. It. Scr. II. n. 136 anno 864 perperam tribuit, Mansi XV. 890 recte referre huc videtur; eamque arbitror ab ipso Hadriano dictam esse.)
„	11.	In palatio Lateranensi Prandet cum Lothario rege, qui, „datis muneribus in vasis aureis et argenteis, obtinet, ut ei ipse pontifex laenam et palmam ac ferulam det.“ Hoc actum esse scripsit Hincmarus in Annal. 869 p. 482: „secunda feria“, quibus verbis significari dies 11 m. Iulii videtur. (In Annal. Ottenburanis 869 ap. Pertz M. G. Scr. V. 3 Lotharius legitur „Romae ab Adriano papa damnatus esse“).
—	—	(2213) *Episcopos quatuor ex regno Ludovici (Germanici), totidemque ex Caroli (Calvi) et quosdam ex Lotharii ad synodum die 1. m. Martii Romae celebrandam venire iubet; „ut quae in synodo vel examinanda vel gerenda forent, in personis aliorum (episcoporum) confirmat tam ex Occidentalibus, quam ex Orientalibus, unde missos suos, nuper Constantinopolim pro contentione, quam Orientales cum Nicolao papa habebant, missos, tunc venturos sperat“. Hincmari Annales 869 p. 482.
—	—	Michaelae, Bulgarorum rege, per Petrum legatum (qui una cum Formoso Portuensi et Paulo Populoniensi episcopis Romam venerat) petente, „ut aut Marinum diaconum sibi archiepiscopum consecratum mittat, aut aliquem ex cardinalibus Bulgaris eligendum dirigat“, pro Marino „Constantinopolitanum missaticum sortito“ Silvestrum subdiaconum mittit. Vita Hadriani p. 252.
Sept.	5.	(2214) Duces, comites et ceteros primates regni Caroli (Calvi) monet, ut regem et eius filios ab occupando Lotharii regno dehortentur, quod hereditario iure ad Ludovicum II. imperatorem, ecclesiae Romanae contra Saracenos defensorem, re-

		869. (Ind. 2.—1.Sept.—3.)
		dierit. Qui regi secus suaserint, iis anathema minatur. Paulum et Leonem episcopos, legatos suos, commendat. Mansi XV. 839. — „Omnes quidem“.
Sept. 5.	—	(2215) Episcopis regni Caroli (Calvi) mandat, laborent, ut rex ab irrumpendo Lotharii regno abstineat. Paulum et Leonem episcopos commendat. Mansi XV. 841. — „Inter exordia“.
” 5.	—	(2216) Hinemarum, archiepiscopum Remensem, vigilare iubet, ne quis in Lotharii regnum, heredum Ludovici II. imperatoris irruat. Paulum et Leonem commendat. Mansi XV. 842. — „Sanctimonia tua“.
—	—	(2217) Omnes primates et comites „regni domni Hlotarii, quondam magni imperatoris et genitoris domni Hludovici imperatoris“, sub excommunicationis et anathematis poena hortatur, ut in Ludovici II. imperatoris fide permaneant, cui regnum Lotharii, regis defuncti, hereditario iure obvenerit. Mansi XV. 837. — „Perfectae procul“.
—	—	(2218) *Episcopis Galliarum praecipit, „ut non alios ordinent episcopos, nisi quibus (Ludovicus II.) imperator episcopatum concedat et ordinari mandet“. Hugonis Flav. chron. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 354.
—	—	(2219) *Gerardo duci, Rofrido comiti, et omnibus Galliarum comitibus scribit, „ut nullius hominis favore vel gratia permittant alios viros ecclesiastici ordinis in episcopis totius Galliae et Burgundiae consecrare episcopos, nisi quos Ludovicus imperator iubeat“. Hugonis Flav. chron. l. l.
—	—	(2220) *Michaeli, Bulgarorum regi, (qui „magna sub velocitate“ Silvestrum diaconum „cum Leopardo Anconitano et Dominico Tarvisiensi episcopis, simul et litteras, pro archiepiscopo aut Formoso, Portuensi episcopo, remittendo importunissime deprecantes“, remiserat) respondet, quemcunque nominatim devotio regalis expresserit, eum sine dubio pontificalem provisionem Bulgaris archiepiscopum commodaturam“. V. vitam Hadriani p. 253.
		870. (Ind. 3.—1.Sept.—4.)
Iun. 28.	—	(2221) Carolum (Calvum) regem castigat, quod, neglecto iureiurando, Lotharii regnum invaserit, sedisque apostolicae legatos contempserit. Occupata ut relinquat, hortatur. Legatos suos, Ioannem, Petrum, Wibodum, Ioannem episcopos et Petrum presbyterum commendat; quibus occulta quaedam mandata a sese data esse nunciat. Mansi XV. 843. — „Sacrorum itaque“.
” 28.	—	(2222) Archiepiscopis et episcopis regni Caroli (Calvi) mandat, hortentur regem, ut de regno Lotharii desistat. Legatos suos commendat. Mansi XV. 845. — „Nuper apostolatus“.
” 28.	—	(2223) Hinemarum, archiepiscopum Remensem, segnitiae accusat, hortaturque, operam det, ut Carolus (Calvus) rex de Lotharii regno recedat. Legatorum commendationem addit. Mansi XV. 846. — „Si beneficiorum“.
” 28.	—	(2224) Optimates regni Caroli (Calvi) monet, inducant regem, ut Lothario regno parcat. Legatos commendat. Mansi XV. 847. — „Nuper apostolatus“.
” 28.	—	(2225) Ludovicum (Germanicum) regem collaudat, quod, pace cum Ludovico II. imperatore servata, spretoque Caroli (Calvi) regis exemplo, ab invadendo Lotharii regno temperaverit. Suos imperatorisque legatos commendat. Carolum, nisi ex occupato regno discedat, non impunem fore, ostendit. Reprehendit Ludovicum, quod ecclesiae Coloniensi, non exspectato „apostolicae sedis iudicio atque consultu“, praefici episcopum (Willibertum) siverit; quem Romam mitti iubet. Mansi XV. 848. — „Sicut saepe“.
” 28.	—	(2226) Archiepiscopos et episcopos regni Ludovici (Germanici) regis hortatur, ut regi suadere pacem cum imperatore pergant. Commendant legatos suos, Ioannem, Petrum, Wibodum et Ioannem episcopos et Petrum „presbyterum cardinis sui“. Mansi XV. 849. — „Gratias agimus“.
—	—	(2227) *Sclavos hortatur, ut, quos ceperint, Constantinopoli redeuntes sedis apostolicae legatos (Donatum Ostiensem, et Stephanum Nepesinum episcopos ac Marinum diaconum) dimittant. Vita Hadriani p. 251.
—	—	(2228) *Sergium ducem, et clerum populumque Neapolitanum binis litteris hortatur, ut Athanasium episcopum recipiant; quod nisi fecerint, fore ut anathematizentur. Vita S. Athanasii C. II. §. 24, Acta SS. Iulii T. IV. 83, Muratori R. It. Scr. II. n. 1062.
Dec. 22.	Romae	Relationem legatorum suorum, Constantinopoli reversorum, audit „XI. Kal. Ianuar. ind. IV.“ Vita Hadriani p. 251.

		867 — 871.
		(2229) Carolum (Calvum) regem hortatur, ut aut Herlefrido presbytero, per Erpui- num, episcopum (Silvanectensem), deiecto, ecclesiam reddat, donec illius causa in Hincmari, archiepiscopi Remensis, synodo diudicetur, aut Erpuinum episcopum Romam mittat. Mansi XV. 837. — „Quod praesentem“.
		871. (<i>Ind. 4.—1. Sept.—5.</i>)
Mart. 25.		(2230) Hincmarum, archiepiscopum Remensem, incusat, quod eius incuria „multa re- prehensione dignissima ab eius comprovincialibus conualescant“. Ad opprimenda vitia convocari synodum iubet. Mansi XVI. 582. — „Fidelium relatione“.
		(2231) *Hincmaro, archiepiscopo Remensi, mandat, ut de Trisingi presbyteri causa sibi accurate scribat. V. Hincmari responsum ap. Mansi XVI. 686.
		(2232) Hincmaro, episcopo Laudunensi, qui adhuc Romam adire neglexerit, praecipit, ut „metropolitano suo (Hincmaro, archiepiscopo Remensi) per omnia secundum canones subiectus existat; salvo dumtaxat apostolicae sedis synodico proclamandi iudicio“. Mansi XVI. 660. — „Solicitudine pastoralis“.
Iul. 13		(2233) In Carolum (Calvum) regem invehitur, quod „etiam bestiarum feritatem ex- cedens, contra Carolomannum filium saevire minime vereatur“, et excommunica- tionem eidem meditetur. A quo appellatam sedem apostolicam esse nunciat. Itaque, quoad legati sui advenerint, in „pristina beneficia et honores“ restitui illum iubet. Mansi XV. 850. — „Inter cetera“.
„ 13.		(2234) „Comites et ceteros fideles, in regno Caroli (Calvi) et in regno quondam Lo- tharii regum constitutos“, cum Carolo ferre arma contra Carolomannum sub ex- communicationis et anathematis poena vetat. Mansi XV. 851. — „Auditui nostro“.
„ 13.		(2235) Archiepiscopis et episcopis, „in regno Caroli (Calvi) et in regno quondam Hlotharii regum“ constitutis, ne Carolomannum, Caroli filium, excommunicent, interdicat. Mansi XV. 851. — „Praesulatus nostri“.
Nov. 10.		(2236) Basillii, Constantini et Leonis imperatorum religionem laudat. Queritur, lega- tos suos, sine praesidio Constantinopoli dimissos, in itinere despoliatos esse. Ab Ignatio, patriarcha Cpolitano consecratum Bulgaris antistitem esse, indignatur. Quod contra Nicolai suaeque decreta petierint, concedendum non putat. Mansi XVI. 206. — „Lectis excellentis“.
		(2237) Ignatium, patriarcham Constantinopolitanum, vituperat, quod et Bulgaris an- tistitem consecraverit, et diaconos ex laicis fecerit. (Fragmentum.) Mansi XVI. 414. — „ <i>Ἐργαζίας, ἰνα</i> “ „Scripsisti, ut“.
Dec. 26.		(2238) Ad synodi Duziacensis litteras respondet. Actardum (episcopum Namneti- censem) confirmat archiepiscopum Turonensem. Hincmari, episcopi Laudunensis, damnationem improbat, eumque cum uno ex adversariis Romam venire iubet. Mansi XV. 852. — „Caritatis vestrae“.
		(2239) Carolo (Calvo) regi, convicia apostolica aegre ferenti, patientiam suadet; „scire vos decet“ inquit „quia pro vestri salute talia monita venire videntur; ideo magis omnipotenti Domino immensas gratias agere, nobisque gratanter debetis praebere obsequium et non reprehensionis vel murmurationis (im)modicae verba dirigere“. De Hincmaro Laudunensi et Actardo Turonensi eadem, quae superiore epistola, significat. Hortatur, ut ecclesiae Turonensi, a paganis despoliatae, sub- veniat, „ut non vocetur, ut antiquitus, Caesarodunum ulterius, sed Karolidonum in perpetuum“. Mansi XV. 855. — „Laudabilis caritatis“.
		867 — 872.
		(2240) B. Cathal. episcopo scribit de quodam matrimonio non dirimendo. Baluzii Misc. I. 402. — „Ad apostolicae sedis“.
		872. (<i>Ind. 5.—1. Sept.—6, imp. Ludovico a. 23.</i>)
Mai. 18.	(Apud S. Pe- trum)	Ludovico II. imperatori coronam imponit, qui „post celebrata missarum solemnia una cum eo ad Lateranense palatium cum pompa equitando coronatus pergit“. Hinc- mari Annal. 872, p. 494. (Id temporis Ludovicum a iuramento, quod Adalgiso duci Beneventano praestiterat, per Hadrianum solutum esse, recte, opinor, cen- set Muratori Annal. d'It. 872; licet de Ioanne VIII. agatur ap. Reginonem in chron. 872, Pertz M. G. Scr. I. 584).
		(2241) Carolum (Calvum) regem his „litteris clandestinis“ lenire summopere studet. „Confitemur devovendo“, inquit „salva fidelitate imperatoris nostri, quia, si su-

872. (*Ind. 5.—1. Sept.—6, imp. Ludovico a. 23.*) —
 perstes ei fuerit vestra nobilitas, vita nobis comite, si dederit nobis quislibet multorum modiorum auri cumulum, nunquam suscipiemus alium in regnum et imperium Romanum, nisi te ipsum; te optamus omnis clerus et plebs et nobilitas totius orbis et urbis non solum ducem et regem, patricium et imperatorem, sed in praesenti ecclesia defensorem et in aeterna cum omnibus sanctis participem fore“. Addit de Actardo Turonensi et Hincmaro Laudunensi. Mansi XV. 857. — „Litteras vestras“.
- Nov. 13. — (2242) Ioanni, episcopo Aretino, ecclesiam S. Mariae Balneensem tribuit, ubi monasterium condatur, cuius privilegia constituit, in his istum: „abbate ab hac luce migrante, successor ei de propria congregatione communi omnium consensu de eo dignus eligatur et ad nostram vel successorum nostrorum presentiam veniens consecrationis munus absque dilatione percipere mereatur, a quo tunc non maius, quam unius libre argenti exenium exigatur, ita sane, ut ab eis successoribusque eorum singulis quibusque indictionibus pensionis nomine et (?) rationibus ecclesiasticis viginti auri solidi Lucani difficultate postposita persolvantur“. (Haec clausulae verba: „anno ab inc. dom. 887“ aliena manu addita sunt.) Mittarelli *Ann. Cam. III. app. 1.* — „Quoniam semper“.
- Nov. Dec. — Moritur inter d. 13 m. Nov. et d. 14 m. Dec., ut liquet ex ea, quae praecedit, bulla et ex Ioannis VIII. registis.

IOANNES VIII. 872—882.

†Quanticumque merito habetur amplum et grande, quod superest, registri Ioannis VIII. fragmentum, epistolas 308 comprehendens, dolendum tamen est, quod non meliore conditione ad nos pervenit. Incuria enim sive ipsius notarii, sive, ut probabilius est, eorum, qui transcripserunt, non modo corruptae magnopere et truncatae haud paucae epistolae sunt, sed ne temporis quidem in iis disponendis ubique habita ratio est; quin etiam eo usque chronologiae quasi contemptio quaedam haud raro processit, ut in permultis iisque continuis litteris, quas plane manifesto ex interioribus indiciis apparet scriptas temporibus diversis fuisse, chronicis signis omnino abiectis eodem modo substitueretur: „Data ut supra“. Quae verba ab inepto quodam aetatis posterioris librariolo pro: „data et cetera“ apposita putem, quum praesertim quo ex codice expressum registrum est, eum undecimo demum seculo confectum esse testetur Pertz in *Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde* V. 32. Sed quoquo modo sese res habet, de epistolarum diebus nihil debuit usquam ex prava illa formula extricari.

Annorum designandorum modus variat in bullis Ioannis VIII. Etenim quae vacante imperio (a die 12 m. Aug. ad d. 25 m. Dec. a. 875, et a d. 6 m. Oct. a. 877 ad d. 12 m. Febr. a. 881) scriptae sunt, praeter indictiones solius pontificatus annos continent (2255, 2395, 2400, 2409, 2413, 2447); ex ceteris aliae unius imperatoris (2257, 2280, 2281, 2333, 2338, 2339), aliae utriusque generis annos coniunctim praebent (2261, 2604).

Scriptae bullae sunt per manum

Pauli notarii et scriniarii S. R. E. (2255)

Benedicti notarii regionarii et scriniarii (2261)

Anastasio „ „ „ „ (2280, 2281, 2335, 2604)

Gregorii „ „ „ „ (2295, 2333, 2447)

Leonis „ „ „ „ (2338, 2339)

Georgii „ „ „ „ (2395, 2400, 2401, 2409, 2410).

Datae p. m.

Gregorii nomencimissi (l. nomenclatoris, missi) et apocrisiarii s. sed. ap. (2255)

Anastasio primiscrinii (2257)

„ bibliothecarii s. sed. ap. (2261, 2262, 2333)

Christophori primicerii s. summae sed. ap. (2280, 2281)

		Ioannis episcopi, missi apocrisiarii s. sed. ap. (2338)
		Leonis " " " " " (2339)
		Walberti humillimi episcopi s. Portuensis ecclesiae (2395, 2400, 2401, 2409, 2410, 2413, 2604)
		Zachariae episcopi s. ecclesiae Anagninae et bibliothecarii s. sed. ap. (2447).
Dec. 14.	—	872. „Substituitur“ in locum Hadriani II. „19 Kal. Ianuar.“ Hincmari Annales 872 ap. Pertz M. G. Scr. I. 494.
—	Apud b. Petrum	873. Synodus, in qua haec sanciunt: „ecclesiarum possessiones — nullus suppetere a Romano seu reliquis pontificibus praesumat, nisi personae, quas canonica sancit auctoritas“. V. Synodi Trecensis cap. 2 ap. Mansi XVII. append. p. 187.
—	In Campania	Ludovico II. imperatori Adalgisum, ducem Beneventanum, reconciliat. Hincmari annales 873 p. 496.
—	—	(2243) Annoni, episcopo Frisingensi, mandat, ut collectum ecclesiae Romanae reditum m. Septembri „futuræ VII. indictionis“ (a. 873) sibi mittat. Ludovicum (Germanicum) regem, et episcopos comitesque Italici regni nuperrime per litteras admonitos a se esse scribit, ut „reditus sibi deferri salvos faciant“. Haec addit: „Precamur, ut optimum organum cum artifice, qui hoc moderari et facere ad omnem modulationis efficaciam possit ad instructionem musicae disciplinae nobis mittas“ ● Baluzii Misc. I. 402, Mansi XVII. 245. — „Efficaciam tuae“.
—	—	c. 873. (2244) Wiliberto, archiepiscopo Coloniensi, pallium petenti statim satisfacere religioni habet, quod in professione nec synodorum universalium, „nec decretalium pontificum Romanorum constitutorum“ mentionem fecerit, „nec illam propria subscriptione munierit, nec aliquem, qui hanc iureiurando firmaret, miserit“. Gratiani decr. I. D. 100 c. 4, Mansi XVII. 242. — „Optatum tibi“.
Ian. 29.	—	874. (Ind. 7.—1.sept.—8.) (2245) Ludovico II. imperatori scribit, „monasterium S. Mariae in Comaclo, (et) quod Pomposia dicitur et monasterium S. Salvatoris in monte Feretri, aliudque monasterium, quod vocatur S. Probo, atque colonos in territorio Ferrariensi et Adriensi et Galli(c)ata et Faventillam“ antiquitus ecclesiae Romanae fuisse, ut erepta archiepiscopo Ravennati non possint dici. Baluzii Misc. I. 402, Mansi XVII. 244. — „Nam monasterium“.
—	Ravennae	Concilium episcoporum 70, „in quo lis inter Ursum, ducem Venetiarum et Petrum, patriarcham Gradensem, componitur“. V. Rubei Hist. Rav. p. 243.
c. Iun.	Haud procul a Verona	Colloquium facit cum Ludovico II. imperatore et Ludovico Germanico rege. Annales Fuldenses 874 ap. Pertz M. G. Scr. I. 388.
p. Aug.	—	(2246) Ansberto, archiepiscopo Mediolanensi, significat, Bavae, adulterii accusatae, parentes suo praecepto, ut „mediante mense Augusto praeteritae septimae indictionis eam sive purgatam, sive aliter“ Rudolpho marito redderent, non paruisse. Mandat, ut, una cum Luitfrido Ticinensi et Paulo Placentino episcopis rem decernat, Bavamque et eius fautores, si iudicium declinaverint, excommunicet. Ivonis decr. VIII. c. 119, Mansi XVII. 246. — „Vir spectabilis“.
—	—	c. 874. (2247) Ludovico (Germanico) regi exponit, „Pannoniam dioecesim ab olim apostolicae sedis fuisse privilegiis deputatam“. „Nemo“ inquit „de annorum numero resultandi sumat fomentum, quia s. R. ecclesiae privilegia nullis temporibus angustantur, nullis regnorum partitionibus praeiudicantur; sed et venerandae Romanae leges — rerum eius praescriptionem non nisi per centum annos admittunt“. (Fragmenta). Timon Imago ant. Hung. 142, (Fejér C. D. H. I. 186, Boczek C. D. M. I. 34), Gratiani decr. C. XVI. qu. 3 c. 17, Wattenbach Beiträge p. 49. — „Multis ac variis“ „Nemo de annorum“ „Nemo autem de“.

c. 874.

(2248) Paulo, episcopo (Anconitano), „fungenti legatione in Germaniam Pannoniamque“, ita scribit: „non solum intra Italiam ac ceteras Hesperiae provincias, verum etiam intra totius Illyrici fines consecrationes, ordinationes et dispositiones apostolica sedes antiquitus patrare consuevit“. „Porro si de annorum numero“ inquit „forte quis causatur, sciat quia inter Christianos et eos, qui unius fidei sunt, numerus certus affixus est; ceterum, ubi paganorum et incredulorum furor in causa est, quantalibet praetereant tempora iuri non praecudant ecclesiarum“. (Fragmenta). Mansi XVII. 264, Wattenbach Beiträge p. 48, Gratiani decr. C. XVI. qu. 3. c. 14, Fejér C. D. H. I. 187, Boček C. D. M. I. 35. — „Non enim solum“ „Nam non solum“ „Porro si de“.

873 — 875.

(2249) Ludovico II. imperatori Rainaldum, „Castri Foelicitatis episcopum“, homicidam, excommunicatum nunciat. Ivonis decr. X. c. 52, Mansi XVII. 242. — „Qualiter Rainaldus“.

(2250) Ludovico II. imperatori scribit ita: „quod contra leges accipitur, per leges dissolvi meretur“. (Fragmentum). Ivonis decr. IV. c. 230, VI. c. 115, Gratiani decr. I. D. 10. c. 9. — „Vides filii“.

(2251) Neapolitanos, Salernitanos, Amalphantanos a Saracenorum societate dehortatur. Legatos, suos, Donatum, episcopum (Ostiensem), „cuius laus est in sancta octava synodo“, et Eugenium presbyterum, commendat. (Fragmenta). Ivonis decr. XI. c. 90, IV. c. 133, Mansi XVII. 243, 247. — „Conscientia vestrae“ „Quia fidelibus“.

(2252) Clero et ordini Salernitano (al. Salonitano) significat, se presbyteris, Nicolai I. tempore excommunicatis, permisisse, „ut sancta communione saginati, studerent tribus continuis annis per hebdomadam omni secunda et quarta et sexta feria a vino aut aceto (al. et a carne) penitus ieiunare et ultra lugenda committere“. Ivonis decr. XIV. c. 35, Gratiani decr. C. XI. qu. 3. c. 109, Mansi XVII. 225. — „De illis presbyteris“.

875. (Ind. 8.—1. Sept.—9, Pont. a. (3), imp. Carolo a. 1.)

(2253) Eos, qui suspecti de Romani clerici nece „mediate Iunio praesentis octavae indictionis“ ad se non venerint vocati, excommunicat, ac, nisi „Kalendis Octobris futurae nonae Indictionis“ apparuerint, anathematizatum iri denunciat. Ivonis decr. X. c. 17, Mansi XVII. 246. — „Qui de homicidio“.

(2254) *Carolus (Calvus) regem „per Gadericum Veliternensem, Ansegisum Senonensem, Formosum Portuensem, Ioannem Aretinum episcopos ad limina b. apostolorum invitat“. V. acta synodi Pontigonensis ap. Mansi XVII. 315 et append. p. 167.

(2255) Monasterii Salvatoris Fuldensis privilegia confirmat, petente Sigihardo abbate. Dronke Cod. dipl. Fuld. 279, (Schannat Dioec. Fuld. 238, Cocqu. I. 207.) — „Quoniam semper sunt“.

(2256) Synodo ante Caroli (Calvi) regis adventum congregata, mittit, „cum consensu omnium epistolas Hludovico (Germanico) regi, filiis quoque ipsius, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ac reliquis primoribus regni, ne aliquam inreptionem in regno“ Caroli Calvi „facile tentent, usque dum simul ad mutuum colloquium veniant“. V. acta synodi Pontigonensis l. l.

Carolus (Calvus) regem „cum gloria magna“ excipit. Hincmari Annales 875 p. 498.

Carolus (Calvus) ungit, coronamque imperatoriam capiti eius imponit. Hincmari Annal. 876, ap. Pertz M. G. Scr. I. 498; Annales Fuldenses 875, ibid. 389; Annal. Vedast. 876 ap. eund. II. 196; Annal. S. Maximini Trevir. 876 ap. eund. IV. 6. Cf. infra bullam 2257.

(2257) Monasterii S. Vedasti Atrabatensis iura et possessiones, petente Carolo (Calvo) „die nativitatis domini in ecclesia b. Petri dignitatem imperialem adeptus“, confirmat. (Clausula bullae vitiosa est.) Miraei Opp. dipl. II. 934, (Martene et Dur. Vet. Script. I. 200, Binterim u. Mooren Erzd. Köln III. 31, Mansi XVII. 261, Cocqu. I. 208). — „Si utilitatibus“.

Oct. 3.

Romae

Dec. 17.

In ecclesia
S. Petri

„ 25.

Romae
in ecclesia
b. Petri

„ 28.

c. 875.

(2258) Carolomanno, Ludovici (Germanici) regis filio, Methodium episcopum, restitutum sedi Romanae Pannoniensium episcopatus praefectum, commendat. Timon Im. ant. Hung. 143, Fejér C. D. H. I. 196. — „Reddito ac“.

(2259) Montemerum, ducem Slavoniae, hortatur, ut „ad Pannoniensem reverti studeat dioecésim“, et ad episcopi illic constituti (Methodii) „pastoralem recurrat sollicitudinem“. Timon Im. ant. Hung. 143, Fejér C. D. H. I. 196. — „Admonemus te“.

876. (Ind. 9. — 1. Sept. — 10, Pont. a. 4, imp. Carolo a. 1, post cons. eius 1.)

Jan. 2. (2260) Episcopis, per Gallias et Germanias constitutis, significat, Ansegisum, archiepiscopum Senonensem, sedis apostolicae vicarium per Gallias et Germanias creatum esse. Mansi XVII. 225, Gall. Chr. XII. Instr. 12. — „Vestrae omnium“.

2. (2261) Monasterii S. Medardi Suessionensis privilegia bonaque, postulante Carolo (Calvo) imperatore, confirmat. Mabillon Ann. ord. Ben. III. 679, Mansi XVII. 256, Cocqu. I. 212. — „Quotiens illa“.

5. (In secretario ecclesiae S. Petri) (2262) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, negotium dat, ut in locum Hincmari Laudunensis episcopi iuste deieci successorem eligendum curet. Marlot Metrop. Rem. I. 456, Mansi XVII. 226. — „Quamvis de“.

(2263) „Aldefonso regi christianissimo seu cunctis episcopis, abbatibus, vel orthodoxis Christianis“ significat, se Ovetensem ecclesiam Gallaciae metropolitanae constituisse. (Cf. Pagii crit. ad Baron. annal. 882.) Aguirre Conc. IV. 355, Mansi XVII. 224. — „Quia igitur in“.

(2264) Aldefonsum, regem Gallaeiarum, hortatur, ut ecclesiam b. Iacobi consecrari ab episcopis Hispanis iubeat, cum iisque concilium celebret. Haec addit: „sicuti vos a paganis iam constringimur, die ac nocte cum illis bella committimus; rogamus, ut — aliquantos utiles et optimos Mauriscos cum armis, (quos Hispani cavallos Alpharaces vocant), ad nos dirigere non omittatis“. Aguirre Conc. IV. 356, Ferrer Hist. de Santiago 447^b, Mansi XVII. 225. — „Literas devotionis“.

Febr. 17. (2265) Episcopos comitesque regni Caroli (Calvi) hortatur, ne in fide, imperatori adhuc praestita, cessent. Addit de suis legatis, Ioanne et Ioanne episcopis, missis „ad examinanda simulque diffinienda canonice sive legaliter, quae hoc anno inter“ Carolum (Calvum) et Ludovicum (Germanicum) regem „emersere negotia“. Mansi XVII. 233. — „Benedictus deus“.

(,) (2266) Episcopos, qui, quum Carolus (Calvus) Romam peteret, „Augustaleque diadema, sibi divinitus sine dubio collatum, per humilitatis suae ministerium“ acciperet, Ludovico (Germanico) regi in illius regnum irruenti, violata fide se adiungerint, redire ad imperatoris auctoritatem, sub excommunicationis poena iubet. De legatis suis, Ioanne et Ioanne episcopis, addit. Mansi XVII. 235. — „Relatione vera“.

(,) (2267) Archiepiscopis et episcopis, in regno Ludovici (Germanici) „regis Baioariae“ constitutis, exprobrat, quod regem non modo ab invadendo Caroli (Calvi) imperatoris regno non sint dehortati, sed adiutores etiam illius consilii fuerint. Excommunicatione anathemateque propositis, mandat, ut et regis animus ab incepto avertant et cum legatis suis, Ioanne Siculensi (Ficoclensi? cf. Hincmari Annal. 876 p. 499 et acta syn. Pontig. ap. Mansi XVII. 168, ubi Aretinus vocatur) et Ioanne Tuscanensi episcopis conveniant. Mansi XVII. 227. — „Apostolicae moderationis“.

(,) (2268) Comites, in regno Ludovici (Germanici) „regis Baioariae“ constitutos similiter, atque episcopos superiore epistola, admonet. Mansi XVII. 230. — „Ministerii nostri“.

V. ea, quae sequuntur.

c. Mart. — Capuae
„ — Neapoli
Erchemperti Hist. Langob. ap. Pertz M. G. Scr. III. 253: „cum Carolus, filius Iudithae, sceptrum insigne Romam suscepisset, Lambertem ducem et Guidonem, germanum illius, Iohannis papae in adiutorium (contra Saracenos) dedit, cum quibus Capuam et Neapolim profectus est. Guaiferius in cunctis obtemperans et foedus dirrupit et multos ex eis (Saracenis) peremit. Sergius vero, magister militum, noluit se ab illis alienare, qui statim anathematizatus est“. (Cf. synodum sequentem et ep. 2279).

Apr. 19.	In basilica a. dei genitricis, quae ad martyres vocatur	876. (<i>Ind. 9.—1. Sept.—10, Pont. a. 4, imp. Carolo a. 1, post cons. eius 1.</i>) Synodus, in qua Formosus, episcopus Portuensis, quod ad Bulgaros a Nicolao I. missus, eorum regem induxerit, ut se nullum nisi ipsum ab apostolica sede accepturum episcopum esse, iuraret; quod, ipsius pontificatus Romani cupiditate iam pridem motus, plurimos in suas partes traxerit; quod paroeciam suam Romamque deseruerit, cum suisque contra Carolum (Calvum) imperatorem conspiraverit, nisi se ante d. 29 m. Aprilis sistat: excommunicatus, nisi a. d. 4 m. Maii: sacerdotio privatus, nisi a. d. 9 m. Maii: anathematizatus declaratur. Gregorius nomenclator, Stephanus secundicerius, Georgius Georgii primicerii filius, Sergius magister militum, Constantina Gregorii nomenclatoris filia, variis sceleribus obstricti, nisi a. d. 29 m. Aprilis apparuerint, excommunicati, nisi a. d. 4 m. Maii, anathematizati iudicantur. Hae sententiae leguntur in Ioannis epist. ap. Mansi XVII. 236 diesque synodi liquet ex verbis his: „nisi amodo intra diem decimum id est III. Kal. Maii praesentis nonae indictionis“. Cf. Richteri libellum, quo ad novi proreitoris inaugurationem d. 10 Sept. a. 1843 invitatur, Marburgi, p. 4.
„ 21.	—	(2270) Universos Gallos et Germanos de synodo, die 19 Aprilis celebrata, certiores facit; hortaturque, ut et Formosi, episcopi Portuensis, et ceterorum excommunicatorum anathematizatorumque vitent communionem. Mansi XVII. 236. — „Zelo Christianae“.
(„) —	—	(2271) *Carolo (Calvo) imperatori et Richildi imperatrici epistolas donaque mittit per Leonem episcopum (Sabinensem), apocrisarium ac nepotem suum, et Petrum Foro-Simproniensem episcopum. V. Hincmari annales 876 p. 500.
Iun. 30.	In ecclesia beatorum apostolorum principis Petri	Synodus episcoporum 28, in qua Formosus, quondam episcopus Portuensis, („iam nuper — in priori synodo — praecipue quia, cum factiosis et conspiratoribus, id est Gregorio, Stephano, Georgio et Sergio sociatus, ecclesiam suam, inter Saracenorum gladios undique constitutam, per 10 ebdomadas deseruisset“, deiectus) sacerdotio privatur, quod monasteria ecclesiae Romanae expoliaverit, contraque interdictum sacra procuraverit, et cum „suspectis mulieribus virisque sacrilegis ad exterminium s. sedis apostolicae desperabiliter coniuraverit“. Acta synodi sunt in Richteri libello, quo ad novi proreitoris inaugurationem die 10 Sept. a. 1843 invitatur, Marburgi, p. 5.
Sept. 1.	—	(2272) Bosoni comiti (Provinciae duci), quod legatos suos ad Carolum (Calvum) imperatorem tendentes adiuerit, gratias agit, mutuaque officia promittit. Auxilia, ab imperatore contra Saracenos in Italiam mittenda, accelerari cupit. (R. ep. 1). Mansi XVII. 3. — „Carissimae tuae“.
„ 1.	—	(2273) Ludovico (Germanico) regi pacem Caroli (Calvi) imperatoris suadet, iudiciumque inter eos prolatat. (R. ep. 2). Mansi XVII. 4. — „Epistolas tuae“
(„) —	—	(2274) Clero, ordini et plebi ecclesiae Valvensis, proposito anathemate, imperat, ut in Arnulfi episcopi fide permaneant, neu invasorem ecclesiae suae sequantur. (R. ep. 4). Mansi XVII. 5. — „Quia solitudinis“.
„ 9.	—	(2275) Fratri ducis Neapolitanorum significat, se „totius Hesperiae praesules in proximo congregaturum“, anathematisque sententiam in perfidum ducem et eius socios pronuntiaturum. Hortatur, ut societatem fratris sui defugiat. (R. ep. 5). Mansi XVII. 6. — „Multa per nos“.
Sept. Oct.	—	(2276) Leonem (Sabinensem) et Petrum (Foro-Simproniensem) episcopos negligentiae coarguit, quod, peracta ad Carolum (Calvum) imperatorem legatione, Papiam tandem morati, reverti ad sese, „in tanto periculo constitutum et Saracenorum incursionibus undique laceratum“, tardentur. Differri per inimicos a se excommunicatos rumorem, eos vi retineri. Iubet eos festinanter aut venire, aut significare, quis itineri obstet. (R. ep. 6). Mansi XVII. 7. — „Cum vobis innumerabiles“.
„ „	—	(2277) Bosonem comitem (Provinciae ducem) precibus minisque hortatur, ut, memor muneris ab imperatore accepti, auxilium, iam saepe contra Saracenos frustra petitum, tandem sibi ferat. Significat, se „certa relatione didicisse, stolum amplissimum in proximo ad expugnandam Urbem venturum“. Leonem, nepotem suum, et Petrum, episcopos, legatione ad imperatorem functos, ab eo retineri indignatur. (R. ep. 7). Mansi XVII. 8. — „Saepe gloriam tuam“.
c. Oct. —	—	(2278) Landulfo, episcopo Capuano, Leonem episcopum, nepotem suum, ceterosque legatos ab imperatore reversos nunciat. Imperatorem scribit sibi permisisse, ut suo arbitrato „de terrae Capuanae pacta (leg. pacto) statueret“. Ita addit: „Parate hospitium, quia cum novo hospitem agmine in vestras partes sumus venturi“. (R. ep. 9). Mansi XVII. 10. — „Sancta Romana ecclesia“.

c. Oct. —	—	876. (<i>Ind. 9.—1. sept.—10, Pont. a. 4, imp. Carolo a. 1, post cons. eius 1.</i>) (2279) Guaiiferii, principis Salernitani, et eius generi, Pulcaris praefecti Amalphitani, fidelitatem laudat, quam scribit a se cognitam esse, „cum pro liberatione totius patriae — in vestras partes venissemus“. Addit haec: „Pactum, quod petisti a Carolo imperatore iure vobis firmandum, potestate per revertentes legatos accepta, — ad futurum statuere sumus parati“. De suo et „novi agminis“ adventu praenunciat. (R. ep. 3). Mansi XVII. 5. — „Quia te non“.
Oct. 15.	—	(2280) Monasterii S. Mariae et S. Philiberti Tornutiensis privilegia, a Carolo (Calvo) imperatore constituta, possessionesque confirmat. Charte latine sur papyrus. Paris 1835, Iuenin Nouv. hist. de Tournus. Pr. p. 96, Mansi XVII. 250, Cocqu. I. 210, Marini I papiri 26. — „Quando ad ea“.
„ 15.	—	(2281) Monasterio S. Mariae et S. Filiberti (Tornutiensi) condonata a Carolo (Calvo) imperatore abbatiam S. Portiani, petente Adalgario, episcopo Augustodunensi, confirmat. (Mirum, unde in his litteris indictio nona ter notetur, quum superior bulla, eodem die data, recte decima indictione signata sit.) D'Achery Spic. III. 351, Mansi XVII. 262, Cocqu. I. 209. — „Convenit apostolico“.
„ 26.	—	(2282) Episcopis provinciae Bituricensis scribit, ex Leone et Petro, legatis suis, multorumque litteris cognovisse se de vastitate, et urbi et provinciae Burdigalensi per Nortmannos illata, ideoque Frotario, archiepiscopo Burdigalensi, vacantem ecclesiam Bituricensem, dum calamitas illa maneret, commendasse. (R. ep. 14). Mansi XVII. 13. — „Quia Burdigalensem“.
„ 28.	—	(2283) Clerum, plebem et ordinem ecclesiae Bituricensis hortatur, ut Frotario, archiepiscopo Burdigalensi, ecclesiae Bituricensi praefecto, obediant. (R. ep. 13). Mansi XVII. 12. — „Suggestionis vestrae“.
„ —	—	(2284) Carolo (Calvo) imperatori significat, se eius precibus ut Frotarius, archiepiscopus Burdigalensis, ecclesiae Bituricensi praeponeretur cessisse. (R. ep. 8). Mansi XVII. 9. — „Petitionem vestram“.
„ 31.	—	(2285) Carolum (Calvum) imperatorem rogat, ut in Emmenum, iuste quidem iudicatum, clementer tamen consulat. (R. ep. 11). Mansi XVII. 11. — „Super iudicio“.
(Oct.?) —	—	(2286) Imperatorem et imperatricem pro Madelgero, Odelrici percussore, deprecatur. (R. ep. 12). Mansi XVII. 12. — „Cum non minus“.
„ —	—	(2287) Gisliberto, episcopo Carnotensi, Madelgerum, interfectorem Odelrici, commendat, cui res honoresque ablatis reddi cupit. (R. ep. 15). Mansi XVII. 14. — „Dilectionis vestrae“.
„ —	—	(2288) Quemdam (quem alloquitur his verbis: „gloria magnitudinis vestrae“) rogat, ut Umfredum comitem res monasterio S. Amantii ereptas reddere iubeat. (R. ep. 15 ^b). Mansi XVII. 13 not. a. — „Gloria magnitudinis“.
Nov. 2.	—	(2289) Adalardum, episcopum Veronensem ad concilium, „causa ecclesiasticae simul et imperialis opportunitatis“ celebrandum, vocat; eumque, si die 30 m. Novembris esse Romae non possit, d. 25 m. Decembris venire vult. (R. ep. 10). Mansi XVII. 10. — „Advertit plane“.
„ 14.	—	(2290) Carolo (Calvo) imperatori et de legatis suis, Leone et Petro episcopis, bene tractatis et de Ansegiso, archiepiscopo Senonensi, Adalgarioque, episcopo Augustodunensi, ad se missis gratias agit. Marchiones quosdam, ecclesiae Romanae depeculatores, pelli in exsilium postulat. (R. ep. 23.) Mansi XVII. 21. — „Innumeras omnipotenti“.
„ 15.	—	(2291) Carolo (Calvo) imperatori et Saracenorum incursus et marchionum vicinorum rapinas nunciat. Auxilia dolet non advenisse. Obsecrat eum, ut sibi celeriter subveniat. (R. ep. 21.) Mansi XVII. 19. — „Quanta et qualia“.
„ 16.	—	(2292) Carolo (Calvo) imperatori Adalgarium, episcopum Augustodunensem, pallio ornatum, summae fidelitatis virum, diligenter commendat. Quem scribit explanaturum ei, quid sit, cur res ecclesiae praeter utriusque spem non melius ierint. De Ansegiso et Lantberto sinistra quaedam indicat. (R. ep. 24.) Mansi XVII. 22. — „Laudabilem quidem“.
„ 16.	—	(2293) Richildim imperatricem hortatur, ut apud imperatorem ecclesiae rationibus prospiciat. (R. ep. 26.) Mansi XVII. 24. — „Quanto amore“.
„ —	—	(2294) Carolum (Calvum) imperatorem rogat, ut Wigbodo, episcopo Parmensi, qui imperante Ludovico II. ei obstiterit, ignoscat. (R. ep. 27.) Mansi XVII. 25. — „Quia desideranda“.
„ —	—	(2295) Ecclesiae Augustodunensi restitutam a „dilecto filio suo Karolo (Calvo) cle-

876. (*Ind. 9.—i.sept.—10, Pont. a. 4, imp. Carolo a. 1, post cons. eius 1.*)
 mentissimo imperatore“ Tilionacum villam, ceterasque eius possessiones, petente Adalgario episcopo, confirmat. Baluzii Capitularia II. 1495, Mansi XVIII. 988, Pérard Recueil p. 4, (Gall. Chr. IV. Instr. 62 et Bouquet IX. 177, ubi perperam legitur indict. XII). — „Divinae praeceptionis“.
- Nov. 24. — (2296) Ursi, ducis Venetiarum, erga se pietatem laudat. Hortatur, ut episcopos ad concilium mittat, quo facilius iis praesentibus Petri, patriarchae Gradensis, causa iudicetur. Aegrotanti episcopo (Felici Methamaucensi) concedit, ut vicarium ad concilium leget, alterum vero (Petrum Equiliensem), legationi Constantinopolim destinatum, si nondum abierit, venire iubet. (R. ep. 20). Mansi XVII. 18. — „Gratias gloriae“.
- Dec. 1. — (2297) Felicem Methamaucensem et Petrum Equiliensem episcopos, qui Petro, patriarchae Gradensi, adversantes, Romam una cum illo non adierint, saepeque vocati, venire recusaverint, tamdiu carere communione iubet, donec stiterint. Concilio, die 13 Februarii 877 Romae celebrando, aut eos aut eorum legatos adesse vult. (R. ep. 18). Mansi XVII. 17. — „Quam ingrati“.
- „1. — (2298) Dominicum, „vocatam electum“ Torcellensem, invasae ecclesiae accusatum, iam tertio evocat, et sub excommunicationis anathematisque poena ad concilium, die 13 Febr. 877 celebrandum, venire iubet. (R. ep. 19). Mansi XVII. 18. — „Quia fama“.
- „1. — (2299) Urso, duci Venetiarum, exprobrat, quod Dominicum, „vocatam electum“ Torcellensem, contra promissum non miserit. Eundem et Petrum Equiliensem Felicemque Methamaucensem episcopos sub excommunicationis poena ad concilium vocatos nunciat. Archidiaconum ecclesiae Torcellensis, abbatem monasterii Altinensis, et archipresbyterum, archidiaconum, et Laurentium diaconum ecclesiae Gradensis eodem tempore advenire vult. (R. ep. 17). Mansi XVII. 16. — „Cum pro causa“.
- „1. — (2300) Dominico Olivolensi et Leoni Caprulensi episcopis significat, Methamaucensem, Equiliensem, Torcellensem episcopos ad concilium vocatos esse. Quorum officia, dum absint, suscipiant, mandat. (R. ep. 16). Mansi XVII. 15. — „Sanctitatem vestram“.
- (,) — (2301) Delto episcopo significat de lite inter Petrum, patriarcham Gradensem, et eius suffraganeos. Mandat, ut quatuor, quae praecedunt, epistolas Venetiam perferat, ibique „in conspectu totius ecclesiae et populi“ legendas curet. (R. ep. 25). Mansi XVII. 23. — „Tuae dilectionis“.
- „14. — (2302) Lambertum comitem (Spoletinum) hortatur, ut suos ab infestandis S. Petri et Guidonis hominibus avocet. Legatos suos, Acimundum et Walpertum episcopos, quod committendum litteris non putaverit, indicaturos. (R. ep. 22). Mansi XVII. 20. — „Ab olim“.
- „18. — (2303) Guaiferio, principi Salernitano, Adalgisii sociorumque fraudes nuncianti, respondet. Auxilium ab imperatore se ei petiturum esse, scribit. Hortatur, ut a Saracenis se omnino seiungat, neve spem „in Sultan, qui Satan congruentius dicitur“, habeat. Episcopum Surrentinum ad se mitti vult. (R. ep. 28). Mansi XVII. 26. — „Gloriosae nobilitati“.
- „19. — (2304) Landulfo, episcopo Capuano, opem contra Saracenos ceterosque inimicos petenti respondet, se de subsidio ferendo litteras ad imperatorem daturum esse. (R. ep. 29). Mansi XVII. 27. — „Sicut de sanctitatis“.
877. (*Ind. 10.—i.sept.—11, imp. Carolo a. 2, post cons. eius 2.*)
 V. eam, quae sequitur, epistolam.
- Ian. — Neapoli
 Febr. 1. — (2305) Aioni, episcopo Beneventano, de angustiis suis respondet. Narrat, se „Neapolim pro maxima Romanae ecclesiae necessitate nuper advenisse“. Fratrem eius, ut sibi contra Saracenos assit, admoneri vult. (R. ep. 33). Mansi XVII. 31. — „Susceptis atque“.
- „10. — (2306) Carolo (Calvo) imperatori scribit, mala in dies maiora sibi et a Saracenis et a Christianis inimicis inferri, „quia“ inquit „tota Campania a — Saracenis funditus devastata, iam fluvium, qui a Tiburtina urbe Romam decurrit, furtim trans-eunt et tam Sabinos, quam sibi adiacentia loca praedantur“. Suppetias, per Leonem episcopum, legatum suum, promissas, quamprimum mitti vehementissime postulat; ne „in desperationem lapsi deficiamus, et forsitan in aliud consilium, resumtis aliquantulis viribus, necessario transcendamus“. Petrum (Foro-Simp-

877. (*Ind. 10.—1. sept.—11, imp. Carolo a. 2, post cons. eius 2.*)
 proniensem) et Petrum (Senogallensem) episcopos, legatos suos, commendat.
 (R. ep. 30). Mansi XVII. 27. — „Cum nos in“.
- Febr. 10. — (2307) Richildim imperatricem obtestatur, ut imperatorem ad ferendam sibi in summo periculo versanti opem hortetur. (R. ep. 31). Mansi XVII. 29. — „Multo peracto“.
- „ 13. — (2308) Carolo (Calvo) imperatori palmam viridem mittit, eumque, ut ecclesiae Romanae, ancipiti periculo pressae, auxilietur, „incurvatis genibus et summis capite deprecatur et obsecrat“. (R. ep. 32). Mansi XVII. 30. — „Inter cetera, quae“.
- „ 27. — (2309) Ansperto, archiepiscopo Mediolanensi, respondet de episcopo et abbate ante imperatoris, qui iis faveat, adventum non constituendis; quem sperat contra canones non esse facturum. Sed ita addit: „Moderatio sedis apostolicae et universalis ecclesiae dispositio in hoc periculoso tempore pene cuncta dispensatorie moderanda compellit“. (R. ep. 34). Mansi XVII. 32. — „Laudamus sanctimoniam“.
- „ 27. — (2310) Archiepiscopos et episcopos regni Caroli (Calvi) imperatoris laborare iubet, ut celeriter sibi ab imperatore auxilium afferatur. (R. ep. 35). Mansi XVII. 33. — „Pristinis attriti“.
- Mart. 15. — (2311) Landulpho, episcopo Capuano, nunciat, se litteris Sergii, magistri militum, et Docibilis Hypati intellexisse, eos compositi cum Saracenis foederis poenitere. Walbertum Portuensem et Eugenium Ostiensem episcopos rogatu Docibilis Hypati Cajetam a se missos esse. Hortatur, legatos eodem mittat, qui dent operam, ut foedus illud omnino dirimatur. (R. ep. 36). Mansi XVII. 34. — „Noverit industria“.
- „ — — (2312) Frotarium, quondam archiepiscopum Burdigalensem, archiepiscopum Bituricensem constituit, „ita ut pastor eiusdem ecclesiae, rector et antistes ex hoc revera dicatur“. (Cf. supra epp. 2282, 2283, 2284; hanc bullam ad m. Oct. a. 876 non retulerim) — (R. ep. 37). Mansi XVII. 35. — „Ad hoc nos“.
- „ 27. — (2313) Carolo, (Crasso) regi scribit, allatum sibi esse, eum „Italiam ingressum, ad monasterium accessisse ancillarum dei, apud Brixiam constitutum, indeque, cum illie moraretur, tyrannice aurum ablatum esse tam ipsius monasterii, quam dilectae filiae suae Angelbertae (Angelbergae), dei cultrix, quod sibi ad ipsius praecipue coenobii sustentationem procul dubio reservaverat“. Praecipit sub excommunicationis poena, ut intra dies 60 ablata restituat, legatumque Romam mittat. (R. ep. 42). Mansi XVII. 38. — „Cum generositatem“.
- „ 27. — (2314) Engilbergam, „Christo dicatam“ (Ludovici II. imperatoris viduam), consolatur, atque ut fidelitatem erga Carolum (Calvum) imperatorem servet, hortatur. (R. ep. 43). Mansi XVII. 39. — „Eo nos filia“.
- „ 27. — (2315) Wigbodo, episcopo Parmensi, mandat, ut, quoscumque possit, ad defendendam ecclesiam Romanam impellat, cum amicisque ad „colloquium“ suum veniat, „quatenus communi consilio gens impia suis eliminetur e finibus“. Expeditas epistolas mittit, quas ad eos, quibus inscriptae sint, perferendas curet. (R. ep. 44). Mansi XVII. 40. — „Devotionis tuae“.
- Apr. 9. — (2316) Docibilem et Ioannem Hypatos hortatur, ut coeptum peragant, operamque dent, „ut Christiani nominis viri paganorum foedera fugiant“. (R. ep. 38). Mansi XVII. 35. — „Devotioni tuae“.
- „ 9. — (2317) Pulchari, praefecturio Amalphitano, mandat, dissolvendis foederibus, cum Saracenis ictis, operam navet. (R. ep. 39). Mansi XVII. 36. — „Admonemus, ut“.
- „ 9. — (2318) Sergium, magistrum Neapolitanum, a Saracenorum societate minacibus verbis avocat. (R. ep. 40). Mansi XVII. 36. — „Dum verbi“.
- „ 9. — (2319) Athanasium, episcopum Neapolitanum, graviter incusat, quod cives neque a Saracenis abstraxerit, neque post excommunicationem iis a sese illatam reliquerit. Hortatur, ut et fratris ducis et civium animos a paganorum foedere alienet. (R. ep. 41). Mansi XVII. 37. — „Relectis literis“.
- „ 17. — (2320) Aionem, episcopum Beneventanum, hortatur, agat, ut foedus, quod Neapolitani cum Saracenis inierint, dirumpatur. Epistolam mittit, quam „primo Graecorum illuc venientium“ tradi vult, eundemque mōneri, „ut, omni amota occasione, vel decem dromones in adiutorium suum statim dirigat“. (R. ep. 45). Mansi XVII. 41. — „Perspectis apicibus“.
- „ 17. — (2321) Gregorium, imperialem paedagogum, cum copiis in partes Beneventanorum missum, hortatur, ut de Basilii imperatoris, „tamquam piissimi propugnatoris orthodoxae fidei“, valetudine per litteras sese eradiat. Deinde rogat, „ut vel decem

		877. (<i>Ind. 10.—1. Sept.—11, imp. Carolo a. 2, post cons. eius 2.</i>) bona et expedita achelandia ad portum suum transmittat, ad litora sua de illis furibus et piratis Arabibus expurganda. (R. ep. 46). Mansi XVII. 42. — „Gloriam tuam“.
Apr. 28.	—	(2322) Clero ecclesiae Veronensis Adelardum, eorum episcopum, propter iura monasterii Nonantulani pertinaciter violata, excommunicatum esse nunciat. (R. ep. 49). Mansi XVII. 44. — „Experientiae vestrae“.
(,,)	—	(2323) Ioanni Ravennati, Ansperto Mediolanensi, Walperto Aquileiensi archiepiscopis, de Adelardi, episcopi Veronensis, excommunicatione scribit. (R. ep. 48). Mansi XVII. 43. — „Sancti magnique“.
(,,)	—	(2324) Carolo (Calvo) imperatori exponit, quamobrem Adelardus, episcopus Veronensis, privatus communione sit. (R. ep. 47). Mansi XVII. 43. — „Sacris vestrae“.
„	28.	—
		(2325) Landulfo, episcopo Capuano, mandat, exquirat, quid Sergius, dux Neapolitanorum, de dimittenda Saracenorum societate sentiat. Laborare eum iubet, ut et ducem et Guaiferium, principem Salernitanum, et Pulcharem, praefecturium Amalphitanum perducatur Traiectum, ubi secum colloquantur. „Parati enim sumus, inquit, non solum quae dicta sunt, sed et maiora concedere“. (R. ep. 50). Mansi XVII. 44. — „Studeat sanctitas“.
„	28.	—
		(2326) Pulchari, praefecturio Amalphitano, scribit, ut una cum socero, Guaiferio principe, Traiecti praesto sibi sit. (R. ep. 51). Mansi XVII. 45. — „Si vere utique“.
Mai. 25.	—	(2327) Carolo (Calvo) imperatori scribit, celeri auxilio sibi opus esse, „quippe“ inquit „cum, tota iam depopulata Campania, nil habeamus, nilque nobis, aut venerabilibus monasteriis, ceterisque piis locis, neque senatui Romano, unde corporaliter sustentari possimus, remanserit; omnibus etiam Romae suburbanis adeo depraedatis, ut nullus in ipsis iam habitator videatur consistere“. (R. ep. 54). Mansi XVII. 47. — „Divina ideo“.
(,,)	—	(2328) Ioanni, archiepiscopo Ravennati, significat, se „tam pro ecclesiasticis quibusdam necessitatibus, quam pro statu et pro correctione reipublicae“ statuisset, in diem 24 m. Iunii Ravennam „episcoporum Italici regni universale, id est totius provinciae, advocare concilium“. Eum et eius suffraganeos adesse iubet. (R. ep. 57). Mansi XVII. 49. — „Quia iam ad“.
„	25.	—
		(2329) Anspertum, archiepiscopum Mediolanensem, et Antonium, episcopum Brixianensem, sub excommunicationis poena ad „generalem synodum“, die 24 m. Iunii Ravennae celebrandam, venire iubet. (R. ep. 55). Mansi XVII. 46. — „Quia diversis“.
„	27.	—
		(2330) Ursum, ducem Venetiae, et inobedientiae accusat, et, quod legationem b. Petri male tractaverit, reprehendit. Eum et episcopos Venetos interesse vult „synodo totius Italiae sacerdotum“, die 24 m. Iunii in urbe Ravenna habendae. Affirmat haec: „Non enim ruinam eorum (episcoporum) cupimus, absit, sed illius statum reformare provinciae, et quidquid inter eos et metropolitanum quaestionis et controversiae vertitur, canonice diffinire“. (R. ep. 55). Mansi XVII. 48. — „Multis esses“.
„	27.	—
		(2331) Petrum Equiliensem et Leonem Methamaucensem, episcopos Venetiae, ad concilium, die 24 m. Iunii Ravennae celebrandum invitat, ut inter alia etiam eorum cum Petro, patriarcha Gradensi, controversia componatur. (R. ep. 56). Mansi XVII. 48. — „Universale tandem“.
„	27.	—
		(2332) (Walperto, patriarchae Aquileiensi) scribit, se sperare, fore ut culpa vacuus in concilio inveniat. (R. ep. 58). Mansi XVII. 50. — „Novimus vestram“.
„	29.	—
		(2333) Adalgario, episcopo Augustodunensi, et eius successoribus monasterium Flavinianense asserit, a Carolo (Calvo) imperatore donatum. (Fragmentum). Labbé N. B. M. I. 271.
„	30.	—
		(2334) Guaiferio, principi Salernitano, significat, si Sergius, dux Neapolitanorum, recedere a foedere cum Saracenis facto cogitet, se Traiectum profecturum esse. (R. ep. 52). Mansi XVII. 45. — „Quia Neapolitanorum“.
Iun. —	—	(2335) Cellae Godith, monasterio Tornutiensi a Carolo Calvo imperatore concessae, privilegia possessionesque confirmat. (Pro „ind. V“ leg. „ind. X“.) Juenin Nouv. Hist. de Tournus. Pr. p. 97, Mansi XVII. 251, Cocqu. I. 213, Marini I papiri 28. — „Postquam enim“.
(,,)	—	Traiecti V. epistolam sequentem.

(Iun.)	—	877. (<i>Ind. 10—1. Sept.—11, imp. Carolo a. 2, post cons. eius 2.</i>) (2336) Ioannem, archiepiscopum Ravennatem, certiore facit, foederis inter Neapolitanos et Saracenos dirimendi causa, Traiectum sibi proficiscendum fuisse; quapropter non posse fieri, ut synodus Ravennas die constituto (24 Iunii) celebretur. Addit, se die 17 m. Iulii Ravennae fore, ibique eum et eius suffraganeos die 21 eiusdem m. Iulii adesse iubet. (R. ep. 59). Mansi XVII. 50. — „Iter, quod“.
Iul.	19.	(2337) (Ursum, ducem Venetiarum) hortatur, ut episcopos Venetos ad synodum, die 22 m. Iulii Ravennae celebrandam, mittat. (Epistola est falso inscripta „Ioanni archiepiscopo Ravennati“) — (R. ep. 60). Mansi XVII. 51. — „Scire volumus“.
Aug.	1.	(2338) Monasterii et xenodochii Placentini, ab Angelberga imperatrice conditi, possessiones confirmat privilegiaque constituit. Campi Hist. di Piac. I. 463, Cocqu. I. 213. — „Omnibus quidem“.
(„)	Ravennae	Concilium, in quo sanciant: pallia metropolitanarum tribus post consecrationem mensibus expetenda a sede apostolica esse; episcopos tribus post electionem mensibus consecrandos; metropolitans pallio uti nisi statutis temporibus non debere; ducibus non licere, episcopos „in praesentiam Romani praesulis introducere“; episcopos, clericos, moniales, pupillos, viduas non esse apud laicos postulandos; sacrilegos, feminarum raptores, praedones, excommunicatorum communicatores privandos communionem esse; nomina excommunicatorum divulganda; et eos, qui iudicium subterfugerint, et eorum fautores excommunicandos; „administratores secularium dignitatum“, qui ecclesiasticorum neglexerint querelas, excommunicandos; de presbyteris; anathematizandos esse eos, qui „beneficialiter vel alio quolibet modo petierint“ ecclesiae Romanae patrimonia: „Appiae videlicet, Lavicanense, Campaninum, Tiburtinum, Theatinum, utrumque Sabinense et Tusciae, porticum S. Petri, monetam Romanam, ordinaria et actionarica publica, ripam, portus et Ostiam“; nec petenda nec conferenda esse „monasteria, cortes, massas et salas tam per Ravennam et Pentapolim et Aemiliam, quam per Tusciam Romanorum atque Langobardorum et omne territorium S. Petri constituta“; de decimis; „in domibus ecclesiarum neque missum, neque comitem vel iudicem, quasi pro consuetudine, neque placitum neque hospitium vindicare“ debere. Mansi XVII. 337. (De mense v. Pagii crit. ad Baronii annal. 877). In eodem concilio: Caroli (Calvi) imperatoris „ad imperialia scepra electionem et promotionem, praeterita nona indictione“ factam, „firmam et stabilem decernunt permansuram“; quam qui perturbare aut violare tentaverint, clericos deiciendos, laicos et monachos anathematizandos esse censent. Mansi XVII. append. p. 171. (Solent hanc confirmationem referre ad Romanam synodum, quam Pagius mense Februario non potuisse celebrari docet, mensique Iulio arbitratur tribuendam esse. Ioannes vero in sermone confirmationi praemisso sic loquitur: „Nosque, quod iam in Romana ecclesia gessimus preces benedictionis fundentes et coronam imponentes, etiam hic in hac generali — synodo, ad quam — pro innumeris necessitatibus et utilitatibus ecclesiae convenisse dinoscimur, iterato — roboremus“. Opponuntur „Romana ecclesia“ et „hic“; unde patet synodum alibi quam Romae habitam esse. Eoque minus concilio Ravennati iungere confirmationem dubitavi, quod qui eam exeunte mense Augusto, ut ex Böhmeri Regestis Karolorum p. 169 intelligitur, Carolo Calvo Urbae reddidit, Adalgarium, episcopum Augustodunensem, constat ipsi concilio Ravennati interfuisse.) In eodem concilio ecclesiae Augustodunensi monasterium Flaviniacense et Tiloniacum villa, petente Adalgario, episcopo (Augustodunensi), imperatoris legato, asseruntur. (Dies in tabula notatus: „Data IV. Kal. Decembris“, omnino vitiosus est. Pagius pro „Decembris“ legendum „Septembris“ putat; sed ne „IV Kal.“ quidem incorruptum est.) Plancher Hist. de Bourg. I. Pr. p. 11, Mansi XVII. 341.
Aug.	24.	(2339) Ioannis, episcopi Papiensis, successorumque eius privilegia confirmat et auget, in his, ut cruce praeferenda, et pallio, et equo albo utantur. Ughelli It. sacr. I. 1085, Mansi XVII. 259, Cocqu. I. 217. — „Supernae miserationis“.
(Sept.)	Vercellis	Cum Carolo (Calvo) imperatore convenit. Hincmari Annales 877 p. 503.
(„)	Papiae	Cum imperatore. Hincmari Annal. 877 l. l., Annal. Vedastini 877 ap. Pertz M. G. Scr. II. 196.
(„)	Dertonae	Richildim, uxorem Caroli (Calvi) imperatoris, imperatricem consecrat. Hincmari Annal. 877 l. l.
Oct.	Romae	V. sequentem epistolam; cf. Ioannis Chron. Venet. ap. Pertz M. G. Scr. VII. 20.
„	21.	(2340) Lamberto comiti (Spoletino) scribit, se Romam reversum, totam ecclesiam

877. (*Ind. 10.—1. sept.—11, imp. Carolo a. 2, post cons. eius 2.*)
convocasse; cui quum eius „de obsidibus Romanorum procerum dandis“ edictum patefecisset, omnium animos contra se accensos esse. Addit haec: „Romanorum filios sub isto coelo non legitur fuisse obsides datos; antea Romani ovilis senatus mortem eligant, quam hanc inauditam rem fieri consentiant“. Num „hoc ex Augustali iussu processerit“, dubitat. Hortatur, ne Romam prius veniat, quam „ad unam concordiam reipublicae causa redierit et litis figmenta, contra Augustalem maiestatem oborta, sopita exstiterint“. (R. ep. 61). Mansi XVII. 51. — „Remeantibus nobis“.
- Oct. 30. — (2341) Widonem, episcopum Inivensem, monet, ut in Leontardum, gravissima poenitentia affectum, clementia utatur. (R. ep. 62). Mansi XVII. 52. — „Leontardus quidam“.
- Nov. — — (2342) Carolomanno regi gratulatur. Mortem Caroli (Calvi) imperatoris deplorat. Ita addit: „Dum a colloquio fratrum vestrorum fueritis reversi, legatos ad vos dirigemus, cumque pagina, capitulariter continente ea, quae vos Romanae ecclesiae debetis concedere; quibus peractis rursus mittemus, qui vos ad limina apostolorum ductare studeant“. Theotmaro, archiepiscopo Salzburgensi, pallium missum esse nunciat, cui vult „committi ea, quae apud Bagoariam b. Petrus habet, uti sibi annualiter reditus eius Romam transmittat“. (R. ep. 63). Mansi XVII. 53. — „Apicibus igitur“.
- „ — — (2343) Theotmaro, archiepiscopo Salzburgensi, scribit de pallio misso; de ecclesiae Romanae rationibus apud Carolomannum regem fovendis; de Bavarico b. Petri reditu quotannis mittendo. (R. ep. 64). Mansi XVII. 54, Boczek C. D. M. I. 37. — „Idcirco tuam“.
- — — (2344) Ederedum, archiepiscopum gentis Anglorum (Cantuariensem), hortatur, ut „non solum regi, sed omnibus perverse aliquid agere volentibus, strenue resistat“. Regem, ut ei obtemperaret, a se admonitum esse. Exponit de re matrimoniali. Privilegia eius servari vult. (Haec et septem, quae sequuntur, epistolae aut exeunte anno 877, aut ineunte 878 scriptae sunt). — (R. ep. 65). Mansi XVII. 54. — „Vestris relectis“.
- — — (2345) Athanasium, episcopum Neapolitanum, quod ecclesiae infestatae poenas a fratre, Sergio duce, petierit, vehementer laudat. Ita ascribit: „Nos, aliis mancosis datis, mille quadringentos vobis dare debemus, quos aut initio quadragesimae (c. d. 4 m. Febr. a. 878), aut in die s. resurrectionis (23 Martii 878) vobis procul dubio dirigemus“. Petrum, diaconum eius, commendat. (R. ep. 66). Mansi XVII. 55. — „Innumeras gratiarum“.
- — — (2346) Omnes eximios iudices et universum populum Neapolitanae civitatis collaudat, quod, deiecto Sergio magistro militum, Athanasium episcopum creaverint iudicem et rectorem. Addit haec: „Porro quia, iam aliis omnibus datis mancosis, mille quadringentos vobis dare debemus, ne turbemini; quia eos vel in initio quadragesimae, vel in die s. resurrectionis, vobis dirigemus“. (R. ep. 67). Mansi XVII. 56. — „Quanta verae“.
- — — (2347) Lamberto comiti (Spoletino) scribit, „quia, non solum pro assiduis paganorum infestationibus, sed etiam pro innumeris oppressionibus, quae sibi ab adversariis illatae sunt, in gremio sedis apostolicae securiter manere sibi minime liceat“, destinasse se, „Franciam per iter marinum proficisci, gloriosumque Carolomannum regem adire“ auxilii petendi causa. Proposita excommunicatione hortatur, ut, se absente et urbi et agro Romano parcat. (R. ep. 68). Mansi XVII. 57. — „Sagacitati ac“.
- — — (2348) Landulfum, episcopum Capuanum, monet, ut Athanasium, episcopum Neapolitanum, in defendenda ecclesia Romana adiuvet. Scribit de „pacto in decem millium mancosorum cum Amalphanis eatenus facto, ut a Traiecto usque Centumcellas sibi navali labore indesinenter auxilium ferrent“; queriturque, eos, quod promisissent, ad id tempus non fecisse, imo vero etiam mala fide contendere, mancosorum promissa esse duodecim millia. (R. ep. 69). Mansi XVII. 58. — „Quanto studio“.
- — — (2349) Guaiferio, principi Salernitano, de Amalphanis, ut superiore epistola, queritur. (R. ep. 74). Mansi XVII. 62. — „Devotionem igitur“.
- — — (2350) Aribertum, archiepiscopum Ebredunensem, reprehendit, quod non Waldenum, „canonice a plebe (leg. clero) et populo“ Vinciensi electum atque a Carolo (Calvo) defuncto imperatore confirmatum, sed alterum contra canones creatum, consecra-

877. (*Ind. 10.—1. Sept.—11, imp. Carolo a. 2, post cons. eius 2.*)
 verit. Praecipit, ut cum ambobus Romam veniat. (R. ep. 70). Mansi XVII. 58.
 — „Si canonica in“.
- — — (2351) Cuniperto comiti sub excommunicationis poena imperat, ut invasam „cortem s. Petri in Aluiscutia“ restituat. (R. ep. 71). Mansi XVII. 59. — „Auditu didicimus“.
878. (*Ind. 11.—1. Sept.—12, Pont. a. 6.*)
- — — (2352) Lamberto comiti (Spoletino) scribit, se audiisse, hac mente Romam eum aditurum esse, ut suis inimicis ter excommunicatis auxilium ferat. Quod ne faciat, rogat. Aliam ob causam venturum a se honorifice exceptum iri affirmat. Gaudericum et Zachariam episcopos, legatos suos, commendat. Adelberto, marchioni (Thusciae), si Romam venerit, se aditum non daturum. Quem extra urbem Lambertus postulaverat congressum, ipse mavult Romae fieri. (R. ep. 72). Mansi XVII. 60. — „Dilectionis et amicitiae“.
- — — (2353) Lambertum, comitem (Spoletinum), reprehendit, quod inverecundas litteras ad se miserit, et „quia dixerit, quod sine consensu suo ipsius legationes nusquam mitti debere“. Haec addit: „quia vos, nobis relictis, in partem contrariam inclinatos videmus, non solum obstupescimus, sed etiam a vestrae amicitiae nos similiter declinamus consortio“. (R. ep. 72). Mansi XVII. 61. — „Sedem apostolicam“.
- — — Romae „Sub custodia retinetur“ a Lamberto, duce Spoletino, et Adalberto, Tusciae marchione, qui interea „optimates Romanorum fidelitatem Carlomanno (regi) sacramento firmare cogunt“. Annales Fuldenses 878 ap. Pertz M. G. Scr. I. 392.
- — — (,) (2354) Angelbergam (Ludovici II. imperatoris viduam), „ex imperatrice deo dicatam“, multis incommodis afflictam, consolatur. De malis, a Lamberto, comite Spoletino, „his diebus“ sibi illatis, significat; additque sic: „de cetero autem ea, quae mandastis, multis impedimentis occupati, quae praefatus comes nobis praeparat, perficere nequivimus“. (R. ep. 86). Mansi XVII. 74. — „Quia multum“.
- — — (,) (2355) Berengario, „glorioso comiti (Foroiuliensi), regia praesapia orto“, maleficia Lamberti, ducis Spoletini, nunciat. „Venit“ inquit „Romam et portam civitatis capiens, tantam civitatem invasam retinuit. ita sane, ut nobis, apud b. Petrum consistentibus, nullam urbis Romae potestatem, a piis imperatoribus b. Petro eiusque vicariis traditam, haberemus; existitque paratus, nobis iterum maiora inferre“. Quae omnia Carolomanno regi significet, rogat. Addit haec: „si vero idem Lambertus nos persequi non omiserit, nos iam dicto regi fideles amici esse quomodo possumus, quia eius se voluntate iactat talia agere“? (R. ep. 85). Mansi XVII. 73. — „Lectis nobilitatis“.
- — — Domum S. Petri Post Lamberti et Adalberti discessum intrat, et „omnes thesauros, quos ibi reperit, ad Lateranum transfert, et altare S. Petri cilicio cooperit et cuncta hostia eiusdem ecclesiae claudit, nullumque ibi officium ad dei cultum pertinens per plures dies celebratur“. Annales Fuldenses 878 l. l.
- — — In ecclesia b. Pauli In Lambertum, ducem Spoletinum, „et in omnes sequaces eius, si contra urbem Romam et ecclesiam Romanam aliquam, rursus veniens, contrarietatem inferre praesumpserit, anathematis sententiam profert“. V. Ioannis epist. ad Ioannem archiepiscopum Ravennatem ap. Mansi XVII. 73.
- — — (Romae) (2356) Ioanni, archiepiscopo Ravennati, exponit, a Lamberto duce Spoletino quae mala passus sit. Ita addit: „quia per terram ire nequivimus, per marinum iter in Franciam proficisci debemus, gloriosos scilicet reges deprecaturi, ut ecclesiam S. Petri liberent; cum nos de urbe Roma fuerimus egressi coeptumque iter egerimus, audimus, eundem Lambertum velle Romam rursus expugnatum adire: nos vero anathematis sententiam in eum in ecclesia b. Pauli protulimus“. (R. ep. 84). Mansi XVII. 72. — „Unanimitatis vestrae“.
- Apr. 16. — (2357) Michaellem, Bulgarorum regem, monet, ut Graecorum errores fugiat et ad b. Petrum revertatur. Affirmat sic: „mihi credite, non gloriam ex vobis, vel honorem, aut census exspectantes, non patriae regimen et reipublicae moderamen adipisci cupimus; sed dioeceseos curam et dispositionem resumere volumus“. De xenio misso gratias agit. Sergium, eunuchum, Slavum, qui episcopatum Belogradensem a Georgio, falso episcopo, acceperit, reiicit. („Missa per Eugenium et Paulum episcopos“. — (R. ep. 75). Mansi XVII. 62. — „Spiritualibus te“.
- „ 16. — (2358) Petro comiti dat negotium, ut Michaellem, Bulgarorum regem, ad ecclesiae Ro-

		878. (<i>Ind. 11—1. Sept.—12, Pont. a. 6.</i>) manae fidem revocet. („Missa per Paulum et Eugenium episcopos“.) — (R. ep. 76). Mansi XVII. 64. — „Dilectissimo filio“.
Apr.	—	(2359) Quemdam ex nobilibus Bulgaris monet, ut Michaelem regem ad Romanam ecclesiam reducat. (Haec epistola perperam inscripta est: „Michaeli glorioso regi Bulgarum“.) — (R. ep. 77). Mansi XVII. 66. — „Christianissimo regi“.
„	—	(2360) Ignatio, patriarchae Constantinopolitano, sub excommunicationis poena iam tertio praecipit, ut sacerdotes, ab eo et eius episcopis in Bulgaris constitutos, intra dies triginta revocet; eumque, si in contumacia perseveraverit, patriarchatu multatum iri, denunciat. („Missa per Paulum et Eugenium episcopos“.) — (R. ep. 78). Mansi XVII. 67. — „Secundo iam“.
„	16.	(2361) Omnes episcopos et clericos Graecos, qui „in Illyrici provincias, quas nunc Bulgarum natio retinet, ingredientes, ordinationes illicitas perpetraverunt“, excommunicat, intraque dies triginta recedere iubet. Consilium esse scribit, si non obdierint, ut pristinis honoribus priventur, si imperata fecerint, ut domesticis ecclesiis aut restituantur aut praeficiantur. („Missa per Paulum et Eugenium episcopos“.) — (R. ep. 79). Mansi XVII. 68. — „Miramur vos et“.
(„)	—	(2362) Basilium imperatorem, ecclesiasticae pacis cupidum, collaudat. Scribit de destruendis schismatis Constantinopolitanae reliquiis. Paulum et Eugenium episcopos, legatos suos, commendat. (Epistola multis locis mutilata.) — (R. ep. 80). Mansi XVII. 69. — „Benedictus deus“.
„	28.	(2363) Basilio imperatori ita scribit: „quod his diebus contra privilegium s. Romanae ecclesiae Romae peractum est, his missis nostris, Paulo et Eugenio episcopis, verbo tenus vobis dicenda commisimus“. De auxilio sibi ferendo addit. (Est „data IV. Kal. Martii“; pro quo „Maias“ certe legendum est.) — (R. ep. 81). Mansi XVII. 70. — „Scimus venerabilis“.
—	—	(2364) Ludovicum (Balbum) regem hortatur, ut vestigiis patris, Caroli (Calvi), ecclesiae Romanae fautoris, ingrediatur, et cum „Lodovici regis Baioariorum (Germanici) filiiis“ pacem agitet. Queritur de Lamberto Spoletino et illius „maecha sorore Rotilde“ et Adelberto marchione, „patriae praedone“; nunciatque, Lambertum „Romani imperii“ cupiditate ardere, et, legatis Tarentum missis, a Saracenis auxilia petiisse. Se in Franciam venturum, ibique synodum celebraturum esse scribit. Epistolas suas ut ad Carolomannum et Ludovicum III. et Carolam (Crassum) reges perferendas curet, rogat. (R. ep. 87). Mansi XVII. 75. — „Quanto deinde“.
—	—	(2365) Ludovico III. regi („Baioariorum regis filio“) scribit, „in quantam superbiam pro cupiditate, ut fama vera se habeat, Romani imperii proruperit“ Lambertus Spoletinus, qui „asserat, Carolomannum regem sibi talia horrenda facere praecepisse“. De adventu in Franciam suo eum praemonet et de synodo „secum simul“ celebranda; ad quam archiepiscopos et episcopos regni eius venire iubet. (R. ep. 88). Mansi XVII. 77. — Scriptum enimvero“.
—	(Ianuae)	(2366) Carolomanno regi significat, „fessum se paganorum persecutione ac gladio atque exactione census viginti quinque millium in argento mancusorum annualiter“ de adventu eius sperasse sed, Lamberti et Adelberti marchionum iniuriis in summum discrimen adductum, et, ne ad eum viae se committeret, impeditum, in navem conscendisse. Hortatur, ut ad synodum in Francia habendam cum episcopis veniat. („Data de civitate Genuensi et directa gloriae vestrae per Anspertum Mediolanensem“ archiepiscopum. Ab hac epistola non disiunxerim ea, quae sequuntur, verba: „Praesentem latorem, Petrum cardinis ecclesiae nostrae presbyterum — festinanter remittite“. Cfr. sequentes epistolas). — (R. ep. 89). Mansi XVII. 78. — „Quanta denique“.
—	—	(2367) Ansperto, archiepiscopo Mediolanensi, significat, propter indignitates a Lamberto, duce Spoletino, et Adelberto marchione (Thusciae) Romae acceptas se synodi in Francia celebrandae consilium cepisse; cui eum et eius suffraganeos interesse iubet. Petrum, presbyterum cardinalem, ad Carolomannum regem missum, commendat. (Huius epistolae partes casu nescio quo summe confusae sunt.) — (R. ep. 82). Mansi XVII. 71. — „Pro innumeris“.
—	—	(2368) Angelbergae imperatrici (Ludovici II. imperatoris viduae) Petrum, presbyterum cardinalem, commendat, cuius „iter solita pietate disponat“. (R. ep. 83). Mansi XVII. 71. — „Remiscentes omnium“.
Mai.	11. Arelatem	„Navigio in die sancto pentecostes appulit“. Hincmari Annales 878 p. 506. Cf. Gesta Iohannis in Baluzii Misc. II. 113, et in Vignolii lib. pont. III. 255.

		878. (<i>Ind. 11.—1. sept.—12, Pont. a. 6.</i>)
(Mai)	(Arelate)	(2369) Angelbergae imperatrici, Ludovici II. imperatoris viduae, significat, se Arelatem pervenisse, ibique cum eius genero, Bosone principe, uxoreque Hermengarda fuisse; quos „ad maiores excelsioresque gradus modis omnibus promovere“, in optatis sibi esse. Mandat, ut per litteras et Ioannem, archiepiscopum Ravennatem, ad defendendam ecclesiam Romanam hortetur, et Leonis Petrique episcoporum animos confirmet. (R. ep. 92). Mansi XVII. 80. — „Cum erga“.
(„)	—	(2370) Mironem, qui „Septimaniae terram universam redegerit in solitudinem, ecclesias ministris exspoliaverit, castella ipsius terrae callide et fraudulenter invaserit“, et, defensionis necessitate Bernardo marchioni imponenda novorum malorum ansam praebuerit, ad synodum Lugduni celebrandam venire iubet. Lindoinum vicecomitem, qui Sigebodi, archiepiscopi Narbonensis, iura neglexerit, coerceri vult. Hunfrido, Mironis fratri, praecipit, ut in monasterium, quod reliquerit, revertatur. (R. ep. 102). Mansi XVII. 86. — „Quanta ad apostolatam“.
(„)	—	(2371) Rostagno, archiepiscopo Arelatensi, suas in Gallia vices et pallii usum concedit. Praeceptum addit: „ne metropolitae, antequam pallium a sede apostolica suscipiant, consecrationes facere praesumant“. (R. ep. 94). Mansi XVII. 80. — „O quam bona“.
(„)	—	(2372) Omnes episcopos Galliae hortatur, ut Rostagno, archiepiscopo Arelatensi, vicario suo, obtemperent. (R. ep. 95). Mansi XVII. 82. — „Ad hoc divina“.
(„)	—	(2373) Carolo (Crasso) regi se excusat, quod antea legatum ad eum non miserit, via sibi interclusa a Lamberto et Adelberto; a quibus ecclesiam b. Petri per dies 30 obsessam esse scribit. Addit haec: „Quo loco a fratribus vestris significatur pro pacis negotio, primo venimus, quo vos quatuor reges unum legitimumque velle — faciamus“. (R. ep. 90). Mansi XVII. 79. — „Igitur gloriae“.
(„)	—	(2374) Carolum (Crassum) regem rogat, hortetur Carolomanum regem, ut ad litteras, „quas illi ex maritimo itinere remiserit“, respondeat, et ecclesiae Romanae gratia Lamberto et Adalberto excommunicatis praecepta mittat. (R. ep. 306). Mansi XVII. 223. — „Iam quod“.
(„)	Lugduni	„Unde missos suos ad regem Ludovicum (Balbum) Turonis misit, mandans, ut ei obviam veniret, quo sibi commodum foret; Ludovicus autem, mittens ei obviam quosdam episcopos, petiit, ut usque Trebas veniret“. Hincmari Annal. 878 p. 506.
(„)	—	(2375) Isaac, episcopo Lingonensi, mandat, Cabilonem mittat, qui se Trebas, ubi synodus celebretur, deducant. (R. ep. 96). Mansi XVII. 83. — „Quod sanctitati“.
(„)	Cabilone	V. epp. 2375, 2376.
(„)	in monasterio Flaviniacensi	V. sequentes litteras.
—	—	(2376) „Omnibus episcopis, comitibus et cuncto populo Christiano“ significat, eos, qui sibi Cabilone moranti equos furati sint, atque Aduvardum presbyterum, cuius homines in monasterio Flaviniacensi argenteam s. Petri scutellam furto sibi subdulerint, nisi intra dies tres ablata restituantur, excommunicatum et anathematizatum iri. (R. ep. 97). Mansi XVII. 83. — „Notum sit, quia“.
Iun.	2. Apud urbem Lingonensem	(2377) Episcopis suffraganeis Rostagni Arelatensis, Otteramni Viennensis, Aureliani Lugdunensis, Rothberti Aquensis, Teutranni Tarantasiensis, Sigibodi Narbonensis et Ariberti Ebredunensis archiepiscoporum praecipit, ut a metropolitae vocati ad synodum universalem accedant. (R. ep. 98). Mansi XVII. 84. — „Notum sit omnium“.
„	10.	(2378) Hincmaro Remensi, Ansegiso Senonensi, Frotario Bituricensi, Ioanni Rotomagensi, Adelardo Turonensi archiepiscopis mandat, simul atque compererint, quem in locum Ludovicus (Balbus) rex conventurus secum esset, uti ad concilium ibidem celebrandum properent. (R. ep. 99.) Mansi XVII. 84. — „Canonica instituta“.
Iun.—Iul.	—	(2379) „Hugonem strenuum, nobilem, regali prosapia editum atque excellentissimum abbatem“ una cum Ludovico (Balbo) rege cito ad se venire cupit. Hortatur, ut Formosi excommunicati societatem vitet. Addit de Ioanne Rotomagensi, Adelardo Turonensi, Frotario Bituricensi archiepiscopis. (R. ep. 305). Mansi XVII. 223. — „Quanto vos“.
„	„	(2380) Teutrannum, archiepiscopum Tarantasiensem, ad se nondum venisse, miratur. Praecipit, ut ad synodum, loco haudum constituto celebrandam, accedat, in qua controversia inter Bernarium episcopum et Adelbertum, eius suffraganeum, componatur. (R. ep. 100). Mansi XVII. 85. — „Miramur fraternitatem“.

Iun.—Iul.	—	878. (<i>Ind. 11.—1. Sept.—12, Pont. a. 6.</i>)
	—	(2381) Rostagnum, archiepiscopum Arelatensem, eiusque suffraganeos ad synodum propediem celebrandam convocat. (R. ep. 103). Mansi XVII. 86. — „Quia omnipotentis“.
” ”	—	(2382) Hincmarum, archiepiscopum Remensem, omnesque eius suffraganeos ad synodum Treccis celebrandam invitat. (R. ep. 101). Mansi XVII. 85. — „Fama tuae“.
” ”	(Trecis)	(2383) Frotarium, archiepiscopum Bituricensem, per Bernardi comitis homines propriae ecclesiae aditu prohibitum esse, dolet, eumque synodo Treccis celebrandae cum suffraganeis interesse iubet. Addit, se „Ludovici (Balbi) regis adventum praestolari quotidie“. (R. ep. 104). Mansi XVII. 87. — „Auditis denique“.
” ”	(„)	(2384) Bernardum marchionem hortatur, ut iniuriarum in Frotarium, archiepiscopum Bituricensem, finem faciat. (R. ep. 105). Mansi XVII. 87. — „Quia tempore“.
” ”	(„)	(2385) Liutberto Moguntino, Williberto Coloniensi, Bertulfo Trevirensi archiepiscopis et Wittecherio episcopo mandat, hortentur Ludovicum III. regem et eius fratres, ut ad synodum Treccas veniant; ubi se cum Ludovico (Balbo) rege collocaturum esse nunciat. (R. ep. 106). Mansi XVII. 87. — „Ecclesiastica exigente“.
” ”	—	(2386) Angelbergae imperatrici respondet, anniversario die Ludovici II. imperatoris (d. 12 m. Augusti) se precationem pro eo libenter facturum esse. Nunciat, se die 1 Augusti cum Ludovico (Balbo) rege et universis Galliae episcopis Treccis synodum celebraturum, „dehinc Carolomannum regem suosque germanos allocuturum“. (R. ep. 91). Mansi XVII. 79. — „Quia intimasti“.
” ”	—	(2387) Supponi comiti mandat, ut „Anspertum (Mediolanensem) et Wibbodum (Parmensem) episcopos assumat et apud Carolomannum regem omnia sua ordinabiliter ponat“, a dolisque praecaveat. Addit litteras ad regem perferendas. Haec ascribit: „in hac terra stare non possumus, nisi usque Kalendas Augustas, quia, postquam in terram hanc venimus, cum Hludovico (Balbo) rege loqui debemus“. (R. ep. 107). Mansi XVII. 88. — „Primum quidem“.
” ”	—	(2388) Carolomannum regem ad binas litteras, alteras per Sabbatinum episcopum, alteras per Anspertum, archiepiscopum Mediolanensem, missas, non respondisse, miratur. Valetudinem eius deplorat. Addit de synodo Treccis celebranda, „loquimurque“ inquit „cum Ludovico et reliquis vestris fratribus et post Kalendas Augustas ad vos revertemur“. Petit, ut locum constituat, quo cum eo conveniat. (Fragmentum, quod in edd. cum alia epistola perperam cohaeret.) — (R. ep. 89 ^b). Mansi XVII. 78. — „Sabbatinum episcopum“.
” ”	—	(2389) Carolum (Crassum) regem non misisse legatos, miratur. Rogat, ut ad colloquium, quod cum Ludovico (Balbo) rege Treccis facturus sit, aut ipse veniat, aut legatos accedere iubeat. Locum constitui vult, „quo frui eius colloquio et germani eius Ludovici III. regis valeat“. (R. ep. 117). Mansi XVII. 91. — „Quod pro pace“.
” ”	—	(2390) Ludovico III. regi (Ludovici Germanici filio) eadem, quae Carolo Crasso, scribit. (R. ep. 118). Mansi XVII. 92. — „Quod pro pace“.
Iun.—Iul?	—	(2391) Liutberto, archiepiscopo (Moguntino) iam iterum praecipit, uti ea, quae Engeltrudis, Bosonis comitis vidua, „spurio Godefredo“ aliisque de Bosonis allodo contulerit, filiabus huius reddi iubeat, „quoniam omnium legum auctoritate legitimi filii sint veri heredes“. (Cf. huius epistolae fragmentum in Ivonis decr. XIV. c. 51, Gratiani decr. C. III. qu. 4. c. 12., Mansi XVII. 88. — „Engeltrudam“). (R. ep. 108). Mansi XVII. 88. — „Fraternitatem tuam“.
” ”	—	(2392) Matefredum comitem hortatur, ut filiabus Bosonis comitis invasam hereditatem restituat. (R. ep. 109). Mansi XVII. 89. — „Suggestentibus videlicet“.
” ”	—	(2393) „Valderamo venerabili“ mandat, ut causam cuiusdam in carcerem coniecti aut iudicet, aut ad sese deferat. (R. ep. 114). Mansi XVII. 90. — „Praesentium lator“.
” ”	—	(2394) Theoderico, archiepiscopo Vesontionensi, praecipit, ut ad sese accedat, neve antea Lausannensi ecclesiae, in duas partes discissae, episcopum consecret. Legatum suum, Deusdedit, magistrum militum et ducem, commendat. (R. ep. 110). Mansi XVII. 89. — „Igitur quia“.
Iul. 21.	—	(2395) Amelio presbytero et Leoni abbati monasterium S. Aegidii, a Girberto, episcopo Nemausensi, in urbe Arelatensi sibi restitutum, commendat, „ita sane, ut a vobis, singulis quibuscumque annis, pensionis nomine, in rationibus ecclesiasticis X ^{ma} argenti solidiana, denarios XII. (adde: successores nostri) accipientes, pie paternitatis suffragium eidem monasterio contra omnes infestantes impendere stu-

		878. (<i>Ind. 11.—1. Sept.—12, Pont. a. 6.</i>) deant“. Ménard Hist. de Nismes I. Preuv. 11, Bouquet Rec. IX. 165. — „Quod postulastis“.
Aug. 1.	Trecis	Ludovicum Balbum regem excipit. In Hincmari Annal. 878 p. 506 pro: „Kalendas Septembris apud Trecas ad eum venit“ legendum esse: „Kalendis Augustis“, patet ex superioribus epp. 2386, 2387.
„ 11.	„	(in ecclesia S. Petri). Synodum hoc die incipit. Mansi XVII. 345 sq. et in append. 187.
(„) —	(„)	(2396) Frotarium, archiepiscopum „Burdigalensem“, ad inchoatam synodum Trecensem iam tertio vocat, ut et de sedibus contra canones mutatis et de aliis delictis, quorum accusatus sit, rationem reddat. (R. ep. 112). Mansi XVII. 353. — „Ad synodum igitur“.
„ 18.	(„)	(2397) De monasterio S. Aegidii quae die 21 m. Iulii (tab. 2395) censuerat, ea, „in presentia domni Ludoici (Balbi) serenissimi regis, in presenti concilio residentis apud Trecassinam urbem“ confirmat. (Subscripserunt archiepiscopi 12, episcopi 32, nobiles 9.) Ménard Hist. d. Nismes I. Preuv. 13, Bouquet IX. 167. — „Notum sit“.
(„) —	(„)	(2398) Episcopis per Narbonensem atque Hispanicas provincias consistentibus, abbatibus, presbyteris, necnon comitibus, vicecomitibus, vicariis, centenariis, iudicibus et omnibus in potestatibus constitutis in Hispania et Gothia provinciiis degentibus, omnique populo occidentali catholico scribit, secundum constitutionem, in concilio Trecensi die 18 m. Augusti factam, in fine codicis iuris Gothici hanc Caroli principis ascribendam legem esse, ut sacrilegi „triginta libris examinati argenti i. e. sexcentorum solidorum summa argenti purissimi“ multentur. Mansi XVII. 351, et appendicis p. 189, Bouquet IX. 174. — „Noveritis“ „Auctore omnipotente“.
„ 30.	„	(2399) Ecclesiae Pictaviensis possessiones confirmat, quarum potestatem Heefrido episcopo eiusque successoribus adimi vetat. (R. ep. 111). Mansi XVII. 351. — „Divino quia“.
Sept. 5.	(„)	(2400) Monasterii Floriacensis bona confirmat, abbatesque ex ipsorum monachorum numero deligi iubet, his praemissis: „cum propter multiplices ecclesiae dei curas, Gallicanam adeuntes regionem, Trecas civitatem devenissemus anno incarnationis dominicae DCCCLXXVIII, et synodum generalem plurimorum celebraremus episcoporum, inter alia suggestit auctoritati nostrae abbas Theotbertus ex coenobio, quod vocatur Floriacus, quod idem monasterium quidam religiosus abbas, Leodebodus nomine, monachis exstruxerit, quod revelatione divina per monachos eiusdem loci a Beneventana provincia corpus illuc S. Benedicti pervenerit olim allatum, ibique reverenter humatum, sicut manifestissima constat veritate“. Mansi XVII. 355, Cocqu. I. 214, Bouquet IX. 172. — „Quoniam apostolica“.
„ 6.	(„)	(2401) Walae, episcopo Metensi, non successoribus, pallii usum concedit. Hontheim H. Tr. I. 217, Mansi XVII. 248. — „Si pastores ovium“.
„ 7.	„	Ludovico Balbo regi coronam imponit. Hincmari Annal. 878 p. 507.
„ 10.	„	„Ludovicus (Balbus) rex, quorundam primorum compulsus petitionibus, venit ad apostolici mansionem et cum eo familiariter locutus, una cum illo reversus est ad conventum episcoporum in exedram iuxta mansionem apostolici“. Hincmari Annales 878 p. 508.
(„) 10.	(„)	(2402) Hugonem, Lotharii quondam regis filium, e concubina natum, „qui post praestitum sacramentum Ludovico (Balbo) regi Francorum mentitus esse videatur et inquietare pacificum regnum praedicti regis“, atque Emmonem, Bernardi comitis fratrem, „nisi intra dies 30 ad praedictum seniore suum redierint“, excommunicat. (De die et loco cf. Hincmari Annales 878, p. 508.) — (R. ep. 123). Mansi XVII. 94. — „Hugonem Lotharii“.
„ 14.	„	Synodus, in qua et sententiae, contra Formosum, quondam episcopum Portuensem, Romanis in conciliis prolatae, confirmantur, et ipse Formosus, quem Ioannes papa in Gallia „apud Hugonem venerabilem abbatem latentem repererat“, iurat: se „nec orationis causa aliquando Romam venturum, nec aliquo modo sacrum ordinem repetiturum, neque in iudicio potentum recuperationis locum oraturum esse“. (Suscripserunt praeter Ludovicum Balbum regem episcopi 35, „mense Septembris, indictione XI, die XIV, exaltatione s. crucis, in die dominica“.) Acta in Richter libello, quo ad novi prorektoris inaugurationem d. 10 Sept. a. 1843 invitatur, Marburgi, p. 6.
(„) —	(„)	(2403) Bernardo comiti significat, Frotarium (archi)episcopum, ab eius homine, quod civitatem Biturigam inimicis Ludovici (Balbi) regis traditurus fuisset, accusatum, obie-

		878. (<i>Ind. 11.—1. sept.—12, Pont. a. 6.</i>) ctam noxam purgare velle. Praecipit, ut una cum Girardo vicecomite et Umberto, Aguarvano, Ingelbertoque „ad hoc placitum, ad huncque conventum“ veniat. (R. ep. 115). Mansi XVII. 91. — „Relatu videlicet“.
Sept. —	—	(2404) Bernardum comitem, qui Frotario, archiepiscopo Bituricensi, ipsam civitatem omnesque fortunas eripuerit, terque vocatus non venerit, quoad satisfaciatur, carere communione iubet. (R. ep. 120). Mansi XVII. 93. — „Bernardum sacrilegum“.
Aug. Spt.	(Trecis)	(2405) Ecclesiarum diocesis Turonensis privilegia quaedam confirmat. (R. ep. 113). Mansi XVII. 354. — „Decet (enim) Romanam“.
„ „	—	(2406) Frotario archiepiscopo Bituricensi et Anselmo Lemovicensi, Hecfrido Pictaviensi, Dodoni Andegavensi, Rotberto Cenomannensi, Hildeprando Sagiensi episcopis mandat, cogant invasores possessionum ecclesiae S. Mauricii Turonensis, ut Adelardo archiepiscopo eas restituant, nonasque ac decimas solvant. (R. ep. 121). Mansi XVII. 93. — „Quorum omnium“.
„ „	—	(2407) Mahen Dolensem ceterosque episcopos Britannicos reverti ad obsequium metropolitae Adelardi, archiepiscopi Turonensis, proposita excommunicatione iubet. (R. ep. 124). Mansi XVII. 94. — „Sanctitatem seu“.
„ „	—	(2408) Rostagno Arelatensi et Sigebodo Narbonensi archiepiscopis significat, Walefridum, episcopum Uceticensem, in synodo Trecis celebrata de villa quadam sibi erepta ab Ractefredo, episcopo Avenionensi, questum esse. Qua de controversia ut in episcoporum synodo statuatur, mandat. (R. ep. 122). Mansi XVII. 94. — „Sanctitati vestrae“.
Sept. 29.	—	(2409) Monasterium Vizeliacense, e parthenone in monachorum monasterium mutatum, privilegiis donat, statuitque, ut ex fundatorum testamento, qui coenobium b. Petro contulerint, „libram argenti annis singulis successores sui accipientes per (leg. piae) paternitatis suffragium eidem monasterio sollicitudine pastorali vigilanter contra omnes infestantes impendere studeant“. D'Achery Spicileg. II. 503, Bouquet IX. 176, (Cocqu. I. 219). — „Quotiens illa tribui“.
„ —	—	(2410) Grinferio, abbati S. Salvatoris Caroffensis, „immunitatem et exemptionem ab episcopo“ concedit. (Fragmentum). Labbé N. B. M. II. 757.
Sept. Oct	—	(2411) Wibbodo, episcopo (Parmensi), sic scribit: „hortamur, ut coeptum perficias et antequam Carolomannum (rege) alloquamur, vestrum legatum cum litteris mittere satagas“. (R. ep. 116). Mansi XVII. 91. — „In lectione“.
„ „	—	(2412) Carolo (Crasso) regi scribit, quum in Franciam venisset, eum fratresque eius ad se ideo vocatos esse, „ut pactum, quod avi et patres eorum s. Romanae ecclesiae iureiurando promisissent, adimplere contenderent“. Non obediisse eos dolet. Haec nunciat: „Ludovici (Balbi) regis consilio atque hortatu Bosonem principem per adoptionis gratiam filium meum effeci, ut ille in mundanis discursibus, nos libere in his, quae ad deum pertinent, vacare valeamus“. Bosonem qui infestaverit, ei excommunicationem minatur. (R. ep. 119). Mansi XVII. 92. — „Servans fidem“.
„ „	Cabilone	V. Hincmari Annal. 878 p. 508.
Oct. 7.	—	(2413) Monasterii S. Marcelli possessiones confirmat. Perry Hist. de Chalon s. Saone Preuv. p. 32, L'illustre Orbandale II. Pr. p. 70. — „Quia suppliciter petiit“.
Oct. Nov.	—	(2414) Supponem comitem hortatur, ut sibi ex Gallia redeunti obviam ad montem Cinisium veniat. Angelbergam imperatricem, Anspertum, archiepiscopum Mediolanensem, Wibbodum, episcopum Parmensem, admoneri vult, ut item sibi occurrant. (R. ep. 307). Mansi XVII. 223. — „Quia nos“.
Nov. —	Mauriennae	V. Hincmari Annales 878, p. 508.
„ —	Per clusas	V. Hincmari Annal. 878, p. 508.
„ 24.	montis Cinisii	V. sequentem epistolam.
(„) —	Taurini	(„) (2415) Wibbodo Parmensi, Paulo Placentino, Paulo Regino, Liudoino Mutinensi episcopis nunciat, se die 24 m. Novembris venisse Taurinum. Praecipit, ut ad synodum, die 2 m. Decembris Papias celebrandam, veniant. (R. ep. 142). Mansi XVII. 103. — „Sanctitatem vestram“.
(„) —	(„)	(2416) Ioannem, episcopum Papiensem, certiore facit, se Taurini esse, eumque sibi obviam venire vult. Hortatur ita: „Vide, ne ab alicuius decipiari instinctu fortasse — pro parte Mediolanensis archiepiscopi“. Mandat, ut litteras suas deferri iubeat ad Paulum Placentinum, Paulum Reginum, Liudoinum Mutinensem episcopos. (R. ep. 141). Mansi XVII. 103. — „Sanctitati tuae“.

		878. (<i>Ind. 11.—1. Sept.—12, Pont. a. 6.</i>)
(Nov.) —	Taurini?	(2417) Ansperto, archiepiscopo Mediolanensi, significat de rebus in Francia gestis et de Bosone principe itineris comite sibi dato, „donec — reverteremur ad Urbem“. Praecipit, ut una cum suffraganeis omnibus „secunda die post festum s. Andreae“ (2 Decemb.) Papiam sibi occurrat. (R. ep. 127). Mansi XVII. 96. — „Quantum pro“.
Nov. Dec.	—	(2418) Supponem comitem sibi „iter clausisse“, neque ad se venisse, miratur. „Cernimus“, inquit „quoniam istud non ex corde, sed pro fidelitate tui senioris taliter feceris, quod ideo parcimus“. Significat de Bosone sibi adiuncto, „ut nos salvos sine impedimento maledicti Lamberti in Urbem mitteret“. Hortatur, ut ad sese properet, „quoniam, scit deus, non ob aliud vos alloqui cupimus, nisi ut — ecclesiarum statum et reipublicae quietem una vobiscum consideremus“. (R. ep. 130). Mansi XVII. 98. — „Cur fili“.
„ „	—	(2419) Berengarium comitem in studio erga se magis magisque progredi, gaudet; eumque verbis iisdem, quibus Supponem, et de Bosone erudit et ad sese invitat. (R. ep. 131). Mansi XVII. 99. — „Relatu nonnullorum“.
(Dec.) —	Papiae	V. infra epp. 2421, 2422.
(„) —	(„)	(2420) Anspertum, archiepiscopum Mediolanensem, qui bis vocatus non venerit, reprehendit, et „hac quinta feria proxima adveniente“ (4 Decemb.?) Popiae praesto sibi esse iubet. (R. ep. 126). Mansi XVII. 96. — „Quantum benigna“.
(„) —	(„)	(2421) Berengario comiti et „omnibus optimatibus Longobardorum regni“ nunciat, se Papiam pervenisse, eosque ad synodum iam tertio vocat. Inter alia scribit, Ludovicum (Balbum) regem, nisi aegrotasset, in Italiam venturum secum fuisse. De Bosone addit. (R. ep. 128). Mansi XVII. 97. — „Quanta et“.
(„) —	(„)	(2422) Ludovico (Balbo) regi significat, se a Bosone comite diligentissime adiutum et „usque Ticinum“ perductum esse. Bosoni ut ad ipsius hostes oppugnandos auxilia mittat, hortatur. Agilmarum, episcopum Arvernensem, qui unus ex episcopis, „quos serenitas eius in suum iussisset venire adiutorium“, sibi affuerit, commendat; eosque qui negligentiae se alligaverint, Romam mitti vult. (R. ep. 125). Mansi XVII. 95. — „Quanto vos amore“.
— —	—	(2423) Ludovicum III. regem, Ludovici (Germanici) filium, ut filiabus Bosonis comitis hereditatem restituat, iam iterum hortatur. (R. ep. 129). Mansi XVII. 98. — „Iam enim“.
— —	—	(2424) „Hugoni abbati nobili, spectabili prosapia genito“, scribit de contentione inter Abbonis episcopi parentes et Robertum Roclinumque, ac de misericordia adhibenda. (R. ep. 132.) Mansi XVII. 99. — „Quia multum“.
— —	—	(2425) Romano, „a Ravennatibus fidelibus suis electo“, gratulatur, utque simoniam vitet, praecipit. Mandat, ut litteras suas ad Leonem episcopum et ceteros Romanos deferendas curet, atque Deusdedit et Ioannis ducum res tueatur. (R. ep. 134). Mansi XVII. 100. — „Litterarum tuarum“.
— —	—	(2426) „Sacerdotibus et senatui populoque Ravennati“ de archiepiscopi (Ioannis) morte suum dolorem declarat; electumque (Romanum) commendat. De defendenda ecclesia Ravennate ac de rebus Deusdedit et Ioannis ducum tuendis addit. (R. ep. 304). Mansi XVII. 222. — „Ravennatis antistitis“.
— —	—	(2427) „Iudicibus et ducibus sen populis Ravennae commorantibus fidelibus suis“ praescribit, ut civitatem a Lamberto defendant, „quoniam“ inquit „qui aliter fecerit et nostram iram habebit et mille byzanteos palatio nostro componet“. (R. ep. 133). Mansi XVII. 100. — „Industriam seu“.
— —	—	878—879.
— —	—	(2428) Theodorico archiepiscopo et Isaac episcopo mandat, excommunicent eos, qui Wiperti comitis filium sustulerint terramque diriperint. (R. ep. 135). Mansi XVII. 101. — „Noverit vestra“.
— —	—	(2429) Hugonem comitem hortatur, ut quae homines eius rapuerint, restituat. (R. ep. 136). Mansi XVII. 101. — „Referente videlicet“.
— —	—	(2430) Hugonem, Theodericum, Bernardum comites hortatur, ut in amicitia cum Bosone instituta maneant, et Ludovici (Balbi) regis erga illum voluntatem alant. (R. ep. 137). Mansi XVII. 101. — „Fretus vestra“.
— —	—	(2431) Vulgario monacho praecipit, obediat Wiperto episcopo, qui eum, quum Treccis ipse esset, „a proprio episcopo atque abbate per dimissoriam acquisiverit“. (R. ep. 138). Mansi XVII. 102. — „Denique Treccis“.

		878—879.
—	—	(2432) Archiepiscopo Mediolanensi et Ravennati eorumque suffraganeis praecipit, ut quotiescumque Ioannes, episcopus Papiensis, et eius successores ad synodum eos vocaverint, conveniant. (R. ep. 139). Mansi XVII. 102. — „Scriptum etenim“.
—	—	(2433) Ioanni, episcopo Papiensi, mandat, ut Gotfredum, Ioannis comitis palatii filium, et Iselbertum subdiaconum, et Heribaldum notarium, qui Gausildam, Ragiberti filii uxorem, rapuerint, excommunicet. (R. ep. 140). Mansi XVII. 102. — „Denique Ragibertus“.
—	—	(2434) Monasterii S. Augustini possessiones confirmat. (R. ep. 143). Mansi XVII. 103. — „Solicitudinem omnium“.
—	—	(2435) Episcopis in regno Ludovici constitutis respondet, peccatorum veniam dandam iis esse, qui contra paganos pro ecclesia et „republica“ Christiana pugnantes ceciderint. (Fejér C. D. H. I. 197 perperam addit: „Data IV Idus Iunias Ind. XI“, deceptus verbis: „Data ut supra“.) — (R. ep. 144). Mansi XVII. 104. — „Quia veneranda“.
—	—	(2436) Wifredum, episcopum Vinciensem, qui excommunicatis communicaverit, usque eo procurandis sacris se abstinere iubet, quoad una cum illis ad sese accesserit. (R. ep. 145). Mansi XVII. 104. — „Auctoritate domini“.
—	—	(2437) Hodoni, episcopo Bellovacensi, scribit, ne homines quosdam, quorum instinctu necatus puer sit, peracta poenitentia, initiare sacris dubitet. (R. ep. 146). Mansi XVII. 105. — „Relatu didicimus“.
—	—	(2438) Aimaro et Widoni episcopis mandat, ut Bertildem, quae maritum Rostagnum dereliquerit, venire ad sese iubeant, et eius adiutores excommunicent. (R. ep. 147). Mansi XVII. 105. — „Hortamur sanctitatis“.
—	—	(2439) Walae, episcopo Metensi, praecipit, ne cogat Alpertum, ut sponsam Walatam, a presbytero quodam vitiatam, in matrimonium ducat. (R. ep. 148). Mansi XVII. 105. — „Praesentium portitor“.
—	—	(2440) Ioannem, episcopum Papiensem, pro quodam poenitentiam agente deprecatur. (R. ep. 149). Mansi XVII. 106. „Lator praesentium“.
—	—	(2441) Aginulfo, episcopo Gebaldanensi (Mimatensi), mandat, ut iis, qui has litteras ad eum deferant, ablata reddi iubeat. (R. ep. 150). Mansi XVII. 106. — „Praesentium latores“.
—	—	(2442) Theodorico, archiepiscopo Vesontionensi, Fulcardum et Berelindam uxorem excommunicationis poena liberatos nunciat. (R. ep. 151). Mansi XVII. 106. — „Notum sit sanctitati“.
879. (Ind. 12.—1.sept.—13, Pont. a. 7.)		
Ian. Febr.	Romae	V. epistolam subsequentem.
”	”	(2443) Gaideri, principi Beneventanorum, de suscepto principatu gratulatur, eumque de Saracenorum impetibus consolatur. Promittit, se ei, „peracta solemnitate paschali“ (12 Aprilis), suppetias venturum; quod fieri in praesentia non licere, scribit, quod equis „statim gressus movere in veniendo (Romam) prohibemur“. (R. ep. 156). Mansi XVII. 109. — „Epistolas sane“.
”	”	(2444) Aioni, episcopo Beneventano, qui, se tamdiu abfuisse ab Urbe, doluerit, gratias agit. Fratris eius (Adelgisi ducis) mortem deplorat. (R. ep. 157). Mansi XVII. 109. — „Quod veneranda“.
”	”	(2445) Daferii comitis et eius consanguinei, Gaideris, principis Beneventani, angustias luget. Pollicetur opem; atque ita addit, „equum, quem nobilitas vestra petiit, cum vestros fines attigero, dare me vobis denuncio“. (R. ep. 158). Mansi XVII. 110. — „Perfectionem cordis“.
Mart. 5.	—	(2446) Romanum, archiepiscopum Ravennatem, et eius suffraganeos ad synodum, die 24 m. Aprilis Romae celebrandam, vocat. (R. ep. 153). Mansi XVII. 107. — „Canonicis sanctorum“.
”	29.	(2447) Monasterio Placentino, ab Angelberga imperatrice condito, possessionem monasterii Caput Trebiae, donati a Carolomanno rege, asserit, petente imperatrice. Campi Hist. di Piac. I. 464, Cocqu. I. 220. — „Ex largitate“.
—	—	(2448) Romano, archiepiscopo Ravennati, iam iterum praecipit, ut Luponem presbyterum ecclesiae Sarsinati episcopum consecret. (R. ep. 154). Mansi XVII. 107. — „Relatione quorundam“.
—	—	(2449) Anspertum, archiepiscopum Mediolanensem, iubet una cum suffraganeis interesse synodo die 1. m. Maii Romae habendae. „Ne per vestram absentiam“ inquit

879. (*Ind. 12.—1. Sept.—13, Pont. a. 7.*)
 „regnum hoc amplius in perturbatione persistat et fiat scandalum peius priore; et quia Carolomannus, corporis, sicut audivimus, incommoditate gravatus, regnum retinere iam nequit, ut de novi regis (electione) omnes pariter consideremus, vos adesse oportet; et ideo antea nullum absque nostro consensu regem debetis recipere; nam ipse, qui a nobis et ordinandus in imperium, a nobis primum atque potissimum debet esse vocatus et electus“. (R. ep. 155) Mansi XVII. 108. — „Quantae necessitatis“.
- — — (2450) Athanasium, episcopum Neapolitanum, de prospero reditu suo certiore facit. Monet, ut „in his instantis adversitatis casibus“ constantiam retineat, „donec, speciali praesentia iuncti, simul loquantur“. Petrum, diaconum eius, commendat. (R. ep. 161). Mansi XVII. 111. — „Quia non solum“.
- — — (2451) Anastasii, episcopi Neapolitani, animum, ut superiore epistola, confirmat. (R. ep. 162). Mansi XVII. 111. — „Multas gratiarum“.
- — — (2452) Athanasio, episcopo Neapolitano, scribit, locum celeriter constituat, ubi de utriusque hoste opprimendo consilia inter se communicent. (R. ep. 159). Mansi XVII. 110. — „Scientes vos“.
- Apr. 3. — (2453) Carolo (Crasso) regi ita respondet: „magis ac magis nostrae voluntatis affectum ad vestrae exaltationis cumulum ampliare magnopere cupimus“. Rogat, ut legatos ad se mittat, neu ipse gravetur auxilio sibi venire. (R. ep. 160). Mansi XVII. 110. — „Regalis excellentiae“.
- — — (2454) Wibertum episcopum, excommunicatione proposita, Romam iam tertio evocat. (R. ep. 166). Mansi XVII. 113. — „Iam enim sanctitati“.
- — — (2455) Berengario comiti scribit de mutua voluntate, et de Stephano, episcopo Comaclensi, tuendo. (R. ep. 167). Mansi XVII. 114. — „Quia praedecessores“.
- — — (2456) Pandenulfo comiti (Capuano) gratias agit, quod „hunc Graecum imperialis baiuli hominem“ ad sese miserit. Rogat, ut imperatoris Graecorum legatos deducendos Romam curet. A Saracenis eum vexari, dolet. Ob foedus, a „concivibus“ eius cum paganis ictum, ut ipse ad eum veniat necesse esse, „quamvis et de assidua corporis incommoditate et de peracto iam Franciae itinere adhuc maneamus defessi“. Se ante Graecorum adventum profecturum negat (R. ep. 168). Mansi XVII. 114. — „Multiplices nobilitati“.
- — — (2457) Aureliano (Lugdunensi), Otteramno (Viennensi), Theodorico (Vesontionensi) episcopis interdicit, ne ante iudicium aut excommunicent Bichbertinum, aut eius res invadi patiantur. (R. ep. 163) Mansi XVII. 112. — „Omnium vestrum“.
- — — (2458) Bosoni principi de suo studio erga eum et Angelbergam imperatricem, scribit. Adelbertum marchionem et coniugem, Rutildam comitissam, commendat, „ut comitata in Provincia posita securiter habeant“. (R. ep. 164). Mansi XVII. 113. — „Quia literis“.
- — — (2459) Ludtefridum comitem et eius coniugem excommunicat, quod Garelindae monachae, ut Angelbergae imperatricis monasterium Placentiae situm desereret, persuaserint. (R. ep. 165). Mansi XVII. 113. — „Quia contra“.
- — — (2460) Ad Gregorii primicerii, imperialis baiuli, litteras, per Stephanum candidatum missas, respondet. Ecclesiae Constantinopolitanae pacem curae sibi fore, affirmat, legatosque imperatoris benigne receptum iri. De suis ad Pandenulfum, comitem Capuanum, litteris significat. (R. ep. 169). Mansi XVII. 115. — „Literis tuis“.
- Mai. 1. Ante b. Petri corpus — (2461) Synodus, in qua Anspertum, archiepiscopum Mediolanensem, qui vocatus nec Papiensem nec Romanam synodum adierit, excommunicat. (Cf. Ioannis epp. ap. Mansi XVII. 122, 123, 165). — (R. ep. 177). Mansi XVII. 120. — „Anspertum“.
- „ 2. — (2462) Theodosio, patriarchae Hierosolymitano, moram legatorum eius, Theodosii et Davidis et Sabae monachorum, qui se absente Romam venerint, excusat. Mittit munera, ob angustias a paganis sibi allatas exigua. (R. ep. 170). Mansi XVII. 116. — „Notum esse“.
- — — (2463) Carolomanno regi Gospertum diaconum commendat, cui episcopatum Vercellensem tribuat, remoto utroque electo. (R. ep. 171). Mansi XVII. 116. — „Multorum relatione“.
- — — (2464) Carolum (Crassum) regem denuo rogat, ut sibi, a paganis et Christianis improbis vexato, subveniat. Carolomannum regem monitum nunciat, ne Italiae ad-eundae impedimentum ei afferret. Addit ita: „pro nullius hominis lucro, vel blan-

			879. (<i>Ind. 12.—1. Sept.—13, Pont. a. 7.</i>) dimento, sive terrore a vestro nos consortio et vestrae amicitiae foedere separabimus“ (R. ep. 172). Mansi XVII. 117. — „Miramur, quia“.
			(2465) Wibbodo, episcopo (Parmensi), mandat, ut cum suis legatis auxilii petendi causa ad Carolomannum regem missis aut ipse proficiscatur aut aliquem fidelissimum ire iubeat. Aditus ad Carolomannum si effici ob huius valetudinem non potuerit, Carolum (Crassum) regem conveniri vult. Angelbergae imperatricis bona ne diripi patiatur, monet. (R. ep. 173). Mansi XVII. 117, <i>Affò St. d. Parm. I. 295.</i> — „Quoniam prae“.
			(2466) Michaelem, regem Bulgarorum, ut cum gente sua ad b. Petri fidem redeat, iterum monet. (R. ep. 174). Mansi XVII. 118. — „Quia vos omnipotens“.
			(2467) Petrum, Cerbulam et Sundicam ceterosque optimates, Michaelis regis Bulgarorum consiliarios, hortatur, dent operam, ut rex ad ecclesiae Romanae auctoritatem se conferat. (R. ep. 175). Mansi XVII. 119. — „Denique moneo“.
			(2468) Sedesclavo, comiti Sclavorum, mandat, ut legatum suum ad Michaelem, Bulgarorum regem, deducendum curet. (R. ep. 176). Mansi XVII. 119. — „Quia fama tuae“.
Mai.	6.	(Romae)	(2469) Gregorio, primicerio ac baiulo imperiali, scribit, ut legatos Graecos ad sese per Beneventum Capuamque mittat. Haec nunciat: „rex Francorum, ad nos properans, suppliciter deposcit, ut ab Urbe non discedamus quoquam, donec ipse perveniat; qui cum venerit, cum valida manu illuc studebimus properare“. (R. ep. 178). Mansi XVII. 120. — „Religionem tuae“.
			(2470) Wibbodo, episcopo Parmensi, significat, se a paganis vexatum „cuiuslibet regis iam cupere habere solatium“. Ita mandat: „unde, si Carolomannum posse incunctanter agnoscitis, apud illum, sin autem, apud Carolum (Crassum) regem causas et utilitates s. sedis apostolicae prudenti dumtaxat consilio agere et ad perfectum deducere satagatis“. Praecipit, ut Caroli archicapellano Romam venturo comitem se adiungat. Hanc epistolam comburi vult. (R. ep. 179). Mansi XVII. 121, <i>Affò St. d. Parm. I. 296.</i> — „Cum assidue vos“.
			(2471) (Bosoni principi) ita scribit: „secretum, quod vobiscum, Trevis existentes, habuimus, immutilatum ac fixum retinemus et totis nisibus optamus perficere; quapropter, si excellentiae vestrae libet, iam hoc ipsum ad effectum debetis perducere, quia — ecce nunc tempus acceptabile“. Affirmat, se, auxilii promissi expectatione plenum, „alio dirigere, auxiliumque opportunum praetermississe quaerere“. De prospero reditu suo addit. (R. ep. 180). Mansi XVII. 121. — „Secretum, quod deo“.
Mai.	19.		(2472) Ansperto, archiepiscopo Mediolanensi, nunciat, quoniam ter vocatus, nec venerit, nec legatos miserit, in synodo Romana d. 1 m. Maii excommunicatum eum esse. Praecipit, ut in synodo die 12 m. Octobris celebranda assit. Dein haec addit: „tibi tuisque suffraganeis praecipimus, ut cum eo, qui de regibus Francorum Italianam fuerit ingressus, nullum absque nostro consensu placitum facere praesumatis, apostolorum canone capituli tricesimi quinti ita iubente: episcopos gentium singularum scire convenit, quis inter eos primus habeatur“ cet. (R. ep. 181). Mansi XVII. 122. — „Multae inobedientiae“.
	20.		(2473) Anspertum archiepiscopum Mediolanensem, lenioribus verbis et de inobedientia obiurgat et ad synodum die 12 m. Octobris habendam vocat, non facta mentione excommunicationis in eum pronuntiatae. (R. ep. 182). Mansi XVII. 123. — „Cum universi“.
	21.	In ecclesia b. Petri	V. infra epistolam 2478.
Iun.	4.		(2474) Theodosii, diaconi et ecclesiae Nonensis electi, erga se pietatem laudat. Ne consecrationem nisi ab ipso accipiat, hortatur. (R. ep. 183). Mansi XVII. 124, <i>Farlatus Ill. sacr. IV. 207, Fejér C. D. H. I. 206.</i> — „Dilectionis tuae“.
	7.		(2475) Anselmo, episcopo Lemovicensi, scribit, Stephani matrimonium eo, quod morientem filium baptizaverit, non esse dirimendum. (R. ep. 188). Mansi XVII. 127. — „Ad limina“.
	7.		(2476) Carolomanno regi de itinere in Franciam suo ita scribit: „testamur deum, quod nullius hominis, nisi vestrum praepotens adiutorium avida mente quaerere volumus; sed malorum hominum, quos ipsi scitis, praepediti insidiis, hoc agere non valuimus“. Auxilium petit. Legatos suos, Ioannem et Paschalem episcopos, commendat. (R. ep. 186). Mansi XVII. 126. — „Quia more“.

879. (*Ind. 12.—1. Sept.—13, Pont. a. 7.*)
- Iun. 7. — (2477) A Carolomanno rege episcopatum Vercellensem Consperto diacono petit. (R. ep. 187). Mansi XVII. 127. — „Misimus cum“.
- „ 7. — (2478) Branimirum (Chrobatorum duces), ad b. Petri fidem reversum, laudat et confirmat. Significat, se die ascensionis domini (21 Maii) „super s. altare s. Petri“ preces pro eo et eius populo fecisse. Petit, ut eius voluntate Ioanni presbytero litteras suas ad Bulgarorum regem perferre liceat. (R. ep. 184). Mansi XVII. 125, Farlatus III. sacr. IV. 207, Fejér C. D. H. I. 207. — „Relegentes nobilitatis“.
- „ 7. — (2479) Sacerdotes et populum una cum Branimiro principe reconciliatos ecclesiae Romanae, ut in fide perseverent, hortatur. (R. ep. 185). Mansi XVII. 126, Farlatus III. sacr. IV. 208, Fejér C. D. H. I. 209. — „Cum litteras“.
- „ 8. — (2480) Michaellem, regem Bulgarorum, ad veram b. Petri fidem revocat. Ioannem presbyterum, legatum suum, commendat. (R. ep. 189). Mansi XVII. 128. — „Quantae pietatis“.
- „ 10. — (2481) Vitalem Adransem (Iaderensem), Dominicum Absorensem, ceterosque episcopos Dalmaticos, et Ioannem, archipresbyterum Salonitanum, omnesque sacerdotes et seniores populi, habitatores Spalatinae civitatis atque Zadarensis, ceterarumque civitatum, ad Romanam ecclesiam revocat. Quem elegerint archiepiscopum ad consecrationem palliumque accipiendum Romam venire vult. Ioannem presbyterum, legatum suum, commendat. (R. ep. 190). Mansi XVII. 129, Farlatus III. sacr. III. 77. — „Pastoralis sollicitudine“.
- „ 13. — (2482) Airardo, archiepiscopo Ausciensi, et Involatio Convenensi, Wainardo Conseranensi, Sarstono Bigorrensi episcopis scribit de corrigendis populi moribus; de nuptiis illicitis; de rebus ecclesiarum conservandis; de clericorum erga episcopos obedientia. (R. ep. 198). Mansi XVII. 135. — „Multas praevaricationes“.
- „ 14. — (2483) Rostagno Arelatensi, Sigibodo Narbonensi, Rotberto Aquensi archiepiscopis mandat, ut Gibertum, episcopum Nemausensem ab iniuriis in monasterium (S. Aegidii) dehortentur, et, si non paruerit, excommunicent. (R. ep. 191). Mansi XVII. 130 et 245. — „Veracium relatione“.
- — (2484) Michaeli, regi Bulgarorum, quod legatum muneraque sibi miserit, gratias agit. Monet, ut ad Romanam ecclesiam redeat. De Bulgarorum dioecesi a Graecis in parte occupata addit. (R. ep. 192). Mansi XVII. 131. — „Multas regiae“.
- — (2485) Anastasio abbati praecipit, ut cellulam S. Valentini, in Sabinis sitam, Gauderico episcopo restituat. (R. ep. 193). Mansi XVII. 132. — „Monemus religionem“.
- — (2486) „Zuventapu de Maravna“ hortatur, caveat, ne a praeceptis ecclesiae Romanae deducatur. Methodium, archiepiscopum ab Hadriano II. ordinatum, ob disseminatos errores Romam a se vocatum esse nunciat. (Et hanc et subsequentem epistolam ex ipso registro accurate quidem transcripsit Boczekius, sed utrisque litteris suo arbitrato pro „Data ut supra“ subiunxit: „Data XVIII. Kal. Iul. ind. XII.“) — (R. ep. 194). Boczek C. D. M. I. 40, Mansi XVII. 132. — „Scire vos volumus“.
- — (2487) Methodium, ecclesiae Pannoniensis archiepiscopum, evocat, quod et profiteri doctrinam falsam dicatur, et contra praeceptum suum, per Paulum, episcopum Anconitanum, missum, in procurandis sacris non Latina nec Graeca, sed barbara, i. e. Slavina lingua utatur. (R. ep. 195). Boczek C. D. M. I. 39, Mansi XVII. 133. — „Praedicationis tuae“.
- — (2488) Anspertum, archiepiscopum Mediolanensem, reprehendit, quod et legatos suos, Ioannem Papiensem et Walpertum Portuensem episcopos, spreverit, et sacra procuraverit excommunicatis. Ad synodum autumnalem venire eum iubet. (R. ep. 196). Mansi XVII. 133. — „Tantis heu“.
- — (2489) Angelbergae imperatrici respondet, Anspertum, excommunicatum archiepiscopum Mediolanensem, ante synodum, die 12 m. Octobris celebrandam, ad quam aut ipse veniat aut legatum mittat necesse sit, non posse absolvi. Anniversario die Ludovici II. imperatoris (12 Augusti) se precatione usurum nunciat. (R. ep. 204). Mansi XVII. 154. — „Pio affectu“.
- — (2490) Ad Ludovici III. regis (filii Ludovici Germanici) litteras, per Astaldum comitem allatas, respondet. Promissum auxilium celeriter sibi ferri cupit. Haec addit: „Porro de hoc, quod mandastis, ut pro eventu regni Ludovici (Balbi), pie memoriae nepotis vestri, praepediti existatis, turbati manemus; sed petimus, ut nostrae petitionis sollicitudinem alacriter assumatis, quoniam si, deo favente Ro-

879. (*Ind. 12.—1. Sept.—13, Pont. a. 7.*)
manum sumpseritis imperium, omnia vobis regna subiecta existent.“ (R. ep. 197).
Mansi XVII. 134. — „Vestrae regiae“.
- Aug. 16. — (2491) Basilio, Constantino et Alexandrino imperatoribus respondet, se, habita temporis ratione, Photio, licet defuncto Ignatio patriarchatum Constantinopolitanum inconsulta sede Romana susceperit, communionem ea lege concedere, ut misericordiam in synodo exposcat. Post Photii mortem ex laicis eligi patriarchas vetat. — Bulgarorum dioecesim sibi reddi, sacerdotesque ab Ignatio consecratos, posteaque deiectos, restitui iubet. Legatis suis (Eugenio et Paulo episcopis) mandatum esse scribit, ut si quis Photii communionem respuisset, in synodo is excommunicaretur. „Missa per Petrum presbyterum“. (Epistolae huius exemplum a Photio interpolatum exstat ap. Mansi XVI. 487, XVII. 141 et 395. „Puritas et splendor“ „Puritas celebritasque“.) — (R. ep. 199). Mansi XVI. 479 et XVII. 136. — „Τῆς ὑμετέρας“ „Inter claras“.
- „ 16. — (2492) Ioanni, Leoni et Paulo patriciis, et Stiliano, Ioanni et Metrophani metropolitibus, ceterisque sacerdotibus et cuiuscumque ordinis clericis et laicis, sub excommunicationis poena praecipit, ut Photium, patriarcham Constantinopolitanum, sequantur. „Missa per Petrum presbyterum“. (R. ep. 202). Mansi XVII. 153. — „Omnium ecclesiarum“.
- „ — — (2493) Episcopis provinciae Constantinopolitanae, Hierosolymitanae, Alexandrinae et Antiochenae de communione Photio reddita eadem, quae superiore ad imperatores epistola, significat. „Missa per Petrum presbyterum“. (Haec epistola, a Photio adulterata, legitur ap. Mansi XVI. 510, XVII. 450. „Τὰ ὑγαίονια“ „Vestras sinceras“.) — (R. ep. 200). Mansi XVI. 499, XVII. 146. — „Ἐρομώμεθα“ „Quorundam sane“.
- „ — — (2494) Paulum Anconitanum et Eugenium Ostiensem, suos Constantinopoli legatos, reprehendit, quod praecepta neglexerint. Petrum presbyterum cardinalem iis adiungit. Iubet agi secundum commonitorium suum. (R. ep. 203). Mansi XVII. 154. — „Quamvis contra“.
- („) — — (2495) Paulo (Anconitano) et Eugenio (Ostiensi) episcopis, et Petro presbytero cardinali, quae Constantinopoli agant, praecipit. (Commonitorium hoc interpolatum a Photio esse dicitur.) Mansi XVII. 361 et 467. — „Cum primum“ „Postquam dei“ „Μετὰ τῆς Θεοῦ“.
- („) — — (2496) Photio, patriarchae Constantinopolitano, quod legati apostolici (Eugenius et Paulus episcopi) recusaverint sacra secum procurare, querenti, respondet, id ideo esse factum, quod de ea re mandata dari a se, rerum Cypolitanarum antea incerto, non potuissent. Quibus conditionibus communionem ei reddi velit, ut in praeceidentibus ad imperatores litteris, exponit. De commonitorio, per Petrum presbyterum cardinalem legatis suis misso, addit. (Harum litterarum exemplar a Photio vitiatum praebet Mansi XVI. 512, XVII. 150 et 411. — „Sapientiam et prudentiam“ „Τὴν σοφίαν καὶ“.) — (R. ep. 201). Mansi XVI. 502 et XVII. 148. — „Πεῖρα σαφειότης“ „Experientia tuae“.
- — — (2497) Landonem, filium Landonis, et fratres eius, ac Landulfum, filium Landulfii, eiusque germanos, in pace cum Pandenulfo post Landulfii, episcopi Capuani, mortem constituta non mansisse, dolet. Cupit die 1 m. Octobris cum iis et Guaiferio, principe Salernitano, et Capuanis Traiectum convenire, ibique et paci consulere et de Landulfo presbytero, „sacerdotum et iudicum et totius Capuanae plebis voto“ electo, statuere. (R. ep. 205). Mansi XVII. 155. — „Receptis atque“.
- — — (2498) Guaiferio, principi Salernitano, ut superiore epistola, scribit de Landulfo, electo Capuano, et de congressu die 1 m. Octobris Traiecti habendo. Reprendit, quod arma Capuanis intulerit. Mancosos, „pro defensione terrae S. Petri“ Amalphitanis datos, reddi sibi vult, „quatenus, nostra recipientibus nobis, nullam pro his de cetero patiantur calumniam“. (R. ep. 206). Mansi XVII. 156. — „Sicut nobis“.
- — — (2499) Leoni, Adelchisi, Lupeno episcopis significat, se die 1 m. Octobris Traiecti acturum et de discordia Capuana componenda et de Landulfo, „a vobis et omni sacerdotali coetu, nobiliumque caterva cunctoque populo“ electo. (R. ep. 207). Mansi XVII. 156. — „Sacerdotalem curam“.
- — — (2500) Landulfum presbyterum et electum laudat, quod Capuanae urbis concordiae restituendae operam tribuat. De conventu, die 1 m. Octobris Traiecti agendo, addit. (R. ep. 208). Mansi XVII. 157. — „Quia discordantium“.
- — — (2501) Pulcarem, praefectum Amalphitanum, quod nec foedus cum paganis ictum

879. (*Ind. 12.—1. sept.—13, Pont. a. 7.*)
 ruperit, nec terram S. Petri defenderit, hortatur, ut acceptos mancosos sibi reddat. (R. ep. 209). Mansi XVII. 157. — „Pro salute“.
- — — (2502) Monachorum Pultariensium angustias dolet. Bosonem principem et Hugonem abbatem, ut iniurias ab iis propulsarent, monitos esse, nunciat. (R. ep. 210). Mansi XVII. 158. — „Cognoscat pro“.
- — — (2502a) Hugonem, „nobilissimum abbatem“, rogat, ut monasterium S. Petri Pultariense ecclesiae Romanae a Gerardo comite traditum, tueatur. (R. ep. 211). Mansi XVII. 159. — „Quanta vos dilectione“.
- — — (2503) Hugoni et Radulpho, fidelibus suis, praecipit, ut Vendoaram villam, a Bosone comite invasam, defendant. Isaac episcopo (Lingonensi) mandatum esse nunciat, ut Arembertum, qui villam a Bosone accepisset, nisi eam dimitteret, excommunicaret. (R. ep. 212). Mansi XVII. 159. — „Cognoscat pro“.
- — — (2504) Bosonem principem hortatur, ut et Vendoaram villam ecclesiae Romanae restituat et monasterium Pultariense protegat. (R. ep. 213). Mansi XVII. 160. — „Quanta vos dilectione“.
- — — (2505) Guaiferium, principem Salernitanum, excommunicatione proposita, ab oppugnandis ante suum adventum Capuanis dehortatur. Afirmat haec: „Nam pro vestro cum venerimus amore, ipsum, quem vultis, Capuanae plebi antistitem ordinabimus, ut vester principalis honor indiminutus permaneat“. (R. ep. 214). Mansi XVII. 160. — „Relatu quorundam“.
- c. Aug. — Ravennae (2506) Pandenulfum castaldum (Capuanum) de superioribus ad Guaiferium litteris certiore facit. (R. ep. 215). Mansi XVII. 161. — „Relectis industriae“.
- Cum Carolo Crasso rege. Vide eam, quae sequitur, epistolam. Monachi Augiensis contin. Erchanberti ap. Pertz M. G. Scr. II. 329: „Carlomannus fratri suo Carolo Italiam gubernandam concessit. At ille eam undique improvisus occupavit et Ravennam veniens, Romanum papam nomine Ioannem ad se vocari praecipit, sed et patriarcham Furiolanum, nec non et Mediolanensem archiepiscopum, omnesque episcopos et comites seu reliquos primores ex Italia, et ibi ab eis rex constituitur, et omnes praeter apostolicae sedis episcopum iureiurando ad devotionem servitii sui constrinxit; cui conventui etiam Liutpertus, Magoniacensis episcopus, iussu Ludovici regis interfuit“. Cf. Hincmari Annal. 879. p. 512.
- — — (2507) Carolo (Crasso) „regi“ ita scribit: „a longo iam tempore vos ad culmen imperii volentes perducere vocavimus, ac postmodum ad vos Ravennam pervenimus, sperantes honorem s. Romanae ecclesiae per vos ad augmentum perfectum perducere et inimicorum ecclesiae severitatem comprimere; sed quia de his nihil apud magnitudinem peregrinus, revertentes (Romam) prioribus peiora reperimus“. Rogat, ut se, antequam Romam veniat, per Luithbardum episcopum et Manigoldum filium Adelberti et Adelbertum protopincernam certiore faciat. Marinum, episcopum et arcarium, ac Petrum, episcopum Senogalliensem legatos suos, commendat. (R. ep. 216). Mansi XVII. 161. — „Quod bene vestra“.
- — — (2508) Carolo (Crasso) „regi“ (in Italia moranti) scribit haec: „Audivimus, quod debeatis nunc Alpes transire, atque cum fratre vestro communi eloquio frui; unde valde turbati existimus, eo quod secundum commune placitum sperabamus, nos vobiscum simul convenire et opus exaltationis s. Romanae ecclesiae peragere“. Rogat, ut una cum Farulfo, consiliario et nepote suo, legatum mittat, qui, quoad rex in Italiam redierit, ecclesiam Romanam defendat. (R. ep. 217). Mansi XVII. 162. — „Audivimus, quod debeatis“.
- — — (2509) Romanum, archiepiscopum Ravennatem, iniuriis affectum ad se non venisse, miratur. Legatum mittit, qui causam cognoscat. Die 1 m. Octobris archiepiscopum eiusque adversarios Romae esse vult. Reprehendit eum, quod extra dioecesim moretur. (R. ep. 218). Mansi XVII. 163. — „Audientes tales“.
- — — (2510) Omnibus episcopis, marchionibus, comitibus, cunctisque fidelibus significat, se Ioanni, episcopo Papiensi, „transgressos“ sua vice excommunicandi potestatem tribuisse. (R. ep. 219). Mansi XVII. 163. — „Habentes omnium“.
- Sept. 21. — (2511) Romanum, archiepiscopum Ravennatem, una cum suffraganeis synodo die 12 Octobris in ecclesia b. Petri celebrandae interesse iterum iubet. (R. ep. 220). Mansi XVII. 164. — „Sicut iam olim“.
- Oct. 15. In ecclesia b. Petri Synodus, in qua Anspertus, archiepiscopus Mediolanensis, honore episcopali privatur et Ioseph, episcopus Vercellensis, ab eodem consecratus, deicitur. V. Ioannis epp. ap. Mansi XVII. 164, 165, 166.

		879. (<i>Ind. 12.—1. Sept.—13, Pont. a. 7.</i>)
(Oct.)	—	(2512) Episcopis, presbyteris, diaconis, subdiaconis et omni clero ecclesiae Mediolanensis praecipit, ut, adhibitis Ioanne Papiensi et Weltone Ariminensi episcopis, legatis suis, successorem dent Ansperto archiepiscopo, dignitate episcopali orbato, electumque ad sese mittant, ut, „secundum morem pristinum et secundum regiam concessionem“ consecretur. (R. ep. 221). Mansi XVII. 164. — „Deo dilectae unanimitati“.
(„)	—	(2513) Carolo (Crasso) regi Anspertum Mediolanensem et Iosephum Vercellensem in synodo deiectos esse, nunciat. Conspertum, rogatu Carolomanni regis consecratum episcopum Vercellensem, commendat. (R. ep. 222). Mansi XVII. 165. — „Regiae magnitudini“.
(„)	—	(2514) Presbyteris, diaconis, subdiaconis et omni clero, ac „primatis“ omnique populo Vercellensi, in synodo Romana quid gestum sit, nunciat. Iosephi ab Ansperto consecrati acta rescindit. Conspertum, episcopum a sese ordinatum, commendat, „quoniam dilectus“ inquit „ac spiritalis filius noster, Carolomannus, gloriosus rex istius Italici regni, ipsum Vercellensem episcopatum, more praedecessorum suorum regum et imperatorum, concessit huic Consperto, nostramque apostolicam clementiam suis est literis deprecatus, ut eum vobis episcopum consecrarem“. (R. ep. 223). Mansi XVII. 166. — „His nostris“.
„	19.	(2515) Notingum, episcopum Novariensem, aut res Angelbergae imperatrici ablatas restituere, aut intra duos menses venire Romam iubet. (R. ep. 224). Mansi XVII. 167. — „Audiimus te“.
„	21.	(2516) Petro episcopo et Pulcari praefectorio et populo Amalphitano significat, eos, quoad foedus cum Saracenis compositum frangerent, communione a se privatos esse. (R. ep. 225). Mansi XVII. 167. — „Notum esse volumus“.
Nov.	19.	(2517) Helmoinum, episcopum Pennensem, quod synodo defuerit, ante diem 8 m. Decembris ad se venire iubet, Oterannumque, iniuste excommunicatum, absolvi. (R. ep. 228). Mansi XVII. 170. — „Secundum sacros“.
„	19.	(2518) Paulo, episcopo Regino, praecipit, ut ecclesiam Carpanam, incendio deletam, renovet. (R. ep. 232). Mansi XVII. 172. — „Dilectioni tuae venerandis“.
„	20.	(2519) Theodorico Teatino, Heodicio Firmano, Ioanni Apruticensi, Helmoينو Pennensi episcopis scribit, Theoderonam de Vivelata votis monasterialibus, quae post mariti mortem ei extorta sint, non teneri. (R. ep. 226). Mansi XVII. 168. — „Quaedam vestrarum“.
(„)	—	(2520) Athanasium, episcopum Neapolitanum, Petrum episcopum et Pulcarim praefectorium Amalphitanum, episcopum Caietanum, Docibilem et Ioannem Hypatos, „a paribus“, nisi a Saracenorum societate ante diem 1 m. Decembris recesserint, anathematizatum iri denunciat. Pulcarim ab iniuriis in Pandenulfum, iudicem Capuanum, separatim dehortatur. (R. ep. 227). Mansi XVII. 169. — „Pudet, ut“.
„	24.	(2521) Arpaldum, episcopum Asculanum a propriis clericis iniustitiae accusatum, et synodum declinare ausum, excommunicatione proposita, ad sese vocat. (R. ep. 228). Mansi XVII. 171, Ughelli It. sacr. I. 442. — „Secundum sacros“.
(„)	—	(2522) Carolo (Crasso) regi scribit, indicto die 1 m. Novembris, iam praeterito, Papiam ad eum venire, se paratum fuisse. In Italiam reversum litteras ad se nondum dedisse, miratur. Invitari cupit. (R. ep. 230). Mansi XVII. 171. — „Sicut nostro“.
(„)	—	(2523) Carolo (Crasso) regi, qui de Consperto, episcopo Vercellensi, ad suam voluntatem egerit, gratias agit. Sententiam, in Anspertum Mediolanensem dictam, non posse mutari scribit. (R. ep. 231). Mansi XVII. 172. — „Multiplices gratias“.
—	—	(2524) Ludovico III. et Carolomanno regibus (Ludovici Balbi filiis) haec scribit: „sicut dominus Carolus (Calvus) divae memoriae imperator, avus vester, ac postmodum genitor vester Hludovicus rex sub protectione Romanae ecclesiae vos commendaverunt, ita vos adiuvere et protegere parati sumus“. (R. ep. 290). Mansi XVII. 213. — „Audita per“.
—	—	(2525) Hugonis abbatis, Bernaldi, Guitonis, aliorum comitum erga Ludovicum et Carolomannum reges fidelitatem laudat et confirmat. (R. ep. 291). Mansi XVII. 213. — „Audientes bonam“.
		879—880.
—	—	Capuae Episcopatu Capuano in duas partes diviso, Landenulfum ecclesiae Capuanae episcopum et Landulfum episcopum ecclesiae S. Mariae Suricorum constituit. Chronica

879—880.

S. Benedicti ap. Pertz M. G. Scr. III, 205 et 206, Erchemperti hist. Langobard. ibid. p. 255 et 256. (Id exeunte a. 879, aut a. 880 ineunte factum esse, liquet ex epp. 2497, 2498, 2499, 2500, 2505, 2541.

- (2526) Ioanni, episcopo Papiensi, mandat, ut ecclesiam Carpanam, quam renovare Paulus, episcopus Reginus, neglexerit, reficiat. (Cf. supra ep. 2518) — (R. ep. 233). Mansi XVII 173. — „Quia Paulus“.
- (2527) Teutmarum, archiepiscopum (Salzburgensem), a Carolomanno rege ad se missum, nondum adesse miratur, venireque iubet. (R. ep. 236). Mansi XVII. 174. — „Sicut nobis“.
- (2528) Antonium, episcopum Brixiensem, et Berengarium comitem hortatur, ne cum Liutfredo, Gerlindae monachae raptore, rerumque Angelbergae imperatricis compilatore communicent; ita praefatus: „Quia Carolomannus gloriosus rex suis regalibus literis et missorum nostrorum verbo nostro praesulatu commisit, ut nos curam huius Italici regni haberemus—“. (R. ep. 237). Mansi XVII. 175. — „Quia dilectus“.
- (2529) Egilberto episcopo interdicit, ne Liutfredo et Odebrico excommunicatis communicet. Quos cogi iubet, ut Angelbergae imperatrici ablata intra dies 30 restituant. (R. ep. 234). Mansi XVII. 173. — „Beatissimi apostoli“.
- (2530) Egifredum, Supponem, Eripaldum, Berardum Bonifacii filium et Cothephredum comites hortatur, ut bona Angelbergae imperatricis tueantur. (R. ep. 235). Mansi XVII. 174. — „Scientes profecto“.
- (2531) Eunibertum comitem proposita excommunicatione hortatur, ut quas invaserit, res Angelbergae imperatricis restituat. (R. ep. 238). Mansi XVII. 175.—„Veraci relatione“.
- (2532) Gisulfo, monasterii S. Christinae abbati, mandat, ut monasterii Angelbergae imperatricis, Placentiae positi, curam suscipiat. (R. ep. 239). Mansi XVII. 176. — „Auctoritate sanctae“.
- (2533) Gregorio spathario, Theophylacto turmacho, Diogeni comiti, „imperialibus“, victoriam a Saracenis Neapoli reportatam gratulatur. Monet, ut „cum aliquantis dromonibus“ sibi subveniant. (R. ep. 240). Mansi XVII. 176.—„Audientes vos“.
- (2534) Athanasium, episcopum Neapolitanum, monet, ut, non habita Amalphanorum ratione, sejungat se a Saracenis. Haec addit: „quod iam dare promisimus, auxiliante deo, annis singulis vobis procul dubio tribuemus“. (R. ep. 241). Mansi XVII. 177. — „Sanctitatis vestrae“.
- (2535) Petro episcopo et Pulcari praefectorio et omnibus sacerdotibus ac clericis atque universo populo Amalphanae civitatis, si a Saracenis discesserint, haec promittit: „dabimus vobis nunc et per singulos annos, sicut inter nos statutum fuit, decem millia mancosorum argenti, et isto praesenti anno damus vobis pro benedictione supra mille mancosos, et teloneum, quod in portu nostro dare debetis, vobis concedimus“. Si non discesserint, fore ut a Dominico, legato suo, ab ipsoque et excommunicentur et anathematizentur. (R. ep. 242). Mansi XVII. 177. — „Multa vobis bona“.

880. (*Ind. 13.—1. Sept.—14.*)

- Iun. 20. — (2536) Carolum (Crassum) regem rogat, ut Hieronymum, episcopum Lausannensem in pristinam dignitatem restituat, resque ecclesiae Vesontionensis, ab Hubone invasas, Theodorico archiepiscopo reddi iubeat. (R. ep. 243.) Mansi XVII. 178. — „Magnitudinem vestram“.
- „ 20. — (2537) Liutwardum, episcopum Vercellensem, hortatur, ut Hieronymum, Lausannensem episcopum, Carolo (Crasso) regi commendet. (R. ep. 244). Mansi XVII. 179. — „Dilectioni vestrae“.
- „ 20. — (2538) Theodorico, archiepiscopo Vesontionensi, de litteris ad Carolum (Crassum) regem missis significat. (R. ep. 245). Mansi XVII. 179. — „Pro tot et“.
- „ 23. — (2539) Carolo (Crasso) regi ita scribit: „quod mandastis, ut marchiones vestri, qui circa nos existunt, ad defensionem peragendam nobiscum decertare debuissent, hoc sine vestrae maiestatis praesentia, vel sine idonei optimatis vestri nullo modo proderit nobis, eo quod ipsi marchiones homines de civitatibus et propriis finibus nostris in suo assiduo servitio habent, et nonnullos eorum potentia sua defendunt et ita impediunt, ut nostrum servitium minime perficere valeant“. Legatum mitti cupit. (R. ep. 246). Mansi XVII. 180. — „Multiplices regiae“.

		880. (<i>Ind. 13.—1. Sept.—14.</i>)
Iun. —	—	(2540) Sphentopulcho comiti Methodium, orthodoxum repertum, confirmatumque ecclesiae Moravensis archiepiscopum commendat. Praeter Vichinum Nitriensem episcopum ab ipso consecratum, alterum quoque Methodii suffraganeum constitui vult. „Litteras Slavonicas, a Constantino quondam philosopho repertas“, laudat. Non enim „sanae fidei“ inquit „vel doctrinae aliquid obstat, sive missas in eadem Slavonica lingua canere, sive s. evangelium legere, quoniam, qui fecit tres linguas principales, Hebraeam sc., Graecam et Latinam, ipse creavit et alias omnes“. Sed tamen praecipit „ut in omnibus ecclesiis terrae illius evangelium Latine legatur et postmodum Slavonica lingua annuncietur“. (R. ep. 247). Mansi XVII. 181. Boczek C. D. M. I. 42. — „Industriae tuae“.
Iul. 18.	—	(2541) Landulfum, episcopum Suricorum, sub excommunicationis poena hortatur, ut ecclesiae reditum cum Landenulfo, episcopo Capuano, quemadmodum ipse constituerit, partiatur. (R. ep. 248). Mansi XVII. 183. — „Nostra relatione“.
—	—	(2542) Carolo (Crasso) regi scribit, se eius „voluntatis arcana“ ex Wibbodo, episcopo Parmensi cognovisse eidemque responsa commisisse. Se a Graecis opprimi negat. Petit, ne inimicis suis credat. De Saracenorū, impiorūque Christianorū in se iniuriis queritur, „pro qua necessitate“ inquit „ipsius Wibbodi episcopi hortatu in quamdam cortem nostram exivimus et una cum Widone comite, Lamberti filio, loqui voluimus, sed ipse adesse praetermisit“. De Bosone haec scribit: „neque aliquem familiaritatis locum aut receptionis nostrae auxilium apud nos habebit, eo quod vos amicum et adiutorem quaesivimus; nam nihil nobis de parte ipsius pertinere videtur, qui talem tyrannidem praesumpsit committere“. Caroli adventum exspectat. Ioannem, episcopum Papiensem, apud se remansisse scribit. Rogat, legatos mittat, „qui nobis pariter cum missis nostris proficiscentibus de omnibus iustitiis plenissimam faciant“. (R. ep. 249). Mansi XVII. 183. — Regiae magnitudinis“.
Aug. 13.	—	(2543) Imperatores (Graecos), ecclesiasticae pacis studiosos, laudat. Gratias agit 1) de dromonibus missis, „qui pro defensione terrae s. Petri in suo manerent servitio“, 2) de Constantinopolitano S. Sergii monasterio sibi reddito, 3) de Bulgarorum dioecesi b. Petro restituta. De synodo Constantinopolitana addit. (R. ep. 251). Mansi XVII. 186. — Post innumerat“.
(„)	—	(2544) (Photio patriarchae) restitutum ecclesiae Constantinopolitanae concordiam gratulatur. Miratur, unde multa, quae ipse statuisset, mutata sint. Synodi Constantinopolitanae acta comprobatur, quaeque legati sui „in eadem synodo contra apostolicam praeceptionem“ fecerint, respuit. (R. ep. 250). Mansi XVII. 184. — „Hoc nostri semper“.
Sept. 10.	—	(2545) Carolum (Crassum) regem ad se venturum esse, gaudet, sed antea legatum mitti vult. Queritur, Georgium excommunicatum et anathematizatum, quum ab eo una cum Widonis homine redisset, velut eius voluntate fultum, in quasdam ecclesiae Romanae possessiones irrupisse. (R. ep. 252). Mansi XVII. 187. — „Relegentes regalis“.
„	29.	(2546) Romanum, archiepiscopum Ravennatem, ad synodum, in diem 12 m. Octobris ante indictam, sed ob „Saracenam angustiam“ in diem 8 m. Novembris dilatam, vocat, iudicaturus et de matrimonio Deusdedit ducis, ab eo excommunicati, interimque a sese absoluti, et de Maginperto diacono, caedis accusato. (R. ep. 253). Mansi XVII. 188, Savioli Ann. Bol. I. II. 27. — „Quia bellica“.
„	30.	(2547) Omnes episcopos, per ducatum Spoletinum et Camerinensem et per diversas provincias constitutos, hortatur, ut, „solita desidia deposita“ ad synodum die 8 m. Novembris celebrandam accedant. (R. ep. 254). Mansi XVII. 189. — „Nolumus ignorare“.
Oct. 30.	—	(2548) Carolo (Crasso) regi, se antequam ipse veniat, Liutwardum episcopum (Vercellensem) Romam missurum esse, nuncianti gratias agit. Saracenos scribit a Graecis navali proelio victos quidem esse, neque tamen quin ipsum vexent desistere; quocirca petit, ut sibi quam primum succurrat. (R. ep. 255). Mansi XVII. 189. — „Susceptis gloriae“.
Nov. 8.	(Romae)	Synodus, in qua Deusdedit dux, a Romano, archiepiscopo Ravennate, excommunicatus, absolvitur, nuptiaeque eius confirmantur. V. epistolam, quae sequitur.
(„)	—	(2549) Romano, archiepiscopo Ravennati, et Leoni episcopo, misso et apocrisiario suo, et quibusvis missis imperatoris et omnibus iudicibus et populis Romani territorii constitutis significat, in synodo die 8 m. Novembris celebrata Deusdedit ducem

		880. (<i>Ind. 13.—1. Sept.—14.</i>) absolutum esse, et eius cum Maria matrimonium corroboratum. (R. ep. 271). Mansi XVII. 204. — „Omnium reverentiam“.
Nov.	—	(2550) Anspertum, archiepiscopum Mediolanensem, reprehendit, quod restitutus in inobedientia perseveret. Rhodoaldum et Warlenum, monachos suos, in itinere ad monasterium Pultariense comprehensos vinculisque mandatos, dimitti iubet. (R. ep. 256). Mansi XVII. 190. — „Decuerat te“.
„	—	(2551) Salomoni, procuratori Papiæ, ut Rhodoaldum et Warlenum monachos e custodia continuo emittat, præcipit. (R. ep. 257). Mansi XVII. 191. — „Apostolica tibi“.
—	—	(2552) Adelbertum marchionem excommunicatum absolvit, itemque eius hominibus communionem ea lege reddit, „ut omnem emendationem facere ad quindecim dies intra mensem Martium omnino accelerent“. (R. ep. 258). Mansi XVII. 191. — „Te vero“.
—	—	c. 880.
—	—	(2553) Oteramum, archiepiscopum Viennensem, reprehendit, „quod“ inquit „his, qui cum Bosone præsumptore et regni perturbatore tyrannidem exercere non cessant, ausu temerario favere eorumque malis operibus communicare præsumis, et falsa opinione s. Romanam ecclesiam infamare non dubitas, quod ad talia peragendum ipsius auctoritatem habere te certifies“. Præcipit, ut Romam veniat. (R. ep. 288). Mansi XVII. 212. — „Inter eximios“.
—	—	(2554) Barnimero, comiti (Chrobatiae), et sacerdotibus, iudicibus, cunctoque populo, scribit, se magna cum voluptate ex Theodosio, episcopo (Nonensi), de eorum fide audiisse. Legatos ad se mitti vult, ut „cum illis missum suum dirigat ad eos, quibus, secundum morem et consuetudinem ecclesiae suae, universus populus fidelitatem promittat“. (R. ep. 284). Mansi XVII. 209, Farlatus III. sacr. IV. 208. — „Audita per“.
—	—	(2555) Michaellem, regem Bulgarorum, uno cum Theodosio episcopo (Nonensi) non misisse legatos, miratur. Quod ut faciat, monet. (R. ep. 287). Mansi XVII. 211. — „Miramur, quod“.
		881. (<i>Ind. 14.—1. Sept.—15.</i>)
Ian.	25.	(2556) Cuidam (Carolo Crasso regi?) ita respondet: „susceptis literis gloriae vestrae, quibus vos monstratis ad limina apostolorum præcipiti gressu et velle convolare, attoniti, vel magis stupefacti, miramur, decentiam vestram terminos patrum transcendere et lineam generis vestri superbo spiritu conculcare“. Mandata, per suos legatos significata, perfici vult; „præcipimus“ inquit „terminum S. Petri ad ingrediendum animum vestrum non incitetis, quousque prædicti legati nostri ad nos revertantur, itemque alios ad nos transmittere cures“. (R. ep. 259). Mansi XVII. 191. — „Susceptis literis“.
Febr.	15.	(2557) Anspertum, archiepiscopum Mediolanensem, laudat, quod Iosephum, deiectum episcopum Vercellensem, „permissu Caroli (Crassi) gloriosi regis — post electionem cleri et expetitionem populi“ ecclesiae Astensi ordinaverit. (R. ep. 260). Mansi XVII. 192. — „Consultationis tuae“.
„	15.	(2558) Attonio significat, se censuisse, ut excommunicatio, ab Ansperto archiepiscopo ei illata, valeret, quoad Mediolanensi ecclesiae erepta reddidisset. (R. ep. 262). Mansi XVII. 193. — „Missa praesulatus“.
—	—	(2559) Anselmo, archidiacono Mediolanensi, excommunicatione proposita, ut ad obsequium Ansperti archiepiscopi revertatur, præcipit. (R. ep. 261). Mansi XVII. 193. — „Missa praesulatus“.
Fbr. Mart.	Romae	Carolus Crassus imperatorem consecrat. Annal. Alamann. cont. Sangall. altera 881 ap. Pertz M. G. Scr. I. 51, Reginon. chron. 881 ibid. 592, Monachi Aug. cont. Erchanberti ap. eund. II. 329, 330. Quam ad d. 25 m. Dec. a. 881 perperam revocant Hincmari annales 880 p. 513, Caroli coronationem mense Febr. aut Martio a. 881 factam esse, apparet ex ipsius imperatoris diplomatibus (v. Boehmeri Regesta Karolorum p. 95); eamque poni post d. 15 m. Februarii oportere, docet ea, quae praecedit, ep. 2557.
Mart.	4.	(2560) Ioanni Bononiensi, Egilulfo Mantuano, Eicardo Vicentino, Viatori Ferrariensi episcopis mandat, ut controversiam „de quibusdam rebus Asiae villae“ ortam inter Adelardum Veronensem et Adelchisium Tridentinum episcopos, decernant.

		881. (<i>Ind.</i> 14.—1. <i>Sept.</i> —15.) (R. ep. 267). Mansi XVII. 198, Savioli Ann. Bol. I. II. 28. — „Sanctitatem vestram“.
(Mart.)	—	(2561) Adelchisio, episcopo Tridentino, quos iudices inter eum et Adelardum, episcopum Veronensem, constituerit, significat. (R. ep. 266). Mansi XVII. 197. — „Suggestente coepiscopo“.
„	12.	(2562) Ludovicum et Carolomanum reges (Ludovici Balbi filios) et Hugonem abbatem rogat, assentiantur Carolo (Crasso) imperatori, qui sibi, salva eorum voluntate, promiserit, Angelbergam imperatricem „ab exsulatu“ Romam missum iri. Haec affirmat: „si hic apud nos rediens habitaverit, tanta custodia circumspecta, mihi credite, erit, ut nec Bosoni, nec alii homini, ad perturbationem imperii sive regni quodlibet adiutorium vel auxilium verbis aut scriptis praebere valeat“. (R. ep. 263). Mansi XVII. 194. — „Nosse volumus“.
(.)	—	(2563) Archiepiscopos et episcopos Italici regni et comites hortatur, dent operam, ut Angelberga imperatrix a Carolo (Crasso) imperatore Romam mittatur. (R. ep. 282). Mansi XVII. 208. — „Si ea, quae“.
(.)	—	(2564) Hadericum, presbyterum et abbatem Mediolanensium SS. Gervasii et Protasii atque S. Simpliciani monasteriorum, calumnia affici vetat; neque eum nisi apud se postulari vult. Bona eius confirmat. (R. ep. 264). Mansi XVII. 195. — „Boni patrisfamilias“.
„	14	(2565) Anathasium, episcopum Neapolitanum, promissi, per legatos sibi de Saracenorum societate relinquenda Caietae dati, admonet. Sic addit: „excommunicando interdicimus, ut nullam seditionem, nullam commotionem, nulla discrimina, vel laesionem cum his, qui in Berolassi commorantur, aut facias, aut facientibus omnino consentias; — nos illuc properabimus et inter vos pacem reformabimus“. (R. ep. 265). Mansi XVII. 196. — „Iam quia te“.
„	23.	(2566) Methodium archiepiscopum propagandae fidei studiosum laudat, molestisque affectum solatur. Sphentopulcho principi praeter id, quod litteris ad eundem datis (ep. 2540) contineatur, quidquam a se mandatum esse, negat. (R. ep. 268). Boczek C. D. M. I. 44, Mansi XVII. 199. — „Pastoralis sollicitudinis“.
„	29.	(2567) Carolo (Crasso) imperatori de maioribus in dies Saracenorum iniuriis scribit. Rogat, ut sibi subsidium ferri iubeat. Palmam mittit, „per quam signum datur victoriae“. (R. ep. 269). Mansi XVII. 199. — „Multarum oppressionum“.
Apr.	—	In ecclesia b. Petri Synodus, in qua Anastasius, episcopus Neapolitanus, communionem privatur. V. sequentem epistolam.
„	—	(2568) „Omnibus episcopis Caietam, Neapolim, Capuam, Berolassim et Amalphim, Beneventum et Salernum incolentibus — a paribus“ nunciat, synodo in ecclesia b. Petri congregata, Athanasium, episcopum Neapolitanum, qui contra promissum, sibi et coram Neapoli et per legatos postea Caietae datum, in Saracenorum societate permansisset, excommunicatum esse. (R. ep. 270). Mansi XVII. 200, Ughelli It. sacr. VI. 79. — „Quae et quanta“.
—	—	(2569) Romano, archiepiscopo Ravennati, scribit, se, simulatque Neapoli, quo nunc proficiscatur, redierit, rationem ab eo repetiturum, quare „Albericum comitem, quasi ex parte imperiali, Ravennam asciverit et nobiles cives distringere enormiter coegerit“. Dominicum archidiaconum mittit, quem ecclesiae Faventinae episcopum consecrat. (R. ep. 271). Mansi XVII. 201. — „Ea, quae nostro“.
—	—	(2570) Romanum, archiepiscopum Ravennatem, quod Deusdedit ducis uxorem „alteri viro, raptori, in stupro tradiderit“, ad synodum die 24 m. Septembris celebrandam vocat. Interea iubet eum ordinandis sacerdotibus abstinere. („Missa per Deltonem episcopum“) — (R. ep. 272). Mansi XVII. 202. — „Inter cetera, quae“.
Iul.	—	(2571) Romano, archiepiscopo Ravennati, praecipit, ut fugitivos clericos Placentinos, quos contra patrum statuta receperit, Paulo episcopo remittat, eiusdemque ecclesiae sacerdotes, quos excommunicaverit, absolvat. (R. ep. 273). Mansi XVII. 203. — „Inter ceteras proprii“.
„	17.	(2572) Constantinum sacerdotem, se invito ecclesiae Faventinae episcopum a Romano, archiepiscopo Ravennate, consecratum, excommunicat, in synodoque die 24 m. Septembris Romae celebranda adesse iubet. (R. ep. 274). Mansi XVII. 203. — „Audientes, te esse“.
„	20.	(2573) Ioannem, episcopum Ficoclensem, ecclesiae Faventinae visitatorem constituit. (R. ep. 308). Mansi XVII. 224. — „Obitum Romani“.

		881. (<i>Ind. 14.—1. Sept.—15.</i>)
Iul. 27.	—	(2574) Romanum, archiepiscopum Ravennatem, ad synodum die 24 m. Septembris gerendam accedere iubet. (R. ep. 275). Mansi XVII. 204. — „Quia iampridem“.
— —	—	(2575) Carolo (Crasso) imperatori significat de Petro et Zacharia, episcopo ac bibliothecario sedis Romanae, missis „pro recipiendis de omnibus, quae hactenus perperam acta fuerant, iustitiis et emendationibus, ac pro totius terrae S. Petri salute, pristinaque restitutione“. (R. ep. 277). Mansi XVII. 205. — „Quia nunc eadem“.
c. Spt. 24.	(Romae)	Synodus, in qua Romanus, archiepiscopus Ravennas, excommunicatur. V. epp. 2574 et 2576.
Oct. 4.	—	(2576) Sacerdotibus et clero atque universis iudicibus populoque Ravennati nunciat, Romanum archiepiscopum in synodo, quam adire vocatus noluisset, communionem, donec ad se veniret, privatum esse. (R. ep. 278). Mansi XVII. 206. — „Nosse volumus fidelitatem“.
— —	—	(2577) Ad Caroli (Crassi) imperatoris litteras mandataque, per Ioannem Venticinensem (leg. venerabilem Ticinensem) episcopum missa, respondet, se libenter ad eum Ravennam venturum esse. Sed iam quatuor diebus ante purificationem b. Mariae (2 Febr. 882), quem diem imperator statuerat, congressum fieri cupit. (R. ep. 286). Mansi XVII. 211. — „Receptis serenitatis“.
		873—882.
— —	—	(2578) Williberto, archiepiscopo Coloniensi, scribit de presbytero, qui abhinc annos undecim excommunicatus sit, absolvendo et de Gedeone adultero. (R. ep. 283). Mansi XVII. 209. — „Almitatis tuae“.
— —	—	(2579) Leoni Theanensi et Landulfo episcopis et Landoni gastaldio mandat, dent operam, ut Attinulfus captum Auxentii Capuani filium, suum hominem, patri reddat. (R. ep. 289). Mansi XVII. 212. — „Auditu certiori“.
— —	—	(2580) Michaellem, regem Bulgarorum, hortatur, ut et quae promiserit, exsolvat, et quae peccaverit, emendet, legatumque ad se mittat. (R. ep. 297). Mansi XVII. 217. — „Cum non“.
— —	—	(2581) Imperatori et imperatrici significat, quum rediisset litora que direpta et Fundos ac Terracinam urbes invasas a Saracenis cognovisset, se, interiectis diebus quinque, cum fidelibus suis exiisse; navibusque octodecim captis, multos Saracenos occisos et sexcentos captivos liberatos esse. Ivonis decr. X. c. 71, Mansi XVII. 243. — „Cum reversi“.
— —	—	(2582) Angelbergae imperatrici sic scribit: „Ad hoc usque malum crevit, ut Maurinus cum suis complicibus, qui anathematizati a nobis iam sunt, Ravennam ingrederetur et fidelium nostrorum res raperet, adeo ut claves civitatis Ravennae a Vestarario nostro violenter subtraheret et ipsi archiepiscopo, quod nunquam factum fuisse recolitur, concederet“. Baluzii Misc. I. 402, Mansi XVII. 245. — „Ad hoc usque“.
— —	—	(2583) Angelbergae imperatrici significat, se adversus hostes bellum assidue parare. (Fragmentum). Ivonis decr. X. c. 69, Mansi XVII. 243. — „Siquidem cum“.
— —	—	(2584) Angelbergae imperatrici „excusans Ioannem episcopum removeri de militia, dicit: Nimum certe veretur, et iure formidat, contra professionem sui ordinis saecularem militiam exercere; terram defendere, de proeliis tractare, de armis, terranae potestatis est“. (Fragmentum). Gratiani decr. C. XXIII. qu. 8. c. 1. — „Nimum certe“.
— —	—	(2585) Domagol (al. Domasol, al. Demagum) ducem ad opprimendos piratas excitat. Ivonis decr. X. c. 70, Gratiani decr. C. XXIII. qu. 8. c. 12, Mansi XVII. 243. — „Praeterea devotionis“.
— —	—	(2586) Rostanno, archiepiscopo Arelatensi, scribit, eum, qui Athonis desponsam raperit, et ipsam sponsam, nisi ad Athonem redeat, excommunicandos esse. Ivonis decr. XIV. c. 64, Gratiani decr. C. XXVII. qu. 2. c. 47, Mansi XVII. 241. — „Atho praesentium“.
— —	—	(2587) Sigigodo, archiepiscopo Narbonensi, scribit de causa presbyteri examinanda, qui hominis necandi ansam invitus praebuerit. Ivonis decr. X. c. 26, Mansi XVII. 241. — „Praesentium literarum“.
— —	—	(2588) Cennemoco, episcopo Venetensi (al. Uticensi), respondet, sacerdotem, facto homicidio non posse in sacerdotio manere. Ivonis decr. VI. c. 114, X. c. 51, Gratiani decr. I. D. 50 c. 4, Mansi XVII. 241. — „Miror minus“.
— —	—	(2589) Maino „archiepiscopo“ (Dolensi) et ceteris episcopis per Britanniam comma-

873—882.

mentibus scribit, Resgallonis et Corvili monachorum ordinationem, ab Heclocarō abbate factam, ratam habendam esse. Martene Thes. III. 867, Mabillon Ann. ord. Ben. III. 683. — „Notum sit“.

(2590) Petro episcopo significat, si Deodatus et Gregorius ad sese non venerint, fore, ut anathematizentur, tabulaeque, illorum „scelera et excommunicationes et anathema“ significantes, „ante sanctissimam b. Petri apostoli imaginem“ suspendantur. Ivonis decr. XIV. c. 66. Mansi XVII. 244. — „Si Deodatus“.

(2591) Marino et Pulcari praecipit, ut milites mittant ad comprehendendos Saracenos quadraginta, „qui dudum Graccorum nostorum navibus in mare fugere, quique postea, terrestrium nostrorum militum exspoliati armis omnibus virtute, in montis Circei latibulis evaserunt“. (Fragmentum). Ivonis decr. X. c. 68, Mansi XVII. 242. — „Sed et provinciis“.

(2592) Cozili comiti scribit, excommunicatione teneri eos, „qui uxores suas dimiserint, vel ad alias, illis viventibus, nuptias migraverint“. Hortatur, „ut duo viri illi, qui uxores suas abiecerint, eas repellere minime permittantur“. (Fragmenta). Ivonis decr. VIII. c. 222, 223, Wattenbach Beiträge p. 49, Boczek C. D. M. I. 36, (ubi verba: „Ex concilio III. ap. Ravennam“ perperam addita sunt). — „Porro eos qui“ „Prudentissime vir“.

(2593) Instituit, ut ecclesiae Romanae cardinales ad regendam clericorum disciplinam causasque clericorum et laicorum iudicandas bis in mense conveniant, in palatiumque bis in hebdomade se conferant. Mansi XVII. 247. — „Itemque ex“.

(2594) Sacrilegos excommunicari iubet. Baluzii Misc. II. 113, Mansi XVII. 244. — „Si quis domum“.

(2595) Theibergam et Aldericum filium denuo hortatur, ut Radulpho, nobili viro, uxorem reddant; quod si non fecerint, fore ut excommunicentur. Ivonis decr. VIII. c. 118. — „Iterum iterumque“.

(2596) Berrario abbati scribit haec: „Absit a piis mentibus, quid de Romani culminis pontifice sinistrum sentire, quum b. Ennodio confessore, Ticinensis urbis antistite, scribente doceamur, quia deus omnipotens aut claros ad tanta fastigia erigit, aut certe quos elegit illustrat“. Ivonis decr. IV. c. 102. — „Absit a piis“.

879—882.

(2597) Photio, patriarchae Constantinopolitano, scribit, se de symbolo neque additione nec deminutione mutando cum eo sentire, hortaturque, ut eos, qui quaedam addiderint, in viam mansuete reducat. (Sunt, qui hanc epistolam prorsus adumbratam iudicent). Mansi XVII. 239, 523. — „Non ignoramus“. „Ὁὐκ ἀγνοεῖν“.

881—882.

(2598) Ad cuiusdam (Romani, archiepiscopi Ravennatis?) litteras, per Deusedit presbyterum missas, respondet. Hortatur, ne amplius debita sibi fidelitatis obviscatur, utque Romam veniat, „quia“ inquit „et statum s. Ravennatis ecclesiae incolumem servare tuumque profectum et honorem perficere cupimus“. (R. ep. 285). Mansi XVII. 210. — „Sicut nobis“.

(2599) Athanasium, episcopum Neapolitanum, excommunicatione solvit, „si modo pactum“, inquit „quod hactenus cum impiis Agarenis habuisti, fregeris, atque si, praesentibus his missis nostris, Marino, episcopo et s. sedis nostrae arcario, et Sicone, egregio viro, maiores Saracenorum cum aliis omnibus ceperis et, iugulatis aliis, eos nobis direxeris“. (R. ep. 294). Mansi XVII. 215. — „Boni pastoris“.

882. (Ind. 15.—1. Sept.—1, Pont. a. 10, imp. Carolo a. 2.)

Febr. 13. Ravennae

V. tabulam Caroli Crassi imperatoris in qua ita legitur: „venientibus nobis Ravennam ad colloquium spiritualis patris nostri, Ioannis pontificis et universalis papae, ubi multorum episcoporum venerabilis coetus, nec non et nobilium procerum caterva convenerat —“. Ughelli It. sacr. II. 251, Mansi XVII. 558.

„ 14. „

V. tabulam Caroli Crassi imp. ap. Ughelli It. sacr. V. 724.

„ 15. „

V. diplomata Caroli Crassi imperatoris ap. Ughelli It. sacr. IV. 981, Mansi XVII. 557; et ap. Muratori Ant. It. I. 869, Vesi documenti I. 118.

„ 19. „

V. tabulam Caroli Crassi imp. ap. Sanelementum Ser. episc. Crem. 219.

(2600) Clero et populo Genevensi significat, „propter dissensionem Bosonis“, cuius

882. (*Ind. 15.—1. Sept.—1, Pont. a. 10, imp. Carolo a. 2.*)
 partes eorum metropolita (Viennensis archiepiscopus) sequatur, Optandum, quem elegissent, episcopum a sese consecratum esse, petentibus Carolo imperatore et eius optimatibus. Cui ut obediant, praecipit. (R. ep. 271). Mansi XVII. 207. — „Dilectissimi filii nostri“.
- — Fani V. epistolam subsequentem.
- — (2601) Carolo (Crasso) imperatori ita queritur, „de omnibus immobilibus rebus territorii s. Petri, quas nobis, Ravennae consistentibus, in praesentia serenitatis vestrae, uterque Wido marchio (Spoletinus) pro reinvestitione reddidit, nec unum recepimus locum“. Significat, Widonem neque Fanum ad sese atque ad Adeldardum, episcopum (Veronensem), imperatoris legatum, venisse, neque duabus legationibus commotum esse. Rogat, ut ipse veniat, nam „nullam se posse habere iustitiam per quemlibet legatum, nisi per eius imperialem praesentiam“. (R. ep. 293). Mansi XVII. 214. — „Cum et ante“.
- — (2602) Riccardi imperatrici et Liutwardo, episcopo Vercellensi, de summis angustiis suis scribit. Ita queritur: „neque ipse Augustus (Carolus Crassus) qualemcumque defensionem nobis exhibuit, neque homines civitatum nostrarum, qui ab alienigenis, ac si nostri non fuerint, detinentur, ab eorumdem alienigenarum iugo subtrahit“. Hortatur, laborent, ut imperator „omnibus omnino necessitatibus aut omissis aut certe suspensis, sanctae matris calamitati subveniat et citissimum conferat adiutorium“. Petrum episcopum, legatum suum, commendat. De Angelberga imperatrice Romam mittenda preces addit. (R. ep. 298). Mansi XVII. 218. — „Tanta cordis“.
- Mai. 22. — (2603) Monasterium Casinense sedis Romanae ditioni subiicit. Gattula Hist. Cas. 63, Cocqu. I. 881. — „Quoniam semper“.
- — (2604) In Oteramum, archiepiscopum Viennensem, invehitur, quod Optandum, episcopum Genevensum a sese consecratum, vinculis mandaverit, alterumque in illius locum substituerit. Excommunicatione proposita, intra dies octo restitui Optandum iubet, ipsumque archiepiscopum ad synodum, die 24 m. Septembris „futurae primae indictionis“ Romae habendam, vocat. (R. ep. 292). Mansi XVII. 213. — „Relatu veraci“.
- — (2605) Oteramo, archiepiscopo Viennensi, respondet, quid causae fuerit, cur Optandum ecclesiae Genevensi praeficeret. Reprehendit eum, quod alium illi opposuerit. Ad synodum, die m. 24. Septembris Romae faciendam, et eum iterum vocat, et Adalbertum Maurianensem, Barneriumque Gratianopolitanum episcopos venire vult. (R. ep. 295). Mansi XVII. 216. — „Susceptis vestrae“.
- — (2606) Adalberto, episcopo Maurianensi, exprobrat, quod Barnerium, episcopum Gratianopolitanum, ex ipsa ecclesia vi abduxerit. Praecipit, ut una cum illo ad synodum, die 24 m. Septembris Romae gerendam, se conferat. (R. ep. 296). Mansi XVII. 216. — „Tristis nos nuncius“.
- Aug. — (2607) Anselmo archiepiscopo, privilegiorum ecclesiae Mediolanensis confirmationem petenti, satisfacit. De Saracenorum et Christianorum et Christianorum in se iniuriis addit. Homines octoginta tres ab homine Widonis marchionis (Spoletini), Longobardo nomine, Narniae manibus truncatos nunciat. (R. ep. 299). Mansi XVII. 219. — „Privilegii sane“.
- „ 28. — (2608) Romano, archiepiscopo Ravennati, praecipit, ut Ioanni diacono erepta restituat. (R. ep. 300). Mansi XVII. 220. — „Quia non solum“.
- „ 28. — (2609) Clero Ravennati praecipit, ut Maimbertum, clericum Bononiensem, eorum adversarium et „manifestissimum zizaniorum seminatore“, comprehendant, tradantque legato suo ac Ioanni duci, qui eum ad sese deducant. (R. ep. 301). Mansi XVII. 220. — „Audita saepe afflictione“.
- „ 28. — (2610) Martino, Ioanni, Demetrio, Romano ducibus, proposita singulis multa aureorum centenorum, imperat, ut Maimbertum, clericum Bononiensem, „superstiosissima familiaritate“ cum Romano, archiepiscopo Ravennate, iunctum, comprehendant et legato suo Ioannique duci exhibeant. (R. ep. 302). Mansi XVII. 221. — „Omnium vestrum noscat“.
- „ 28. — (2611) Ioanni, duci et misso suo, mandat, Maimbertum ad sese deducendum curet, et mulieres, ab eodem collectas, in rectorio papali ad tempus detineat; videatque, ut Romanus, archiepiscopus Ravennas, praecepta sua per litteras superiores data exsequatur. (R. ep. 303.) Mansi XVII. 222. — „Gratulatos nos“.
- Nov. 11. — (2612) Carolo (Crasso) imperatori sic respondet: „quod autem dicitis, ut, postposi-

		882. (<i>Ind. 15.—1. sept.—1, Pont. a. 10, imp. Carolo a. 2.</i>) tis ceteris curis, iter vestrum in Italiam recto itinere ordinatum habeatis, grato animo suscepimus, et ut utinam non solum Papiæ, verum etiam propius essetis, necessitas maxima deposcit“. Scribit de angustiis suis et de auxilio celeriter ferendo. Rogat, ut Widenem Rabiam eiici e finibus Romanis iubeat. (R. ep. 279). Mansi XVII. 206. — „Cognoscentes de vestra“.
(Nov.) —	—	(2613) Litwardum, episcopum (Vercellensem), laudat „quod“ inquit „cum spiritali filia nostra imperatrice, sicut asseris, ut dominus imperator pro defensione sanctae Romanae ecclesiae ingrederetur Italiam, habuisti (studuisti?)“. (Cf. Annales Fuldenses 882 ap. Pertz M. G. Scr. I. 396. et eam, quae praecedit, epistolam). — (R. ep. 280). Mansi XVII. 207. — „Studio tuo“.
Dec. 15.	Romae	Moritur, quum sedisset annos 10. d. 2., teste Vita in Vignolii lib. pont. III. 255. Annalium Fuldens. pars V. 883. ap. Pertz M. G. Scr. I. 398.: „Igitur Romae praesul apostolicae sedis, Iohannes nomine, prius de propinquo suo veneno potatus, deinde cum ab illo simulque aliis suae iniquitatis consortibus longius victurus (putatus) est, quam eorum satisfactio esse cupiditati, quia tam thesaurum suum quam culmen episcopatus rapere anhelabant, malleo, dum usque in cerebro constabat, percussus est, exspiravit“. Cf. Annal. Alamann. cont. Sangall. tertiam 883. ibid. p. 52, Annal. Fuldens. part. IV. 882. ibid. p. 397.

MARINUS I. 882—884.

†Duae exstant Marini bullae, in quarum altera (2615) solius pontificis, in altera (2616) solius imperatoris anni comparent.

Scriptae sunt p. m.

Zachariae scriniarii S. R. E. (2615)

Georgii „ „ (2616).

Datae p. m.

Valentini ecclesiae Portuensis episcopi (2615)

Zachariae episcopi et bibliothecarii atque missi s. sed. apost. (2616).

882.

Dec. ? —	—	Consecratur. Annal. Fuldensium pars IV. 882 ap. Pertz M. G. Scr. I. 397: „Marinus, antea episcopus, contra statuta canonum subrogatus est“. Annal. Fuld. pars V. 883 ibid. p. 398: „— omni populo Romano unanimiter confortante, Marinus, qui in id tempus Romana in urbe archidiaconus habebatur, ordinari compactum est“. Marini consecratio ad. m. Dec. a. 882 referri solet, sed ex tabula apud Savioli Ann. Bol. I. II. 283 et ap. Affò St. di Parma I. 304, in qua sic legitur: „temporibus Marino — pontificatus eius — anno primo, imp. — Karolo a. 4, die 16 m. Martio, ind. 2“ (i. e. anno 884), eam post diem 16 m. Martii a. 883 factam esse coegeris.
----------	---	--

883. (*Ind. 1.—1. sept.—2, Pont. a. 1, imp. Carolo a. 3, p. c. eius a. 3.*)

— —	—	(2614) *Ecclesiae Placentinae privilegia concedit. V. Caroli III. imperatoris diploma ap. Campi Hist. di Piac. I. 468.
Iun. 12.	—	(2615) Monasterium S. Petri Solemniacense tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat. Bouquet IX. 198, Ughelli It. sacr. I. 113, Mansi XVII. 563, Cocqu. I. 223. — „Convenit enim“.
„ 20.	Nonantulae monasterio	Cum Carolo III. imperatore. V. huius diploma ap. Campi. Hist. di Piac. I. 468, in quo haec leguntur: „commorantibus nobis monasterio Nonantulae cum patre nostro Marino papa pro diversis imperii nostri utilitatibus“ cet. Annal. Fuldensium pars V. 883 I. I.: „Imperator obviam papae pergit et illum loco nuncupante Nonantula, prout meruit, honorifice suscepit“.
„ 22.	—	(2616) Monasterii Saviniensis, ecclesiae Laudensi collati, possessiones, rogante Gerardo episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. IV. 657, Cocqu. I. 223. — „Te narrante“.

883—884.

„Formosum de iuramento, quod invitus dederat (in synodo Trecensi d. 14 m. Sept. a. 878, v. supra Ioannis VIII. regesta), solvit; Formosus enim nequam angustatus iurando promisit: ut Romuleam urbem nunquam ingrederetur, ad reconciliationem sui honoris nunquam accederet, suumque episcopatum nunquam reciperet.“
Auxilii Tractatus c. 32 ap. Mabillon Vet. anal. p. 51.

(2617) Monachis S. Aegidii Amelium presbyterum commendat, cui se monasterium eorum „salva pensione sibi annue persolvenda“ commendasse scribit. Ménard Hist. d. Nismes I. Preuv. 15, Bouquet IX. 198. — „Cognitum facimus“.

(2618) *Monasterii Fuldensis privilegia confirmat. V. Stephani VI. bullam ap. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 293.

884.

(2619) *Fulconi, archiepiscopo Remensi, pallium mittit. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. p. 309.

(2620) *Eurardo, archiepiscopo Senonensi, scribit de quodam Fulconis archiepiscopi Remensis monasterio, in eius dioecesi sito, quod Erminfridus iniuste occupaverat. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. p. 309^b.

(2621) *Ioanni, archiepiscopo Rotomagensi, mandat, hortetur Erminfridum, in eius dioecesi degentem, ut invasum Fulconis, archiepiscopi Remensis, monasterium dimittat. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1 p. 309^b.

(2622) *„Scholam Saxonum in Roma morantem pro amore et deprecatione Aelfredi, Angulsaxonum regis, ab omni tributo et telonio benigne liberat, etiam multa dona regi transmittit, in quae etiam non parvam illius piissimae et venerabilis crucis partem, in qua dominus noster Iesus Christus pro universali hominum salute pependit“. Asserius de gestis Aelfredi in Petrie et Sharpe Mon. hist. Brit. I. 484.

Mai. ? — Moritur. Annum praebent Asserius de gest. Aelfredi l. I. et Annal. Alamannic. contin. Sangall. tertia 884 ap. Pertz M. G. Scr. I. 52. Mensis Maius Pagio probabilis est, propterea quod cui annus 1 et m. 5 (al. 4) assignantur in catalogis, Marinum putat m. Dec. a. 883 consecratum fuisse. Sed cf. supra.

HADRIANUS III. 884—885.

†Quam unam reliquam habemus Hadriani bullam (2624), ea est scripta per manum Leonis scriniarii S. R. E., data p. m. Gregorii nomenclatoris, missi et aprocrisarii s. sedis apostolicae.

884.

Mai. ? — Eligitur. Annal. Alamannic. cont. Sangall. tertia 884 ap. Pertz M. G. Scr. I. 52. De mense v. supra Marini regesta. (Sine dubio corrupta est tabula quae legitur ap. Fantuzzi Mon. Rav. II. 13: „temporibus domini Arriani — in apostolica sede anno consecrationis eius tertio, atque imp. — Karolo a. 5, die 20 m. Febr. ind. 3“, quae si esset integra, Hadrianum probaret ante d. 20 m. Febr. a. 883 consecratum esse).

884—885.

(2623) Sigibodo, archiepiscopo Narbonensi, mandat, ut, excommunicatione proposita, Gírbertum, episcopum (Nemausensem), ab infestando S. Aegidii monasterio, Amelii curae commendato, dehortetur. Ménard Hist. de Nism. I. Pr. 15, Bouquet IX. 200. — „Sanctitati tuae“.

„Cecat Gregorium de Abentinum, et Mariam superistanam nudam per totam Romam fusticat“. Annales S. Benedicti ap. Pertz M. G. Scr. III. 199.

885. (Ind. 3.—1. Sept.—4, imp. Carolo a. 5.)

Apr. 17. — (2624) In synodo monasterium S. Sixti Placentinum, ab Angelberga imperatrice aedificatum, tuendum suscipit, et eius possessiones ac privilegia confirmat. Campi Hist. di Piac. I. 470, Mansi XVIII. 2, Cocqu. I. 225. — „Omnibus quidem“.

— 2 —	Roma	885. (<i>Ind. 3.—1. Sept.—4, imp. Carolo a. 5.</i>)
Aug. Spt.	In villa Viulza chara	Proficiscitur, a Caroli (Crassi) imperatoris legatis in Franciam invitatus. Annalium Fuldensium pars IV. 885 ap. Pertz M. G. Scr. I. 402.
" "	In monasterio Nonantulano	Moritur („super fluvium Scultinna“ in dioec. Mutinensi; cf. Tiraboschi St. di Nonant. II. 528), Vita Stephani VI. in Vignolii lib. pont. III. 262. — Tempus intelligitur ex Annal. Fuld. parte IV. l. l., ubi dicitur imperator, cognita Francofurti Hadriani morte Wormatiam se contulisse; idque exeunte mense Septembri factum esse, liquet ex diplomatibus in Boehmeri Regest. Karol. p. 100.
" "	In monasterio Nonantulano	Sepelitur. Annal. Fuld. pars IV. 885 l. l.

STEPHANUS VI. 885—891.

† In Stephani VI. bullis consignati anni sunt modo solius imperatoris (2634, 2661) modo solius pontificatus (2646, 2662, 2663).

Scriptae sunt per manum

Gregorii scriniarii S. R. E. (2634, 2662, 2663, 2664)

Benedicti notarii et scriniarii s. sedis apostolicae (2646)

Anastasio notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (2661).

Datae p. m.

Leonis sacellani (saccellarii) s. sed. apost. (2634)

Zachariae (dei pietate) primicerii „ „ „ (2646, 2661)

Stephani secundicerii „ „ „ (2662, 2663).

885.

c. Spt.	Romae	Eligitur. Vita Stephani VI. in Vignolii lib. pont. III. 263.
"	E domo	(Patris sui) educitur. Vita Stephani p. 264.
"	Ad titulum	(SS. Quatuor Coronatorum) adducitur. Vita Stephani l. l.
"	Ad palatium	(Lateranense) „cum omni honore et debita reverentia perducitur“. Vita Stephani l. l.
"	In ecclesia b. Petri	Consecratur „proximo die dominico“. Vita Stephani l. l. Consecratio „inconsulto“ imperatore (v. infra), ideoque non ita multo post Hadriani III. mortem facta est; quamquam ex tabula ap. Fantuzzi Mon. Rav. I. 90, in qua sic est: „anno pont. D. Stephani — 4, nomen domini imperatoris non habemus, die 20 m. Nov. ind. 8 (i. e. a. 888)“, potest effici, eam post d. 20 m. Nov. a. 885 incidisse. — Stephanum a Formoso, episcopo Portuensi, consecratum docet Invectiva in Romam pro Formoso ap. Anast. Bibliothec. ed. Bianchini T. IV. Prolegom. p. LXXII.
"	Ad palatium	(Lateranense) revertitur. Vita Stephani p. 265.
—	—	Annal. Fuldens. pars IV. 885 ap. Pertz M. G. Scr. I. 402: „Romani, pontificis sui (Hadriani) morte comperta, Stephanum in locum eius constituerunt; unde (Carolus Crassus) imperator iratus, quod eo inconsulto ullum ordinare praesumpserunt, misit Liutwardum et quosdam Romanae sedis episcopos, qui eum deponerent. Quod perficere minime potuerunt; nam praedictus pontifex imperatori per legatos suos plus quam 30 episcoporum nomina et omnium presbyterorum et diaconorum cardinalium atque inferioris gradus personarum necnon et laicorum principum regionis scripta destinavit, qui omnes unanimiter eum elegerunt et eius ordinationi subscripserunt“.
—	—	(2625) * Fulconem, archiepiscopum Remensem, „inter varias mundi pressuras consolatur“, seque eum „fratris et amici vocabulo velle honorare“ scribit. Addit, „roborare se promptum, quaecunque necessaria dei ecclesiae significantur“. V. Floardardi Hist. Rem. L. IV. c. 1 p. 310 et 310 ^b .

886.

Annal. Fuld. pars V. 886 l. l. p. 403: „Natalem domini (d. 25 m. Dec. a. 885) imperator (Carolus Crassus) Radisbonam celebravit. Inde invitatus ab apostolico Italiam petiit, Liuthwardum Romam misit. Ibi, multimodis rebus prout placuit dispositis, inter alia summus praesul a rege interrogatus decrevit: ut episcopis

886.

quorum parochias de incendiis gentilium vastatae penitus apparent, alias sedes, eis non occupatis, concederentur“.

- (2626) *Fulconis, archiepiscopi Remensis, erga se reverentiam laudat. Widonem, ducem (Spoletinum), eius propinquum, „unici loco filii se tenere fatetur“. Dolet „de Normannorum infestatione“. Fulconem ad se venire cupit. Significat, se de monasterio invaso litteras ad Senonensem et Rotomagensem archiepiscopos misisse, „nec non ad (Carolus Crassum) imperatorem pro Remensis ecclesiae iustitia deprecatorias et pro collata benignitate grates illi referentes“. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. p. 311^b.

c. 886.

- (2627) Guidoni comiti (Spoletino) respondet, se ideo electum Reatinum nondum consecrasset, „quod imperialem sibi, ut mos sit, absolutionis minime detulerit epistolam“. „Gloriae vestrae“ inquit „mandamus, quoniam aliter nos agere non debuimus, ut vestra solertia, imperiali (ut prisca consuetudo dictat) percepta licentia, et nobis imperatoria directa epistola, tunc voluntati vestrae de hoc parebimus, eundemque electum consecrabimus“. Gratiani decr. I. D. 63 c. 18. — „Lectis sagacitatis“.

- (2628) *Theodorico abbati Nonantulano privilegia concedit. Huius bullae fragmentum exstare in tab. Nonant. dicitur ap. Muratori Ant. It. V. 673 et Tiraboschi St. di Non. I. 192.

886—887.

- (2629) *Fulconi, archiepiscopo Remensi, de apostolica sede sollicito, gratias agit. Miseras eius dolet, fortique animo eum esse iubet. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. p. 312.

- (2630) *Fulconem, archiepiscopum Remensem, monet, ut „Dominicum a filiis et cognatis propriis oppressum et expulsum“ tueatur. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. p. 312.

- (2631) *Fulconi, archiepiscopo Remensi, „pro quorundam susceptione Anglorum“ scribit. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. p. 312^b.

887?

- (2632) *Fulconi, archiepiscopo Remensi, Aureliano Lugdunensi, Adelgario (Augustodunensi), Gerloni (Lingonensi), Emmenoni (Nivernensi) et reliquis per Galliam constitutis mandat, ut Frotarium ab ecclesia Bituricensi redire ad Burdigalensem compellant. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. p. 312^b.

- (2633) *Aureliano, archiepiscopo Lugdunensi, „propter temeritatem Frotharii, Burdigalensis episcopi, litteris missis praecipit, ut sumpto uno vel duobus ex eadem provincia episcopis ad eandem ecclesiam euntes pontificem consecrent; si ex episcopis provinciae iam dictae neminem possint habere, ipsi fisci sua auctoritate episcopum consecrent.“ V. Hugonis Flav. chron. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 356.

887. (Ind. 5.—1. Sept.—6, imp. Carolo a. 6(7), post cons. eius a. 6(7).

Mai. 30.

- (2634) Ecclesiae Hildeshemensis et monasterii Corbeiensis (dioec. Paderb.) possessiones confirmat litteris ad Wicbertum episcopum et Bovonem abbatem. Schaten Ann. Pad. I. 195, (Falke Cod. trad. Corb. 597). — „Convenit apostolico“.

- (2635) *Monasterii Casinensis privilegia confirmat. V. Erchemperti Hist. Langob. ap. Pertz M. G. Scr. III. 261., Leonis Chron. mon. Cas. L. I. c. 47. ap. eund. VII. 614.

- (2636) *Atenulfum gastaldeum hortatur, ut quae abstulerit, monasterii Casinensis bona in agro Capuano sita „protinus reddat, nisi excommunicationis velit subire sententiam“. V. Erchemperti hist. Langobard. l. l. et Leonis chron. mon. Cas. l. l.

- (2637) *Aureliano, archiepiscopo Lugdunensi, mandat, ut, quem clerus populusque Lingonensis elegerit, Teutboldum praesente legato suo, Oiranno, episcopo Senogalliensi, consecret. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. p. 313.

888.

- (2638) *Aureliano, archiepiscopo Lugdunensi, iam iterum praecipit, ut aut Teutbol-

888.

dum, electum Lingonensem, consecret, aut, quo in vitio ille sit, sibi significet. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. p. 313^b.

c. 888.

(2639) Cunctos, ubique terrarum degentes episcopos (provinciae Constantinopolitanae) laudat, quod Photius, sicuti nunciaverint, deiectus ab iis sit; sed miratur, eundem abdicasse dici in imperatoris litteris. Itaque spontene an coactus ecclesia Constantinopolitana recesserit, certior fieri cupit. Mansi XVI. 435, XVIII. 18. — „*Ἡ καθολικὴ*“ „Catholica Christi“.

889.

(2640) *Fulconi, archiepiscopo Remensi, significat, quum Aurelianus, archiepiscopus Lugdunensis, ut Teutboldum, electum Lingonensem, consecraret, binis litteris non esset adductus, ipsum consecrationem peregrisse. Mandat, Lingones se conferat, Teutboldumque „revestiat“. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. p. 312^b—314; cf. Mansi XVIII. 23.

(2641) *Ecclesiae Remensis possessiones confirmat. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. p. 314^b.

886—889.

(2642) Liutberto, archiepiscopo Moguntino, de infantis caede utrum per ferum candens, an aquam ferventem quaeri in parentes debeat, sciscitanti respondet, neutrum probandi genus placere. „Spontanea enim“ inquit „confessione vel testium approbatione publicata delicta — commissa sunt regimini nostro iudicare; occulta vero et incognita illi sunt relinquenda, qui solus novit corda filiorum hominum“. Ivonis decr. X. c. 27, (Gratiani decr. C. II. qu. 5. c. 20), Mansi XVIII. 25. — „*Consuluisti*“.

(2643) Luythobio (Liutberto), episcopo Moguntino, scribit, viginti tantum concilii Nicaeni capita in ecclesia Romana haberi. (Fragmentum). Ivonis decr. IV. c. 232, Gratiani decr. I. D. 16. c. 13. — „*Capitula Nicaeni*“ „*Viginti tantum*“.

(2644) Paulo, episcopo Placentino, scribit de servandis decessorum suorum statutis. (Fragmentum). Gratiani decr. C. XXXV. qu. 9. c. 2, Mansi XVIII. 26. — „*Loci nostri*“.

(2645) Romano, archiepiscopo Ravennati, mandat, ut ad componendam „populi divisionem“, post mortem (Ioannis) episcopi Imolensis in eligendo successore ortam, „convocato clero et populo talem ibi eligendum“ curet, „cui sacri non obviant canones“. „Sacerdotum quippe“ inquit „est electio, et fidelis populi consensus adhibendus est“. Gratiani decr. I. D. 63. c. 12. — „*Nosse tuam*“.

890. (*Ind. 8.—1. Sept.—9, Pont. a. 5.*)

Zuentibaldum, ducem Maharensium, rogat, Arnolfum regem „interpellet, ut urbe Roma domum S. Petri visitet et Italicum regnum, a malis Christianis et imminentibus paganis ereptum, ad suum opus restringendo dignetur tenere“. Annal. Fuldenses 890. l. I. p. 407.

Mart. 25.

(2646) Dominico, archiepiscopo Ravennati, scribit, Bernardum, episcopum Placentinum, ideo a sese consecratum esse, quod illo tempore vacaverit ecclesia Ravennas, non ut metropolitana eius iura imminerentur. Fantuzzi Mon. Rav. VI. 1, Mansi XVIII. 26, Amadesius ant. Rav. chronot. II. 220, Vesi documenti I. 128, (Ughelli It. sacr. II. 203). — „*Divina maiestas*“.

(2647) Clerum et populum Placentinum hortatur, quod Bernardus episcopus ab ipso consecratus sit, ne ea re adducantur, ut de archiepiscoporum Ravennatum auctoritate detrahant. Fantuzzi Mon. Rav. VI. 2, Amadesius ant. Rav. chronot. II. 221, Vesi documenti I. 130, Mansi XVIII. 28. — „*Qualiter sancta*“.

(2648) Herimanno, archiepiscopo Coloniensi, et Franconi Tungrensi, Odibaldo Traiectensi, Wolfelmo Monasteriensi, Druogoni Mindensi, Egilmaro Osnabrugensi episcopis, ut episcopatus Bremensis sub pristinam archiepiscopi Coloniensis redigatur ditionem, petentibus respondet, utriusque partis nuncii ad se veniant necesse esse. Lappenberg Hamb. Urk. I. 777. — „*De cetero*“.

c. 890.

(2649) Zventopolco regi laudi dat, quod b. Petri vicarium „prae cunctis seculi principibus principalem patronum elegerit, eiusque se tuicioni commiserit“. Protectorem se eius semper fore, pollicetur. De trinitate fusius exponit. Wichingum episcopum, orthodoxae fidei studiosum, commendat. Docet, ieiunium quibus diebus servandum sit. Methodii superstitionem respuit. Haec addit: „Divina autem officia et sacra misteria ac missarum solemnia, quae idem Methodius Sclavorum lingua celebrare praesumpsit, quod ne ulterius faceret, supra sacratissimum b. Petri corpus iuramento firmaverat, sui periurii reatum perhorrescentes nullo modo deinceps a quolibet praesumatur; dei namque nostrae apostolica auctoritate sub anathematis vinculo interdiximus; excepto quod ad simplicis populi et non intelligentis aedificationem attinet, si evangelii, vel apostoli expositio ab eruditis eadem lingua annuncietur, et largimur et exhortamur, et ut frequentissime fiat monemus, ut omnis lingua laudet deum et confiteatur ei“. Wattenbach Beiträge p. 43. — „Quia te zelo“.

885—891.

- (2650) Amelio, episcopo (Uceticensi), significat, se Teudardo, archiepiscopo (Narbonensi), et Ricardo comiti et Alberico vicecomiti scripsisse, ut eum in administrando S. Aegidii monasterio tuerentur; denunciassetque, Girbertum, episcopum (Nemausensem), nisi monasterii infestandi finem faceret, excommunicatum iri. Ménard H. d. Nism. I. Pr. 15, Bouquet Rec. IX. 201. — „Scias, quia“.
- (2651) Girbertum, episcopum (Nemausensem), ab iniuriis in monasterium S. Aegidii sub excommunicationis poena dehortatur. Ménard H. d. Nism. I. Pr. 15, Bouquet Rec. IX. 200. — „Apostolatui nostro“.
- (2652) Walberto, patriarchae (Aquilieensi), iam iterum praecipit, ut Liutwardum, electum Comensem, consecret; minatur, si moram rei intulerit, fore ut ipse consecrationem perficiat. Ivonis decret. V. c. 13, Mansi XVIII. 25, (Gratiani decret. C. IX. qu. 3. c. 20). — „Miramur prudentiam“ („Nunc vero iterato“).
- (2653) Rotberto, episcopo Metensi, respondet, Flavinum, licet manus sinistrae digitus a Normannis ei abscissus sit, posse sacris initiari. Ivonis decret. VI. c. 118, Gratiani decret. I. D. 55. c. 11, Mansi XVIII. 19. — „Lator praesentium“.
- (2654) Sigeberto, Corsicae episcopo, quod captus a Saracenis interfecerit hominem, ignoscit. (Fragmentum.) Gratiani decret. I. D. 50 c. 38, Mansi XVIII. 24 et 26. — „Quia te quasi“.
- (2655) Leoni, episcopo Theanensi, scribit de tractanda Alderici, diaconi accusati, causa. (Fragmenta). Ivonis decret. VI. c. 430. 431, Gratiani decret. C. II. qu. 1. c. 17, C. XV. qu. 5. c. 1, Mansi XVIII. 25. — „De crimine“ „De manifesta“.
- (2656) Stiliano, archiepiscopo (Neocaesariensi), et Anastasio, Eusebio, Ioanni, Paulo episcopis scribit de crucis signaculo in dandis sacramentis adhibendo. (Fragmentum). Ivonis decret. I. c. 114, II. c. 91, Gratiani decret. III. D. 5. c. 10, (Mansi XVIII. 26). — „Numquid non omnia“.
- (2657) Girardo Leodiensi (L. Laudensi) ita scribit: „Oportet, ut primum vos tam de invasis civitatibus et monasteriis et mansis, quam de reliquis generaliter rebus redivestiri faciatis, quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis nos debemus opponere“. (Fragmentum). Gratiani decret. C. III. qu. 2 c. 3. — „Oportet ut primum“.
- (2658) Theodosium episcopum reprehendit, quod „duabus simul sponsis nubere barbaricam gentem instruat“. (Fragmentum). Ivonis decret. VIII. c. 59. — „Numquidne duabus“.
- (2659) Lamberto, episcopo Cenomannensi, concedit, ut Hildegarda, quae filios suos interfecerit, peracta annorum septem poenitentia, quibusdam diebus festis sumat coenam sacram, „et diebus vitae suae in monasterio retrusa monachicam vitam regulariter ducat“. (Pro „Stephanus IV.“ legendum arbitror „St. VI.“) Ivonis decret. X. c. 186. — „Lecta epistola“.

890—891.

(2660) Egilmarum, episcopum Osnabrugensem, dolet „a Godescalco novae Corbeiae abbate et Hervordense abbatissa ipsorumque fautoribus variis calamitatibus vexari et dilaniari, et apud filium suum Arnulfum crebris accusationibus plus aequo infamari, et ecclesiam eius suis dotibus et fidelium oblationibus exspoliari“. Auxi-

		890—891.
		lium pollicetur, deque litteris ad abbatem missis significat. Moeser Osn. Gesch. IV. 305, Erhard Regesta I. cod. dipl. p. 37. — „Bonorum operum“.
		891. (<i>Ind. 9.—1.Sept.—10, Pont. a. 6, imp. Widone a. 1, p. c. eius a. 1.</i>)
Febr. 21.	Romae	Widoni imperatorium diadema imponit. V. Widonis diploma ap. Muratori Ant. It. II. 871: „Data IX. Kal. Martii, ind. 9, anno inc. dom. 891 regnante domno Widone in Italia anno regni eius 3, imperii illius die Prima; actum Romae“. Cf. Annal. Vedastin. 888 ap. Pertz M. G. Scr. I. 525.
„ 26.	—	(2661) Ecclesiam Placentinam tuendam suscipit eiusque bona et privilegia, petente Bernardo episcopo, confirmat. Campi Hist. di Piac. I. 472, Cocqu. I. 226. — „Si consacerdotum“.
Mai. 29	—	(2662) Monasterii Salvatoris Fuldensis privilegia confirmat, petente Huogge abbate. Dronke Cod. dipl. Fuld. 292. — „Summam gerentes sollicitudinem“.
„ 29.	—	(2663) Monasterii S. Liudgeri (Werdenensis) bona ac privilegia confirmat. (Pro „III. Kal. Iulii“ legendum videtur: „III. Kal. Iunii“, quum bulla scripta „mense Maio“ sit.) Erhard Regesta I. cod. dipl. p. 39. — „Quoties ea a nobis“.
„ —	—	(2664) Parthenonis Hersiensis bona rogatu Bisonis, episcopi Paderbornensis, confirmat. Erhard Regesta I. Cod. dipl. p. 38. — „Quanto nos pro“.
Iun. 1.	—	(2665) Monasterium S. Alexandri Wildeshusense a Walberto conditum confirmat, Wihiberto episcopo Verdensi per litteras petente. Eccardi Hist. gen. princ. Sax. sup. 21, Erhard u. Gehrken Zeitschrift VI. 229. — „Cum nostro apostolatui“.
— —	—	(2666) Hermanno, archiepiscopo Coloniensi, rescribit, se, quoniam neque una cum Adalgario, episcopo Bremensi, Romam venisset, nec nunciis integram agendi potestatem dedisset, Folkoni, archiepiscopo Remensi, mandasse, ut eorum causam in synodo, die 15 m. Augusti „future decime indictionis“ (i. e. an. 892) Wormatiae, praesente Sunderoldo, archiepiscopo (Moguntino), celebranda, cognosceret. Causa cognita, sese iudicium facturum. Lappenberg Hamb. Urk. I. 778. — „Litteris tuis“.
— —	—	(2667) *Fulconi, archiepiscopo Remensi, scribit „pro altercatione, quae versabatur inter Herimannum, Coloniensem archiepiscopum et Adelgarium Amburgurensis et Bremensem episcopum, pro qua Herimannus — suam direxerat querimoniam, Adelgarius autem et suam direxerat et postmodum per semetipsum accesserat. Ideoque in suam praesentiam commonuerat utrumque venire. Sed quoniam, Adelgario veniente, Herimannus defuit, iniungit“ Fulconi „sua ipsius papae vice synodum convocare apud Wangionem civitatem (Wormatiam) cum vicinis suffraganeis limitaneisque episcopis, ad quam Herimannum Agrippinae Coloniae et Senderoldum Moguntinum cum suis suffraganeis, necnon et eundem Adelgarium occurrere iusserat, quatinus, quid cuique debeatur, diligens examinatio declararet“. Monet, ut una cum illis aut illorum legatis Romam vel ipse veniat, vel nuncium mittat. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. p. 314 ^b — 325 ^b .
c.Sept.—	—	Moritur. Sederat enim annos 6 diesque paucos. V. Pagii crit. ad. Baron. Annal. 891 et Koepke De vita et scriptis Liudprandi p. 198.

FORMOSUS. 891—896.

†Formosi bullae sunt scriptae per manum

Anastasio scriniarii S. R. E. (2668)

Sergii „ „ (2689).

Datae p. m.

Sergii primicerii, defensoris s. sed. apost. (2668)

Stephani cancellarii (l. arcarii?) s. sed. apost. (2689).

891. (*Ind. 9.—1.Sept.—10, imp. Widone a. 1, post cons. eius a. 1.*)

c.Sept.—	Romae in sede Portuensi	Eligitur. Invectiva in Romam pro Formoso ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini IV. Proleg. p. LXX.: „Formosum ab episcopis cleroque et populo electum“ — „Stephano quoque papa, Adriani filio, viam universae terrae ingresso, adunati sunt
----------	-------------------------	--

		891. (<i>Ind. 9.—1. Sept.—10, imp. Widone a. 1, post cons. eius a. 1.</i>) episcopi proceresque tui, clerici quoque et populus cunctaque vulgi manus, et venerunt in sedem Portuensem, infra Urbem sitam, cui Formosus praecerat, papam eum acclamantes“ —. Auxilii tractatus c. 1 ap. Mabillon Vet. anal. p. 41: „Romano clero ac populo, qui eum elegerunt —“. Cf. Annal. Alamann. contin. Sangall. tertiam 891 ap. Pertz M. G. Scr. I. 52.
c. Sept.—	—	Consecratur „ab episcopis cum sacro Lateranensi ordine — a quibus praedecessores eius sacrati et ad quos ius pertinet sacrandi“, Invectiva in Romam l. l. p. LXX—LXXII., Auxilii libell. ap. Mabillon Vet. anal. 31. Ante diem 20 m. Sept. facta consecratio est, si fides est tribuenda tabulae cuiusdam notis chronologicis, quas affert Fantuzzi Mon. Rav. II. 379: „an. 892, Sept. 20, D. Formosi papae an. 2, D. Guidonis imp. . . . et D. Umberti (l. Lamberti) eius fil. a. 1.“
Nov. 25.	(Romae)	(2668) Monachos S. Theoderii, „de Treccasino comitatu ex monasterio Dervo a facie paganorum elapsos“ et a Barnoino, archiepiscopo Viennensi, acceptos, privilegiis auget, eorumque possessiones confirmat. D'Achery Spic. III. 366, Bouquet IX. 202, Mansi XVIII. 104. — „Quanto nos piorum“.
—	—	(2669) *Barnoino, archiepiscopo Viennensi, vices suas committit. Hugonis Flav. chron. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 356.
—	—	(2670) *Fulconem, archiepiscopum Remensem, invitat ad synodum, „mediante Maio mense indictionis decimae“ (892) celebrandam. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 2 p. 317 ^b .
		892.
—	—	(2671) Styliano, episcopo Neocaesariensi, per litteras ad Stephanum VI. missas pro iis, qui coacti Photium secuti sint, deprecanti respondet, laicis quidem dandam veniam esse, sed sacerdotes, nisi peccatum confessi poenitentiam susceperint, honoresque a Photio acceptos deposuerint, non esse recipiendos. Legatos suos, Landulphum Capuanum et Romanum episcopos, commendat, quibuscum et Stylianum et Theophylactum, metropolitam Ancyranum, convenire vult. Mansi XVI. 439, XVIII. 101. — „Τὰ τῆς σῆς“ „Litteras sanctitatis“.
—	—	(2672) *Synodum iubet Viennae celebrari, legatosque Paschalem et Ioannem episcopos mittit. V. acta concilii Viennensis a. 892 ind. 10 ap. Mansi XVIII. 121.
Febr. 27.	Romae	Lambertum, Widonis imperatoris filium, exornat diademate imperatorio. Haec sollemnia „anno secundo imperii Widonis“ i. e. post d. 21 Febr. a. 892 facta esse, apparet ex ep. 2675, et ante finitum mensem Februarium, ex Lamberti diplomate ap. Campi Hist. di Piac. I. 474: „data mense Februario ind. XIII. anno vero imperii domni Lamberti imp. 4“ (i. e. an. 895). Itaque quum inter diem 21 m. Febr. et d. 1 m. Martii a. 892 unus dominicus dies 27 m. Febr. intercesserit, ad hunc referenda res est. Annum probat etiam Chron. Casaur. 892 ap. Muratori R. It. Scr. II. II. 822. Cf. Invectivam in Romam l. l. p. LXX: „Imperatorem Lambertum imperiali diademate redimivit“.
—	—	(2673) *Fulconem, archiepiscopum Remensem, „monet, compati debere Romanae ecclesiae atque imminenti eius subvenire ruinae“. Hortatur, ut ad synodum, propter Orientis haereses et schisma tum Constantinopolitanae ecclesiae tum Africanorum episcoporum, die 1 m. Martii „indictionis undecimae“ (i. e. an. 893) celebrandam, accedat. De synodo in m. Maium a. 892 antea indicta ita scribit: „fatemur, Italiam tunc semel et secundo horrida bella perpersam et pene consumptam“. „Normannae gentis procellas“ dolet. Ad priores eius litteras ideo se ante non respondisse, quod sibi non essent redditae. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 2 p. 317.
—	—	(2674) *Ecclesiae Remensis possessiones, Fulconisque archiepiscopi decreta confirmat, „imperatorem Widonem coronatum (iam iterum, idque una cum Lamberto filio, ut videtur) eodem anno significans indictione decima“. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 2 p. 317 ^b —318 ^b .
—	—	(2675) *Ecclesiae Remensi monasteriorum quorundam possessionem asserit; nunciatque Fulconi archiepiscopo: „Lambertum, filium Widonis, anno secundo imperii patris ipsius novum imperatorem factum fuisse“. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 2 p. 318 ^b .
—	—	(2676) Herimanno, archiepiscopo Coloniensi, praescribit, ut synodo „in competenti loco mense Augusto presentis decime indictionis“ celebrandae, in qua, praesidente (Haddone) archiepiscopo Moguntino, de episcopatu Bremensi cognoscatur contro-

892.

versia, intersit, ac deinde una cum antistite Bremensi et synodi legatis Romam veniat. Lappenberg Hamb. Urk. I. 779. — „Litteras tuas“.

(2677) Ecclesiae Gerundensis possessiones, in his Maioricam et Minoricam insulas, „a praesenti hac decima indictione“, petente Servo-dei episcopo, confirmat. Mansi XVIII. 103, Marini I papiri 28, Merino Esp. sagr. XLIII. 387, Martene et Dur. Vet. Script. I. 239. — „Sicut per donum“.

892—893.

(2678) *Fulconi, archiepiscopo Remensi permittit, ut synodo convocata de contumacibus suffraganeis suo nomine decernat. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 2. p. 318^b — 319.

893.

- (2679) *Ad Arnolfum regem legatos „cum epistolis et primoribus Italici regni“ mittit, „ut Italicum regnum et res S. Petri ad suas manus a malis Christianis eruendum adventet“. V. Annales Fuldenses 893 ap. Pertz M. G. Scr. I. 409.
- (2680) Adalgarium, archiepiscopum Hammaburgensem, redarguit, quod vocatus Romam nec venerit, nec legatum miserit. Synodum Francofurtensem, ab archiepiscopo Moguntino et Francone Tungrensi, Odelbaldo Traiectensi, Wulfhelmo Monasteriensi, Druogone Mindensi, Egilmaro Osnabrugensi episcopis celebratam significasse scribit, priores episcopos Bremenses archiepiscopi Coloniensis suffraganeos fuisse. Statuit, ut, „quoadusque Hammaburgensis ecclesia in tantum dilatetur, ut episcopia instituere valeat, Bremensem (ecclesiam) ad subsidium habeat, et, quotiens oportuerit, Hammaburgensis archiepiscopus per se aut vicarium in adiutorium Coloniensis archiepiscopi invitatus accedat; dilatata autem Hammaburgensi ecclesia et fundatis episcopis, Colonia Bremensem recipiat ecclesiam“. Acta SS. Febr. T. I. 407, Lappenberg Hamb. Urk. I. 34, cf. ibid. p. 780 annot. 1; Liljegren Dipl. Succ. I. 17, Mansi XVIII. 102. — „Arbitrabamur tuam“.
- (2681) Hermanno, archiepiscopo Coloniensi, de episcopatu Bremensi quid placitum sit, significat. Lappenberg Hamb. Urk. I. 780. — „Visitatione tua“.
- (2682) *Ecclesiae Coloniensis privilegia, Hermanno episcopo per legatos petente, confirmat. V. Formosi epist. ap. Lappenberg Hamb. Urk. I. 781.
- (2683) *Fulconi, archiepiscopo Remensi, scribit „pro evectione Caroli (Simplicis) ad regimen regni, quem Fulco ad regium culmen adhuc puerum provexerat, et de criminibus Odonis regis, vel correctione ipsius, qualiter sit agenda“. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 2. p. 319.
- (2684) *Odonem regem hortatur, „ut ab illicitis recedat, nec regem Carolum (Simplicem), vel quaeque ipsius sint, infestet, induciasque belli differendo det, donec Fulco (archiepiscopus Remensis) apostolicam sedem adire studeat“. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 2. p. 319.
- (2685) *Archiepiscopos et episcopos Galliarum monet, „ut convenient atque commoneant regem Odonem, ne illicita perpetrentur, et ne aliena usurpentur, sed bellum sedetur et omnis hostilis commotio sopiatur, vel induciae belli, donec Fulco (archiepiscopus Remensis) Romam adeat, edicantur; ipsique studeant interim cuncta differre et pacem ac unanimatis concordiam recreare“. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 3. p. 319^b.
- (2686) *Carolo (Simplici) regi gratulatur, eiusque in sedem apostolicam studium laudat. „Qualiter ei sit in regno agendum succincte lucideque demonstrat; quem petierat, ei panem benedictum pro pignere mittens, et de itinere“ Fulconis, archiepiscopi Remensis, „ad sedem apostolicam monens“. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 3. p. 319^b.

893 — 894.

- (2687) *Fulconi, archiepiscopo Remensi, scribit „pro discordia sedanda, quam audierat pro Manigaudi ab Alberico perpetrata interemptione“. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 3. p. 320.
- (2688) *Fulconi, archiepiscopo Remensi, Grunlaicum sacerdotem commendat, ut eius opera episcopatui alicui praeponatur. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 3. p. 320.

Nov.	—	—	894. (<i>Ind. 12.—1 Sept.—13, imp. Arnulpho (leg. Lamberto.)</i>) (2689) Monasterii S. Petri Gigniacensis possessiones „hac praesenti tertia decima indictione“ confirmat, privilegiaque constituit. (Clausula est vitiosa.) Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. V. 72, Baluzii Misc. III. 4, Bouquet IX. 203, Cocqu. I. 229. — „Convenit apostolico“.
—	—	—	895 (2690) *Fulconis, archiepiscopi Remensis, de Lamberto imperatore sollicitudinem laudat. Affirmat, se cum eodem imperatore „tantam pacis et dilectionis habere concordiam, ut nequeant aliqua iam ab invicem pravitate seiungi; de illo patris se curam habere, filiique carissimi loco illum diligere“. Ricardum, Manassem et Ramponem anathematizatos nunciat, quod Teutboldum, episcopum Lingonensem, oculis privassent, Waltariumque, archiepiscopum Senonensem, vinculis mandassent. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 3. p. 322, cf. p. 321, 332 et Hugonis Flav. chron. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 356. (2691) *Arnolfum regem „per epistolas et missos enixe Romam venire invitat“. V. Annales Fuldenses 895 p. 411.
—	—	—	891 — 896. (2692) *Parthenonem S. Petri, ab Odone rege ecclesiae Remensi concessum, Fulcone archiepiscopo petente, confirmat. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 47. p. 392.
—	—	—	892 — 896. (2693) Episcopis Angliae scribit, excommunicare eos in animo sibi fuisse, propterea quod „nefandos ritus paganorum“ repullulantes in Anglia destruere cessassent. At magnam laetitiam sibi a Plemundo, archiepiscopo Cantuariensi, allatam esse, in viam rediisse eos referente. Hortatur, ne aut „penuria pastorum Christianam fidem violari, gregem dei vagari, dispergi, dissipari“, aut ecclesias mortuis episcopis vacare sinant. Primatum Cantuariensis ecclesiae confirmat. Willelmi Malmesb. Gesta pont. Angl. L. I. ap. Savile R. A. Scr. 116, Twysden H. A. Scr. I. 1751, Wilkins Conc. I. 200, Mansi XVIII. 114. — „Auditio nefandos“ „Auditio nefandorum“.
—	—	—	895 — 896. (2694) *Fulconem, archiepiscopum Remensem, vituperat, quod Bertharium, a clero et plebe Catalaunensi, assentiente rege Odone, electum non consecraverit, „sed in transitu defuncti episcopi ecclesiam ipsam Herilando, Tarvanensi episcopo, beneficiali more“ contulerit, „praeterea quendam Mancionem, nonnullis criminibus irretitum, in eadem ecclesia quasi episcopum ordinaverit; cumque Bercarius apostolicam praesentiam adire vellet, comprehensus sit a Conrado, eius vassallo, de ecclesia tractus et in exilium per unum mensem delegatus“. Iubet eum una cum Mancione et Conrado ad sese accedere. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 3. p. 322.
—	—	—	c. 896. (2695) *Argrino, episcopo Lingonensi, pallii usum concedit. V. Benedicti IV. bullam ap. Mansi XVIII. 235.
Apr.	—	Ante paradisum	896. (Loco, qui dicitur Gradibus S. Petri) Arnolfum regem post expugnatam Urbem excipit. Annales Fuldenses 896 p. 412.
„	—	In ecclesia b. Petri	Arnolfo imperatorum diadema imponit, Annal. Fuldenses 896. p. 412., Reginonis chron. 896. p. 607. Arnolfus quum Romae diebus 25 m. Apr. et 1 m. Maii imperator diplomata (ap. Campi Hist. di Piac. I. 476.) concesserit, ac „quinto decimo postquam venerat ab Urbe digressus esse“ dicatur in Annal. Fuldens. l. I., aut dominico die 18. aut 25 m. Aprilis auspicatus imperium est. Cf. Boehmeri Regesta Karolorum p. 109.
Mai.	1.	Romae	V. Arnolfi imperatoris diploma ap. Campi Hist. di Piac. I. 476.
„	23?	„	Moritur. Annal. Fuldenses 896. p. 412.: „At Romae Formosus papa defunctus est

896. die sancto paschae“ (d. 4 m. Apr.), pro quo scribendum fuisse puto: „die s. pentecostes“ (d. 23 m. Maii), quum ex iis, quae praecedunt, Formosum satis constet in vivis etiam die 1 m. Maii fuisse.

BONIFACIUS VI. 896.

896. Maii. 23? — Consecratur. Si Formosi mortem ad d. 23 m. Maii et Stephani VII. consecrationem ad d. 6 m. Iunii (v. infra) recte retulimus, Bonifacius VI, quem tum Annales Fuldenses 896 ap. Pertz M. G. Ser. I. 412 tum Flodoardi versus de pont. Rom. ap. Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 605 tum catalogi docent ecclesiae per dies 15 praefuisse, iniiit pontificatum die 23 m. Maii, vitamque edidit die 6 m. Iunii.

Iun. 6? — Moritur. V. supra.

STEPHANUS VII. 896—897.

†In altera huius pontificis bulla (2697) anni Arnulphi imperatoris leguntur, in altera (2700) Lamberti.

Scriptae sunt per manum

Nicolai scriniarii S. R. E. (2697)

Samuelis notarii et scriniarii S. R. E. (2700).

Datae p. m.

Stephani episcopi s. ecclesiae Nepesinae, arcarii s. sed. apost. (2697)

Samuelis notarii et scriniarii S. R. E. (2700).

896. (Ind. 14.—1. Sept.—15, imp. Arnulpho a. 1.)

Iun. 6? — Consecratur. Ad pontificatum ante d. 11 m. Iunii accessisse Stephanum, liquet ex tabula ap. Fantuzzi Mon. Rav. I. 94: „an. pont. dom. Stephani 1, imp. Lamberto a. 4 (l. 5), die 11 m. Iun. ind. 14“; cf. Koepke De vita et scriptis Lindprandi p. 164 et 198. Itaque, nisi Formosi obitum ad d. 23 m. Maii falso revocavimus, ratione habita dierum 15, quos Bonifacium VI. sedisse constat, Stephani VII. initia ad dominicum diem 6 Iunii sunt referenda.

Iun.—Iul — (2696) *Fulconis, archiepiscopi Remensis, de omisso adhuc Romam itinere se purgant, excusationem non accipit, eumque ad synodum, „per mensem Septembrem imminentis indictionis quintae decimae“ celebrandam, venire sub poena canonica iubet. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 4. p. 323, cf. Mansi XVIII. 178.

Aug. 20. — (2697) Ecclesiae Narbonensis possessiones et privilegia, petente Arnusto archiepiscopo, confirmat. Labbé N. B. M. I. 804, Bouquet IX. 204, Mansi XVIII. 175, Cocqu. I. 231. — „Convenit apostolico“.

— — — (2698) *Fulconi, archiepiscopo Remensi, permittit, ut ad tempus domi remaneat; mandatque, ut Honoratum Bellovacensem et Rodulfum Laudunensem episcopos ad synodum, Ravennae celebrandam, mittat. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 6. p. 340^b — 341.

896—897.

— — — (2699) *Argrinum, episcopum Lingonensem, a munere submovet. V. Ioannis IX. epistolam, m. Maio a. 899 datam ap. Mansi XVIII. 202.

897. (Ind. 15, imp. Lamberto.)

Ian. 23. — (2700) Monasterii Vizeliacensis privilegia confirmat. D'Achery Spicil. II. 503, Bouquet IX. 205, Cocq. I. 232. — „Quotiens illa“.

c. Febr.—	Romae	<p>897. (<i>Ind. 15, imp. Lamberto.</i>) Synodus, in qua Formosus e sepulcro erutus violatur et anathematizatur eiusque acta rescinduntur. <i>Invectiva in Romam ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini IV. Proleg. p. LXX:</i> „eius cadaver iamque per novem menses sepultum per pedes de sepulchro extraxisti et in synodum sedere fecisti, — mortuum iudicio indicabas“; <i>p. LXXI:</i> „manum abscidisti in Tiberimque proiecisti; — dicit etiam (inimicus): „non licuit ei post depositum ministrare, et si ministravit, non licebat de civitate in civitatem migrare“; — quid de summo pontifice, qui nec vivus reprehendendus erat, et a sepulchro evulsus anathematizari putatus est“. <i>Auxilii Tractatus c. 30 ap. Mabillon Vet. Anal. p. 50:</i> „Stephanus Formosum adeo reprobum esse indicavit, ut cadaver de tumulo extrahi et in concilium pertrahi faceret, ibique eum pristinis vestibus denudantes, laico amictu velaverunt, in quodam peregrinorum tumulo sepelierunt nec multo post in Tiberim fluvium praecipitarunt“. <i>Chron. S. Benedicti ap. Pertz M. G. Scr. III. 204:</i> „Stephanus Formosum ex sepulchro abiecerat, irritam faciens cunctam ipsius ordinationem“. <i>Annal. Alamann. cont. Sangall. tertia 896 ap. eund. I. 53:</i> „Formosum de sepulchro eiecit et in apostolica sede locavit et diaconum pro eo constituit ad respondendum et apostolicam exiit vestem et traxit per basilicam; et sanguis de ore eius fluebat et in flumen proiectus est“. <i>Annal. Fuldens. 896 ibid. 412:</i> „Stephanus — Formosum inaudito more de tumulo eiecit, et per advocatum suae responsionis depositum, foras extra solitum sepulturae apostolicis locum, sepeliri praecepit“. <i>Acta concilii Ioannis IX. ap. Mansi XVIII. 223 can. I:</i> „Synodum tempore pie recordationis sexti (nobis septimi) Stephani papae celebratum, in quam venerabile corpus Formosi, venerandi papae, de sepultura violata per terram tractum est et quasi ad iudicium deductum iudicari et damnari praesumptum est“; <i>p. 225 can. IX:</i> „Violatores et corruptores sacri tumuli Formosi papae, qui sub foedere conspiracy ad capiendum thesaurum corpus illius trahentes in fluvium Tiberim iactare non timuerunt“; <i>p. 221:</i> „Legatur synodus facta a Stephano contra Formosum. Quod et factum est. Cumque venisset, ubi Paschalis, Petrus et Sylvester contra Formosum dixerunt accusationem periurii et laicae communionis“. <i>Cf. Flodoardi versus de pont. Rom. ap. Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 606.</i></p>
c. Iul. 25.	—	<p>Deiicitur pontificatu. <i>Flodoardi versus de pont. Rom. I. I:</i> „Visus abhinc meritis dignam incurrisse ruinam „Carptus et ipse sacraque abiectus sede —“. <i>Titulus sepulcralis in Baronii Annal. 900:</i> „Captus et a sede pulsus ad ima fuit“. <i>Stephano in catalogis ascribuntur a. 1 m. 1 d. 20 (al. 18, 19), remotus igitur est circiter die 25 m. Iulii.</i></p>
—	In carcere	<p>Necatur. <i>Flodoardi versus I. I:</i> — — „tenebris „Carceris iniicitur vinclisque innectitur atris, „Et suffocatum crudo premit ultio leto“. <i>Titulus sepulcralis ap. Baronium I. I:</i> „Carceris interea vinclis constrictus et uno „Strangulatus nerbo exiit et hominem“.</p>
		<p>ROMANUS. 897.</p>
		<p>† Romani bullae sunt scriptae per manum Gregorii scriniarii S. R. E. (2701) Sergii " " (2702). Datae p. m. Stephani nomenclatoris s. sed. apost. (2701).</p>
Iul. —	—	<p>897. (<i>Ind. 15.—1. Sept.—1, imp. Lamberto a. 6, post cons. eius 6.</i>) Consecratur. V. supra. (Iam ante d. 20 m. Augusti initum a Romano pontificatum esse apparet ex corruptiore quidem tabula ap. Galletti del Primic. 191,</p>

		897. (<i>Ind. 15.—1. sept.—1, imp. Lamberto a. 6, post cons. eius a. 6.</i>) Muratori Ant. It. V. 772: „anno sexto domni Romani — papae, imperii vero domni Lamberti . . ., ind. 15 (i. e. an. 897), mense Augusto die 20“; ubi legendum esse: „anno (primo) — Romani, imp. Lamberti sexto“ cet., facile dederis).
Oct. 15.	(Romae)	(2701) Ecclesiae Elenensis (Rossilionensis) possessiones, petente Riculfo episcopo, confirmat. Bouquet IX. 206, Marca Marca Hisp. 833, Mansi XVIII. 185, Cocqu. I. 232. — „Quotiens illa“.
” —	”	(2702) Ecclesiae Gerundensis bona rogatu Servi-dei episcopi confirmat. Bouquet IX. 207, Marca Marca Hisp. 834, Mansi XVIII. 188, Cocqu. I. 233, Marini I papiri 29. — „Sicut per donum“.
c. Nov. —	—	Moritur. Flodoardi versus de pont. Rom. ap. Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 606: „Quatuor haud plenos tractans is culmina menses“. Catalogi Romano tribuunt m. 3 (al. 4) d. 20 (al. 22, 23). Cf. Koepke de Liudprando p. 199.

THEODORUS II. 897.

		897. Creatur pontifex. V. supra.
c. Nov. —	—	Synodus, in qua clerici sacris a Formoso initiati, quos Stephanus VII. deiecerat, in pristinum restituuntur. Auxilii tractatus c. 4 ap. Mabillon Vet. anal. 43: „Eos namque, quos papa Stephanus secum in ecclesia vestiri prohibuit, papa Theodorus — et vestiri et secum agere officium praecepit, eiusque corpusculum ad apostolicam tumbam reduxit“. Acta concilii Ioannis IX. ap. Mansi XVIII. 221: „Vult dominus papa, ut legatur synodus acta a Theodoro papa. Et factum est. Tunc Amolo (ep. Taurinensis) dixit: Canonicum est, ut qui iniuste damnatus est, restituatur et canonica servetur de exspoliatis sententia“. Flodoardi versus de pont. Rom. ap. Mabillon Acta SS. ord. Ben. III. P. II. 606: „Hic populum docuit connectere vincula pacis, „Atque sacerdotes concordi ubi iunxit honore, „Dum propriis revocat dissectos sedibus —“.
Nov. Dec. —	—	Moritur, quum sedisset dies 20, ut Flodoardi versus l. l. et catalogi testantur.

IOANNES IX. 898—900.

		†Ioannis IX. litterae sunt scriptae per manum Leonis scriniarii S. R. E. (2703), et Samuelis notarii et scriniarii S. R. E. (2704, 2705).
		898.
c. Iun. —	—	Consecratur, pulso Sergio, qui electus post Theodori mortem erat; v. infra Sergii III. regesta. Tempus ex eo intelligitur, quod quem scimus m. Iulio a. 900 obiisse, Ioanni assignantur in catalogis anni 2 d. 15. (Ex tabula ap. Marini I papiri 9 de consecrationis tempore confici nihil quidquam debet, quippe quae sit in commenticiis numeranda).
—	In basilica b. Petri apostoli	Synodus, in qua 1) Stephani VII. de Formoso concilium improbat; 2) socii eiusdem concilii datur venia; 3) interdictum mutandarum sedum episcopaliū confirmatur; 4) qui, consecratione a Formoso accepta, orbatu muneribus erant, restituuntur; 5) episcopis, „sine canonica auctoritatis publica censura eiectionis“, dari successores vetantur; 6) confirmato Lamberto imperatore, „unctio illa barbarica Berengarii (l. Arnulfi) per surreptionem extorta“, exploditur; 7) acta concilii a Stephano VII. habiti igni damnantur; 8) qui Sergium, Benedictum, Marinum, quondam presbyteros, et Leonem, Paschalem, Ioannem, quondam diaconos ecclē-

		898.
		siae Romanae, damnatos reduci studuerint, anathematizantur; 9) „violatores tumuli Formosi papae, qui sub foedere conspirationis ad capiendum thesaurum, corpus illius trahentes, in fluvium Tiberim iactare non timerunt, nisi resipuerint“; excommunicantur; 10) Stephani V. de electione Romani pontificis statutum (v. supra p. 221; cf. Nicolai I. conc. a. 862, supra p. 239) corroboratur; 11) ius spoliū damnatur; 12) statuitur de episcoporum iurisdictione a publicis iudicibus non imminuenda. Mansi XVIII. 221, cf. ibid. p. 231 can. IV; Mabillon Mus. Ital. I. II. 86—89.
—	Ravennae	Synodus a Ioanne papa et Lamberto imperatore celebratur, in qua statuunt 1) de decimis ecclesiasticis; 2) de Romanorum iure et adeundi et appellandi imperatoris; 3) et 4) de servandis tum privilegii ecclesiae Romanae tum decretis synodi, in ecclesia b. Petri pro Formoso habitae; 5) de possessionibus ecclesiae Romanae ab iniuriis tuendis; 6) de „pacto, quod a — Widone et Lamberto iuxta praecedentem consuetudinem factum est“, conservando; 7) de inducendis praecipis, contra idem pactum datis; 8) de reddendis patrimoniis, suburbanis, massis, coloniis, civitatibus, ecclesiae Romanae ablatis; 9) de prohibendis „illicitis coniunctionibus Romanorum et Longobardorum et Francorum — in territoriis b. Petri“; 10) „de ecclesia domini salvatoris, quae Constantiniana vocatur“, reficienda et de ecclesiae Romanae paupertate levanda. Mansi XVIII. 229.
		899. (<i>Ind. 2.—1. Sept.—3.</i>)
Mart.	—	(2703) *Monasterii Casinensis privilegia confirmat. V. Leonis chron. mon. Casin. ap. Pertz M. G. Scr. VII. 613, et ibid. annot. 42.
Mai.	—	(2704) Clero et populo Lingonensi respondet, se eorum litteras „una cum dilecti filii sui Berengarii regis apicibus“ libenter accepisse. Eorum ecclesiae mala deplorat. Nunciat, se „cum collegio fratrum suorum episcoporum (et) reliquorum ordinum officio“, ut Argrinus, pristinus eorum episcopus restitueretur, decrevisse, „non sententia praedecessoris sui Stephani papae reprehensa, sed utilitatis causa commutata“. Mansi XVIII. 202, Bouquet IX. 208. — „Tantum a“.
„	11.	(2705) Carolo (Simplici) regi Argrinum, restitutum episcopum Lingonensem, commendat. Mansi XVIII. 202, Bouquet IX. 208. — „Quia te“.
		c. 899.
—	—	(2706) Styliani, metropolitae Neocaesariensis, fidem singularem laudat. De Ignatio, Photio, Stephano et Antonio, sacerdotibusque per illos consecratis, decreta decessorum suorum servari iubet. (Fragmenta.) Mansi XVI. 456 et XVIII. 201. — „Ἀξίας χάριτας“ („Gratias quas“) „Eas quas“.
		900.
(Iul.)	—	(2707) Heriveo, archiepiscopo Remensi, respondet „moerens de tantis calamitatibus, tantisque pressuris atque angustiis non solum paganorum, verum etiam Christianorum in eius partibus accidentibus“. Northmannos ad fidem Christi conversos esse gaudet. Monet, ne quid gravius de iis consulatur, qui „fuerint baptizati et rebaptizati; et post baptismum gentiliter vixerint et paganorum more Christianos interfecerint, sacerdotes trucidaverint, atque simulacris immolantes, idolothya comederint“. De munere misso gratias agit. Mansi XVIII. 189, Bouquet IX. 209. — „Vestrae fraternitatis“.
Iul.	—	Moritur. Eum etiam post diem 6 m. Iulii fuisse in vivis, docet Pagius ex ea, quae praecedit, epistola ad Heriveum Remensem eodem die consecratum, vitaque ante d. 26 m. Iulii decessisse, apparet ex tabula ap. Fantuzzi Mon. Rav. I. 102: „an. Benedicti papae 4, Ludovico imp. a. 3, die 26 m. Iulii ind. 6“ (i. e. a. 903), quae Benedictum IV. ostendit iam ante eundem diem a. 900 in sedem Petri escendisse. Cf. Koepke De vita et scriptis Liudprandi p. 199.

		†Huius tabulae sunt scriptae per manum Sergii scriniarii S. R. E. (2708, 2709) Leonis „ „ (2710). Datae p. m. Leonis dei pietate primicerii s. sed. apost. (2708) Anastasio primicerii defensorum s. sed. apost. (2710).
		900. (<i>Ind. 3.—1. Sept.—4, pont. a. 1, post obitum Lamberti imp. a. 2.</i>) Consecratur post d. 6 ante d. 26 m. Iulii. V. supra Ioannis IX. regesta. (2708) Synodo convocata, Argrinum, episcopum Lingonensem, a Ioanne IX. restitutum, sancit, eique usum pallii, a Formoso concessum, asserit. Mansi XVIII. 234, Bouquet IX. 211. — „Quanta pietatis“. (2709) Clerum et plebem Lingonensem, ut Argrino episcopo honorem obedientiamque habeant, hortatur. Mansi XVIII. 236, Bouquet IX. 212. — „Apostolica nos“.
Iul. —	—	
Aug. 31.	(In Lateranensipalatio)	
„ 31.	—	
Febr. —	Romae	901. (<i>Ind. 4.—1. Sept.—5, imp. Ludovico a. 1.</i>) Ludovico (Caeco) imponit diadema imperatorium. V. Muratori Ann. d'It. 901 et Boehmeri Regesta Karolorum p. 138. quod est fundatum iuxta basilicam beatiss. Petri principis apostolorum in laubia magiore, cum Ludovico (Caeco) imperatore „in iudicio residet“. V. tabulam ap. Ughelli It. sacr. I. 799, Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat., Documenti p. 16, Mansi XVIII. 239.
„ —	In palacio,	
Mart. 2.	Romae	V. diploma Ludovici imperatoris ap. Muratori Ant. It. II. 49.
Mai. 18.	—	(2710) Monasterii Salvatoris Fuldensis privilegia, rogante Huogge abbate, confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. 298. — „Summam gerentes sollicitudinem“.
— —	—	900 — 903. (2711) Omnibus episcopis seu archiepiscopis, necnon abbatibus atque comitibus seu iudicibus, verum etiam et universis orthodoxis christianae fidei cultoribus commendat Malacenum, „episcopum Hierosolymitanae ecclesiae“ (imo episcopum „ex sede S. Basilii regionis Iberorum“ i. e. Amasiae in Cappadocia), a Sarracenis pulsum, quem „benigne suscipiant et de civitate in civitatem salvum transmittant“. Mabillon Vet. anal. 428. — „Sanctitati seu“.
c. Aug. —	—	903. Moritur post d. 26 m. Iulii a. 903, ut docet tabula ap. Fantuzzi Mon. Rav. I. 102: „an. pont. Benedicti 4, imp. Ludovico a. 3, die 26 m. Iulii ind. 6“. Discimus ex sequentium pontificum chronologia, Benedictum IV. post annorum trium pontificium abiisse e vita censendum esse; quamquam catalogi ei assignant: a. 3 m. 2; a. 3 m. 5; a. 3 m. 6 d. 15; a. 4 m. 6 d. 15 cet. Cf. Koepke De vita et scriptis Liudprandi p. 199, 200.

LEO V. 903.

c. Aug. —	—	905. Consecratur. V. supra.
c. Sept. —	—	Moritur. Flodoardi versus de pont. Rom. ap. Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 606: „Emigrat ante suum quam luna bis impleat orbem“. Catalogi praebent dies 40; m. 1. d. 26; m. 1 d. 27; m. 2.

- +Christophori bulla (2712) scripta est per manum Sergii scriniarii S. R. E.
- 903.** (*Ind. 6.—1. Sept.—7, imp. Ludovico.*)
- c. Oct. — Consecratur. Recte videntur Christophoro assignari m. 4 in Herimanni Aug. chron. 904 ap. Pertz M. G. Scr. V. 111; licet in Flodoardi versibus de pont. Rom. ap. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 606 sic legatur: „Dimidio ulteriusque parum dispensat in anno“, et catalogi partim m. 6, partim m. 7 ei tribuant. Cf. Koepke de vita et scriptis Liudprandi p. 200.
- Dec. 26. — (2712) Monasterii Corbeiensis (dioec. Ambianensis) privilegia, Francone abbate per Orgarium, episcopum (Ambianensem), petente, confirmat. D'Achery Spic. III. 348, Cocqu. I. 236, (Mansi XVIII. 247.) — „Cum Romanae“.
- 904.**
- Ian. — „Deicitur et monachus fit“, Herimanni Aug. chron. 904 l. l. Mensis ex Sergii III. regestis liquet.

SERGIUS III. 904—911.

- +Sergii III. bullae sunt scriptae per manum Leonis scriniarii S. R. E. (2713)
Melchisedech protoscriniarii s. sed. apost. (2715, 2717)
Sergii scriniarii S. R. E. (2719)
Stephani scriniarii S. R. E. (2721).
Datae p. m.
Nicolai episcopi S. Sutrinae ecclesiae et bibliothecarii s. sed. apost. (2713)
Theophilacti sacellarii (al. perperam: cancellarii) s. sed. apost. (2715, 2721)
Theodori archicancellarii (an Theophilacti sacellarii?) s. sed. apost. (2717)
Stephani primicerii defensorum s. sed. apost. (2719).
- 897.**
- Nov. Dec. — Eligitur post obitum Theodori II. V. epitaphium Sergii in Pagii crit. ad Baronii annal. 910:
„Culmen apostolicae sedis is iure paterno
„Electus tenuit, ut Theodorus obit“.
- 898.**
- c. Iun. — Roma Pellitur a Ioanne IX. Epitaphium Sergii l. l.:
„Pellitur urbe pater, pervadit sacra Ioannes
„Romuleosque greges dissipat ipse lupus“.
Flodoardi versus de pont. Rom. ap. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 606:
„Ioannes subit hinc, qui fulsit in ordine nonus,
„Pellitur electus patria quo Sergius urbe
„Romulidumque gregum quidam traduntur abacti“.
Cf. supra Ioannis IX. regesta.
- 904.** (*Ind. 7.—1. Sept.—8, imp. Ludovico a. 4, post cons. eius a. 4.*)
- Ian. 29. — Consecratur post diem 25 m. Ianuarii et ante d. 1 m. Februarii, duabus tabulis documentibus ap. Muratori Ant. It. V. 773: „anno 7 Sergii papae III. die 25 Ianuarii ind. 14“ (i. e. a. 911), et ap. Amadesium In antist. Rav. chronot. II. 235: „anno pont. Sergii 4 d. 1 m. Febr. ind. 10“ (i. e. a. 907). Itaque ad unum, qui interfuit, dominicum diem 29 m. Ianuarii revocari consecrationem necesse est.
- Febr. 22. (Romae) (2713) Monasterii S. Galli privilegia, petente Salomone, episcopo Constantiensi et S. Galli abbate, confirmat. Neugart C. D. A. I. 533, Zapf Mon. anecd. 35. — „Cognoscat amabilis“.

		c. 904.
		(2714) Amelium, episcopum Uceticensem, reprehendit, quod Formosum, damnatum ecclesiae Romanae invasorem, in epistola appellaverit „sacerdotem“. Addit, pensionem residuam quum sibi miserit, fore ut monasterium S. Aegidii ei restituatur. Ménard Hist. d. Nism. I. Preuv. 16, Bouquet IX. 213. — „Cum universus“.
		905. (<i>Ind. 8.—1. Sept.—9, pont. a. 1.—29. Jan.—2.</i>)
Mai.	23.	(2715) Ecclesiam Silvae-candidae, a Sarracenis vastatam, bonis quibusdam, Hildebrando episcopo petente, „praesenti octava indictione“ donat. Marini I papiri 32, (Ughelli It. sacr. I. 91 et Cocquel. I. 237 habent: „Dat. Kal. Iunii“, Marini: „Dat. X. Kal. Iun.“ Pro „pont. a. 3“ legendum est: „2“). — „Convenit apostolico“.
		c. 905.
		(2716) Adalgario, archiepiscopo Hamburgensi, illatas iniurias dolet. „Quicquid iniquo consensu Formosi papae et Arnulphi regis et machinatione Herimanni, archiepiscopi (Coloniensis) in ecclesia Hammaburgensi temere perpetratum est, sub anathemate contradicit et omnino destruit“. Privilegia, a Nicolao I. ecclesiae eius concessa, confirmat, ut habeat „archiepiscopalem potestatem in regna Danorum, Noruenorum, Suenorum et omnium septentrionalium nacionum“. Herimanno Coloniensi et Haddano Moguntino archiepiscopis, ob violata Triburiae privilegia Hamburgensia, sacris ad tempus interdictum esse. Addit, se Wichbertum (Verdensensem), Bernardum (Mindensem), Sigmundum (Halberstädensensem), Bernardum (Osnabrugensem), Bisonem (Paderbornensem) episcopos admonuisse, ut eum adiuvent „ad eum convenientes ordinare episcopos, in quibus canonicè invenerit locis“. (Clausula: „data per m. Petri, cancellarii s. Rom. ecclesiae, V. nonas Februarias, ind. III.“ certe additicia est, ipsamque epistolam in suspicionem interpolationis vocat.) Lappenberg Hamb. Urk. I. 36, Liljegren Dipl. Suec. I. 18. — „Susceptis tuae“.
		907. (<i>Ind. 10.—1. Sept.—11, pont. a. 3.—29. Jan.—4.</i>)
Mai.	7.	(2717) Capituli Astensis possessiones, rogante Audace episcopo, confirmat. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 113, Ughelli It. sacr. IV. 343. — „Cum divina“.
		c. 907.
		(2718) Leopardum, abbatem Nonantulanum, gaudet ecclesiam a barbaris combustam denuo aedificasse; quam nisi a Ioanne Papiensi, aut Widone Placentino, aut Elbungo Parmensi episcopo consecrari vetat. Monasterii privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. II. 205, Muratori ant. med. aev. I. 23, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. V. 114. — „Visis humilitatis“.
		908. (<i>Ind. 11.—1. Sept.—12, pont. a. 5.</i>)
Iun.	18.	(2719) Ecclesiae Viennensis, septem provinciarum metropolitanae, privilegia et possessiones confirmat, eique nominatim Maurianensem et Segusianam ecclesias asserit, petente Alexandro archiepiscopo. Bosco Fl. Bibl. laev. xyst. 57. — „Cum magna nobis“.
		904—911.
		(2720) *Monasterii Casinensis privilegia confirmat. V. Leonis Chron. mon. Cas. ap. Pertz M. G. Scr. VII. 615, cf. ib. not. 52.
		911. (<i>Ind. 8.—1. Sept.—9, pont. a. 7.—29. Jan.—8.</i>)
Mai.	30.	(2721) Hogero, archiepiscopo Hamburgensi, pallium mittit. (In hac bulla adulteranda falsarius Hamburgensium tabularum inexplicabilibus fere posteritatem irretivit ambagibus. Dum enim quae speciem archetypi praebet, his verbis finitur: „Scriptum per manum Stephani scriniarii S. R. E. in mense Maio et ind. VI“, in veteribus apographis non solum melius legitur: „ind. XIV.“, sed etiam addita haec sunt: „Data in (leg. III) Kalendis Iunii per manum Theophylacti, sacellarii s. sed. apost. anno deo propitio pontificatus domni Sergii, summi pont. et univers. papae in sacratissima sede b. Petri apostoli VIII., ind. XIV.“ Quae verba quum nequiverint nisi ex vera tabula depromi, unde factum est, ut in ipsa clausula, qua

- c. Sept. — — 911. (*Ind.* 8.—1. *Sept.*—9, *pont. a.* 7.—29. *Ian.*—8.)
 fides tabularum potissimum intelligitur, ab ea recederetur?). Lappenberg Hamb-
 Urk. I. 37, Liljegren Dipl. Suec. I. 19. — „Si pastores ovium“.
 Moritur post diem 4 m. Sept., ut docet tabula ap. Fantuzzi Mon. Rav. I. 108:
 „anno pont. Sergii 8, die 4 m. Sept. ind. 14“. In catalogis perperam legitur
 ecclesiam rexisse a. 7 m. 3 d. 16; a. 7 m. 4. Cf. Koepke De vita et scriptis
 Liudprandi p. 200.

ANASTASIUS III. 911—913.

† Bullae huius pontificis sunt scriptae per manum

Ioannis scriniarii S. R. E. (2722)

Adriani „ „ (2723).

Datae p. m.

Theophilacti sacellarii s. sed. apost. (2722).

- c. Sept. — — 911.
 Consecratur. V. supra.
- Febr. 10 — — 912. (*Ind.* 15.—1. *Sept.*—1, *pont. a.* 1.—c. *Sept.*—2.)
 (2722) Ragemberto, episcopo Vercellensi, pallii usum concedit. Attonis Opp. I. Praef.
 p. IX. — „Si pastores ovium“.
- Ian. — — 912—913.
 (2723) Ecclesiae Hamburgensis privilegia, petente Hogero archiepiscopo, confirmat, in
 his ut „episcopi in omnibus gentibus Sueonum seu Danorum, Noruegorum,
 Island, Scrideunnun, Gronlandon et universarum septentrionalium nationum, nec-
 non etiam in illis partibus Sclavorum, quae sunt a flumine Pene usque ad flu-
 vium Egidore — sub archiepiscoporum maneat potestate“. Hogero pallii mitrae-
 que usum concedit. (In simularum collectionem relegare hanc bullam non du-
 bitarem, nisi ex nomine „Adriani scriniarii“, qui sub Ioanne X. functus hoc
 munere est, falsarium appareret germana tabula usum esse). Lappenberg Hamb.
 Urk. I. 38. — „Convenit apostolico“.
- c. Nov. — — 913.
 Moritur, quum catalogis testibus sedisset a. 2 m. 2 (al. a. 2 m. 1 d. 22). Cf.
 Koepke De vita et scriptis Liudprandi p. 200.

LANDO. 913—914.

- c. Nov. — — 913.
 Consecratur. V. supra.
- c. Mai. — — 914.
 Moritur, moderatus ecclesiam per m. 6 d. 10, testante Flodoardo in vers. de pont.
 Rom. ap. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 607, ubi lin. 14 pro
 „Quando“ legendum est: „Lando“. Catalogi dant m. 3 d. 24; m. 5; m. 6 d.
 26 (36); m. 7 d. 36. Cf. Koepke de vita et scriptis Liudprandi p. 201.

		<p>†Ioannis X. bullae sunt scriptae per manum Ioannis protoscriniarii s. sed. apost. (2726) Adriani scriniarii S. R. E. (2727) Epiphanii notarii (2728) Ioannis scriniarii " (2729). Datae p. m. Stephani secundicerii s. sed. apost. (2726) Petri Ortensis episcopi (2728).</p>
Mai. 15.	—	<p>914. Consecratur post diem 9 ante d. 19 m. Maii, ut docent tabulae ap. Muratori Ant. It. II. 969: „Ioannis a. 7, imp. Berengario a. 10 die 9 m. Madii ind. 9 (i. e. a. 921)“ et ap. Dronke Cod. dipl. Fuld. 308: „13 Kal. Iunii, a. Ioannis papae 4, imp. Berengario a. 2 ind. 5 (i. e. a. 917)“; cf. Koepke de Liudprando p. 201. Inter diem 9 et 19 m. Maii unus interfuit dominicus dies 15 m. Maii, ad quem sine dubio revocanda consecratio est. — Chronica S. Benedicti ap. Pertz M. G. Scr. III. 199: „Ioannes archiepiscopus Rabennatis ecclesiae, invitatus a primatibus Romanae urbis, contra instituta canonum agens, Romanae ecclesiae invasor factus —“. Liudprandi Antapodosis L. II. c. 47 ibid. p. 297: „Hic autem tam nefario scelere contra ius fasque pontificii culmen ita obtinuit“; cap. 48: — „Theodoraem autem glycerii mens perversa — Ravennate hunc archipraesulatum coegit deserere, Romanumque, pro nefas, summum pontificium usurpare“. Leonis Chron. mon. Cas. L. I. c. 52 ap. eund. VII. 616: „Ioannes decimus, qui ex episcopatu Ravennate Romanam sedem invaserat“.</p>
		<p>c. 914. (2724) Reginaldum Biterrensem, Armanum Tolosensem, Riculfum Elenensem, Guimeram Carcassonensem, Wigonem Gerundensem, Gerardum Agathensem, Theudericum Lutevensem, Hubertum Nemausensem, Theudericum Barcinonensem, Georgium Ausonensem, Rudolphum Urgellensem episcopos, admonitos iam per litteras, Emino archiepiscopo (Vesontionensi) datas, iterum hortatur, ut, spreto Geraldo, qui falsis litteris apostolicis usus ecclesiam Narbonensem invaserit, Agium archiepiscopum sequantur; cui pallium missum nunciat. Gall. Chr. VI. Instr. 14, Bouquet IX. 214, Hist. de Languedoc II. Pr. p. 53, Mansi XVIII. 322. — „Sanctitatis vestrae“.</p>
Mart. 24.	Romae apud S. Petrum	<p>916. Berengario imponit insigne imperatorium. Panegyricus Berengarii ap. Pertz M. G. Scr. IV. 210: „Luce, deus qua factus homo processit ab antro „Tumbali — — —“ (2725) *Episcopus Germaniae „monet, arguit et instruit de omnibus ad veram religionem christianae fidei pertinentibus“. Iubet synodum, praesente Petro, episcopo Ortensi, apocrisario et misso suo, celebrari. Riquinum, nisi se de invasa ecclesia Argentoratensi Herigero, archiepiscopo Moguntino, purgaverit, Romam venire vult. Addit de Arnolde et Berahdoldo sociisque, nisi resipuerint, excommunicandis. V. acta synodi Altheimensis ap. Pertz M. G. Leg. II. 555, cf. Cap. 29 et 35 p. 557.</p>
Aug.	Iuxta Garilianum	<p>Adiuvante Alberico, Camerinorum marchione et Spoletinorum duce, depellit Saracenos „triennio“ post susceptum pontificatum „mense Augusto“. Leonis chron. mon. Cas. L. I. c. 52 l. 1. p. 616 et 617; Liudprandi Antapodosis L. II. c. 52 p. 298. Cf. Annal. Benevent. 916 ap. Pertz M. G. Scr. III. 175, Benedicti S. Andreae monachi chron. ibid. p. 714.</p>
Mai. 19.	—	<p>917. (Ind. 5.—1. Sept.—6, pont. a. 3.—15. Mai.—4, imp. Berengario a. 2, et patric. a. 2.) (2726) Monasterii Salvatoris Fuldensis privilegia, petente Haichone abbate, confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. 308. — „Summam gerentes sollicitudinem“.</p>

Nov.	—	—	919. (<i>Ind. 7.—1. Sept.—8.</i>) (2727) Ecclesiae Augustodunensis possessiones, Heriveo episcopo petente, confirmat. Gall. Chr. IV. Instr. 70, Bouquet IX. 214. — „Oportet nos“.
Febr. 22.	—	—	920. (<i>Ind. 8.—1. Sept.—9, imp. Berengario a. 4.—24. Mart.—5.</i>) (2728) Monasterii S. Galli privilegia, petentibus legatis a Salomone, episcopo Constantiensi et monasterii abbate, „cum licentia senioris sui Chuonradi regis“ missis, confirmat. „Per auctoritatem apostolatus nostri“ inquit „certum conscriptum fecimus; — in hoc etiam petitionibus religiosi episcopi, venerabilibus legatis hoc subnixis supplicantibus, ut contra consuetudinem nostram, carta Romana cum scriptis notariis permutatis, conscribi haec in pergameno, quod secum detulerant, concessimus; et ut non dubitaretur de ipsis, quae scripta sunt, annulo nostro subtus sigillari iussimus“. (Videtur haec verborum vis esse, bullam vivo Chuonrado rege in charta papyracea scriptam, postea translata esse in pergamenam. Pro „VIII. Mart.“ legendum est „VIII. Kal. Mart.“, quum „mense Februario“ scripta tabula sit). Neugart Cod. dipl. Alem. II. 11. — „Religiositati vestrae“.
Mai.	—	—	(2729) Paulo, episcopo Adriensi, possessiones quasdam largitur, castrisque in curte Rodigio exstruendi copiam facit „ad servandum populum tam a paganis quam a perfidis Christianis“. Bronziero Ist. del Polesine di Rovigo p. 88. 110, (Ughelli It. sacr. II. 401). — „Visis more solario“ („Quia petistis“).
Mart.	—	Rome Lateranense	921. (<i>Ind. 9. —1. Sept.—10, pont. a. 7.—15. Mai.—8, imp. Berengario.</i>) (2730) Honesto, archiepiscopo Ravennati, possessiones quasdam donat. Mittarelli Ann. Cam. I. app. 34, Amadesius ant. Rav. chronot. II. 241. — „Quia nobis“. (2731) Herimannum, archiepiscopum Coloniensem, reprehendit, quod non Richerum „a clero (Tungrensi seu Leodiensi) electum et a populo expetitur“, sed Hilduvinum „absque clericorum electione et laicorum acclamatione, Gisleberti metu“ consecraverit, „cum prisca consuetudo vigeat, qualiter nullus alicui clerico episcopatum conferre debeat, nisi rex“. Praecipit, ut cum Richero et Hilduvinio „mediante Octobrio“, aut „si forsitan pro paganorum metu tunc venire non valeat, in Kalendis Aprilis (922)“ Romam adeat; „quia nos“ inquit „Caroli (Simplicis) regis decus nullo modo auferre volumus, sed pro vigore atque dilectione vel consanguinitate nostri dilecti filii Berengarii, gloriosissimi imperatoris, eum inconsumam dominationem obtinere delectamur, et sicut priores suos antecessores, nostrorum antecessorum auctoritate, episcopum per unamquamque parochiam ordinare statutum est, ita, ut Carolus rex faciat, confirmando iubemus“. Interim „Leogis episcopatum in Herimanni manere potestate“, Hilduvinumque procurandis sacris abstinere vult. Mansi XVIII. 320, Bouquet Rec. IX. 215. — „Cum simus“.
—	—	—	(2732) Carolo (Simplici) regi significat, quid Herimanno archiepiscopo Coloniensi mandaverit post acceptas Berengarii imperatoris litteras de Richero „a vobis electo in Leodio atque a cuncto clero et populo“. Iniurias Gisleberti dolet, „eo quod prisca consuetudo et regni nobilitas censuit, ut nullus episcopum ordinare debuisset absque regis iussione“. Hubertum, qui, neglectis et suis et imperatoris admonitionibus, „depraedationes atque incendia in ecclesia Romana commissas emendare“ noluisse, cum sociis excommunicatum et anathematizatum nunciat. Mansi XVIII. 321, Bouquet Rec. IX. 216. — „Cum sincera“.
—	—	—	922. (2733) *Richero, episcopo Leodiensi a sese consecrato, concedit, ut „archiepiscopali pallio et equo, apostolico more ad procedendum strato“, utatur. V. Folcuini gest. abb. Lobiens. ap. Pertz M. G. Scr. IV. 63.
—	—	—	923. (2734) *Seulfo, archiepiscopo Remensi, pallii usum permittit. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 18. p. 354, et Annal. 923 ap. Pertz M. G. Scr. III. 373.
—	—	—	926. (2735) Hugonem, Heriberti comitis filium annorum quinque, electum archiepiscopum Remensem confirmat, Abbonique, episcopo Suessionensi, Heriberti comitis legato, „episcopium Remense delegat, quae sint episcopalis ministerii ab ipso tractanda atque finienda decernens“. (Rodulfus enim rex „Remensem episcopatum commi-

		926.
p. Iul. 9.	Mantuae	serat Heriberto, aequitatis censura disponendum atque regendum“.) V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 20 p. 355. Cum Hugone, Italiae rege foedus facit. Liudprandi Antapodosis L. III. c. 17 p. 306.
		914 — 928.
		(2736) Ioannem, archiepiscopum Salontanum (Spalatinum), et eius suffraganeos de Romana sede tamdiu neglecta obiurgat, eosque Methodii doctrinam sequi dolet. Hortatur, ut consilio Ioannis Anconitani et Leonis Praenestini episcoporum usi, vitia corrigant, videantque potissimum, „ut secundum mores Romanae ecclesiae ministerium sacrificii peragatur, in Latina scilicet lingua, non autem in extranea“.
		Farlatus III. sacr. III. 93. — „Cum religio“.
		(2737) Tamislaum, „regem“ Croatorum, Michaelem, ducem Chulmorum, Ioannem, archiepiscopum Spalatinum, et eius suffraganeos, omnes zupanos, cunctos sacerdotes, universum populum Slavoniae et Dalmatiae hortatur, „ut tenerrimos pueros a cunabulis in studio litterarum deo offerant“, neve „in barbara, seu Slavonica lingua deo sacrificium offerri“ sinant. Saxonum proponit exemplum, qui „a Gregorio papa doctrinam pariter et litterarum studia in ea lingua perceperint, in qua apostolica ecclesia infulata manebat“. Monet, ut Ioannis Anconitani et Leonis Praenestini episcoporum praecepta sequantur. Farlatus III. sacr. III. 94. — „Divina“.
		(2738) Ioannem, archiepiscopum Spalatinum iubet una cum Gregorio (episcopo Nonnensi) ad se venire componendae litis causa, praesentibus legatis suis ortae. Farlatus III. sacr. III. 101. — „Quia in vobis“.
		(2739) Monachis S. Launomari, per paganos fugatis, possessiones a Willelmo comite Arvernensi donatas confirmat, petentibus huius legatis, Adalelmo episcopo, et Ocberto et Calseo, nobilibus viris. (Bulla haec Ioanni VIII. perperam tribuitur). Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. IV. P. II. 254. — „Quoniam ex successorum“.
		928.
		(2740) Ecclesiae Narbonensis possessiones „a praesenti prima indictione“ confirmat litteris ad Americum archiepiscopum. Gall. Chr. VI. Instr. 16, Bouquet Rec. IX. 217. — „Litteras ab“.
		(2741) Rodulfo, regi Francorum, et Widoni, archiepiscopo Lugdunensi, et Stateo (Cabilonensi), Bernonique (Matisconensi) episcopis, et Hugoni ac Gisleberto comitibus commendat monasterium Cluniacense; cui donatas a Bernone abbate res monasterii Gigniacensis, quas Wido abbas abstulerit, restitui vult. Mabillon Ann. ord. Ben. III. 393, et Acta SS. o. Ben. saec. V. 73, Bouquet Rec. IX. 217; Bullar. Clun. 2, (ubi bulla Ioanni XI. tribuitur.) — „Auditum nostris“.
Iul.	In palatio Lateranensi	Comprehenditur a Widonis, Tusciae marchionis, uxorisque Marociae militibus. Liudprandi Antapodosis L. III. c. 43 ap. Pertz M. G. Scr. III. 312. Cf. Benedicti chron. ibid. p. 714.
„	In carcerem	Coniicitur pontificatu demotus. Flodoardi Annales 928 l. 1. p. 378, Liudprandi Antapod. III. c. 43 l. 1. Cf. Chron. S. Benedicti p. 199: „vividus depositus est“. Si fides catalogis tribuenda est, quorum pars maior Ioanni annos 14 m. 2 d. 3 assignat, deiectus is est die 17 m. Iulii.
		929.
	In carcere	Moritur. Flodoardi Annal. 929: „Iohannes papa, dum a quadam potenti femina cognomine Marocia principatu privatus sub custodia detineretur, ut quidam, vi, ut plures astruunt, actus angore, defungitur“. Liudprandi Antapodosis L. III. c. 43: „in qua (custodia) non multo post est defunctus; aiunt enim, quod cervical super os eius inponerent, sicque eum pessime suffocarent“. Annal. Benevent. 928 ap. Pertz Scr. III. 175: „moritur papa Iohannes in castro iugulatus“.
		LEO VI. 928—929.
c. Iul.		928. Consecratur, deicto Ioanne X. De mense v. supra.

928—929.

(2742) Forminum Iaderensem et Gregorium Nonensem ceterosque Dalmatiae episcopos hortatur, ut Ioanni, archiepiscopo Spalatino, pallium adepto, pareant. Iubet finibus suis quemque episcopum, nominatimque Absorem, Arbensem, Ragusanum contentum esse, Gregoriumque, Croatorum episcopum, in administranda ecclesia Scardonitana acquiescere. Farlati III. sacr. III. 106, Ughelli It. sacr. V. 1421. — „Quia gratuita“.

929.

c. Febr. — Moritur, quum sedisset m. 7 d. 5 (al. 15), ut testantur Flodoardi versus de pont. Rom. ap. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 607 et catalogi.

STEPHANUS VIII. 929—931.

† Cui parvam habemus fidem, Stephani VIII. bulla (2743) scripta est per manum Stephani primicerii.

929.

c. Febr. — Consecratur, mortuo Leone VI. V. de mense supra. Cf. Herim. Aug. chron. 929 ap. Pertz M. G. Scr. V. 113.

929—931.

(2743) Monasterii S. Vincentii Vulturensis possessiones et privilegia confirmat. (Vera suppositane sit bulla haec mutila, in tanta litterarum inopia difficile cognitu est; nec tamen effugere suspicionem potest, quum monasterium Vulturense sciamus falsariis non caruisse). Muratori R. It. Scr. I. II. 422, Cocqu. I. 242. — „Pia sollicitudine“.

931.

c. Mart. — Moritur, quum per annos 2 m. 1 d. 12 pontificatum tenuisset secundum Flodoardi versus de pont. Rom. ap. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 607. Cf. Koepke de Liudprando p. 201.

IOANNES XI. 931—936.

† Ioannis XI. bullae sunt scriptae per manum

Andreae scriniarii S. R. E. (2744, 2748)

Theodori „ „ (2747, 2749).

Datae p. m.

Ursi primicerii s. sed. apost. (2747)

Gregorii deo amabilis sacellarii s. sed. apost. (2748).

931. (Ind. 4.—1. Sept.—5.)

c. Mart. — Consecratur; v. supra. Cf. Herimanni Aug. chron. 931 ap. Pertz M. G. Scr. V. 113, Liudprandi Antopodosis L. II. c. 48, L. III. c. 43 ap. eund. III. 297, 312.

Mart. — (2744) Monasterii Cluniacensis libertatem bonaque, petente Odone abbate, confirmat, et privilegia instituit ea lege, „ut dentur per quinquennium decem solidi“. Bullar. Cluniac. I. — „Convenit apostolico moderamini“.

(2745) *Hilduino, archiepiscopo Mediolanensi, „privilegium cum archiepiscopali pallio“ mittit. V. Ratherii epistolam V, Opp. 538.

(2746) *Hugonem, Italiae regem, rogat, ut ecclesiae Veronensi Ratherius episcopus praeponatur. V. Ratherii epist. V. I. I.

Iun.	25.	—	932. (<i>Ind. 5.—1. Sept.—6, pont. a. 1.—c. Mart.—2.</i>) (2747) Odoni, abbati Cluniacensi, rogatu Hugonis gloriosissimi regis monasterium Carum-locum concedit, „salva videlicet pensione S. Romanae ecclesiae“. (Pro „7 Kal. Ianuarias“ legendum est: „7 Kal. Iulias“). Bullar. Cluniac. 2. — „Convenit apostolico moderamini“.
Ian.	8.	—	933. (<i>Ind. 6.—1. Sept.—7, pont. a. 2.—c. Mart.—3.</i>) (2748) Monasterii Vizeliacensis privilegia confirmat. (Pro: „anno III. pont.“ haud dubie legendum: „a. II. p.“). D'Achery Spicil. II. 504, Bouquet IX. 218. — „Quotiens illa“.
Mart.	—	—	(2749) Ecclesiae Angustodunensi asserit ius episcopi libere eligendi. Baluzii Capitularia II. 1496, Plancher Hist. de Bourgogne I. Pr. p. 23. — „Auditum est nostris“.
—	—	In carcere	habetur a fratre suo, Alberico patricio. Flodoardi Annal. 933 ap. Pertz M. G. Scr. III. 381, Hist. Rem. L. IV. c. 24 p. 358 ^b .
—	—	—	(2750) *Artoldo, archiepiscopo Remensi, pallium mittit. V. Flodoardi Hist. Rem. l. 1. et Annales 933 l. 1.
—	—	—	931—936. (2751) Monasterii S. Mariae et S. Martini Pictaviensis iura, Frotherio episcopo per legatos petente, confirmat. (Haec bulla non est a suspicione remota.) Bouquet IX. 218. — „In nomine“.
Ian.	—	—	936. Moritur, quum testantibus catalogis sedisset annos 4 m. 10. Cf. Flodoardi Annal. 936 p. 383, Pagii crit. ad Baron. annal. 936, Koepke De Liudprando p. 202.
LEO VII. 936—939.			
† Leonis VII. bullae sunt scriptae per manum Leonis notarii et scriniarii S. R. E. (2752, 2753, 2756, 2759, 2761, 2768) Theodori notarii et scriniarii S. R. E. (2758, 2760). Datae p. m. Nicolai primicerii s. apost. sed. (2752, 2753, 2756, 2760, 2761, 2768).			
Ian.	—	—	936. (<i>Ind. 9.—1. Sept.—10, pont. a. 1.</i>) Consecratur ante d. 9 Ianuarii, ut ipsius bulla docet ap. Mabillon Ann. ord. Ben. III. 708: „dat. V. id. Ian. pont. a. 3, ind. XI.“ (i. e. a. 938); cf. Koepke de Liudprando p. 202. V. Flodoardi Annal. 936 ap. Pertz M. G. Scr. III. 383.
Mai.	13.	—	(2752) Monasterii Salvatoris Fuldensis privilegia, petente Hadamaro abbate, confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. 315. — „Summam gerentes sollicitudinem“.
Iul.	11.	—	(2753) Monasterii Sublacensis bona et privilegia confirmat, petente „Alberico gloriosissimo principe atque omnium Romanorum senatore“. Muratori Ant. It. VI. 201. — „His, qui deo“.
—	—	—	937. (<i>Ind. 10.—1. Sept.—11, pont. a. 2.</i>) (2754) Odoni, abbati Cluniacensi, et eius successoribus Escutiolae curtis possessionem „ista praesenti decima indictione“ asserit. Bullar. Cluniac. 3. — „Desiderium, quod religioso“.
—	—	—	(2755) Odoni, abbati Cluniacensi, et successoribus eius Cavinias curtem „ista decima indictione“ asserit. Bullar. Cluniac. 3. — „Desiderium, quod religioso“.
Aug.	2.	—	(2756) Monasterio Sublacensi asserit castrum Sublacense ab Alberico, principe Romanorum, donatum. (Fragmentum.) Georgius ex regesto Subl. ap. Baronium Annal. eccl. ed. Luc. T. XVI. 9.
—	—	—	c. 937. (2757) Gerhardo, archiepiscopo Laureacensi, ius pallii tribuit. Ludewig Scr. R. Germ. II. 352, Hund Metr. Sal. I. 353, Boczek C. D. M. I. 77, Mansi XVIII. 376. — „Si pastores ovium“.

- | | | | |
|-------|----|---------|---|
| Ian. | — | — | 938. (<i>Ind. 11—1. Sept.—12, pont. a. 3.</i>)
(2758) Gloriosum principem Francorum, Hugonem, monasterii S. Martini Turonensis abbatem, hortatur, ne monasterii ingrediendi facultatem feminis, nisi precandi causa, dari patiat. (Postrema verba: „Ludovico Francorum rege“ haud dubie aliena sunt.) D'Achery Spic. III. 373, Bouquet Rec. IX. 219, Cocqu. I. 244, Mansi XVIII. 375. — „Conditor universitatis“. |
| ” | — | — | (2759) Monasterii Cluniacensis libertatem, privilegia, possessiones „pro dilectione filiorum suorum, videlicet regum Hugonis atque filii ipsius Lotharii“ confirmat, petente Odone abbate. Bullar. Cluniac. 4. — „Sicut pietati fidelium“. |
| ” | 9. | — | (2760) Monasterii S. Benedicti Floriacensis et disciplinam, ab Odone abbate et Hugone, duce Francorum, restitutam, et possessiones et privilegia confirmat. Mabillon Ann. ord. Ben. III. 708, et Acta SS. o. Ben. saec. V. 907, Bouquet Rec. IX. 220, Cocqu. I. 245. — „Convent apostolico“. |
| Febr. | 9. | (Romae) | (2761) Leoni, monasterii S. Benedicti Sublacensis abbati, et eius successoribus, „interventu sui dilecti spiritualis filii Alberici, gloriosi principis et senatoris,“ monasterium S. Erasmi in Caelio monte regendum tradit. Cocqu. I. 246. — „Creditae speculationis“. |
| — | — | — | (2762) Guidoni Lugdunensi, Tuteloni Turonensi, Gerunco Bituricensi, Gerlauno Senonensi, Artaldo Remensi archiepiscopis eorumque suffraganeis ita queritur: „in his nostris diebus tempora periculosa venerunt et, frigescente caritate, superabundat iniquitas ita, ut rerum ordo totus pene turbatus sit et nullus iam locus religioni restare videatur“. Addit de regulari disciplina, in monasterium Floriacense ab Odone abbate reducta. (Fragmentum.) Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. V. 908, Bouquet Rec. IX. 221. — „Sicut vestra fides“. |
| — | — | — | (2763) Widoni Lugdunensi, Teotoloni Turonensi, Gerunconi Bituricensi, Gerlauno Senonensi, Artaldo Remensi, Aimerico Narbonensi archiepiscopis et Riculfo Elenensi, Godmaro Gerundensi, Willarano Barcinonensi, Wadamiro Ausonensi, Wisado Urgellensi episcopis monasterium S. Mariae et S. Petri Rivipullense commendat, cuius bona qui invaserit, eum anathematizari iubet. Marca Marca Hisp. 851, Bouquet IX. 222. — „Sicut vestra pietas“. |
| | | | 936 — 939. |
| — | — | — | (2764) Odoni, abbati Cluniacensi, eiusque successoribus Saviniacum et Ambariacum curtes asserit, petente „Hugone glorioso rege una cum filio suo rege Lothario“. (Bulla haec Leoni VI. perperam ascribitur.) Bullarium Cluniac. 2. — „Desiderium, quod religioso“. |
| — | — | — | (2765) Adaldago, archiepiscopo Hamburgensi, pallium mittit. Lappenberg Hamb. Urk. I. 42. — „Si pastores“. |
| | | | 937 — 939. |
| — | — | — | (2766) Friduricum, archiepiscopum Moguntinum, prodit „suum vicarium et missum in cunctis regionibus totius Germaniae, ut, ubicumque episcopos, presbyteros, diaconos vel monachos excessisse reperierit, illos corrigere et ad viam veritatis reducere non omittat“. Permittit, ut Iudaeos, nisi Christianam fidem suscipiant, civitatibus expellat; invitos vero baptizari vetat. Epistolae S. Bonifacii ed. W. p. 373, Opp. ed. G. I. 282. — „Diebus vitae tuae“. |
| — | — | — | (2767) Reges, duces, episcopos, abbates, comites et Egilolphum Salzbургensem, Isingrum Ratisponensem, Lantbertum Frisingensem, Wisundum Sabionensem, ceterosque Galliae, Germaniae, Bavariae, Alemanniae episcopos (a Gerardo, archiepiscopo Laureacensi, Romae interrogatus) docet: 1) „de auguratoribus et incantatricibus et maleficis vario modo mortificatis a populo“; 2) episcopi quibus diebus pronunciare „Gloria in excelsis“ et „pax vobiscum“ debeant, et quibus „dominus vobiscum“; 3) in cibis benedicendis oratio dominica adhibeatur non oportere; 4) qui matrem filiamve spiritualem in matrimonium ducat, eum anathematizandum esse; 5) sacerdotum matrimonia esse illicita; 6) a chorepiscopis non debere ecclesias consecrari, nec presbyteros ordinari, nec chrisma consignari, nec manus imponi; 7) nuptias hominum quarto gradu coniunctorum vetari. Gerardo, vicario suo, eos obedire, opemque ab Eberhardo, Bavarorum duce, ferri vult. Ludewig Scr. R. Germ. II. 354, Hund Metr. Sal. I. 49, Boczek C. D. M. I. 79, Mansi XVIII. 378. — „Si instituta“. |

- Mai. 27. — — 939. (*Ind. 12.—1. Sept.—13, pont. a. 4.*)
 (2768) Monasterii Sublacensis bona confirmat. (Fragmentum.) Georgius ex regesto
 Subl. ap. Baronium *Annal. eccl. ed. Luc. T. XVI. 9.*
 c. Iul. — — — Moritur, quum sedisset annos 3 m. 6 d. 10, ut catalogi docent.

STEPHANUS IX. 939—942.

- †Stephani IX. bullae sunt scriptae p. m. Petri archiscriniarii S. R. E. (2769)
 Stephani scriniarii „ (2770)
 datae p. m. Nicolai primicerii apost. sed. (2770).
939. (*Ind. 12.—1. Sept.—13.*)
 c. Iul. — — — Consecratur ante d. 19 Iulii, ut Georgius in Baronii *annal. ed. Luc. XVI. p. 25*
 docet e *catal. pont. Rom. in cod. Vat. 1340*, ubi post Leonem VII. sic legitur:
 „Stephanus sedit cet.; cuius tempore, sc. anno dom. inc. DCCCCXXXIV. (leg.
 DCCCCXXXIX.) obscuratus est sol, mense Iulii die 19 ind. 12. (Cf. *tab. Sublac.*
 ap. Muratori *Ant. It. V. 773*).
 Oct. — — — (2769) Monasterii Tollensis iura confirmat. *Campi Hist. di Piac. I. 486, Cocqu. I.*
 395. — „Quamvis piorum“.
941. (*Ind. 14.—1. Sept.—15, pont. a. 2.—c. Iul.—3.*)
 Dec. — — — (2770) Parthenonis S. Mariae Buxeriensis, a Gauzolino, episcopo Tullensi, conditi pri-
 vilegia et possessiones confirmat. *Bouquet Rec. IX. 224, Calmet Hist. de Lorr.*
 I. Pr. p. 350. — „Quia omnipotens“.
942.
 — — — (2771) *Principes cunctosque habitatores Franciae et Burgundiae hortatur, „ut reci-
 piant regem suum Ludovicum (Transmarinum); quod si neglexerint et eum ampli-
 us hostili gladio persecuti fuerint“, fore ut excommunicentur. „Damasum epi-
 scopum, Romae ob hanc legationem peragendam ordinatum“, mittit. *V. Flodoardi*
Annales 942 ap. Pertz M. G. Scr. III. 389.
 — — — (2772) *Hugoni, archiepiscopo Remensi, pallium mittit. *V. Flodoardi Hist. Rem. L.*
IV. c. 29. p. 363^b, et eiusdem Annales 942 l. 1.
 — — — (2773) *Principibus Franciae sub excommunicationis poena iterum praecipit, ut Lu-
 dovicum (Transmarinum) regem recipiant, legatosque ante Christi natalitia Romam
 mittant. *V. Flodoardi Annal. 942 l. 1., cf. Hist. Rem. L. IV. c. 29. p. 363.*
 c. Oct. — — — Moritur. In catalogis enim ei assignantur a. 3 m. 4 d. 15.

MARINUS II. 942—946.

- †Marini II. bullae sunt scriptae per manum
 Azzonis scriniarii S. R. E. (2774)
 Theodori notarii regionarii atque scriniarii S. R. E. (2775)
 Stephani scriniarii S. R. E. (2776)
 Leonis notarii et regionarii atque scriniarii S. R. E. (2777, 2779)
 Adriani scriniarii S. R. E. (2778).
 Datae p. m.
 Benedicti episcopi s. Silvae-candidae ecclesiae et bibliothecarii s. sed. apost. (2774, 2777)
 Nicolai primicerii s. sed. apost. (2775, 2776)
 Stephani primicerii defensorum s. apost. sed. (2778)
 Gregorii dei providentia secundicerii s. sed. apost. (2779).

c. Oct. —	—	942. Consecratur ante d. 11 m. Novembris, teste bulla ap. Ughelli It. sacr. VIII. 50: „datum 3 id. Nov. anno pont. Marini 2, ind. 2 (i. e. anno 943)“. Cf. Herim. Aug. chron. 942 ap. Pertz M. G. Scr. V. 114.
Febr. 4.	—	943. (<i>Ind. 1.—1. Sept.—2, pont. a. 1.—c. Oct.—2.</i>) (2774) Monasterii Vizeliacensis possessiones confirmat. D'Achery Spic. II. 504, Bouquet IX. 225. — „Quotiens illa“.
Mart. 27.	—	(2775) Monasterii S. Bonifacii Fuldensis privilegia, petente Hadamaro abbate, confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. 318, Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 146. — „Quoniam semper sunt“.
Nov. 11.	—	(2776) Ecclesiae Beneventanae possessiones, rogante Ioanne episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. VIII. 50. — „Cum summae“.
Ian. 21.	—	944. (<i>Ind. 2.—1. Sept.—3, pont. a. 2.—c. Oct.—3.</i>) (2777) Monasterii Casinensis possessiones ac privilegia confirmat. Gattula Hist. Cass. 94. — „Convenit apostolico“.
Mart. —	—	(2778) Monasterii S. Vincentii Vulturvensis possessiones tuendas suscipit privilegiaque confirmat. Muratori R. It. Scr. I. II. 432, Cocqu. I. 249. — „Quoniam pia sollicitudine“.
Mai. —	—	(2779) Ioanni episcopo Sabinensi, „concedit episcopatum Sabinensem, qui est ad honorem S. Mariae, qui ponitur in Foronovo“. Eiusdem ecclesiae fines privilegiaque confirmat. Galletti Memorie di chiesi di Rieti p. 154, Sperandio Sabina sagra p. 331. — „Convenit apostolico“.
— —	—	942 — 946. (2780) In Sicum, episcopum Capuanum, secularium rerum studiosum invehitur, eique sub excommunicationis poena praecipit, ut, quam contra canones „imperito et indiscipulato diacono“ contulerit, ecclesiam S. Angeli de monte monachis restituat. Tosti St. di Montec. I. 215. — „Quamvis ab hac“.
— —	—	(2781) * Archiepiscopo Ravennati, de parte comitatus Ferrariensis privilegium concedit. V. tabulam ap. Mittarelli Ann. Cam. I. app. 81—84.
— —	—	946. (2782) * Fridurico, archiepiscopo Moguntino, hoc privilegium concedit, „ut in partibus totius Germaniae Galliaeque provisor s. Moguntinae sedis vicarius missusque apostolici teneatur; ita ut, si quos invenerit viros a recto tramite iustitiae deviantes, cuiuscunque sint personae, ad se vocare, ubi loci velit, monere, corrigere, synodumque constituere, ubi velit, potestatem apostolici habeat“. V. Agapeti II. bullam in Epistolis S. Bonifacii ed. W. p. 375, Opp. ed. G. I. 284.
c. Apr. —	—	Moritur. Etenim maior catalogorum pars ei a. 4 m. 6 d. 13 attribuit.

AGAPETUS II. 946 — 955.

† Agapeti bullae sunt scriptae per manum

Leonis notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (2784, 2798, 2800, 2803, 2816, 2817)

Azzonis „ „ „ „ (2792)

Stephani „ „ „ „ (2793, 2794, 2804, 2805)

(Ioannis scriniarii S. R. E., 2799)

Acritioneri (?) scriniarii S. R. E. (2812).

Datae p. m.

Stephani primicerii s. apost. sed. (2784, 2787)

Andreae divini respectus gratia arcarii s. sed. apost. (2792, 2793, 2812)

Marini episcopi s. Polimartiensis ecclesiae et bibliothecarii s. sed. ap. (2816).

c. Apr. —	—	946. (Ind. 4.—1. sept.—5, pont. a. 1.) Consecratur. V. Georgii annotationem in Baronii annal. ed. Luc. T. XVI. 56. Cf. Flodoardi Annal. 946 ap. Pertz M. G. Scr. III. 393, Annal. Besuens. 946 ap. eund. II. 249.
— —	—	(2783) *Rotberto, archiepiscopo Trevirensi, per litteras, Friderico archiepiscopo Moguntino datas, mandat, ut Artoldum in archiepiscopatum Remensem restituat. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 34 p. 368, Artoldi litteras ap. eund. c. 35 p. 374, Flodoardi Annal. 948 ap. Pertz M. G. Scr. III. 395, Richeri hist. L. II. c. 67, ibid. p. 602.
Oct. 26.	—	(2784) Monasterii S. Salvatoris Fuldensis privilegia, Hadamaro abbate petente, confirmat. (Pro „a. pont. II.“ legendum puto: „a. p. I.“) Schannat Dioec. Fuld. 241, Cocquel. I. 250. — „Summam gerentes sollicitudinem“.
— —	—	(2785) Atenulfum (?) principem Beneventanum hortatur, ut monasterium S. Sophiae monachis Casinensibus restituat. Gattula Hist. Cas. 53. — „Officii nostri“.
— —	—	c. 946.
— —	—	(2786) Parthenonis Essenensis privilegia, Hathewiga abbatissa „per interventum donni et gloriosi regis Odtonis“ petente, confirmat. Marini I papiri 35, Hoefler Zeitschrift I. 368, Lacomblet Urk. I. 55. — „Tunc summe“.
— —	—	947. (Ind. 5.—1. sept.—6, pont. a. 1.—c. Apr.—2.)
— —	—	(2787) Leonem Triventinum et Benedictum Termulensem episcopos et simoniace electos, et contra privilegium Ioannis, episcopi Beneventani, „irrationabiliter a sese consecratos“, qui evocati venire noluerint, excommunicat muneribusque orbat. Ughelli It. sacr. VIII. 51, Mansi XVIII. 412. — „Misimus iam“.
— —	—	(2788) *Hugoni restitui archiepiscopatum Remensem iubet litteris, Sigebaldo diacono, Hugonis legato, datis. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 34. p. 367 ^b , c. 35. p. 374 et 374 ^b , eiusd. Annales 948 p. 395, Richeri Hist. L. II. c. 67 et c. 78 ap. Pertz M. G. Scr. III. 602 et 605.
— —	—	(2789) *Ludovici (Transmarini) regis hostes anathematizat. V. Richeri Hist. L. II. c. 75 p. 604; cf. Pertz M. G. Leg. II. 20.
— —	—	(2790) *Ludovici (Transmarini) regis amicos hortatur, ut in eius fide permaneant. V. Richeri Hist. L. II. c. 75 l. 1.; cf. Pertz M. G. Leg. II. 20.
— —	—	(2791) *„Quedlinburgensi congregationique S. Servatii privilegium“ mittit. V. Annales Quedlinb. 947 ap. Pertz M. G. Scr. III. 56.
— —	—	948. (Ind. 6.—1. sept.—7, pont. a. 2.—c. Apr.—3.)
Ian. 2.	—	(2792) Ecclesiae Hamburgensis privilegia, Adalgario archiepiscopo per Hadumarum, abbatem Fuldensem, petente, confirmat, in his metropolitanum archiepiscoporum imperium in episcopos „Danorum, Noruenorum, Suonum necnon omnium septentrionalium parcium“. Adalgario pallii usum concedit, eumque vult a Bernardo Halberstadensi et Thidardo Hildesheimensi episcopis adiuvari. Lappenberg Hamb. Urk. I. 43, Liljegren Dipl. Suec. I. 22, Mansi XVIII. 409. — „Convenit apostolicae“.
„ 2.	—	(2793) Parthenionem Gandersheimensem, Windilgarda abbatissa per Hathumarum abbatem (Fuldensem) petente, sedis Romanae iurisdictioni subiungit privilegiisque auget, et possessiones eius confirmat. Leibniti Scr. Brunsv. II. 373, Marini I papiri 34, Cocquel. I. 251, Leuckfeld Antiqu. Gandersh. 428, Harenberg Hist. eccl. Gandersh. 57. — „Quoniam semper“.
„ 2.	—	(2794) Monasterii Fuldensis, „noviter renovati“ privilegia, petente Hadamaro abbate, confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. 320. — „Quoniam semper“.
— —	—	(2795) Gerardo, archiepiscopo Laureacensi, scribit, ex Hadamaro, abbate Fuldensi, cognovisse se de contentione inter eum et Heroldum, archiepiscopum Salzbургensem, orta „pro utrinque suscepta in una provincia pallii auctoritate“. Statuit, „ut, divisus duabus Noricae regionis provinciis, Heroldo occidentalis, Gerardo orientalis Pannonia regioque Avarorum atque Marahavorum sed et Schlavorum“ obveniant. Ludewig Scr. R. Germ. II. 358, Hund. Metr. Sal. I. 52 et 352, Boczek C. D. M. I. 83, Fejér C. D. H. I. 253, Mansi XVIII. 406. — „Petitiones tuas“.
— —	—	(2796) *Episcopus Germaniae in „charta legationis“ Marino, episcopo Polymartino, data „pro debita reverentiae dono Romano pontifici exhibendo commonet, ut universalis ecclesiae puppis exoptatae tranquillitatis portui secunda succedat, seque

			948. (<i>Ind. 6.—1. Sept.—7, pont. a. 2.—c. Apr.—3.</i>) procelloso tribulationum turbine vexari diutius non timeat“. Significat, Marinum „tali tenore in Germaniam directum fuisse, quo in omni ecclesiasticarum legum discussioni ipsius existens vicarius, quaecunque liganda essent, apostolica auctoritate ligaret; et quae solvenda viderentur, parili solveret potestate“. V. acta synodi Ingelheim. ap. Pertz M. G. Leg. II. 25.
			(2797) *Artoldo, archiepiscopo Remensi, eiusque suffraganeis significat, se Marinum, episcopum Polymartinum, misisse „ad Othonem regem propter evocandam et aggregandam generalem synodum“, in qua interesse eos iubet. V. Flodoardi Hist. Rem. L. IV. 34 et 35 p. 368 ^b ; cf. Synodum Ingelheim. ap. Pertz M. G. Leg. II. 21.
Mart.			949. (<i>Ind. 7.—1. Sept.—8.</i>) (2798) Monasterii SS. Petri et Pauli Cluniacensis privilegia et possessiones, petente Aymardo abbate, confirmat, atque ita addit: „sane ad recognoscendum, quod praedictum coenobium s. apostolicae sedi ad tuendum atque fovendum pertineat, dentur per quinquennium X. solidi“. Bibl. Clun. 273, Bullar. Clun. 5, Bouquet Rec. IX. 226, Mansi XVIII. 408, Cocqu. I. 251. — „Convenit apostolico“.
	Apud S. Petrum		Synodus, in qua Agapetus „damnationem Hugonis episcopi (Remensis) apud Ingulenheim factam confirmat, excommunicans etiam Hugonem principem, donec Ludovico (Transmarino) regi satisfaciat“. Flodoardi Annales 949 ap. Pertz M. G. Scr. III. 399.
Febr. 28.			950. (<i>Ind. 8.—1. Sept.—9.</i>) (2799) Monasterii S. Maximini, a Ruodberto archiepiscopo Trevirensi vexati, privilegium ab Ottone rege constitutum confirmat, „ut sub regia tantum potestate permaneat, neve unquam ulli alteri personae subiaceat, excepto abbati“ a monachis electo. (Suspecta.) Zyllesius Def. 18, Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 355, (Honthheim Hist. Trev. I. 284). — „Nuntios vestrae“.
Dec.			(2800) Monasterii SS. Germani et Michaelis Cuxanensis possessiones „a praesenti nona indictione“ confirmat. Marca Marca Hisp. 864, Bouquet Rec. IX. 227, Cocqu. I. 252. — „Cum magna nobis“.
			c. 950.
			(2801) *Einoldum, abbatem Gorziensem, rogat, mittat sibi „aliquos religiosos, quos in monasterio b. Pauli, ad monasticum ordinem transferendo cum auxilio regis Albrici collocet“. V. Vit. Iohannis Gorziensis ap. Pertz M. G. Scr. IV. 352.
			(2802) *Permittit, ut Milo, Milonis comitis nepos, episcopus Veronensis ordinetur. V. Ratherii epist. ad Ioannem (rectius: ad Agapetum) papam, in Ratherii Opp. p. 543; cf. ibid. p. LXXII.
Dec.			951. (<i>Ind. 9.—1. Sept.—10.</i>) (2803) Ecclesiae Urgellensis privilegia, petente Wisado episcopo, „ex praesenti anno incarnationis domini nostri Iesu Christi DCCCCLI, decima indictione“ confirmat. Marca Marca Hisp. 866, Bouquet Rec. IX. 230, Cocqu. I. 253. — „Convenit apostolico“.
			(2804) Monasterii S. Mariae Rivipullensis possessiones iuraque „a praesenti decima indictione“ confirmat. Marca Marca Hisp. 867, Bouquet Rec. IX. 229, Cocqu. I. 254. — „Convenit apostolico“.
			(2805) Monasterii S. Mariae Crassensis bona iuraque confirmat. Gall. Chr. VI. Instr. 424, Bouquet Rec. IX. 231, Marini I papiri 36. — „Convenit apostolico“.
			946—954.
			(2806) Ecclesiae S. Vincentii Matisconensis canonicorum privilegia et possessiones rogatu Maimbodi episcopi confirmat. Gall. Chr. IV. Instr. 278, Bouquet Rec. IX. 228, Severtii chronol. hist. II. 66, Mansi XVIII. 411. — „Cum omnium sanctarum“.
			954.
			(2807) *Brunoni, archiepiscopo Coloniensi, per Hadamarum abbatem Fuldensem mittit pallium et reliquias S. Pantaleonis, conceditque, ut „pallio praeter consuetudi-

		954.	nem, quotiens velit, induatur“. V. Ruotgeri vitam Brunonis ap. Pertz M. G. Scr. IV. 265.
		946—955.	
		(2808)	*Coenobii Magdeburgensis iura confirmat. V. Willihelmi archiep. Moguntini epist. ad Agapetum in S. Bonifacii epist. ed. W. p. 378, Opp. ed. G. I. 287.
		(2809)	*Ecclesiae Halberstadensi concedit, ut eius episcopi „in celebratione missarum sollemnibus diebus utantur logio, i. e. rationali, quod est indicium doctrinae et veritatis“. V. Sigeberti Vit. Deoderici I. ap. Pertz M. G. Scr. IV. 468.
		(2810)	Omnes in Arvernico habitantes hortatur de tuendis fratribus rebusque monasterii Celsiniacensis; cui qui iniuriam intulerint, eos iubet a Stephano, episcopo Arvernensi, excommunicari. Bouquet Rec. IX. 232. — „Immensa suspendimur“.
		(2811)	*Episcopus Burgundiae litteris, Rodmundo episcopo Augustodunensi datis, hortatur, anathematizent Isuardum sociosque, nisi S. Symphoriani possessiones, in Provincia sitas, restituerint. V. „Commonitorium episcoporum“ ap. Mansi XVIII. 446.
		(2812)	Landulfum, principem Capuanum, monet, ne monasterii Capuani libertatem offendat, utque monachos, qui a disciplina monastica desciverint, in monasterium Casinense remittat, exceptis duobus aut, quum plurimum, tribus senibus. Gattula Hist. Cas. 90. — „Audivimus, quod“.
		(2813)	*Archiepiscopi Ravennatis de parte comitatus Ferrariensis privilegium confirmat. V. tabulam ap. Mittarelli Ann. Cam. I. app. 81—84.
		(2814)	*Cuidam „locat Waldum, qui dicitur Catilianum cum castello suo Civitella et turre sua et ecclesia S. Laurentii, — et portum fluminis Tiberis“ cet. Ex coll. Deusdedit ap. Borgia Brev. ist. del dom. temp. append. 8.
		955. (Ind. 13.—1. Sept.—14, pont. a. 9.—c. Apr.—10.)	
		(2815)	Willihelmo, archiepiscopo Moguntino, idem privilegium tribuit, quod Marinus Fridurico concesserat (v. supra tab. 2782). Haec addit: „Sanctae etiam Mogontinae sedi privilegium conscribimus, ut si quis eam, cuiuscunque sit personae, aliquo (hono)re hu(c) habito velit depraedari, ipse depraedetur, et, nisi respiscat, aeterno vinculo anathematis — mancipetur“. Epistolae S. Bonifacii ed. W. p. 375, Opp. ed. G. I. 284. — „Fraternitatis amore“.
Mart.	25.	(2816)	Monasterii SS. Stephani et Dionysii et Silvestri Romani bona permulta confirmat. Addit de annua pensione sibi solvenda. Marini I papiri 38. — „Convenit apostolico“.
Oct.		(2817)	Monasterii S. Martini Lenensis possessiones hac lege confirmat, „ut singulis quibusque indictionibus pensus nomine rationibus ecclesiasticis decem argenti solidi anno (?) denarios duodecim persolvatur; nullaque ad dandum annuo pensus mora proveniat, sed ultro accionariis s. nostre ecclesie apto tempore persolvatur“. Gall. Chr. VI. Instr. 104: „indictione quarta decima“; Hist. de Languedoc II. Pr. p. 95, Bouquet Rec. IX. 233: „indictione XIII.“ — „Cum magna nobis“.
„	16.	(2818)	Balduino, abbati Casinensi, eiusque successoribus monasterium S. Stephani in territorio Terracinensi situm concedit. Tosti St. di Montec. I. 219. — „Convenit apostolico“.
		(2819)	Cellam S. Mariae et S. Hunnegundis Humolariensem a „nemine unquam saecularium possideri“ iubet, eiusque possessiones confirmat, Lothario rege Francorum, „gloriosae indolis puero“, per legatos petente. Colliette Mém. du Vermandois I. 563. — „Si sanctis petitionibus“.
		(2820)	*Mittit „epistolas habentes: apostolica maiestate licitum fore regi (Ottoni I.), episcopia ita ordinare, quo sibi placeat“. V. Willihelmi, archiep. Mogunt. epistolam ad Agapetum; Epistolae S. Bonifacii ed. Würdtw. p. 378, Opp. eiusd. ed. G. I. 286.
c. Nov.		Moritur.	Qui catalogi Agapeto a. 9 m. 7 d. 10 assignant, eos probandos esse, ex Ioannis XII. initiis facile intelligitur.

- † Ioannis XII. bullae sunt scriptae per manum
Leonis scriniarii s. sed. apost. (2822, 2823, 2824, 2826, 2829, 2830, 2832, 2833, 2834, 2836)
Stephani notarii et regionarii atque scriniarii s. sed. apost. (2831).
Datae p. m.
Georgii secundicerii s. sed. apost. (2822, 2832)
Marini episcopi s. Polimartiensis ecclesiae et bibliothecarii s. sed. ap. (2823, 2824, 2826)
Leonis nomenclatoris s. sed. apost. (2825)
Ioannis episcopi et bibliothecarii s. sed. apost. (2830, 2833, 2834)
Andreae arcarii s. sed. apost. (2831, 2836).
- 955.**
c. Nov. — — Consecratur. E chronologicis notis variarum tabularum non papalium varia Ioannis XII. initia constituta a viris doctis sunt. Qua de re vero ipsius Ioannis litteris, quae exeunte a. 955 factam consecrationem demonstrant, maiorem puto fidem habendam esse.
— — — (2821) Willihelmo, Archiepiscopo Moguntino, significat, litteras eius Agapeto inscriptas sibi redditas esse. Misericordias eius, hominumque insidias dolet; quorum conatibus se obstitutum affirmat, curaque sibi fore, ut „unicuique proprius maneat honor“. Hortatur ad oppugnandos eos, „qui contumaces et inique vivere velint et ecclesias domini devastare satagant“. De omnibus, „quae in Galliarum atque Germaniae partibus agantur“, certior fieri vult. Epistolae S. Bonifacii ed. W. p. 376, Opp. ed. G. I. 288. — „Litteras, quas“.
- 956.** (Ind. 14.—1. Sept.—15, pont. a. 1.—c. Nov.—2.)
Ian. 2. — — (2822) Monasterii S. Mariae Humolariensis privilegia possessionesque, „gloriosae indolis puero sc. Lothario rege Francorum“ per legatos petente, confirmat. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. II. 1025, Colliette Mém. du Vermand. I. 556, Bouquet Rec. IX. 234, Cocqu. I. 257. — „Si iustis petitionibus“.
„ 9. — — (2823) Monasterii S. Vitoni privilegia et possessiones, petente Berengario episcopo Virdunensi, confirmat. (Haec bulla Ioanni XIII. perperam tribuitur; nam Berengarius ep. iam a. 959 obiit. Eam optime edidit Calmet, apud quem haec est clausula: „Scriptum p. m. Leonis scrin. s. s. ap. in m. Ian. per ind. 14; dat. 5 id. Ian. p. m. Marini ep. et s. sed. ap. biblioth., a. pont. domni Ioannis summi p. et universalis duodecimi papae in s. s. b. Petri apostoli septimo primo, in mense et ind. 14.“ Quod inter „apostoli“ et „primo“ positum est: „septimo“, pro quo ap. Pertz et Labbé legitur: „decimo“ et ap. Bouquet: „IV.“, falsa nescio qua lectione arbitror additum esse, verbumque „primo“ cum „anno pontificatus“ non cum: „in mense“ cohaerere). Calmet H. de Lorr. I. Pr. p. 369, Bouquet Rec. IX. 238, Pertz M. G. Scr. VIII. 366, Labbé B. M. I. 135, Mansi XVIII. 484, Cocqu. I. 268. — „Convenit apostolico“.
- Dec. 15. — — (2824) Ecclesiae Beneventanae possessiones, rogante Landulpho episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. VIII. 57, Cocqu. I. 256. — „Cum summae“.
- 957.** (Ind. 15.—1. Sept.—1, pont. a. 2.—c. Nov.—3.)
Ian. 8. — — (2825) H(einrico), archiepiscopo Trevirensi, pallii usum concedit. (Fragmentum). Günther Cod. dipl. Rh. Mosel. I. 127. not. I.
- 958.** (Ind. 1.—1. Sept.—2, pont. a. 3.—c. Nov.—4.)
Mai. — In monasterio Sublacensi
„ 10. — — V. Leonis abbatis tabulam ap. Muratori Ant. It. VI. 203.
(2826) Monasterii S. Benedicti et S. Scolasticae Sublacensis possessiones confirmat, ea lege „ut cotidianis diebus sacerdotes et monachi pro remedio animae nostrae nostrorumque successorum clament — centum Kirie eleyson et centum Christe eleyson et sacerdotes sacras oblationes in missarum solemnibus tribus vicibus per singulas hebdomadas pro absolutione nostrae animae nostrorumque successorum pontificum omnipotentis deo offerant“. Muratori Ant. It. V. 461. — „Cum pie desiderium“.

—	—	—	959.	(2827) Artaldo Remensi, et Amblardo Lugdunensi archiepiscopis, et Rodmundo Augustodunensi, Achardo Lingonensi, Frotgario Cabilonensi, Natrano Nivernensi, Richardo Autissiodorensi episcopis, Isuardum et eius socios, quod possessiones S. Symphoriani invasissent, excommunicatos esse, nunciat. Fragmentis duobus ap. Mansi XVIII. 450 et 451, quorum alterum „Transmissio excommunicationis“, alterum „excommunicatio“ in scriptum est, haec continetur epistola, ab iis disiungenda litteris, quae tum ap. Mansi XVIII. 450 tum ap. Bouquet Rec. IX. 235 Ioanni XII. non recte adscribuntur; sunt enim Ioannis XIII., quoniam rogatu Girardi ep. Augustodunensis, qui a. 968 successit Rodmundo, datae sunt.
—	—	—	c. 960.	
—	—	Capuam	Cum exercitu properat. Chron. Salernit. c. 166 ap. Pertz M. G. Scr. III. 553.	
—	—	In Romanas	finis redit. Chron. Salern. l. l.	
—	—	Per marinum	iter se Terracinam confert. Chron. Salern. l. l.	
—	—	Terracinae	Cum Gisulfo principe foedus init. Chron. Salern. l. l.	
—	—	—	960. (<i>Ind. 3.—1.Sept.—4, pont. a. 5.—c. Nov.—6.</i>)	
—	—	—	(2828) *Ottonem I. regem missis per Iohannem diaconum cardinalem et Azonem scriniarium litteris hortatur, ut „se sibi commissam sanctam Romanam ecclesiam ex Berengarii et Adalberti faucibus liberet, ac saluti et libertati pristinae restituat“. V. Liudprandi Hist. Ottonis c. 1 ap. Pertz M. G. Scr. III. 340; cf. Continuat. Reginonis 960 ap. eund. I. 624.	
Oct.	—	—	(2829) Dunstani, archiepiscopi Cantuariensis, primatum confirmat et pallii usum ei concedit. (Signa chronologica sunt corrupta). Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. V. 658, Eadmeri Hist. novor. L. V. p. 96, Willelmi Malmesb. Gesta pont. Angl. L. I. ap. Savile R. A. Scr. 116 ^b , Mansi XVIII. 449. — „Si pastores ovium“.	
Dec.	10.	—	961. (<i>Ind. 4.—1.Sept.—5, pont. a. 6.—c. Nov.—7.</i>)	
—	—	—	(2830) Monasterii S. Salvatoris et S. Bonifacii Fuldensis privilegia, petente Attone abbate, confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. 328. — „Quoniam semper sunt“.	
Febr.	2.	Romae in cathedra S. Petri	962. (<i>Ind. 5.—1.Sept.—6, pont. a. 7.—c. Nov.—8, imp. Ottone a. 1.</i>)	
—	7.	—	Ottonem I. imperatorem et Adelheidam imperatricem coronat „in purificatione S. Mariae, die dominico“, Annal. Sangall. maiores 962 ap. Pertz M. G. Scr. I. 79; „in cathedra S. Petri“, Vita Mathildis reginae ap. eund. IV. 297. Cf. Continuat. Reginon. 962 ap. eund. I. 625.	
—	12.	—	(2831) Ecclesiae Salzburgensis privilegia et possessiones confirmat. Friderico archiepiscopo pallium, petente Ottone imperatore, concedit. Heroldum caecatum deiecitumque archiepiscopum, nisi procurare sacra desistat, anathematizatum iri denunciat. Apogr. sec. XII. in tabul. Vindob. Ex schedis Pertzii: „Data VII. id. Februarii p. m. Andreae arcarii s. sed. ap.“ cet. (Kleinmayern Nachr. v. Iuv. Anhang 208.) — „Si sacerdotum“.	
—	12.	—	(2832) Ab Ottone I. imperatore in ecclesia b. Petri rogatus, decernit, ut monasterium Magdeburgense in archiepiscopatum, et Merseburgense in episcopatum Magdeburgensis ecclesiae suffraganeum commutetur. Annal. Saxo 962 ap. Pertz M. G. Scr. VI. 616, Riedel Cod. dipl. Br. I. VIII. 92, Martene et Dur. Vet. script. I. 317, Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. V. 575, Mansi XVIII. 461, (Cocqu. I. 260). — „Quociens ad profectum“.	
—	12.	—	(2833) Enrico, archiepiscopo Trevirensi, usum pallii iterum concedit, „licet fidem in epistolis breviter ascriptam latius explanare debuisset“. In tabulario reg. Berol. Ex schedis Pertzii. (Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 127 not. 1.) — „Si pastores obium“.	
Mart.	8.	—	(2834) Monasterii SS. Stephani et Dionysii et Silvestri Romani possessiones confirmat. Marini I papiri 45. — „Convenit apostolico“.	
—	—	Romae	Synodus, in qua Hugo, quondam archiepiscopus Remensis, excommunicatur. Flodoardi Annal. 962 ap. Pertz M. G. Scr. III. 406.	
—	—	—	(2835) *Ratherium in episcopatum Veronensem restitui iubet. De hoc „praecepto apostolici“ vide Ratherii itinerarium in eius Opp. p. 442; cf. ibid. p. CVII.	

Apr. 25.	—	963. (<i>Ind. 6.—1. Sept.—7, pont. a. 8.—c. Nov.—9, imp. Ottone a. 1.—2. Febr.—2.</i>) (2836) Monasterium SS. Petri, Iohannis, Viti, Stephani et Agathae Bivorense, a Billingo comite conditum, unius sedis apostolice iurisdictioni subiicit, bonaque eius confirmat, ea lege, „ut sibi suisque successoribus singulis quibusque indictionibus pensi nomine rationabiliter una libra argenti super altare S. Petri conferatur“. (Pro „pont. a. VII.“ leg. „VIII.“) Orig. Guelf. IV. 556. — „Cum summae apostolice“.
—	—	Leonem episcopum et Iohannem, cardinalem diaconum, „ob iniuriam“ Ottonis imperatoris Constantinopolim mittit. V. Liudprandi Hist. Ottonis c. 6 ap. Pertz M. G. Scr. III. 341.
—	—	(2837) *Ungaros per Saleccum („natione Bulgarium, educatione Ungarium“) et Zachaeum, episcopum (Gentianum), per litterasque „plumbo signatas“ hortatur, „ut super Ottonem imperatorem irruant“. V. Liudprandi Hist. Ottonis c. 6. l. 1.
c. Iul.	Romae	Agit cum Landwardo Mindensi et Liudprando Cremonensi episcopis, Ottonis I. imperatoris legatis. V. Liudprandi Hist. Otton. c. 7 p. 341 et 342.
”	”	Adelbertum (quondam Italiae regem) honorifice suscipit. Liudprandi vit. Otton. c. 7 p. 342, Continuator Reginonis 963 ap. Pertz M. G. Scr. I. 625.
Oct.	Roma	Aufugit, dum „iuxta urbem castrametatur imperator“. Liudprandi vit. Otton. c. 8. l. 1., Continuator Reginonis 963. l. 1.
Nov. 1.	—	„Exercitui imperatoris ense accinctus, clipeo, galea et lorica indutus occurrit; solus Tiberis, qui interfluit, ne sic ornatus ab exercitu capiatur, impedit“. Id „ante quinque dies“ accidisse, in synodo d. 6 m. Nov. celebrata Romani narrant; v. Liudprandi Hist. Ottonis c. 11 p. 343.
”	—	(2838) Omnibus episcopis (synodi Romanae) haec respondet: „Nos audivimus dicere, quia vos vultis alium papam facere; si hoc facitis, excommunico vos da Deum omnipotentem, ut non habeatis licentiam nullum ordinare et missam celebrare“. Liudprandi Hist. Ottonis c. 13 p. 344; Pertz M. G. Leg. II. 30. — „Nos audivimus“.
Dec. 4.	—	Absens deiicitur in synodo Ottonis imperatoris. Liudprandi Hist. Otton. c. 15 et 16. De die v. infra concilium d. 26 m. Febr. a. 964.
—	—	955—964.
—	—	(2839) * Archiepiscopi Ravennatis, de parte comitatus Ferrariensis privilegium confirmat. V. tabulam ap. Mittarelli Ann. Cam. I. append. 81—84.
—	—	(2840) * Cuidam „locat fundum Fauriscum, situm in territorio Utriculano cum omnibus suis pertinentiis, qui praestat annue V solidos auri“. Ex coll. Deusdedit ap. Borgia Brev. ist. del dom. temp. append. p. 8.
—	—	964.
c. Febr.—	Romam	Revenit. Liudprandi Hist. Otton. c. 18 p. 345, Continuator Reginon. 964. p. 626.
Febr. 26.	In ecclesia b. Petri	Concilii episcoporum 16 actio prima, in qua synodus, ab Ottone imperatore die 4 m. Decembris celebrata, damnatur; Leoni VIII. absenti „omni sacerdotali honore et nomine, et omni clericatus officio“ sub excommunicationis anathematisque poena interdicitur; quique ab eo ordinati sint, deiiciuntur.
”	”	Concilii actio secunda, in qua Benedictus Portuensis et Gregorius Albanensis episcopi „qui super Leonem orationes dederant“, se peccasse confitentur; qui Leoni „pretium accomodaverint ad tuendam gratiam dei“, episcopi et presbyteri deiiciuntur, monachi et laici anathematizantur.
—	”	Concilii actio tertia, in qua Siconi, episcopo Ostiensi, qui „Leonem, curialem et neophytum, iam ostiarium, lectorem, acolytum, subdiaconum, diaconum, atque subito presbyterum ordinaverit, eumque in apostolica sede consecraverit“, omni ministerio sacerdotali sub anathematis poena interdicitur. Mansi XVIII. 471.
c. Mai. 7.	Extra Ro- mam	„Quadam nocte, dum se cum viri cuiusdam uxore oblectaret, in timporibus adeo a diabolo est percussus (i. e. apoplexia correptus, v. Koepke de vita et scriptis Liudprandi p. 27 n. 3), ut infra dierum octo spacium eodem sit vulnere mortuus“. Liudprandi hist. Otton. c. 19 p. 346.
Mai. 14.	—	Moritur „II id. Maii“. Continuat. Reginon. 964 l. 1.

		963. (<i>Ind. 6.—1. Sept.—7, pont. a. 1, imp. Ottone a. 1.—2. Febr.—2.</i>)
Dec.	4. In ecclesia S. Petri	Eligitur in synodo Ottonis I. imperatoris, deiecto Iohanne XII. Liudprandi Hist. Otton. c. 15 ap. Pertz M. G. Scr. III. 345. Continuator Reginonis 963 ap. eund. I. 625. De die v. supra concilium Ioannis XII. die 26 m. Febr. a. 964 celebratum.
„	4. Ad Lateranense palatium	„Cum laudibus ducitur“. Liudprandi Hist. Otton. I. I.
„	6. In ecclesia S. Petri	Consecratur, Liudprandi Hist. Otton. I. I. „Mense Decembrio in Lateranensi palatio“, Vit. pont. e cod. Vat. ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 328. Proximus post d. 4 m. Dec. dominicus dies fuit 6 m. Dec., ad quem igitur referenda consecratio est.
„	13. In sacratissima aede Petri apostoli	(2841) Rodoaldo, patriarchae Aquileiensi, pallium mittit; et „privilegium illud antiquum, S. Hermagorae, b. Marci evangelistae successori, a b. Petro contraditum, verum a paganorum saevitia concrematum“, confirmat, „ut inter omnes Italicas ecclesias sedes prima post Romanam Aquileiensi habeatur“. Ughelli It. sacr. V. 44. — „Si pastores ovium“.
		964.
Ian.	4. In ecclesia S. Petri	Fuisse videtur, cum „Romani sub iureiurando fidelitatem (Ottoni) imperatori et (Leoni) papae promiserunt“. Continuator Reginonis 964 p. 626.
c. Febr.—	Roma	Fugit ad Ottonem imperatorem. Liudprandi hist. Otton. c. 18 p. 345, Continuator Reginon. 964 I. I. Cf. Vit. pont. I. I.
—	Prope Spoletum	Pervenit ad imperatorem „in partibus Spoletanae civitatis“. Vit. pont. I. I. Cf. Herim. Aug. chron. 964. p. 115.
Apr.	3. In Camerino ducatu	„Pascha“ cum Ottone imperatore celebrat. Contin. Reginon. 964 I. I.
Iun.	23. In ecclesia Lateranensi	„In sedem apostolicam restituitur“ a Romanis. Contin. Reginon. 964.
„	—	Synodus, praesente Ottone I. imperatore, in qua Benedictus V. et pontificatu et presbyteratu orbatur, diaconi vero munere, petente imperatore, fungi in exilio ei permittitur. Liudprandi Hist. Ottonis c. 22. p. 346, cf. Pertz M. G. Leg. II. 32.
—	in patriarchio Lateranensi in ecclesia S. Salvatoris	(2842) Synodo convocata, „ad exemplum b. Adriani sedis apostolice episcopi, qui eiusmodi sanctam synodum constituit et domno Karolo, victoriosissimo regi Francorum ac Longobardorum ac patricio Romanorum, patriciatus dignitatem ac ordinationem apostolicae sedis et episcopatum concessit, Ottoni primo, Teutonico regi, eiusque successoribus huius regni Italiae“ concedit „tam sibi facultatem successorem eligendi, quam summe sedis apostolice pontificem ordinandi, ac per hoc archiepiscopos seu episcopos, ut ipsi tamen ab eo investituram suscipiant et consecrationem recipiant undecumque pertinuerit, exceptis his, quos imperator pontifici et archiepiscopis concessit; ita demum asserit, ut nemo deinceps eligendi regem vel patricium sive pontificem summe sedis apostolice, aut quemcumque episcoporum vel ordinandi habeat facultatem, sed soli regi Romani imperii hanc reverentiae tribuit facultatem, absque omni pecunia haec omnia superius disponenda; et ut ipse sit rex et patricius. Quod si a clero et populo quis eligatur episcopus, nisi a supradicto rege laudetur et investiatur, a nemine consecratur“. (Forma quidem bullae non est a suspitione remota, argumentum tamen addubitari nequitur). Pertz M. G. Leg. II. 167. — „Convenit apostolico“.
—	—	963 — 965.
—	—	(2843) Monasterii S. Petri Montismaioris possessiones confirmat, imposita monachis solidorum quatuor pensione annua, ecclesiae Romanae „pro luminariis“ solvenda. Privilegia iis concedit „pro voto et amore dilectissimi et carissimi filii sui imperatoris, cum summa reverentia nominandi, Ottonis et Adalaisae carissimae imperatricis, coniugis eius, filiae carissimae suae spiritualis“. Baluzii Misc. III. 5. — „Si semper sunt“.
—	—	(2844) * Archiepiscopi Ravennatis, de parte comitatus Ferrariensis privilegium confirmat. V. tab. ap. Mittarelli Ann. Cam. I. app. 81—84.
		965.
c. Mart.—	—	Moritur inter diem 20 m. Febr. et 13 m. Apr., ut liquet ex tabulis ap. Muratori Ant. It. V. 769: „tempore Leonis VII. et a. 4 imp. Ottonis, ind. 8, m. Febr. d. 20“, et ap. Georgium in Baronii Annal. ed. Luc. XVI. 156: „anno 4 imp. Ottonis

965.

m. Aprili d. 13, ind. 8, post discessum Leonis sanctissimi et VIII. papae“. Cf. tab. ap. Galletti del Primic. 210: „a. 4 imp. Ottonis, post excessum domni Leonis papae adhuc in sede b. Petri nullus advocatus sedebat pontifex mense Iulio die 8, ind. 8“. Continuator Reginon. 965 ap. Pertz M. G. Scr. I. 627: „Eodem anno dominus Leo papa obiit“.

BENEDICTUS V. 964.

964.

- Mai** — **Romae** Eligitur a Romanis, mortuo Ioanne XII. Contin. Reginon. 964 ap. Pertz M. G. Scr. I. 626, Liudprandi Hist. Otton. c. 20 ap. eund. III. 346, Gerberti acta conc. Remens. ibid. 672, Benedicti S. Andreae monachi chron. ibid. 718, Herim. Aug. chron. 964 ap. eund. V. 115. Cf. Vit. pont. e cod. Vat. ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 328: „sine consensu et voluntate domni imperatoris Benedictum elegerunt“.
- ” — ” Consecratur „nolente imperatore“. Continuator Reginon. 964, Herim. Aug. chron. 964.
- Iun.** — **Urbis muros** „Ascendit, imperatori (Romam oppugnanti) suisque fidelibus excommunicationem comminans“. Cont. Reginon. 964 l. I.
- ” 23. **Romae** Traditur imperatori a Romanis „in vigilia praecursoris, IX. cal. Iulii“. Continuat. Reginon. 964 l. I. Cf. Liudprandi Hist. Otton. c. 20 l. I., Benedicti S. Andreae monachi chron. c. 37 p. 718, Vit. pont. l. I.
- ” — **In ecclesia Lateranensi** In synodo Leonis VIII. et Ottonis I. imperatoris, et pontificatu et presbyteratu orbatur, sed diaconi muneris in exsilio fungendi veniam accipit. Liudprandi Hist. Otton. c. 22 p. 346, Continuator Reginon. 964.

965.

- **In Franciam** Perductus, Adaldago archiepiscopo Hamburgensi custodiendus ab Ottone imperatore traditur. Contin. Reginon. 965 p. 627. Cf. Annal. Hildesh. 963 ap. Pertz M. G. Scr. III. 60 et Adami Gest. Hamb. eccl. pont. L. II. c. 10 ap. eund. VII. 308, Flodoardi Annal. 965 ap. eund. III. 407, Gerberti Acta conc. Remens. ibid. p. 672, Benedicti S. Andreae monachi chron. c. 37 ibid. p. 718.
- **Hamburgi** „Magno cum honore detinetur usque ad obitum“. Adami gest. Hamb. eccl. pont. l. I., cf. Annal. Hild. 963, Thietmari chron. L. II. c. 18, L. IV. c. 12 ap. Pertz M. G. Scr. III. 752, 772.

9 ..

- Iul.** 4. **Hamburgi** Moritur „IV. nonas Iulii“. Adami gest. Hamb. eccl. pont. l. I. Cf. catal. pap. ap. Eccard Corp. hist. II. 1639. Obiisse Benedictum sedente Adaldago archiepiscopo Hamburgensi i. e. ante annum 988, patet ex Thietmari chron. L. VI. c. 53 p. 831 et 832. Ossa eius a Razione translata Romam sunt, Thietmari chron. L. IV. c. 40 p. 785.

IOANNES XIII. 965—972.

†Praeter indictiones et annos tum pontificatus tum imperatorum in nonnullis Ioannis XIII. tabulis (2858, 2866, 2869) incarnationis dominicae quoque anni leguntur.

Scriptae bullae sunt per manum

Stephani notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (2847, 2848, 2849, 2852, 2853, 2854, 2858, 2859, 2860, 2863, 2866, 2867, 2869, 2870, 2876, 2881, 2883, 2884, 2885, 2886)

Theodori notarii S. R. E. (2855)

Leonis notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (2862, 2882)

Gregorii (al. Georgii) notarii et scriniarii S. R. E. (2871).

		<p>Datae p. m. Widonis s. Silvae-candidae episcopi et bibliothecarii s. ap. sed. (2845, 2848, 2852, 2854, 2858, 2866, 2867, 2869, 2870, 2876, 2881, 2885) Sicconis episcopi s. Bleranae ecclesiae ad vicem Widonis ep. et bibl. s. sed. ap. (2864) Andreae episcopi s. Amerinae ecclesiae (2882, 2883, 2884).</p>
		965.
c. Sept. —	Romae	Eligitur. Continuat. Reginon. 965 ap. Pertz M. G. Scr. I. 627: „Leo papa obiit. Tunc legati Romanorum, Azo videlicet protoscriniarius et Marinus Sutriensis ecclesiae, episcopus imperatorem, pro instituendo quem vellet Romano pontifice, in Saxonia adeuntes, honorifice suscipiuntur et remittuntur. Et Otgarus, Spirensis episcopus, et Liuzo, Cremonensis episcopus, cum eisdem Romam ab imperatore diriguntur. Tunc ab omni plebe Romana Iohannes, Narniensis ecclesiae episcopus, eligitur“. Ratherii Itinerarium (Opp. 440): „imperatorem, qui — Ioannem episcopum, — ad idem opus electum, Romuleae quidem urbi papam instituit dignissimum“. Vit. pont. e cod. Est. ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 329: „omnes Romani a minimo usque ad maximum elegerunt dominum Iohannem“.
Oct. 1.	„	Consecratur inter d. 29 m. Sept. et d. 18 m. Oct., ut ex ipsius Ioannis bullis colligere licet ap. Pertz M. G. Scr. IV. 471: „data 3 Kal. Oct. a. pont. 5, imp. Ottonis maioris a. 9 minoris 3, ind. 14, a. inc. 970“, et ap. Riedel Cod. dipl. Br. I. VIII. 95: „dat. 15 Kal. Nov. a. pont. 4, imp. Ottone a. 7 filioque eius a. 1, ind. 12, an. inc. 968“. Probandi sunt igitur a. 6 m. 11 d. 5, qui in nonnullis catalogis Ioanni assignantur; quos si a supremo Ioannis die 6 m. Sept. a. 972 computamus, consecratio ad dominicum diem 1 Oct. 965 revocetur necesse est.
Dec. 16	E palatio Lateranensi	Eiicitur. Benedicti S. Andreae mon. chron. c. 39 ap. Pertz M. G. Scr. III. 719: „Romani vero secundum consuetudinem illorum malignam eiectus papa de Lateranensis palatio, alii percutiebant caput eius, alii alapas in facies eius percutiebat, alii nautes nutis cruciabantur“. Contin. Reginon. 965 p. 628: „Qui (Ioannes) statim maiores Romanorum elatiore animo, quam oporteret, insequitur, quo in brevi inimicissimos et infestos patitur. Nam ab Urbis praefecto et quodam Rotfredo comprehenditur et urbe expulsus —“. Catal. pap. ap. Eccard Corp. hist. II. 1639: „Sed postquam sedit menses 2 d. 16, comprehensus est a Rodfredo comite et Petro praefecto cum populo Romano“. Cf. Vit. pont. p. 330.
„	In castello S. Angeli	„Recluditur“. Vit. pont. e eod. Vat. ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 330; Heriman. Aug. chron. 969 ap. Pertz M. G. Scr. V. 116.
„	In Campania	„Custodiae mancipatur“, Contin. Regin. 965. Benedicti S. Andr. mon. chron. c. 39: „in Campaniae finibus inclusus“. Vit. pont. I. I. „Exinde illum extrahentes mandaverunt Campaniam in exilium“.
		966.
—	E custodia	Liberatur. Contin. Regin. 966: „Imperator Italiam intravit. Tunc Romani — a custodia, qua tenebatur, Iohannem apostolicum absolvunt“. Benedicti S. Andreae mon. chron. c. 39: „Iohannes papa fugatus de custodia in Marsorum regione —“.
—	Capuae	Leonis chron. mon. Cas. L. II. c. 9 ap. Pertz M. G. Scr. VII. 635: „Huius abbatis (Aligerni) nono decimo (al. octavo decimo) anno Iohannes papa de Roma exiliatus venit Capuam et rogatus a principe Pandulfo, tunc primum in eadem civitate archiepiscopatum constituit, Iohanne eiusdem principis fratre inibi consecrato“. Chron. com. Capuae ap. eund. III. 209: „Cum Iohannes apostolicus, a Romanis nequiter fuisset expulsus, et Capua se fugiens asylaret, Pandulph statim cum eo exercitum recollegit et Romam indeptus est, suos emulos cesus et fugatus est. Propterea eius germanum Iohannem vir apostolicus consecravit in aula archiepiscopum pro universo principatu“. Cf. infra tab. 2866.
—	Sabinensem	Agrum „ostiliter ingreditur“. Benedicti S. Andreae mon. chron. I. I.
—	In Tusciae	Finibus. Bened. S. Andr. mon. chron. I. I.
Nov. 12.	Romam	Revenit, quum „mansisset in exilio m. 10 d. 26“, Vit. pont. I. I., catal. papar. I. I. Benedicti S. Andr. mon. chron. I. I.: „ad Roma est reversus, et clero et populo Romano cum ymnis et laudibus obviam ei precesserunt“. Cf. Contin. Reg. 966.
„	ap. S. Petrum	Sacra procurat. Bened. S. Andr. mon. chron. I. I.
„	In palatium	(Lateranense) ingreditur. Bened. S. Andr. mon. chron. I. I.

c. Ian. 11.	Romae ap. S. Petrum	967. (<i>Ind. 10.—1. Sept.—11, pont. a. 2.—1. Oct.—3, imp. Ottone a. 5.—2. Febr.—6.</i>) Synodus. V. Ottonis I. imperatoris diploma, die 11 Ian. Romae datum, in quo sic legitur: „in gremio basilice S. Petri apostoli, ubi cum domino Iohanne XIII. papa sancte synodo pro utilitate eiusdem ecclesiae et venerabilium locorum intereramus, circumsedentibus cum Ravennate archiepiscopo plurimis episcopis e Romano territorio atque Italiae et ultramontano regno“ cet. Muratori Ant. It. V. 465.
Febr. 27.	—	(2845) „Ariberto archiepiscopo“ (Petro Ravennati) curtem Firminianam concedit (Vitia multa, quae insunt in hac bulla, quamvis emendare arduum sit, tamen falsam eam non posuerim). Amadesius Ant. Rav. chronot. II. 328. — „Quotiens illa“.
Mart. 31. Apr. —	Ravennae ”	Cum Ottone I. imperatore „pascha celebrat“. Continuat. Reginon. 967 p. 628. Concilium, in quo Otto I. imperator „multa ad utilitatem sanctae ecclesiae adinvenit et apostolico Iohanni urbem et terram Ravennatum, aliaque complura, multis retro temporibus Romanis pontificibus ablata, reddidit“. Continuat. Reginon. 967. l. l. In hoc concilio „mediante Aprili“ celebrato de „mulierositate relinquenda“ statutum esse, prodit Ratherius in ep. 12, Opp. p. 561; cf. ibid. p. CXLV.
” 14.	”	(2846) In concilio canonicorum Bononiensium immunitatem confirmat. Ughelli It. sacr. II. 13, Mansi XVIII. 509, Cocqu. I. 261, (Savioli Ann. Bol. I. n. 45, Vesi documenti I. 288.) — „Cum ego“.
” 20.	in ecclesia S. Severi	(2847) In concilio ecclesiam Magdeburgensem, Ottone I. imperatore postulante, metropolim Brandenburgensis et Havelbergensis episcopatum constituit, eiusdemque archiepiscopis dat „potestatem per congrua loca, ubi per illorum praedicationem Christianitas creverit, episcopos ordinare, nominatim nunc et praesentialiter Merseburg, Cici et Misni“. Boysen Allg. hist. Mag. I. 122, Riedel Cod. dipl. Br. I. VIII. 94, Leuckfeld Ant. Halb. 647, Mansi XVIII. 509. — „Notum esse“.
” 23.	(„)	(2848) In concilio parthenonem Quedlinburgensem tuendum suscipit, bonaque eius confirmat, imposito ei librae argenti tributo annuo. Erath Cod. dipl. Quedl. 15. — „Quia per beatum“.
” 25.	”	(2849) In concilio Heroldum, quondam archiepiscopum Salzburgensem, oculis privatum, qui a superioribus pontificibus Romanis deiectus, sacra facere pallioque uti non destiterit, damnat, et Fridericum, successorem eius, comprobat. (Subscripserunt praeter Ottonem imperatorem episcopi 59). Kleinmayern Nachr. v. Iuv. Anhang 183, Ludewig Rer. Germ. Scr. II. 347, Hund Metr. Sal. I. 51, Mansi XVIII. 499, Cocqu. I. 261. — „Sanctitati et“.
— —	infra basilicam b. Apollinaris	(2850) „In generali placito cum Ottone imperatore“ ecclesiae Ferrariensis privilegia et possessiones, petente Martino episcopo, confirmat. Mansi XIX. 1. — „Denunciantes“.
— —	—	(2851) *Ottoni II. regi „litteras invitatorias mittit, ut ad natalem domini (25. Dec.) Romae celebrandum festinet“. V. Continuat. Reginon. 976 p. 629.
(Mai.) Sept. 7. Dec. 21.	Romam Beneventi Romae	Revertitur. Continuat. Reginon. 967 l. l. Annales Beneventani 967 ap. Pertz M. G. Scr. III. 176. (Muratori Ant. It. I. 255.) „In gradibus b. Petri residens“ Ottonem I. imperatorem et Ottonem II. regem honorifice suscipit „12. Kal. Ianuarii“. Annalista Saxo 967 ap. Pertz M. G. Scr. VI. 620.
” 25.	Romae in ecclesia b. Petri	Ottoni II. imperatoriam coronam imponit, praesente Ottone I. V. epist. Ottonis I. in Widukindi rer. gest. Saxon. L. III. c. 70 ap. Pertz M. G. Scr. III. 465: „in nativitate Domini“; Annal. Saxo 967: „sequenti die (deesse videtur: nativitas dominicae) ante confessionem b. Petri“ —; cf. Marian. Scot. 968 (990): „Otto, filius Ottonis imp., a Iohanne papa ante altare s. Petri cum patre suo coronatus est“.
” —	”	Synodus praesentibus Ottone I. et II. imperatoribus, quam inter d. 25 et 31 Dec. medio tempore habitam esse, liquet ex iis, quae sequuntur, bullis.
Ian. 1.	—	968. (<i>Ind. 11.—1. Sept.—12, pont. a. 3.—1. Oct.—4, imp. Ottone a. 6.—2. Febr.—7, et filio a. 1.</i>) (2852) Parthenonem Gandersheimensem tuendum suscipit et eius possessiones iuraque confirmat, ab Ottone maiore et minore imperatoribus rogatus „in synodo, quae apud corpus b. Petri apostolorum principis acta est in mense Decembris et indictione undecima“. Leuckfeld Ant. Gandersh. 79, Mansi XVIII. 529, Marini I papiri 50, Harenberg Hist. eccl. Gand. 620. — „Si piis votis“.

968. (*Ind. 11.—1.sept.—12, pont. a. 3.—1.oct.—4, imp. Ottone a. 6.—2.Febr.—7, et filio a. 1.*)
- Ian. 2. — (2853) Monasterii S. Maximi Trevirensis privilegia confirmat, in his ut „perenniter sub mundibordio regum vel imperatorum permaneat“. („Lectum in synodo Romae habita, assidentibus divis imperatoribus Ottone magno filioque eius aequivo, anno imperii maioris sexto, iunioris primo.“) Zyllesius Defensio 23, Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 379, Mansi XVIII. 531. — „Congruit apostolico“.
- ” 3. — (2854) Monasterium b. Iohannis evangelistae Misnense sub ecclesiae Romanae iurisdictionem subiungit, finesque episcopatus confirmat, rogatus ab Ottonibus imperatoribus in synodo „Romae in ecclesia b. Petri, principis apostolorum“ habita. (Subscripserunt praeter Ottonem II. imperatorem episcopi 37.) Mader Antiqu. Brunsvic. 188, Calles Ser. ep. Misn. p. 17, Mansi XVIII. 532. — „Si semper sunt“.
- ” — — (2855) Monasterii Dolensis (dioec. Bituric.) possessiones privilegiaque confirmat. Gall. Chr. II. Instr. 44, Bouquet Rec. IX. 236. — „Apostolicae moderationi“.
- — — (2856) *Ratherio, episcopo Veronensi, et eius successoribus sub anathematis poena praecipit, ne „clericorum se inframitterent rebus“. V. Ratherii librum apologeticum, Opp. p. 507; cf. ibid. p. CLVIII.
- — — (2857) *Nicephorum, imperatorem Graecorum, rogat, „ut parentelam firmamque amicitiam faciat cum dilecto spiritualique filio suo, Ottone Romanorum imperatore augusto“. V. Liudprandi legationem, c. 47, 49, 50 ap. Pertz M. G. Scr. III. 357 et 358.
- Oct. 18. — (2858) Adelberto, archiepiscopo Magdeburgensi, pallium tribuit. Riedel Cod. dipl. Br. I. VIII. 95, Boysen Allg. hist. Mag. I. 134, Leuckfeld Ant. Halb. 653. — „Si pastores ovium“.
- ” — — (2859) Adalberto, archiepiscopo Magdeburgensi, eiusque successoribus, „omnium ecclesiarum archiepiscoporum et episcoporum, qui in Germania sunt ordinati, in sedendo, in iudicando, in confirmando, in subscribendo, in sentiendis dandis, omnique ecclesiastico ordine primatum“ concedit. Ita addit: „Eorum vero, qui sunt in Gallia, item Mogonciens. Trevirens. et Coloniens. ecclesiae in omnibus parem honorem et similem vigorem praesenti privilegio confirmamus“. Alia privilegia adiicit. Boysen Allg. hist. Mag. I. 128, Leuckfeld Ant. Halb. 653, Mansi XIX. 5. — „Si ea loca“.
- ” — — (2860) Adalberti, archiepiscopi Magdeburgensis, arbitrio permittit, „qualiter episcopis Magdeburgensi sedi subiectis parochias rationabiliter et caute dividat et distribuatur“. (Clausula vitiosa est.) Boysen Allg. hist. Mag. I. 136, Riedel Cod. dipl. Br. I. VIII. 98, Mansi XIX. 6. — „Ita te“.
- ” — — (2861) *Ottone imperatorem „nuntiis ac litteris multimode rogat, ac dei sanctique Petri apostolorum principis iussu commonet, ut, quando Magdeburgense novum archiepiscopium inter gentiles et christianae fidei dogmate iam nonperfecte excultos situm videatur, abbatia quadam, Wizenburg vocata, inter veros et christianae fidei perfectos sita, eandem ecclesiam illuc proprie tradendo sublevet“. V. diploma Ottonis imp. ap. Hoefer Zeitschrift II. 345.
- Dec. — — (2862) Monasterium Arulense tuendum suscipit, eiusque bona confirmat, et privilegia constituit, Oliba comite petente. Marca Marca Hisp. 893, Bouquet Rec. IX. 237, Cocqu. I. 263. (Gall. Chr. VI. Instr. 480, et Bouquet IX. 178, ubi bulla Ioanni VIII. perperam ascribitur.) — „Si semper concedenda“.
- ” — — (2863) Monasterii SS. Germani et Michaelis Cuxanensis bona, petente Oliva comite, confirmat. Marini I papiri 52. (Haec bulla Ioanni XV. tribuitur ap. Marcam Marca Hisp. 934, Bouquet IX. 250, Cocqu. I. 284). — „Cum magne nobis“.
969. (*Ind. 12.—1.sept.—13, pont. a. 4.—1.oct.—5, imp. Ottone a. 7.—2.Febr.—8, et filio a. 2.*)
- Ian. 22. — (2864) Ecclesiae Trevirensis privilegia, petente Theodorico archiepiscopo, confirmat, in his, ut praesul Trevirensis in Galliae Germaniaeque synodis proximus a legatis apostolicis sedeat, „similiter post imperatorem sive regem sedenti, sententiam edicendi et synodale iudicium canonice promulgandi primatum habeat; utpote in illis partibus vicarius sedis apostolicae constitutus“. Gesta Trev. ed. Wyttenbach et Müller I. 107, Brower et Masen Ant. et Ann. Tr. I. 472, Honthheim Hist. Trev. I. 305, Cocqu. I. 264. — „Quia licet indigni“.

Iun.	29.	—	1023. (<i>Ind. 6.—1. Sept.—7, pont. a. 11.—22. Jan.—12, imp. Heinrico a. 9.—14. Febr.—10.</i>) (3081) Monasterii Casinensis privilegia confirmat. (Veram bullae huius clausulam, chronologica signa continentem, affert Gattula Hist. Cas. 56). Margarini Bull. Cas. II. 75. — „Si petita“.
—	—	—	(3082) Dominico, Paulo, Ioanni cet., „qui sunt in massa Fiscalia et plebe S. Vitalis,“ asserit „a praesenti sexta indictione omnem antiquam consuetudinem, id est omnem donationem seu functionem publicam“, ea lege „ut singulis quibusque indictionibus pensionis nomine dent s. R. ecclesiae boum par unum, vel solidos denariorum numero viginti, quales ibidem currunt et in nativitate domini spatulas de porcis numero sexaginta“. Dissertatio de summo ap. sedis imp. in Comaclum. app. p. 6. — „Quotiens illa a nobis“.

		1012—1024.
—	—	(3083) Stephano, episcopo Arvernensi, monasterium Cluniacense commendat. Iubet Tetardum et Girbertum, filios Stephani, qui alodum b. Petro subtraxerit, excommunicari. Bullar. Cluniac. 7. — „Vobis notum est“.
—	—	(3084) W(illelmo) abbati S. Benigni Divionensis praecipit, ne impediatur Benignum quondam episcopum, nunc monachum, quominus monasterii adversarios anathemate afficiat. Pérard Recueil 173. — „Audita vigilantia“.
—	—	(3085) Olibae, abbati Rivipullensi, permittit, ut in eius monasterio die festo Hypapanti (i. e. purificationis S. Mariae, 2 Febr.) cantetur „Alleluia“ et „Gloria in excelsis deo“. Marca Marca Hisp. 994, Cocqu. I. 318. — „Quoniam omnis“.
—	—	(3086) Guillelmo comiti et eius matri Adalaidi invasores bonorum monasterii S. Aegidii excommunicatos nunciat. Ménard Hist. de Nismes I. Pr. 20. — „Inauditum facinus“.
—	—	(3087) „Petente Rogerio comite Carcassonensi et coniuge eius Adhalaice res et iura monasterii S. Hilarii confirmat“. Besse Hist. des comtes de Carcassonne p. 81, teste Brequigny Tabl. chronol. I. 530.
—	—	(3088) Monasterii S. Savini possessiones, petentibus Sigefrido episcopo Placentino et Wimperto abbate, confirmat. Ughelli It. sacr. II. 207. — „Apostolicae sedis“.
		1014—1024.
—	—	(3089) Ecclesiae Hildesheimensis privilegia, petente Bernardo episcopo, confirmat, et „mandat cum consensu atque consultu magnifici domni Henrici imperatoris, Romanique senatus, — ut nullus terminos parochiae Hildesheimensis ecclesiae ab antiqua dimensione per Astfalos disterminatos irritare praesumat“. Lüntzel Die ält. Dioec. Hildesh. 351. — „Omnibus Christianae“.
		1017—1024.
—	—	(3090) Bonifacio marchioni concedit, ut „in honore Simeonis (monachi Padilironensis) nuper sanctificati“ ecclesiam condat. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. VI. P. I. 168, Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat., Doc. p. 77, Cocqu. I. 322. — „Requisistis iudicium“.
		1024. (Ind. 7, pont. a. 12, imp. Henrico a. 10.—14. Febr.—11.)
Febr.	8.	(3091) Richardo, abbati Fuldensi, et eius successoribus monasterium S. Andreae (Romanum), „situm iuxta ecclesiam S. Mariae a presepe“, donat. Dronke Cod. dipl. Fuld. 347, Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 155. — „Convenit apostolico moderamini“.
Mart.	7.	(3092) Humfrido, archiepiscopo Magdeburgensi, pallii usum dat, et ecclesiae eius privilegia corroborat. Boysen Allg. hist. Mag. I. 283. — „Ad apostolatum“.
„	—	(3093) Monasterii S. Mariae Nienburgensis possessiones et privilegia confirmat. (Signa chronica sunt corrupta). Knaut Gründliche Fürstellung 15. — „Credite speculationis“.
Apr.	7.	Moritur „7 idus Aprilis“. Mariani Scotti chron. 1024 (1046) ap. Pertz M. G. Scr. V. 556.

GREGORIUS antipapa. 1012

		1012.
Iun.	—	Romae Eligitur. Thietmari chron. L. VI. c. 61 ap. Pertz M. G. Scr. III. 835: „papa Benedictus Gregorio quodam (cuidam) in electione praevaluit“. De tempore vide supra Benedicti VIII. regesta.
—	—	Roma Expellitur. V. ea, quae sequuntur.
Dec.	25.	In Palathi „Ad nativitatem dominicam ad regem (Henricum II.) venit cum omni paratu apostolico, expulsionem suam omnibus lamentando innotescens; huius crucem rex in suam suscepit custodiam, et a caeteris abstinere (Annal. Saxo 1012: abstinere) precepit, promittens sibi, cum ipse illuc veniret, haec secundum morem Romanum diligenter finire“. Thietmari chron. L. VI. c. 61 l. l.

† Ioannis XIX. bullae sunt scriptae per manum

Sergii notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (3094, 3109, 3116)

Rogerii " " " " (3095)

Georgii " " " " (3098, 3099, 3104, 3108, 3117)

Ioannis Cardinalis et cancellarii vice Petri diaconi (3103); cf. bullam ap. Ughelli It. sacr. V. 1110.

Datae p. m.

Benedicti Portuensis episcopi et bibliothecarii s. apost. sed. (3097, 3105)

Benedicti " " vice Peregrini Coloniensis archiepiscopi, bibliothecarii s. apost. sed. (3099)

Bosonis episcopi s. Tyburtinae ecclesiae et bibliothecarii s. apost. sed. (3098, 3099, 3103)

Petri episcopi Praenestinae ecclesiae et bibliothecarii s. apost. sed. (3101).

1024.

Iun.—Iul.

Consecratur inter d. 24 Iunii et 15 Iulii. V. tabb. ap. Fantuzzi Mon. Rav. I. 392: „Iunii 24, D. Jo. Pp. 5, D. Conradi imp. in Italia 3, ind. 12 (i. e. a. 1029)“, et ap. Galletti del Primic. 266: „a. Iohannis XVIII. papae 7, imp. Chuonradi 4, ind. 13 (i. e. a. 1030) m. Iul. d. 15“. — Herim. Aug. chron. 1024 ap. Pertz M. G. Scr. V. 120: „Romae defuncto Benedicto, frater eius ex laico ordinatus sedit“. Glaber Rod. L. IV. c. 1 ap. Bouquet Rec. X. 44: „Ioannes — largitione pecuniae repente ex laicali ordine neophitus constitutus praesul“. Bonizonis lib. ad amic. L. V. ap. Oefele R. B. Scr. II. 801: „— Ioanne, Benedicti papae fratris (leg. fratre), qui uno eodemque die praefectus fuit et papa“.

1025. (Ind. 8.—1. Sept.—9, pont. a. 1.—Iun. Iul.—2.)

Mai.

(3094) Ecclesiae Portuensis privilegia et bona rogata Benedicti episcopi confirmat. Marini I papiri 70. — „Quoniam semper“.

Iun.

(3095) Bisantio, archiepiscopo Canusino (i. e. Barensi), pallium concedit, iuraque eius confirmat. Ughelli It. sacr. VII. 601. — „Convenit apostolico“.

c. 1025.

(3096) „Omnibus regibus, episcopis, ducibus, comitibus atque omnibus principibus, in quorum potestate Romanense coenobium videtur habere aliquas ecclesias“, ipsum coenobium commendat; quod qui iniuriis affecerint, eos diris devovet. Mém. et doc. de la société de la Suisse Rom. III. 429. — „Precor omnem in“.

1026. (Ind. 9.—1. Sept.—10, pont. a. 2.—Iun. Iul.—3.)

Iun. 21?

(3097) Dietmaro, archiepiscopo Salzburgensi, ius pallii et crucis praefereadae, et „in stationibus festivis super nachum equitandi“, aliaque privilegia concedit. (Clausula vitiosa est.) Kleinmayern Nachr. v. Iuv. Anhang 217. — „Ad apostolatum“. Alfrico, archiepiscopo Eboracensi, pallium tribuit. Florentii Wigorn. chron. 1026 ap. Petrie et Sharpe M. H. Brit. I. 595.

Dec. 14.

In ecclesia S. Silvestri, quae est infra palatium Lateranense

(3098) In concilio Petrum, episcopum Silvae-candidae, „accepta virga, de universa tertia omnium ecclesiarum Galeriae“ investit. Marini I papiri 71, Ughelli It. sacr. I. 98, Mansi XIX. 487. — „Ego Ioannes“.

„ 17.

(3099) Ecclesiae Silvae candidae possessiones episcoporumque privilegia, petente Petro episcopo, confirmat. „Inthronizare et incathedrare“ inquit „pontificem Rom. in apostolica sede vobis, qui quotidiani estis in servitio S. Petri, committimus, nec non ad benedicendum cum aliis vos specialiter convocamus; similique modo ad ungendum et consecrandum imperatorem primum vestram et vestrorum successorum episcoporum fraternitatem convocamus“. Marini I papiri 73, Mabillon Mus. It. II. 154, (Ughelli It. sacr. I. 93, Cocqu. I. 334), cf. Bull. Vatic. I. 17. — „Convenit apostolico“.

Mart. 26.	Romae in basilica apostolorum	1027. (<i>Ind. 10.—1. sept.—11, pont. a. 3.—Iun. Iul.—4.</i>) Conradum imperatorem consecrat „in die sancto paschae“. Wipponis vita Conradi ap. Pistorium R. G. Scr. III. 472, Herimanni Aug. Chr. 1027 ap. Pertz M. G. Scr. V. 120, Annal. Ottenburani 1027 ibid. p. 5, Annales Hildesheim. 1027 ap. eund. III. 97, Annal. Angustani 1027 ibid. p. 125. cet. — „In basilica apostolorum“, v. „Commemorationem“ ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 12 n. 70. — Cf. Canuti regis epist. ap. Fellum R. A. Scr. 59.
— —	—	(3100) Ursonem, patriarcham Gradensem, ad synodum Romanam vocat per Maionem, episcopum Concordiensem. V. acta concilii Romani ap. Mansi XIX. 480.
Mart. 28.	—	(3101) Monasterii Cluniacensis privilegia confirmat, monachosque excommunicari ab episcopis vetat „in conventu Romae congregato, in praesentia Domini Conradi regis D. Augusti nuper in imperium Romani orbis electi et coronati“. Bullar. Cluniac. 9. — „Coenobium Cluniacense“.
Apr. 6.	In ecclesia Salvatoris Constantiniana	Synodus, praesente Conrado imperatore, in qua Popponi patriarchae Aquileiensi paroechia Gradensis restituitur. Mansi XIX. 479.
„ 6.	„	In eadem synodo constituunt: „ut in omnibus negotiis pontificalibus Ravennas nullo modo in aeternum se Mediolanensi archiepiscopo praeferat, et si forte praesumpserit, canonicae legi subiaceat“. Commemoratio superbiae Ravennatis ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 12 n. 70.
„ 7.	Romae	V. Conradi imperatoris diploma datum „interventu Iohannis summi praesulis et universalis papae“. Mem. e doc. V. III. 655.
— —	—	(3102) Ecclesiae Magdeburgensis possessiones et privilegia, petente Humfrido archiepiscopo, „a praesenti decima indictione“ confirmat. Boysen Allg. hist. Mag. I. 287. — „Apostolatus nostri“.
Sept. —	—	(3103) Popponi, patriarchae Aquileiensi, pallii rationalisque usum concedit. Ecclesiae eius iura et possessiones confirmat, in his insulam Gradensem in synodo receptam. Ughelli It. sacr. V. 49, Cocqu. I. 337. — „Cum magna nobis“.
Dec. —	—	1028. (<i>Ind. 11.—1. sept.—12, pont. a. 4.—Iun. Iul.—5.</i>) (3104) Ildewardo episcopo concedit, ut sedes episcopatus Cicensis transferatur Numburgum, „locum munitum et ab hoste remotum“. Mittheilungen aus d. Geb. hist.-antiqu. Forsch. I. 41, Eccard Hist. gen. princ. Sax. sup. 220. — „Si extraneis“.
Iun. 12.	—	1029. (<i>Ind. 12.—1. sept.—13, pont. a. 5.—Iun. Iul.—6.</i>) (3105) Ecclesiae Tiburtinae bona iuraque, petente Benedicto episcopo, confirmat. (Fragmentum). Ughelli It. sacr. I. 1307.
— —	—	(3106) *Ursonem, patriarcham Gradensem, ad synodum vocat. V. Ioannis bullam ap. Ughelli It. sacr. V. 1110, Mansi XIX. 494.
— —	—	(3107) *Popponem, patriarcham Aquileiensem, venire ad synodum iubet. V. bullam ap. Ughelli It. sacr. V. 1110, Mansi XIX. 494.
Dec. —	In ecclesia b. Sylvestri infra palatium (Lateranense)	(3108) In synodo patriarchatum Gradensem, sub potestatem Popponis patriarchae Aquileiensis contra ius fasque redactum, Ursoni patriarchae Gradensi restituit. (Pro „ind. VIII.“ leg. „ind. XIII.“) Ughelli It. sacr. V. 1110, Mansi XIX. 491, Cocqu. I. 338. — „Si mortalibus“.
Apr. —	—	1030. (<i>Ind. 13. —1. sept.—14, pont. a. 6.—Iun. Iul.—7.</i>) (3109) Petro, episcopo Gerundensi, pallium „duodecim in anno vicibus gestandum“ concedit. Merino Esp. sagr. XLIII. 430, Marca Marca Hisp. 1044. — „Cum tui amoris“.
— —	—	1024—1031. (3110) Roberto, Francorum regi, scribit, dolere se de episcoporum Francicorum luxuria et avaritia. Odilonem abbatem et monasterium Cluniacense, privilegiis a sese ornatum, commendat. Bullar. Cluniac. 7. — „Quoniam o religiosissime“.
— —	—	(3111) Gausleno, episcopo Matisconensi, interdicit, ne contra privilegia apostolica Odilonem abbatem fratresque Cluniacenses iniuriis afficiat. Bullar. Cluniac. 8. — „Cui deo auctore“.
— —	—	(3112) Borchardo, archiepiscopo Lugdunensi, mandat, „ut Gausleno, episcopo Matisconensi interdicit, consecrationem, ordinationem vel aliquod ius in Cluniacensi monasterio quaerere“. Bullar. Cluniac. 8. — „Gauslenum Matisconensem“.

- 1031.** (*Ind. 14.—1. Sept.—15, pont. a. 7.—Iun. Iul.—8.*)
- Mart. — — (3113) Monasterii Fuldensis privilegia, petente Richardo abbate, confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. 351, (Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 157). — „Congruit apostolico moderamini“.
- — — (3114) Iordano, episcopo (Lemovicensi), cunctisque Galliarum episcopis scribit, S. Martialem merito apostolis annumerandum esse. Cui altare in basilica S. Petri die 13 m. Maii a sese dedicatum nunciat. (Cf. tabulam Aymonis archiep. Bituricensis ap. Mansi XIX. 506.) Mansi XIX. 417, Cocqu. I. 340. — „Ad pastorem“.
- c. 1031.**
- — — (3115) Odilonem, abbatem (Cluniacensem), redarguit, quod delatum ad eum archiepiscopatum Lugdunensem recusaverit. Gaudfridum episcopum mandata sua ei expositurum esse. D'Achery Spic. III. 381, Mansi XIX. 418. — „Docente beatissimo“.
- 1032.** (*Ind. 15.—1. Sept.—1, pont. a. 8.—Iun. Iul.—9.*)
- Ian. — — (3116) Bardoni, archiepiscopo Moguntino, pallii crucisque praefereudae usum concedit. Guden cod. dipl. I. 15. — „Licet omnibus Christianis“.
- Mart. — — (3117) Sedem episcopalem Ciza Numburgum translata rogatu Hildwardi episcopi confirmat. Decernit, ut in ecclesia Cizensi pro clericis monachi aut canonici substituantur. Mittheilungen aus d. Geb. hist.-ant. Forsch. I. 43, Eccard Hist. gen. princ. Sax. sup. 222, (Mansi XIX. 481.) — „Convenit apostolico“.
- — — (3118) * Monasterii Augiae-divitis privilegia confirmat, Bernoque abbati sandalia mittit, „ut episcopalibus indumentis missas agat“. V. Herimanni Aug. Chron. 1032 ap. Pertz M. G. Scr. V. 121. Cf. Tschudii Chron. Helvet. I. 12, qui hanc bulam dicit „VI Kal. Nov. indict. XV.“ datam esse.
- 1024—1033.**
- Mai. 1. — (3119) Monasterium S. Iohannis Angeriense „ab hac praesenti die Kal. Maiarum“ conservari iubet. Gall. Chr. II. Instr. 466, (Besly Hist. des comtes de Poictou 299.) — „Rogamus vos omnes“.
- — — (3120) Guillelmum comitem, proposita excommunicatione, hortatur, ut monasterio S. Petri Moissiacensi ecclesias duas reddi ab Arnaldo-Oddone, vicecomite Gasconiae, iubeat. Hist. de Languedoc II. Pr. p. 185. — „Mittimus ad tuam“.
- — — (3121) Omnes „bonum facientes“ excitat, ut in restituendam ecclesiam Magalonensem incumbant. Gariel Ser. I. 104, Labbé N. B. M. I. 797, Mansi XIX. 570. — „Dictam Magalonensem“ „Supradictam Magalonensem“.
- — — (3122) Hugoni, episcopo Autissiodorensi, peccata condonat. Mansi XIX. 419, Cocqu. I. 341. — „Nullum in“.
- 1033.**
- Ian. — — Moritur. Quum Ioannis obitum ad a. 1033 revocet Heriman. Augiens. 1033 p. 121, Benedictumque IX. doceat (si fida est) tabula ap. Fantuzzi II. 369 („Ian. 27, Bened. a. 5, Conradi imp. a. 10, ind. 5“, i. e. an. 1037) coepisse ante d. 27 m. Ianuarii, probabiles sunt a. 8 m. 6, qui in Vit. pont. e cod. Vat. ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 341 Ioanni adscribuntur, ideoque mors eius accidisse m. Ianuario a. 1033 censenda est. (Ceteri catalogi praebent a. 7 m. 7; a. 9 m. 9; a. 10 m. 8).

BENEDICTUS IX. 1033—1048.

† Scriptae sunt Benedicti IX. bullae per manum

Sergii scriniarii (al. archiscrivii) et notarii sacri nostri Lateranensis palatii (3123, 3125, 3126, 3129, 3130).

Datae per quorum manus sint, non est notatum.

		1033.
Ian. —	—	Consecratur: De mense v. supra annot. ad m. Ian. 1033 in Ioannis XIX. registis. Herim. Aug. chron. 1033 ap. Pertz M. G. Scr. V. 121: „Romae defuncto Ioanne, Benedictus IX. ordinatus, licet indignis tanto ordine moribus et factis“. Glaber Rod. L. IV. c. 5 ap. Bouquet Rec. X. 50: „puer ferme decennis, intercedente thesaurorum pecunia, electus extitit a Romanis“; et L. V. c. 5: „Fuerat enim ordinatus puer circiter annorum XII contra ius fasque, quem scilicet sola pecunia auri et argenti plus commendavit, quam aetas et sanctitas“. Desiderii dialog. L. III. ap. Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. IV. P. II. 451: „Benedictus quidem nomine, non tamen opere, cuiusdam Alberici consulis filius, non parva a patre in populum profligata pecunia, summum sibi sacerdotium vindicavit“.
		1036. (Ind. 4.—1.Sept.—5.)
Oct. —	—	(3123) Monasterii S. Mariae Solacensis possessiones confirmat, privilegiaque constituit, petente Gumbaldo, monasterii S. Crucis Burdigalensis abbate. Martene Thes. I. 156. — „Convenit apostolico“.
Nov. 2.	—	Concilium episcoporum 33, in quo Andreas, episcopus Perusinus, monasterium b. Petri Perusinum Benedicto iterum „refutat“. Ughelli It. sacr. I. 1159, Mansi XIX. 579. (Cf. Ughelli III. 53.)
— —	—	(3124) Ecclesiae Florentinae canonicorum bona confirmat. Ughelli It. sacr. III. 56, Cocqu. I. 343. — „Si iustis“.
		1037. (Ind. 5.—1.Sept.—6.)
c. Iun. —	Cremonae	apud Conradum imperatorem. Wipponis vit. Conr. ap. Pistorium R. G. Scr. III. 481, Herimanni Aug. Chron. 1037 ap. Pertz M. G. Scr. V. 122.
— —	Romam	Redit. Wipponis vit. Conr. l. l.
Nov. —	—	(3125) Ecclesiae Silvae candidae bona, episcoporumque iura rogatu Petri episcopi confirmat. Ita addit: „non solum te, sed omnes tuos successores episcopos bibliothecarios sedis nostrae esse perpetuo censemus“. Marini I papiri 79, Ughelli It. sacr. I. 100, Cocqu. I. 344. Cf. Bull. Vat. I. 20. — „Convenit apostolico“.
		1038. (Ind. 6.—1.Sept.—7.)
Mart. 26.	In castello Spella	Praesente Conrado imperatore, Heribertum archiepiscopum Mediolanensem, anathematizat. Annal. Hildeshem. 1038 ap. Pertz M. G. Scr. III. 102: „Pascha vero imperator in castello Spella pacifice feriavit; praedictus quoque Mediolanensium metropolitanus ab apostolico pontifice post iustas crebras ammoniciones communi episcoporum decreto in paschis anathematizatus est“. Cf. Annal. Saxo. 1038 ap. eund. VI. 681.
Iul. 1.	—	(3126) Bona iuraque monasterii Casinensis confirmat, „cuius abbatis consecrationem“ inquit „nuper ex dono piissimorum Henrici et Conradi imperatorum Romanorum suscepimus“. (Clausulam editis bullae huius exemplis appositam a verbo „scriptum“ usque ad „vigesima nona“ ad Benedicti VIII. tab. supra 3081 pertinere, ex Petri reg. n. 18 monet Gattula Hist. Cas. 119, quo teste ista Benedicti IX. charta his terminatur verbis: „Scriptum per manum Sergii scriniarii et notarii sac. nostri palatii Kal. Iulii, indictione 6, Benevalete.“) Margarini Bull. Cas. II. 79, Cocqu. I. 348. — „Si petita“.
		1039. (Ind. 7.—1.Sept.—8.)
— —	Romae	Concilium, in quo papa decernit, ut Bracizlaus Bohemiae dux, quia iniussu apostolicae sedis corpus S. Adalberti Gnesna Pragae transtulerit, monasterium condat. Cosmae chron. 1039 ap. Pertz M. G. Scr. IX. 71.
		1040. (Ind. 8.—1.Sept.—9.)
Oct. 15.	Apud Massiliam (?)	Ecclesiam S. Victoris Massiliensem cum episcopis 23 dedicat. V. acta in Gall. Chr. I. Instr. 110.
		1041. (Ind. 9.—1.Sept.—10.)
Dec. 25.	—	(3127) „Collecta Romani cleri splendida fraternitate, cum partus sacratissimae virginis annuo recursu per hunc orbem radiaret“ (i. e. d. 25 Dec.), Symeonem (Syracusanum) sanctorum ordinibus ascribit, petente Poppone, archiepiscopo Trevi-

		1041. (<i>Ind. 9—1. Sept.—10.</i>) rensi. Acta SS. Iun. T. I. 97, Hontheim H. Trev. I. 377, Cocqu. I. 349. — „Divinae maiestatis“.
		(3128) Popponi, archiepiscopo Trevirensi, adiutorem mittit „ad iniquitates pravorum hominum debellandas ac spirituali gladio puniendas“. Symeonem in sanctos relatum nunciat. Gesta Trev. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 178, Acta SS. Iun. T. I. 96, Hontheim H. Tr. D. I. 376, — „Sumptis reverentiae“.
		1044. (<i>Ind. 12—1. Sept.—13.</i>)
Ian.	Roma	Eiicitur a Romanis anno 1044, idque ante d. 7 m. Ianuarii, ut comperimus ex Annalibus Romanis ap. Pertz M. G. Scr. V. 468: „orta est in urbe Roma grandis seditio, ita ut omnes in unum coartati venirent, et eiecerunt eum de suo pontificatu; In ipso denique anno in festivitate s. Cecilie (d. 22 m. Nov.) obscuratum est sol (id quod constat a. 1044 evenisse); Et factum est cum eiecissent pontificem ex suo pontificatu, orta est inter Romanos et Transtiberinos grandis seditio, ut in unum omnes congregatos Romanos ad obsidendam Transtiberim pergerent 7 die mensis Ianuarii (a. 1044, non 1045, sequitur enim electio Silvestri, quam infra videbimus in huius regestis c. 22 Febr. a. 1044 factam esse). — Tunc omnes Romani in unum congregati elegerunt sibi pontificem Iohannem, Sabinensem episcopum, cui posuerunt nomen Silvester“. — Herim. Aug. chron. 1044 p. 125: „Romani Benedictum papam multis criminatum sede sua pellunt et Silvestrum quendam in locum eius statuunt“. Desiderii dial. L. III. l. l.: „cum rapinas, caedes, aliaque nefanda in Romanum populum ageret, congregati in unum populi eum a pontificatus cathedra exturbantes, Urbe pellunt, alterumque in loco eius Iohannem videlicet Sabinensem episcopum, non tamen vacua manu, canonica parvipendentes decreta substituunt“. — A vero procul discedit et Bonizo in libr. ad amic. ap. Oefele R. B. Scr. II. 801, qui post Gregorium VI. constitutum Silvestri creationem accidisse tradit („His ita gestis Gerardus de Saxo cum aliis capitaneis quendam Sabinorum episcopum sibi eligunt episcopum, quem vocaverunt Sylvestrum“), et Glaber Rod. L. V. c. 5 p. 63, qui pulso a Romanis Benedicto Gregorium VI. subrogatum perhibet.
c. Mart.		Silvestrum III. excommunicat. Herim. Aug. chron. 1044 l. l.: „quem — excommunicatum depulit“.
Apr. 10.	Romae	Recuperat pontificatum, eiecto Silvestro. Dies apparet e cod. Vat. vit. pont. ap. Muratori R. It. Scr. III. n. 341, quo teste Benedictus post Silvestrum pulsum et ante pontificatum Gregorio VI. die 1 m. Maii a. 1045 venditum denuo moderatus ecclesiam est per annum 1 diesque 21. Annal. Romani l. l.: „quo (Silvestro) eiecto, Benedictum reduxerunt in sua sede“. Desiderii dial. l. l.: „Benedicto undique cum suis propinquis instante urbem, quia ex consulibus terrae ortus erat et in eis maxima virtus, urbe pulsus est (Silvester), Benedictus igitur quod amiserat sacerdotium recepit“.
„	In Romana ecclesia	(3129) In synodo patriarchatus Gradensis integritatem libertatemque confirmat, Ursone patriarcha et Dominico Contareno, „duce Veneticorum sive Dalmaticorum“, et populo Veneto per legatos petentibus. (Subscripserunt episcopi 17.) Ughelli It. sacr. V. 1113, Mansi XIX. 606, Cocqu. I. 350. — „Sicut plurimum“.
„		(3130) Monasterium S. Miniatis Florentinum tuendum suscipit et eius bona violari vetat. Lami Eccl. Fl. M. I. 48, Ughelli It. sacr. III. 62, Cocqu. I. 350. — „Valde bonum“.
		(3131) *Druhtmaro, abbati Corbeiensi, „epistolam mittit“. V. Annal. Corbeienses 1044 ap. Pertz M. G. Scr. III. 6.
		1039—1045.
		(3132) Saunaloni „abbatiam ab eo constructam in villa Phalempin confirmat“. Buzelini Gallo-Flandria 370. — „Quidquid divinitus“.
		1045.
Mai. 1.		Pontificatum vendit Gregorio VI. Annales Romani l. l.: „Tunc Benedictus non suferens Romanum populum, eiusdem pontificatus sui honorem per cartulam refutavit Iohanni, archipresbytero S. Iohannis ad portam Latinam, suo patrino, in die Kal. Maias (a. 1045, v. infra Gregorii VI. regesta ad 20 Dec. 1046); cui posuerunt nomen Gregorius“. Vit. pont. ap. Muratori R. It. Scr. III. n. 341: „Et eum

		1045.	(pontificatum) vendidit — in die Kal. Maias“. Desiderii dial. L. III. l. l. p. 452: „Cumque se a clero simul et populo propter nequitias suas contemni respiceret, tandem reperto consilio — quia voluptati deditus ut Epicurus magis quam ut pontifex vivere malebat — cuidam Iohanni archipresbytero, qui tunc in Urbe religiosior ceteris clericis vivebat, non parva ab eo accepta pecunia, summum sacerdotium tradidit“. Bonizonis lib. ad amic. l. l.: „Benedictus cum post multa turpia adulteria et homicidia manibus suis perpetrata, postremo cum vellet consobrinam accipere coniugem, filiam sc. Girardi de Saxo, et ille diceret, nullo modo se daturum, ni renunciaret pontificatui ad quemdam sacerdotem Iohannem, qui tunc magni meriti putabatur, se contulit, eiusque se consilio semetipsum damnavit, pontificatuique renuntiavit; — idem sacerdos (Iohannes), accepta hac occasione, nefando ambitu seductus per turpissimam venalitatem omnemque Romanum populum, pecuniis ingentibus datis, sibi iurare coegit, — quem Gregorium vocaverunt“.
	In castellis suis		Desiderii dial. L. III. l. l.: „ipse vero in propriis castellis se recipiens, Urbe cessit“.
	In Tusculano	1046.	v. Lupum Protosp. 1046 ap. Pertz M. G. Scr. V. 59.
Dec. 20.	—		Synodus Sutrina „de Theophylacto (i. e. Benedicto IX.) supersedendum fore iudicat, maxime cum ipse, Romanus pontifex, se iudicaverit deponendum“. Bonizonis lib. ad am. p. 801. Cf. Annales Roman. p. 469, Annal. Corbeiens. 1046 ap. Pertz M. G. Scr. III. 6. De die synodi v. infra Gregorii VI. regesta.
		1047.	
Oct. —	Tusculi		Mortuo d. 9 m. Oct. Clemente II. (v. infra), „Benedictus, cum esset in civitate, quae vocatur Tusculana, per premii cupiditatem divisit Romanum populum“. Annal. Romani p. 469.
Nov. 8.	Romae		Pontificatum Romanum, adiutore Bonifacio, Tusciae marchione, denuo invadit. Vit. pont. e cod. Vat. ap. Muratori R. It. Scr. III. n. 344: „Benedictus IX. itaque iterum in pontificatum reversus est et tenuit eum menses 8 d. 9, id est a festivitate sanctorum quatuor coronatorum (8 Nov. 1047) usque in festum s. Alexii (16 Iul. 1048)“. Annal. Romani p. 469: „et sic reinvasit s. sedis apostolicae pontificium“ — „marchionem Bonifacium, cuius auxilio Benedictus receperat pontificium“.
		1048.	
Iul. 16.	Roma		Pellitur iussu Heinrici imperatoris a Bonifacii, Tusciae marchionis, legato. Annal. Romani l. l.: „Videns itaque Bonifatius, quia nihil proficeret, per suum legatum Benedictum eiectus est de pontificatu“. De die v. supra ad 8 Nov. 1047.
		SILVESTER (III.) antipapa. 1044 — 1046.	
		1044.	
c. Febr. 22.	—		Pontifex constituitur a Romanis, exacto Benedicto IX. V. supra Benedicti IX. regesta ad. Ian. 1044. Quem scimus circiter d. 10 m. April. pulsum esse, Silvestrum III. ad ecclesiae gubernacula sedisse dies 49, reperimus tum in Annal. Roman. ap. Pertz M. G. Scr. V. 468, tum in Vit. pont. e cod. Vat. ap. Muratori R. It. Scr. III. n. 341; unde eum coepisse c. 22 Febr. patet. — Desiderius in dial. L. III. ap. Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. IV. P. II. Silvestrum scripsit „tribus non amplius mensibus Romanae usum esse cathedrae successione“.
c. Apr. 10.	Roma		Pellitur. Annales Romani l. l.: „quo eiecto“ — Vitae pont. e cod. Vat. l. l.: „et eiectus est inde“. Desiderii dialogi L. III. l. l. p. 452: „urbe cum dedecore pulsus suum ad episcopatum (Sabinensem) reversus est“. Tempus liquet ex regestis Benedicti IX., qui pulso Silvestro die 10 m. Aprilis recepit pontificatum.
— —	Ad Sabinensem		Episcopatum revertitur. V. supra.

		1046.
—	In ecclesia S. Petri	V. Lup. Protosp. 1046 ap. Pertz M. G. Scr. V. 59.
Dec. 20.	—	In synodo Sutrina, quaestione orta de Sylvestro invasore ab omnibus iudicatur, episcopatu et presbyteratu nudatum in monasterio diebus vitae suae tradi. Bonizonis Lib. ad am. p. 801, cf. Annales Romanos p. 469; de die synodi v. Gregorii VI. regesta infra.
GREGORIUS VI. 1045—1046.		
		† Gregorii VI. bullae sunt scriptae p. m. Ioannis scriniarii et notarii nostri Lateranensis palatii (3133, 3134, 3138, 3139). datae p. m. Petri diaconi, bibliothecarii et cancellarii s. ap. sed. (al. sacri Later. pal.) (3138, 3139).
		1045. (<i>Ind. 13.—1. Sept.—14, pont. a. 1.</i>)
Mai. 1.	—	Pontificatum emit a Benedicto IX. V. supra huius regesta.
		(3133) Monasterii S. Petri Perusini possessiones et privilegia, petente Bonizone abbate, confirmat. Margarini Bull. Cas. I. 6, ubi bulla Gregorio IV. perperam tribuitur, Cocquelines I. 354. — „Quoniam si quid“.
Nov. —	—	(3134) Lamberto diacono et Gaudiolo presbytero, Corbuloque notario ecclesiam S. Alexandri Lucensem donat. (Gregorio VII. non recte adscripta). Memorie e docum. V. m. 674. — „Relatis supplicationibus“.
		1045—1046.
		(3135) Monasterii Farfensis privilegia confirmat. Chron. Farf. ap. Muratori R. It. Scr. II. n. 443, Cocqu. I. 355. — „Notum sit“.
		(3136) Monasterii Cluniacensis libertatem et possessiones, in his „eas res, quae per regale praecceptum a Chonrado rege collatae sunt, id est Romanum-monasterium“, petente Odilone abbate, confirmat, ea lege ut „dentur per quinquennium decem solidi ad urnam b. Petri“. Mém. et docum. de la société de la Suisse Rom. III. 425. — „Convenit apostolico moderamini“.
		(3137) Decernit, ut pro „clericis et laicis quamplurimis, quos Guillelmus, gloriosus Aquitaniae dux, ad suum auxilium incitare coeperit“, qui annum stipem ad sarta tecta ecclesiarum S. Petri et S. Pauli tuenda promiserint, a pontificibus Romanis „ter in anno cum omnibus Romanis ecclesiis generaliter missa celebretur et septies illorum specialiter memoria inter sacra missarum solemniam habeatur“. D'Achery Spic. III. 398, Mansi XIX. 611. — „Notum vobis“.
		1046. (<i>Ind. 14.—1. Sept.—15, pont. a. 1.—1. Mai.—2.</i>)
Febr. 18.	—	(3138) Ecclesiae Florentinae canonicis ecclesiam S. Donnini ea lege donat, ut quotannis auri solidum Palatio (Lateranensi) pendant. Ughelli It. sacr. III. 65, Cocqu. I. 354. — „Oportet“.
„ 26.	—	(3139) Monasterii S. Quintini Montis possessiones, Henrico Francorum rege per nuncium petente, confirmat. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 734, Collette Mém. du Vermand. I. 573, Gall. Chr. X. Instr. 363, Mansi XIX. 618, Cocqu. I. 353. — „Si iustis petitionibus“.
	In Laterano	V. Lup. Protosp. 1046 ap. Pertz M. G. Scr. V. 59.
Nov. —	Placentiae	Apud Heinricum III. regem. Herimanni Aug. Chron. 1046 ap. Pertz M. G. Scr. V. 126, Bonizonis Lib. ad am. p. 801, Arnulfi gesta archiep. Mediol. L. III. c. 3 ap. eund. VIII. 17.
Dec. 20.	Sutrii	In synodo Heinrici III. regis abdicat his verbis: „Ego Gregorius episcopus, servus servorum dei, propter turpissimam venalitatem symoniacae haereseos, quae antiqui hostis versutia meae electioni irrepsit, a Romano episcopatu iudico me submovendum“. Bonizonis lib. ad amic. p. 801, 802. Cf. Desiderii dial. L. III. p. 452. — Gregorius sedisse „annum 1 et m. 8 minus dies 11“ dicitur et in Annal. Roman. ap. Pertz M. G. Scr. V. 468 et in Vit. pont. ap. Muratori R. It. Scr. III. n. 441 (Desiderius in dial. perperam praebet a. 2 m. 8); quare tum

		<p>1046. (<i>Ind. 14.—1.Sept.—15, pont. a. 1.—1.Mai.—2.</i>) dies ille 1 m. Maii, quo emerat pontificatum Gregorius, ad annum 1045 pertinet, tum Sutrina haec synodus, quam „iuxta natalem domini“ anni 1046 gestam esse tradit Herimannus Aug. in chron. ap. Pertz M. G. Scr. V. 126, ad diem 20 m. Dec. revocanda est.</p>
—	In Germaniam	<p>1047. Deducitur ab Heinrico imperatore. Bonizonis lib. ad amic. p. 802, Vit. pont. e cod. Est. ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 441, Leonis chron. mon. Cas. L. II. c. 78 ap. Pertz M. G. Scr. VII. 683.</p>
—	Ad ripas Rheni	<p>10 . . . Moritur. Bonizonis lib. ad amic. p. 802.</p>
CLEMENS II. 1046—1047.		
<p>†Clementis II. bullae sunt scriptae p. m. Ioannis scriniarii et notarii nostri sacri Lateranensis palatii (3141, 3142, 3143, 3147, 3149). datae p. m. Petri diaconi, bibliothecarii et cancellarii s. apost. sed. (3141, 3142, 3149, 3150, 3151, 3152, 3153, 3154, 3155, 3156).</p>		
Dec. 24.	Romae in basilica b. Petri	<p>1046. (<i>Ind. 14.—1.Sept.—15, pont. a. 1.</i>) Eligitur in synodo, ab Heinrico III. rege convocata, „vigilia natalis domini“. Annales Romani ap. Pertz M. G. Scr. V. 469, Annal. Corbeiens. 1046 ap. eund. III. 6. Cf. Desiderii dial. L. III. ap. Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. IV. P. II. 452, Benzonis paneg. L. VII. c. 2 ap. Mencken. Scr. R. G. I. p. 1062.</p>
„ 25.	Romae	<p>Consecratur „in ipsa natalis domini die“; quo facto Heinricum imperatorem Agnetemque imperatricem coronat. Herimanni Aug. Chron. 1047 ap. Pertz M. G. Scr. V. 126, Lamberti Annal. 1047 ibid. p. 154, Annales Romani l. l., Annal. Corbei. 1046 l. l., Adalberti vit. Heinrici II. imp. c. 16 ap. eund. IV. 799, Benzonis paneg. L. VII. c. 2. p. 1062, Adami Gest. Hammab. eccl. pont. L. III. c. 7 ap. Pertz Scr. VII. 338.</p>
„ —	„	<p>(3140) *Heinrico imperatori et eius successoribus patriciatum asserit, ne aut Romani pontifices, aut qui regalia habeant episcopi ante acceptam investituram consecrentur. Annales Romani l. l.: „Itaque princeps, cernens Romanorum voluntatem, circulum, quod (quo?) ab antiquis Romani coronabant patricos, in capite posuit suo; et ordinationem pontificum ei concesserunt et eorum episcoporum regalia abentium: ut a nemine consecraretur, nisi prius a rege investiat. Almus pontifex una cum Romanis et religiosus patribus (sicut sanctus Adrianus papa et alii pontifices confirmaverunt per privilegii detestationem) sic per privilegii detestationem in potestate regis Heinrici, qui in presentia habetur, et futurorum regum patriciatum et cetera, ut supradictum est, sancivit, confirmavit et posuit“. Petri Damiani Disceptatio synodalis, Opp. III. 27: „Henricus imperator factus est patricius Romanorum, a quibus etiam accepit in electione semper ordinandi pontificis (Rom.) principatum“. Cf. Bonizonis Lib. ad amic. ap. Oefele R. B. Scr. II. 802.</p>
„ 29.	—	<p>(3141) Roingo, abbati monasterii S. Salvatoris Fuldensis, eiusque successoribus donat Romanum S. Andreae monasterium iuxta ecclesiam S. Mariae ad praesepe. Dronke Cod. dipl. Fuld. 356, (Mansi XIX. 624). — „Convenit apostolico moderamini“.</p>
„ 31.	—	<p>(3142) Monasterii Fuldensis privilegia confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. 357, Schannat Dioec. Fuld. 250, Cocqu. I. 356. — „Cura nos urget“.</p>
—	—	<p>1046—1047. (3143) Monasterium Omnium sanctorum de Insula, a Rogero episcopo Catalaunensi conditum, tuendum suscipit, privilegiisque muneratur. Gall. Chr. X. Instr. 153. — „Illa, quae postulantur“.</p>

		1046—1047.
—	—	(3144) Omnibus episcopis Galliae seu Aquitaniae, principibus et magnatibus monasterium Cluniacense ac possessiones eius commendat. Bullar. Clun. 12. — „Scitis fratres“.
—	—	(3145) *Parthenonis Nivellensis possessiones confirmat. V. Leonis IX. litteras ap. Miraeum Opp. dipl. I. 661, Cocq. I. 363.
—	—	(3146) *Monachis S. Mariae Vallis-pontis concedit, „ut foftrum nemini conditionaliter praebeant praeter papae“. V. Leonis IX. bullam ap. Muratori Ant. It. VI. 333.
		1047. (Ind. 15—1. Sept.—1, pont. a. 1, imp. Henrico a. 1.)
c. Ian. 5.	Romae	Synodus, in qua anathematizantur, qui „aut ecclesiarum consecrationem, aut clericatus ordinationem, aut archipresbyteratum, aut commendationes altarium, aut traditiones ecclesiarum, aut abbatias, aut praepositorum vendiderint“, Mansi XIX. 627. Praeterea Petrus Damianus in libro Gratissimo, c. 35, (Opp. III. 68) decessisse Clementem testatur: „ut quicumque a simoniaci consecratus esset in ipso ordinationis suae tempore, non ignorans simoniacum (esse) cui se obtulerat promovendum, quadraginta nunc dierum poenitentiam ageret et sic in accepti ordinis officio ministraret“. — De synodi die v. eam, quae sequitur, bullam.
Ian.	—	(3147) Ravennatis et Mediolanensis archiepiscoporum et patriarchae Aquileiensis litem testatur primo die synodi „circa nonas Ianuarias“ celebratae eatenus decretam esse, ut archiepiscopi Ravennates, nisi imperator assit, ad dextram pontificis Romani sedeant. Ughelli It. sacr. II. 361, Mansi XIX. 625, Cocqu. I. 357. — „Quod propulsis“.
—	—	(3148) *Wiboradam „praesente Theodorico Constantiensi episcopo canonizat, et pro sancta haberi praecipit et anniversarium ipsius diem solemnizandum instituit“. Casuum S. Galli cont. II. ap. Pertz M. G. Scr. II. 156.
Febr. 18.	(Salerni)	(3149) Quum archiepiscopatum Salernitanum a clero populoque et Guaimaro principe ad Ioannem, antea episcopum Paestanum, sine simonia delatum fuisse, „Salerni manens“ cognovisset, et pallium Ioanni tribuit et metropolitana eius privilegia confirmat. Baronii Annal. 1047, Ughelli It. sacr. VII. 378, Mansi XIX. 621, Cocqu. I. 357. — „Quotiens ita contigit“.
—	Beneventi	Leonis chron. mon. Cas. L. II. c. 78 ap. Pertz M. G. Scr. VII. p. 683: „Beneventum contendens (Henricus imperator), cum nolissent eum cives recipere, a Romano pontifice, qui cum illo tunc erat, civitatem eandem excommunicari fecit“. Cf. Annales Benevent. 1047 ap. eund. III. 179.
Apr. 19.	—	(3150) Monasterii S. Michaelis Bambergensis bona confirmat. Ussermann Ep. Bamb. C. Pr. 32, Cocqu. I. 358. — „Omne aedificium“.
„ 24.	—	(3151) Ecclesiae Hamburgensis privilegia confirmat, et Adalberto archiepiscopo rogatu Henrici imperatoris „super naccum equitandi licentiam“ concedit. Lappenberg Hamb. Urk. I. 72, Liljegren Dipl. Suec. I. 35. — „Convenit apostolico“.
Iul. 1.	—	(3152) Monasterii S. Trinitatis Vindocinensis, a Goffredo Andegavorum comite conditi, tutelam suscipit, possessiones confirmat, iura constituit, ea lege, ut duodecim monetae Andegavensis solidi b. Petro quotannis praestentur. Gall. Chr. VIII. Instr. 415, Ivonis Opp. II. 244, (Launoi Opp. III. i. 346). — „Quotiens filii“.
—	In monasterio S. Thomae	(iuxta fluvium Aposellam, in comitatu Pisauriensi) „valido corporis languore corripitur“. V. bullam subsequentem.
Sept. 24.	—	(3153) Petro abbati monasterii S. Thomae, iuxta fluvium Aposellam in comitatu Pisauriensi sibi, et eius successoribus quandam S. Petri terram concedit. „Valido“ inquit „corporis languore in vestro monasterio correptus, unde vix credo me evasurum, nisi dei misericordia et intercessio sanctissimi Thomae apostoli mihi succurrat, intra me revolvere coepi, quid possem sancto loco offerre pro salute animae meae“. Memorie della badia di S. Thom. in Foglia p. 135. — „Predestinatione dei“.
„ 24.	—	(3154) Ecclesiae Bambergensis bona confirmat, praefatus, „cum Romana sedes haeretico morbo laboraret et Henrici imperatoris praesentia ad hoc invigilaret, ut huiusmodi aegritudinem propulsaret, explosis tribus illis, quibus nomen papatus rapina dedisset“, se ex episcopo Bambergensi Romanum pontificem factum, „non tamen omnino a Bambergensi ecclesia separatam“ esse. (Signa chronologica praebet Lang Regesta I. 83). Adalberti vit. Henrici II. p. 799, Udalrici Bab. cod. c. 87 ap. Eccard Corp. hist. II. 81, Ussermann Ep. Bamb. cod. Prob. 34, Mansi XIX. 622, Cocqu. I. 359. — „Dispensatio seculorum“.

		1047. (<i>Ind. 15—1. Sept.—4, pont. a. 1, imp. Henrico a. 1.</i>)
Oct.	1. Romae (?)	(3155) Monasterium SS. Stephani et Viti Tharisiense, a sese conditum, tuendum suscipit et eius bona confirmat. Ussermann Ep. Bamb. C. Pr. 33 et Ep. Wirzeb. C. Pr. 19. — „Apostolicae sedis“.
”	1. —	(3156) Eberhardo, archiepiscopo Trevirensi, pallium mittit. ecclesiaeque eius privilegia confirmat. Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 124. — „Quod super oves“.
”	9. In monasterio S. Thomae	Moritur „VII id. Oct.“, Bernoldi Necrol. ap. Pertz M. G. Scr. V. 392, Mariani Scotti Chron. 1047 (1069) ibid. p. 557, Annales Rom. ibid. p. 469 et Vitae pont. e cod. Vat. ap. Muratori R. It. Scr. III. n. 344 Clementi m. 9 d. 16 (rectius 15) assignant. — Locum indicat Nicolaus I. in bulla monasterio S. Thomae iuxta fluvium Aposellam in comitatu Pisauriensi data ap. Mittarelli Ann. Cam. II. app. p. 173: „confirmamus praedicto monasterio omnem ipsam terram, quam dominus papa Clemens, qui ibi hobiit, obtulit“. Sed Herimannus Aug. in chron. 1047 p. 127 eum in „Romanis partibus“ cum vita commutasse mortem tradit. — Lupus Protosp. 1047 ap. Pertz M. G. Scr. V. 59: „in mense Iunio supradictus papa Benedictus (IX.) per poculum veneni occidit papam Clementem“.
DAMASUS II. 1048.		
		1047.
Dec.	25. Polethe	Eligitur ab Heinrico imperatore. Anselmi Gesta ep. Leod. ap. Pertz M. G. Scr. VII. 228: „et quoniam conditum erat, hanc electionem apostolici pontificis in natale dominico futuram —“. Lamberti Annales 1048 ap. eund. V. 154: „Imperator nativitatem domini Polethe celebravit; ibi legati aderant Romanorum — quibus imperator Bopponem Prisiensem (Brixinensem) episcopum assignavit“.
		1048.
Ian.	25. Ulmae	Cum Heinrico imperatore. V. huius diploma ap. Sinnacher Beitr. z. G. d. bisch. K. Säb. u. Brix. II. 395: „ob petitionem et devotum servitium nostri fidelis ac dilecti Brixinensis episcopo Bobponis“. Cave ex his verbis colligas, Popponem tum nondum designatum papam fuisse; ante consecrationem enim appellari nomine papali non erat moris.
—	— In Italiam	Pervenit ad Bonifacium, marchionem Tusciae, qui Romam perducere eum recusat. Annales Romani p. 469.
—	— Germaniam Romanam	Repetit. Annales Romani p. 469.
Iul.	16.17.	Perducitur a Bonifacio, Tusciae marchione, iussu Heinrici imperatoris. Annal. Romani I. 1, Bonizonis lib. ad amic. ap. Oefele R. B. Scr. II. 803. Cf. supra Benedicti IX. regesta.
”	17. Romae apud b. Petrum apostolum	Consecratur „die 17 mensis Iulii“. Annales Romani p. 469, cf. Herimanni Aug. Chron. 1048.
Aug.	9. Apud Praeneste	Moritur „V id. Aug.“, Necrol. Casin. ap. Muratori R. It. Scr. VII. 944. Cf. Desiderii dial. III. ap. Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. IV. P. II. 452, Annales Romani I. 1, Leonis chron. mon. Cas. p. 683, Bonizonis lib. ad amic. I. 1.

LEO IX. 1048—1054.

†In Leonis IX. bullis recepta haec sententia, duobus circulis inclusa, invenitur: „Misericordia domini plena est terra“ (3167, 3171, 3172, 3177, 3179, 3191, 3193, 3202, 3214, 3231, 3234, 3235, 3245, 3251, 3256, 3260, 3261, 3262, 3264).

Scriptae per quorum manus sint bullae, appositum nisi ter non reperimus:

p. m. Petri scriniarii sacri palatii (3158)

” ” Albini ” ” ” (3260, 2261).

		Datae bullae sunt a d. 26 Febr. 1049 ad d. 7 Sept. 1050: p. m. Petri diaconi, bibliothecarii et cancellarii s. ap. sed. (3158, 3160, 3161, 3163, 3164, 3165, 3168, 3169, 3171, 3172, 3173, 3174, 3177, 3179, 3484, 3182, 3183, 3184, 3187, 3188, 3189, 3191, 3192, 3193, 3195, 3196, 3197, 3199, 3200, 3201, 3202, 3204, 3205, 3206, 3208, 3210, 3211, 3214, 3216, 3217, 3221) — (Petrus obiit Lingonibus m. Oct. a. 1050, v. chron. S. Petri vivi ap. D'Achery Spicil. II. 424). a d. 22 Oct. 1050 ad d. 16 Ian. 1051: p. m. Udonis Tullensis ecclesiae primicerii, cancellarii et bibliothecarii s. ap. sed. (3223, 3224, 3225, 3226, 3227, 3228, 3231, 3232, 3233). a d. 12 Mart. 1051 ad d. 21 Dec. 1053: p. m. Friderici diaconi et bibliothecarii ac cancellarii s. ap. sed. vice (domini) Herimanni archicancellarii et Coloniensis archiepiscopi (3234, 3237, 3238, 3239, 3240, 3241, 3243, 3244, 3245, 3247, 3248, 3249, 3250, 3251, 3253, 3254, 3255, 3256, 3257, 3258, 3259, 3260, 3261, 3262, 3264, 3265, 3266, 3269) (p. m. archicancellarii et bibliothecarii s. sed. ap. Herimanni Coloniensis archiepiscopi (3289, 3290).
		1048.
Dec.	Wormathiae	Eligitur ab Heinrico imperatore, praesentibus Romanorum legatis. Wiberti vita Leonis L. II. c. 2 ap. Mabillon Acta SS. O. B. saec. VI. P. II. 68, cf. Gesta ep. Tull. c. 41 ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 645.
25.	Tulli	„Celebratis ergo in sede civitatis Leucorum duobus dominicae nativitatis diebus (25, 26 Dec.), in tertio (27 Dec.) iter Romam aggreditur“. Anselmi hist. dedicationis eccl. S. Remigii Remensis ap. Marlot Metrop. Rem. II. 91, cf. Wiberti vit. Leonis L. II. c. 2.
26.	„	V. supra.
27.	„	Proficiscitur Romam versus. V. supra.
		1049. (Ind. 2.—1. Sept.—3, pont. a. 1.)
Jan.	Vesontione	Bonizonis librum ad amicum ap. Oefele R. B. Scr. II. p. 803: „Veniente itaque eo Vesuntium“.
„	Ap. urbem Augustam	Wiberti vita Leonis L. II. c. 2.
„	Populcii	Wiberti vit. Leon. L. II. c. 2.
„	sup. Teronem	(fluvium) Wiberti vit. Leonis L. II. c. 2.
Febr. 12.	Romae	Consecratur. Wiberti vit. Leonis L. II. c. 2: „dominica quadragesimalis initii, pridie idus Februarii, apostolicae cathedrae inthronizatur“. Anselmi Hist. dedicationis eccl. S. Remig. Rem. ap. Marlot M. R. II. 91: „apostolicae dignitatis infulis insignitus in Ypapanti domini (d. 2 m. Febr.) in cathedra b. Petri inthronizatur“. Cf. Pagii crit. ad Baron. anal. 1049, ubi consecratio distinguitur ab inthronisatione. Sed Leonem die 3 Febr. consecratum nondum fuisse, docet bulla eius in Memorie e doc. V. 661: „dat. III. non. Febr. a. pont. 3, ind. 5 (i. e. a. 1052)“. Anonymus in Vit. S. Leonis ap. Borgia Mem. ist. di Benevento II. 313 cum perperam tradit „in epiphania domini“ (d. 6 m. Ianuar.) consecratum esse. (3157) *Halinardum, archiepiscopum Lugdunensem, omnesque Galliae episcopos vocat ad synodum Romae celebrandam. V. Chron. S. Benigni Divion. ap. Pertz M. G. Scr. VII. 237.
26.	„	(3158) Monasterii Farsensis possessiones et privilegia confirmat. Muratori R. It. Scr. II. n. 585, Margarini Bull. Cas. II. 83, Cocqu. I. 380. — „Cum pie“.
Mart. 12.	ap. S. Petrum	„In dominica passionis“. V. infra bullam 3161.
„	In monte Gargano	Leonis Chron. mon. Casinensis ap. Pertz M. G. Scr. VII. 683: „Eodem anno, quo ordinatus est, orationis gratia montem Garganum adiit“.
„	19 In Casinensi	(Monasterio) „in ipsa festivitate palmarum“. Leonis Chron. mon. Cas. I. 1.
„	20. Ecclesiam S. Mauricii	(Apud insulam, quae Limata vocatur) consecrat „die altero“. Leonis Chron. mon. Cas. I. 1.

1049. (Ind. 2.—1. Sept.—3, pont. a. 1.)		
Mart. 26.	Romae	(3159) *Consecrato Oudalrico Augiae-divitis abbate, monasterii privilegia confirmat „in proximo pascha, VII. Kal. Apr.“ V. Herimanni Aug. Chron. 1049 ap. Pertz M. G. Scr. V. 128.
„ 26.	—	(3160) Monasterii S. Mariae Vallis-pontis libertatem, possessiones, privilegia confirmat. Muratori Ant. It. VI. 333. — „Quia ad hoc“.
Apr. 9-15.	Romae in ecclesia S. Salvatoris	Synodum „in ebdomada post albas cum Italiae episcopis maxime contra simoniacam haeresim celebrat“. Herimanni Aug. Chron. 1049; cf. Mansi XIX. 721, bullam 3165, Anonymi vit. Leonis p. 314, Wiberti vit. Leonis L. II. c. 4, Bonizonis libr. ad am. p. 803.
„ 13.	Romae	(3161) „In synodo circa (d.) XVII. post paschalem diem“ ecclesiae Trevirensis primatum Galliae Belgicae confirmat, praefatus, privilegia Trevirensia „in ecclesia S. Petri in dominica passionis (i. e. d. 12 Martii)“ recitata, Eberhardumque archiepiscopum „pro investitura primatus“ Romana mitra a sese ornatum esse. Constituit, ut archiepiscopus Romam et legatos quotannis mittat, et ipse tertio quoque anno accedat. (Subscripserunt episcopi 12.) Brower et Masen Ant. et Ann. Tr. I. 526, Hontheim H. Tr. I. 186. — „Aeternum divinae“.
„ 13.	Laterani	(3162) Catvallon, abbati Rotonensi, Bellam-insulam asserit. (De anno v. Chron. Kemperleg. 1049 ap. Baluz. Misc. I. 265.) Morice Mém. pour servir à l'hist. de Bret. I. 396. — „Suscepti nos officii“.
„ 17.	—	(3163) Eberhardo, archiepiscopo Trevirensi, asserit cellam Quatuor-Coronatorum archiepiscopis Trevirensibus a Benedicto VII. (v. supra 2894) collatam. Gesta Trev. ed. Wyttenbach et Müller I. 150. — „Quia licet indigni“.
„ 18.	—	(3164) Monasterii S. Salvatoris Septimiani libertatem et privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. III. 68, Cocqu. I. 361. — „Convenit apostolico“.
„ 22.	—	(3165) Ioannem, ex Tuscanensi factum episcopum Portuensem, testatur a synodo in ecclesia S. Salvatoris sancitum esse. Ecclesiae Portuensis bona confirmat. (Subscripserunt episcopi 16.) Ughelli It. sacr. I. 120, Marini I papiri 84, Mansi XIX. 680, Cocqu. I. 368. — „Supplicantium desideriis“.
—	—	(3166) Richerio, abbati Casinensi eiusque successoribus sandaliorum et dalmaticae chirothecarumque usum concedit, monasteriique privilegia confirmat. V. Leonis chron. mon. Cas. L. II. c. 79 p. 683, cf. ibid. not. 23. (Huius bullae videtur fragmentum esse, quod edidit Tosti St. di Montec. I. 255. — „Convenit apostolico“.)
—	—	(3167) Richerio, abbati Cassinensi, eiusque successoribus monasterium Ierusalem, quod dicitur S. Crucis, Romae situm, „praesenti secunda indictione“ subiicit. Montfaucon Diar. Ital. 326, Gattula Hist. Cas. 252, Cocqu. I. 387. — „Creditae speculationis“.
Mai. 7.	—	(3168) Ecclesiae Veronensis canonicorum possessiones et privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. V. 761, Cocqu. I. 361. — „Convenit apostolico“.
„ 14-20.	Papiae	Synodus „in ebdomada pentecostes“. Herimanni Aug. Chron. 1049.
„ 20.	—	(3169) Monasterii S. Mariae Castellionensis bona confirmat. Affò St. di Parma II. 322. — „Convenit apostolico“.
—	—	(3170) *Monasterii Nonantulani privilegia confirmat. V. Muratori Ant. It. V. 680, Tiraboschi St. di Non. I. 104.
Mai. Iun.	Per montem Iovis	V. Herimanni Aug. Chron. 1049.
Iun. 10.	—	(3171) Monasterii Cluniacensis possessiones et privilegia confirmat. Bibl. Cluniac. 1824, Bullar. Cluniac. 12, Mansi XIX. 683, Cocqu. I. 362. — „Convenit apostolico“.
„ 13.	—	(3172) Monasterii Fuldensis possessiones et privilegia confirmat. Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 163, Dronke Cod. dipl. Fuld. 359, Cocqu. I. 387. — „Convenit apostolico“.
„ 29.	Coloniae	Cum Henrico imperatore „in apostolorum Petri et Pauli natalitio“, Anselmi hist. dedicationis ecel. S. Remigii Remensis ap. Marlot M. R. II. 91. „Festum S. Petri“, Annales Brunwillar. 1049 ap. Pertz M. G. Scr. I. 100.
Iul. 5.	„	Diploma Heinrici imperatoris ap. Schoepflin Als. dipl. I. 162.: „apostolico domino papa Leone, qui tunc temporis, ubi istud factum est, nobiscum fuerat Coloniae“.
„ —	Aquisgrani	Cum Heinrico imperatore. V. Herimanni Aug. Chron. 1049.
„ 27.	—	(3173) Parthenonis Nivellensis possessiones et privilegia corroborat. Miraei Opp. dipl. I. 661, Cocqu. I. 363. — „Noverint tam posterii“.

		1049. (<i>Ind. 2—1.sept.—3, pont. a. 1.</i>)
Sept.	3.	Maguntiae (3174) Monasteriorum Stabulensis et Malmundariensis possessiones iuraque confirmat. Martene Coll. II. 67, Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 735, Cocqu. I. 364, (Chapeauville Gest. ep. Tung. II. 574). — „Tunc summae“.
„	14.	Tulli „In exaltatione dominicae s. crucis“. Anselmi Hist. dedic. eccl. S. Remig. Rem. ap. Marlot M. R. II. 91.
—	—	„ (3175) Petente Milone, monasterii S. Bercharii Dervensis abbate, ecclesiae in vico Villa libertatem tribuit. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 737, Cocqu. I. 360. — „Ego dei clementia“.
—	—	„ (3176) *Episcopos abbatesque vocat ad synodum, in ecclesia S. Remigii Remensi gerendam. V. Anselmi hist. dedic. eccl. S. Rem. Rem. I. I.
Sept.	28.	In villa Curmolensi „Vigilia festivitatis S. Michaelis“. Anselmi Hist. dedic. eccl. S. Remigii Remensis p. 92.
„	29.	Remis (in ecclesia S. Remigii, deinde in templo Mariano, tum in maiori palatio) „die sequenti“. Anselmi Hist. ded. eccl. S. Rem. I. I.
„	30.	„ (in ecclesia S. Remigii) „die subsequenti“. Anselmi Hist. dedic. I. I.
Oct.	1.	(„) (3177) Parthenonis S. Mariae Portus-suavis, a Bertholdo quondam episcopo Tullensi construi coepti, ab ipsoque perfecti, possessiones et privilegia confirmat. (Pro „a. pont. 2“ leg. „1“). Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 432, Gall. Chr. XIII. Instr. 467. — „Perspicue cognoscimus“.
„	1.	„ In ecclesia S. Remigii, ubi sancti huius corpus elevatur. Anselmi Hist. dedic. I. I. 94: „Mane autem facto cet.“
„	2.	„ Ecclesiam S. Remigii dedicat „sexto nonas Octobris“. Anselmi Hist. dedic. I. I. 95 et 102.
„	2.	„ (3178) *Diem dedicatae ecclesiae S. Remigii (2 Octobris) „celebrem esse praecipit per Remensis episcopi confinia“. V. Anselmi hist. dedic. eccl. S. Rem. p. 96.
1057. (Ind. 10—1. Sept.—11, pont. a. 2—13. Apr.—3.)		
—	—	(3306) *Waltero, abbati Stirpensi „auctoritatem iudicandi de omnibus . . . confert“. V. Chron. Willelmi Godelli 1057 ap. Bouquet Rec. XI. 283.
Ian.	9.	(3307) Ecclesiam SS. Simonis et Iudae Goslariensem sedis Romanae ditioni subiungit, privilegisque donat, ac possessiones eius confirmat. Heineccii Ant. Gosl. 63, Mader Antiqu. Brunsv. 224. — „Sancti propositi“.
Febr.	9.	(3308) Monasterii Fuldensis privilegia, postulante Echberto abbate, confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. 364, Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 166. — „Convenit apostolico moderamini“.
c. Febr.	12.	E Germania In Italiam versus proficiscitur „incipiente quadragesima“. Ekkehardi Chron. Wirzib. ap. Pertz M. G. Scr. VI. 31.
c. Mart.— Apr.	18.	In Tuscia In basilica Constantiniana V. Leonis Chron. Mon. Cas. p. 690. Concilium generale, in quo Marsorum episcopatus, a „Theophylacto dicto papa“, (Benedicto IX.) in duas partes divisus, in integrum restituitur „14 Kal. Mai. Ind. X“. V. bullam Stephani IX. ap. Ughelli It. sacr. I. 899, Mansi XIX. 863.
„	25.	(3309) Ecclesiae Trevirensis privilegia, petente Eberhardo archiepiscopo, confirmat. Gest. Trev. ed. Wyttenbach et Müller I. 151, Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 134. — „Iustis ac deo“.
„	27.	Laterani In capella S. Laurentii „dominica quarta post pascha“. V. Victoris bullam ap. Gattula Hist. Cas. p. 146.
Mai.	8.	(3310) Humberto, episcopo Silvae-candidae, eiusque successoribus concessum a suis decessoribus privilegium confirmat, ut certis diebus, quorum numerum ipse auget, percipiant, „quidquid auri, argenti, pallii, seu cerae vel quarumcumque rerum omnino iactatum vel positum fuerit, vel oblatum in toto altari maiori S. Petri, sive in eius venerabili confessione“. Ughelli It. sacr. I. 109, Bull. Vatic. I. 37, Marini I. papiri 86, Mansi XIX. 835, Cocqu. I. 394. — „Officii nostri“.
„	13.	(3311) Monasterii S. Bertini Sithiensis possessiones, libertatem, privilegia confirmat. Collect. des Cartulaires III. 180. — „Convenit apostolico moderamini“.
Iun.	14.	In Tuscia „Sabbato in ieiunio Iunii mensis“ Fridericum, electum monasterii Casinensis abbatem, ordinat presbyterum cardinalem tit. S. Chrysogoni. Leonis Chron. Mon. Cas. p. 692.
„	24.	„In nativitate S. Iohannis“ Fridericum abbatem Casinensem consecrat. Leonis Chron. Mon. Cas. p. 692.
(„)	—	(3312) Fridericum, in locum Petri suffectum abbatem Casinensem sancit, sandaliorumque et dalmaticae usum ei concedit. Monasterii bona et privilegia confirmat „praesenti decima indictione“. Gattula Hist. Cas. 145, Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 744, Cocqu. I. 390. — „Pastoralis sollicitudinis“.
Iul.	7.	Ast (3313) Winimannum, archiepiscopum Ebredunensem, consecrat et pallio crucisque vexillo donat, atque iura eius confirmat. (Praeter cardinales duos subscripserunt episcopi 13.) Hist. Patr. Mon. Script. p. 333—339. (Gall. Chr. III. Instr. 177, Bouche L'hist. de Prov. II. 74, Mansi XIX. 858, Cocqu. I. 393.) — „Sanctae Romanae“.
„	23.	In Tuscia „Festivitate S. Apollinaris“. Leonis Chron. Mon. Cas. p. 692.
„	28.	apud Arrium Tusciae civi- tatem Moritur „5 Kal. August“. Gundechari lib. pont. Eichst. ap. Pertz M. G. Scr. VII. 245, Anonymus Haserensis p. 266, Lamberti Annal. 1057, Bernoldi Necrol. ap. eund. V. 392, Mariani Scotti Chron. 1057 (1079) ibid. p. 558.

STEPHANUS X. 1057—1058.

†Stephanus X. in bullis hac sententia usus est: „Ipse est pax nostra“ (3316, 3319).
Scriptae bullae eius sunt per manum
Gregorii notarii et scriniarii S. R. E. (3316, 3317, 3318, 3320, 3323).

		Datae p. m.
		Humberti s. ecclesiae Silvae-candidae episcopi, et bibliothecarii sanctae Romanae et apostolicae sedis (3316, 3317, 3318, 3319, 3320, 3323).
1057. (Ind. 10.—1. sept.—11, pont. a. 1.)		
Aug.	2.	In basilica b. Petri ad vincula
	3.	In basilica b. Petri (Romae)
Sept. Oct.	—	—
Oct.	18.	Romae
Nov.	2.	—
	22.	—
Aug. Nov.	—	—
Nov.	30.	In monasterio Casinensi
Dec.	9.	In castro Casino
	—	—
	—	—
	—	(In monasterio Casinensi)
Febr.	10.	—
Mart.	6.	Romae
	—	—
	8?	—

Eligitur, „festo S. Stephani“. Leonis Chron. Mon. Cas. ap. Pertz M. G. Scr. VII. 693. Cf. Annal. Roman. ap. eund. V. 470, Ekkehardi Chron. Wirzib. ap. eund. VI. 31 et Sigeberti Chron. 1059.

Consecratur „die altera“. Leonis Chron. Mon. Cas. l. l.

(3314) Praepositum monasterii Casinensis cum monachis 12 venire ad sese iubet. V. Leonis Chron. Mon. Cas. l. l.

(3315) Gervasio, archiepiscopo Remensi, de pontificatu gratulanti respondet. „De concilio Remis habendo“ inquit „quid aliud dicendum, nisi quod b. m. dominus Victor dei iudicio hinc est raptus, et quod tu, sicut inter nos convenit, non remandasti, an in hoc esset regis consensus“. De archiepiscopo Bituricensi se reverso Hildebrando acturum. Hortatur, ut adversariorum iniurias „pro fidelitate s. Rom. ecclesiae immo pro sanctorum canonum defensione“ patienter ferat. Opem pollicetur. Ad synodum „quinto decimo die post s. pascha“ (d. 8 Maii a. 1058) Romae celebrandam eum una cum suffraganeis accedere iubet. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 198, Bouquet Rec. XI. 491, Mansi XIX. 862. — „Promotioni nostrae“.

(3316) Clero episcopatus Lucensis, rogatu episcoporum quorundam et Hildebrandi Rom. ecclesiae subdiaconi, concedit: „ut deinceps a nulla magna parvaque persona hominum ad saecularia iudicia pertrahantur“. Possessionibus eorum immunitatem tribuit, statuitque, „ut eorum advocatus non aliter nisi solus iuret sine ulla contradictione, sicut in sancta Romana ecclesia agatur“. Muratori Ant. It. V. 973, Mansi XIX. 865. — „Si erga fidelium“.

(3317) Monasterii S. Petri Perusini possessiones et privilegia confirmat. Margarini Bull. Cas. II. 89, Cocquel. I. 396. — „Cum universalis“.

(3318) Canonicorum Aretinorum bona, petente Arnaldo episcopo, confirmat. Lami Eccl. Fl. M. I. 693, Ughelli It. sacr. I. 416, Cocqu. I. 397. — „Convenit apostolico“.

„Frequentibus synodis clerum Urbis populumque convenit, maxime pro coniugiis clericorum ac sacerdotum, nec non et consanguinearum copulationibus destruendis nimio zelo decertans“. Leonis Chron. Mon. Cas. p. 693, cf. Petri Damiani opusc. XVIII., Opp. III. 203.

„In festivitate s. Andreae“; manet ibi usque ad diem 10 m. Febr. a. 1058. Leonis Chron. Mon. Cas. p. 693.

(3319) Episcopatus Marsorum, a Victore II. in pristinum restituti, fines possessionesque, petente Pandulpho episcopo, confirmat. Phoebonii Hist. Marsorum p. 214, Ughelli It. sacr. I. 889, Mansi XIX. 863, Cocqu. I. 397. — „In specula“.

(3320) Monasterii S. Prosperi Regini disciplinam, possessiones, privilegia confirmat. Margarini Bull. Cas. II. 90. — „Quemadmodum regi“.

(3321) *Populum Mediolanensem, ab Arialdo et Landulfo in clericos coniugatos et simoniacos incitatum, „quiescere, et (Widonem) archiepiscopum super hac re synodum congregare apostolicis iubet apicibus“. Arnulfi gesta archiep. Med. L. III. 12, ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 20.

1058. (Ind. 11, pont. a. 1.)

(3322) *Ad imperatorem (Graecorum) cum litteris mittit Stephanum cardinalem et Mainardum et Desiderium, electum monasterii Casinensis abbatem. V. Leonis Chr. Mon. Cas. p. 703.

„Festivitate S. Scolasticae“. Leonis Chron. Mon. Cas. p. 693.

(3323) (in palatio Lateranensi). Monasterii Cluniacensis possessiones iuraque, petente Hugone abbate, confirmat. Bullar. Cluniac. 15. — „Ad hoc deo auctore“.

Alfanum, ecclesiae Salernitanae electum, presbyterum consecrat „in ieiunio Martii“. Leonis Chron. Mon. Cas. p. 694.

Alfanum archiepiscopum Salernitanum consecrat „sequenti dominica“. Leonis Chron. Mon. Cas. p. 694.

		1058. (Ind. 11, pont. a. 1.)
Mart. —	Romae	(3324) * (Ioanni) praeposito Casinensi mandat, „ut omnem ecclesiae thesaurum, in auro dumtaxat atque argento, festinanter sibi et quam possit latenter per se ipsum deferat; multo potiora his in brevi se retransmissurum promittens“. V. Leonis Chron. Mon. Cas. p. 694.
„ —	„	(Synodus.) „Congregatis intra ecclesiam episcopis, civibus Romanis, clero et populo, hoc sub districti anathematis excommunicatione statuit, ut, si eum de hoc saeculo migrare contingat, antequam Hildebrandus, Romanae ecclesiae subdiaconus, ab imperatrice redeat, papam nullus eligat“. Petri Damiani ep. L. III. 4, Opp. I. 45, Leonis Chron. Mon. Cas. p. 694, cf. Vit. pont. e cod. Vat. ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 357, Bonizonis libr. ad am. p. 806.
(„) —	—	(3325) Monachis Cluniacensibus scribit de sua erga eos benevolentia. Addit haec: „Nostrum autem dilectissimum filium (Hugonem abbatem) charitative nobiscum usque ad synodum retinimus“. Bullar. Cluniac. 16. — „Quamvis pro nostrae“.
„ —	In Tusciam	Proficiscitur ad fratrem, Gotfridum ducem. Leonis chron. mon. Cas. p. 694: „disponebat autem fratri suo Gotfrido apud Tusciam in colloquium iungi, eique, ut ferretur, imperialem coronam largiri; demum vero ad Normannos Italia expellendos una cum eo reverti; — dehinc ipse in Tusciam properans —“. Annal. Romani ap. eund. V. 470: „Thesaurum, quod ipse a Constantinopolim conduxit, per vim Romani illum abstulerunt; unde in ira commotus de Roma egressus est; cepit iter, ut notificaret suo germano; Tunc Romani peterriti metu, direxerunt post eum Bracutum Transiberinum nomine S em, qui in dicto itinere ut fertur venenum dedisse; et mortuus est“.
„ 29.	Florentiae	Moritur IV. Kal. Aprilis. Leonis Chron. Mon. Cas. p. 694, Necrol. Cas. ap. Muratori R. It. Scr. VII. 941, Lamberti Annales 1058, Bernoldi Necrol. ap. Pertz M. G. Scr. V. 391, Mariani Scotti Chron. 1058 (1080), ibid. p. 558. Cf. Vitas S. Hugonis in Bibl. Cluniac. 418, 439.

BENEDICTUS X. 1058—1059.

		1058.
Apr. 5.	Romae	Eligitur et inthronizatur „nocturno tempore“ a Gregorio de Alberico comite Tusculanensi, Girardo Rainerii filio comite Galeriae, filiisque Crescentii de Monticelly. Leonis Chron. mon. Cas. ap. Pertz M. G. Scr. VII. 695, Annales Romani ap. eund. V. 470, Lamberti Annal. 1058 ibid. 159, Bonizonis lib. ad amic. ap. Oefele R. B. Scr. II. 806. — Benedicto quum in Vit. pont. e cod. Vat. ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 357 aliisque catalogis m. 9 d. 20 attribuantur, et Nicolaum II. sciamus d. 24 Ian. 1059 consecratum esse, Benedicti inthronizatio ipso dominico die 5 Aprilis a. 1058 accidisse censenda est.
— —	—	(3326) * Stigando archiepiscopo Cantuariensi, pallium mittit. Willelmi Malmesbir. Gest. reg. Angl. L. II. ed. Hardy I. 341, ed. Savile p. 46; et gesta pont. Angl. L. I. ap. Savile R. A. Scr. p. 116 ^b .
		1059.
c. Ian. 24.	Patriarchio	Lateranensi egreditur paulo ante Nicolai consecrationem. Annales Romani p. 471.
Ian. —	In castro	Passarani, apud Regem, filium Crescentii praefecti. Annales Romani p. 471.
Ian. Febr.	Galeriae	Annales Romani p. 471.
Mart. ? —	„	Obsidetur a Nicolao II. et Romanis Normannisque. „Triginta vero ex nobilibus Romanis et securitatis sacramenta fecerunt de vita, de membris, de mala captione, et ut securus in Urbe viveret ipse cum suis rebus“. Annales Romani l. I.
„ —	Romae	„Exiit se pontificalibus vestimentis et reversus est Romam in domum suam; et ibi mansit diebus triginta“. Annales Romani l. I.
Apr. —	In basilica Constantiniana, in ecclesia Salvatoris	In synodo Nicolai deicitur. Annales Romani p. 471: „Postea vero Ildibrandus archidiaconus per vim eum apprehendit et secum duxit in basilica Constantini in ecclesia salvatoris, ubi concilium ordinatum est ante pontifice Nykolao. Dicitur vero Benedictus cum ante dictum pontificem Nykolaum venisset ante altare ex-

1059.

poliavit eum sacerdotalibus vestimentis et nudus in medio conventus, posuit scriptum in manus suas, ubi erant scripta omnia crimina et peccata, que iniqui homines agunt; — et tunc deposuerunt eum“.

— — In hospitio „Miserabiliter vivit; et privaverunt eum omni divino officio, ita ut non esset ausus in preverterio ingredi ad laudes et obsequia deo retendas. — Vixit autem usque ad pontificatum Ildibrandi, qui Gregorius (VII.) nominatus est“. Annal. Romani p. 472. Cf. Leonis chron. mon. Cas. ap. Pertz M. G. Scr. VII. 705: „Qui (Nicolaus II.) invasorem cum omnibus suis fautoribus excommunicans, tandem illum in communionem recepit atque apud ecclesiam S. Mariae, quae a Romanis Maior vocatur, sacerdotali privatum officio manere constituit“.

NICOLAUS II. 1059—1061.

† In bullis anni 1060 Nicolaus Florentinum calculum secutus initium anni a die 25 m. Martii cepit, ut quae ante eum diem scriptae sunt, eae annum inc. dom. 1059 praebeant (3349, 3350, 3351, 3352, 3353).

Sententiam in bullis eius reperimus hanc: „Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis“. (3348, 3352, 3355, 3369).

Testes subscripserunt:

Bonifacius, Albanensis episcopus (3349, 3350, 3352)

Bonifacius, Gabinensis episcopus (3350)

Petrus, Gabinensis episcopus (3355)

Petrus, Lavicanensis episcopus (3349, 3352)

Petrus, dictus Ostiensis episcopus (al. peccator monachus) (3343, 3349, 3350, 3352, 3355)

Ioannes, Portuensis episcopus (3349, 3350, 3252, 3355)

Bruno, Praenestinus episcopus (3349, 3350, 3352, 3355)

Humbertus, dictus s. ecclesiae Silvae-candidae episcopus (3343)

Desiderius presbyter cardinalis R. E. ex tit. S. Caeciliae (3350, 3352)

Stephanus „ „ „ tit. S. Chrysogoni (3350, 3355)

Hildebrandus S. R. E. archidiaconus (3343, 3350, 3351, 3352).

Scriptae bullae sunt per manum

Octaviani scriniarii et notarii S. R. E. (al. sacri palatii) (3328, 3329, 3330, 3333, 3354, 3356, 3357, 3366, 3368)

Crescentii notarii et scriniarii S. R. E. (3335)

Iohannis scriniarii S. R. E. (3355).

Datae p. m.

Humberti dicti episcopi ecclesiae Silvae-candidae et bibliothecarii S. R. et apost. sed.

(3328, 3329, 3330, 3333, 3334, 3335, 3344, 3345, 3346, 3347, 3348, 3349,

3350, 3351, 3352, 3353, 3354, 3355, 3356, 3357, 3366, 3367, 3368, 3369)

Bernardi episcopi s. ecclesiae (3370).

1058—1059.

— — Senae Eligitur. Bonizonis Lib. ad am. p. 806, Benzonis paneg. L. VII. c. 2 p. 1063.

1059. (Ind. 12—1. Sept.—13, pont. a. 1.)

(Ian.) — Sutrii Synodus, in qua de Benedicto X. „periuro et invasore tractatur“. Bonizonis lib. ad am. p. 806.

„ — Transtiberi V. Annales Romanos p. 471; cf. Leonis Chron. mon. Cas. p. 705: „Romam mensem iam Ianuario venit“.

„ — In Lycaonia insula. V. Annales Romanos p. 471.

„ 24. in patriarchio Lateranensi Consecratur. Annales Romani l. l. Dominico diei 24 Ianuarii illiganda Nicolai consecratio est. Quem enim constat naturae die 27 m. Iulii a. 1061 concessisse, ei in Vit. pont. e cod. Vat. et Est. ap. Muratori R. It. Scr. III. n. 357 anni 2 m.

			1059. (<i>Ind. 12.—1. Sept.—13, pont. a. 1.</i>) 6 d. 1 (rectius opinor: d. 3) assignantur; cf. catt. Pagan. 4 et 6. (Ceterum post d. 20 Ian. 1059 consecratum eum esse, apparet etiam ex eius bulla ap. Lami Eccl. Fl. Mon. II. 934: „Dat. 13 Kal. Febr. a. inc. 1059 (nobis 1060) a. pont. 1 ind. 13.“)
—	—	—	(3327) * Arnaldum, episcopum Aretinum, vocat ad synodum Romae celebrandam. V. tabulam ap. Mansi XIX. 917.
Febr.	—	—	„Cum ipsis (Normannis) et cum Romano exercitu — perrexit Galeriae ad obsidendam ac expugnandam eam. — Galeria vero quia erat fortissima, nil agere potuerunt“. Annales Romani p. 471.
„	22.	Romae	(3328) Monasterii S. Petri Perusini possessiones ac privilegia confirmat. Margarini Bull. Cas. II. 92. — „Cum universalis“.
„	—	Farfae	Leonis Chron. mon. Cas. ap. Pertz M. G. Scr. VII. 705.
Mart.	2.	Spoletii	(3329) Monasterii S. Vincentii Vulturvensis privilegia possessionesque confirmat. Muratori R. It. Scr. I. n. 514, Cocqu. I. 401. — „Etsi omnibus“.
„	6.	Auximi	„Secundo quadragesimae sabbato, pridie nonas Martii“ Desiderium, electum abbatem Casinensem, ordinat cardinalem presbyterum. Leonis Chron. mon. Cas. I. I.
„	7.	„	„Sequenti dominica“ Desiderium abbatem Casinensem consecrat. Leonis Chron. mon. Cas. I. I.
„	8.	„	(3330) Monasterii Casinensis possessiones ac iura confirmat, Desiderioque abbati varia privilegia tribuit. Gattula Hist. Cas. 147 et Access. 159, Tosti St. di Montec. I. 395, Cocquelines I. 401. — „Pastoralis sollicitudinis“.
„	25.	„	(3331) Monasterii S. Petri Ariminensis possessiones confirmat et auget ea lege, ut denarii XII quotannis actionariis apostolicae sedis persolvantur. (Excerptum). Fantuzzi Mon. Rav. VI. 241.
„?	—	ant. Galeriam	Benedictum X. obsidet. Annales Romani p. 471. cf. Bonizonis librum ad am. p. 806.
Apr.	4.	Romae	„Pascha“. Leonis Chron. Cas. p. 705.
„	13.	in basilica Lateranensis patriarchii Constantini- ana	(3332) Synodus episcoporum 113, in qua haec constituit: „ut obeunte huius Rom. universalis ecclesiae pontifice, inprimis cardinales diligentissima simul consideratione tractantes, (salvo debito honore et reverentia Heinrici, qui in praesentiarum rex habetur, et futurus imperator speratur, sicut iam mediante eius nuntio Longobardiae cancellario Wiberto concessimus, et successorum illius, qui ab hac apostolica sede personaliter hoc ius impetraverint), ad consensum novae electionis accedant; ut nimirum religiosi viri cum rege Heinrico praeduces sint in promovenda pontificis electione, reliqui autem sequaces. Eligant autem de ipsius ecclesiae gremio, si reperitur idoneus, vel si de ipsa non invenitur, ex alia assumatur. Quod si pravorum atque iniquorum hominum ita perversitas invaluerit, ut pura sincera atque gratuita electio fieri in Urbe non possit, licet pauci sint, ius tamen potestatis obtineant eligendi apostolicae sedis pontificem, ubi cum rege congruentius iudicaverint. Plane postquam electio fuerit facta, si bellica tempestas vel qualiscumque hominum conatus restiterit, ut is, qui electus est, in apostolica sede intronizari non valeat, electus tamen auctoritatem obtineat regendi s. Rom. ecclesiam et disponendi omnes facultates illius“. Pertz M. G. Leg. II. app. p. 177. (In decreti huius exemplo, quod exhibet Udalr. Bab. cod. ap. Eccard Corp. hist. II. 21 legitur dies 13 m. Aprilis). In eadem synodo statuit: 1) de mortuorum episcoporum facultatibus non invadendis; 2) de sacris per presbyteros, qui concubinam habeant, non procurandis; 3) ut sacerdotes casti „iuxta ecclesias, quibus ordinati sint, simul manducant et dormiant et, quidquid eis ab ecclesiis venerit, communiter habeant“; 4) de decimis et primitiis; 5) de ecclesiis per laicos non deferendis; 6) „ut nullus habitum monachi suscipiat, spem aut promissionem habens, ut abbas fiat“; 7) „ne aliquis presbyter duas ecclesias simul habeat“; 8) de simonia vitanda; 9) de clericis per laicos non iudicandis; 10) de matrimoniis consanguineorum; 11) de maritis, qui concubinam habeant, communionem privandis; 12) „ut nullus laicus ad quemlibet gradum ecclesiasticum repente promoveatur“; 13) ut clerici, qui a clericatu, ac monachi, qui a proposito recesserint, excommunicentur; 14) ut peregrinorum, „oratorum cuiuscunque sancti“, clericorum, monachorum, feminarum, pauperum depraedatores anathematizentur; 15) ut coemeteriorum violatores communionem priventur. V. Nicolai epistolae ap. Mansi XIX. 897, 907, 873. In eadem synodo Benedictum X. „deponit“; v. Annales Romani p. 471. — „Berengarium cogit ad ejurandam haeresim „librosque perversi dogmatis“ in ignem coniciendos; v. Lanfranci Opp. p. 232 sqq. et p. 235, De Berengarii damnatione

			1059. (<i>Ind. 12—1. Sept.—13, pont. a. 1.</i>) ap. Mansi XIX. 758, cf. Berengarii librum de sacra coena p. 71 sqq. — Ioan- nem, episcopum Senensem, de quibusdam bonis, occupatis ab Arnaldo, episcopo Aretino, investit; v. tabulam ap. Mansi XIX. 916. Ad eandem synodum referri decretum solet, quo „erga simoniacos nullam miseri- cordiam in dignitate servanda habendam esse decernit, sed eos, qui usque modo gratis sint a simoniaco consecrati, in acceptis ordinibus manere permittit“, his additis: „De caetero autem si quis hinc in posterum ab eo, quem simoniaco esse non dubitat, se consecrari permiserit, et consecrator et consecratus uterque depo- situs poenitentiam agat et privatus a propria dignitate persistat“. Mansi XIX. 899. (Cf. Ivonis decr. V. c. 79, Gratiani decr. C. I. qu. 1. c. 109, 110, Mansi XIX. 906: „De cetero statuimus“ „Erga simoniacos“). Synodus, in qua de clericis agitur, qui communem vitam professi ad praesumptio- nem peculiaritatis redeant. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 748.
Mai.	1.	In basilica sacri palatii Lateranensis Leonina Romae	(3333) Ecclesiam S. Mariae ad gradus Coloniensem, ab Annone archiepiscopo con- structam, tuendam suscipit, bonaque eius confirmat. Lacomblet Urk. I. 125, Mi- raei Opp. dipl. IV. 3. — „Pontificii apostolatus nostri“.
„	1.	„	(3334) Ecclesiae Pennensis bona, petente Ioanne episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. I. 1116, Cocqu. I. 403. — „Officii nostri“.
„	2.	„	(3335) Ecclesiae Teatinae possessiones finesque rogatu Actonis episcopi confirmat. Ughelli It. sacr. VI. 676, Cocqu. I. 403. — „Etsi iubemur“.
„	2.	„	(3336) Archiepiscopos, episcopos, abbates, clericos, laicos fideles per omnes Gallias commorantes immo Aquitanicos et Vascones de nonnullis synodi decretis certiores facit. Mansi XIX. 873, Bouquet Rec. XI. 652. — „Anno dominicae“.
„	—	—	(3337) Omnibus episcopis cunctoque clero et populo decreta synodi perscribit. Mansi XIX. 879. — „Vigilantia universalis“.
„	—	—	(3338) Omnibus episcopis Amalphantanae ecclesiae suffraganeis cunctoque clero et po- pulo decreta synodi significat. Mansi XIX. 907. — „Vigilantia universalis“.
Iun.	24.	In Casinensi	monasterio, „ipsa b. Iohannis nativitate“. Leonis Chron. mon. Cas. l. I.
Iul.	—	Melfiae	Concilium. Leonis Chron. Mon. Cas. p. 705; cf. Mansi XIX. 919, Gattulae Ac- cess. 161. — Guill. Apul. ap. Pertz M. G. Scr. IX. 261: „Concilium celebrans ibi papa, faventibus illi Praesulibus centum, ius ad sinodale vocatis, Ferre sacerdotes monet altarisque ministros Arma pudicitiae; — — — — — — — Sic extirpavit ab illis Partibus uxores omnino presbyterorum, Spretiores minitans anathemate percutiendos“.
„	—	„	Guill. Apul. l. I. p. 262: „Finita sinodo, multorum papa rogatu Robertum (Wiscardum) donat Nicholas honore ducali. Hic comitum solus, concessio iure ducatus, Est papae factus iurando iure fidelis“.
Aug.	—	Apud Bene- ventum	(Extra ipsam civitatem, intra ecclesiam b. Petri iuxta fluvium Sabbati). Synodus, in qua cella S. Mariae Castanietensis Ioanni, abbati monasterii S. Vincentii Vul- turnensis, adindicatur. Muratori R. It. Scr. I. II. 515, Mansi XIX. 921, Ughelli It. sacr. VI. 90, VIII. 80. Cf. Annal. Benevent. 1059 ap. Pertz M. G. Scr. III. 180.
—	—	—	(3339) *Burchardo, episcopo Halberstadensi, praecipit, „ne statutos patrum terminos transgrediatur, neu monasterium Hersfeldense superfluis concertationibus inquietet; si pergat molestus esse, necessario se apostolicae auctoritatis virga usurum ad- versus eius inobedientiam, praesertim cum, monasterium sub iurisdictione esse Romani pontificis, tot privilegia testentur“. V. Lamberti Annales 1059 ap. Pertz M. G. Scr. V. 160.
—	—	—	(3340) *Meginhero, abbati Hersfeldensi, „propter decimationes Saxoniae interpellanti epistolam scribit verbis consolatoriis“. V. Lamberti Annales 1059 l. I.
—	—	—	(3341) *I., Dolensis ecclesiae „dictum archiepiscopum“, per legatos litterasque vocat ad synodum, post pascha (post d. 26 m. Martii a. 1060) Romae habendam. V. Stephani cardinalis epistolam ap. Mansi XIX. 928.
—	—	—	(3342) Gervasio, archiepiscopo Remensi, mandat, ut (Guilbertum) episcopum Bello-

		1059. (<i>Ind. 12—1. Sept.—13, pont. a. 1.</i>) vacensem invito eo consecratum ab administrando munere removeat, donec ad synodum „in tertia septimana post pascha“ (9—15 Apr. 1060) Romae celebrandam accesserit. Quem si constet simonia quoque se obstrinxisse, iubet clericos laicosque Bellovacenses obedientia erga eum solvi, et episcopo Silvanectensi, consecratori eius, episcopale officium interdicti. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 199, Bouquet Rec. XI. 493, Mansi XIX. 869. — „Audivimus relatione“.
Oct. 14.	—	(3343) Monasterio S. Petri Perusino decumas quasdam concedit. Margarini Bull. Cas. II. 94. — „Devotione seu“.
Nov. 7.	Florentiae	Ecclesiam S. Felicitatis dedicat „VII. Id. Novembr., quae fuit dies Dominica post fest. omn. sanct.“ V. inscriptionem anno 1500 confectam ap. Ughelli It. sacr. III. 72.
„ 14.	„	(3344) Monasterii b. Stephani possessiones, donatas ab Henrico episcopo Eporediensi, confirmat. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 593. — „Bonis desideriis“.
Dec. 1.	„	V. tabulam ap. Muratori Ant. It. VI. 227.
„ 11.	„	(3345) Ecclesiae S. Andreae Empulensis privilegia et possessiones confirmat. Lami Eccl. Fl. M. IV. 104. — „Licet ex universalitate“.
„ 26.	„	(3346) Canonicos Faventinos eorumque bona tuendos suscipit. Tonduzzi Hist. di Fav. p. 157. — „Sicut iniusta“.
„ 29.	„	(3347) Monasterio S. Martini Augustodunensi concedit, „ut in nullo alicui nisi tantum apostolicae ecclesiae respondere teneatur et ab omni alia iurisdictione et subiectione liberum sit et exemptum“. Bona monasterii confirmat et privilegia instituit. (Notae chronicae sunt vitiosae). Bulliot Essai hist. II. 30. — „Quotiens a nobis illa“.
„ 30.	„	(3348) Parthenonem S. Thomae Busianensem tuendum suscipit et bona eius confirmat, atque ut abbatissae ex ipso monasterio eligantur, statuit. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 594. — „Pie postulatio“.
		1060. (<i>Ind. 13—1. Sept.—14, pont. a. 1—24. Ian.—2, a. inc. 1059—25. Mart.—1060.</i>)
Ian. 8.	Florentiae	(3349) Parthenonis S. Felicitatis Florentini a sese (die 7 Nov. 1059) dedicati possessiones, libertatem, privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. III. 70, Richa Notizie IX. 268, Mansi XIX. 870, Cocqu. I. 399. — „Quoniam omnipotentis“.
„ 16.	„	(3350) Ecclesiae S. Michaelis et S. Eusebii Poiensi, a Perusino et Rossellano episcopis consecratae, omnium bonorum „investituras apostolicas offert“, et privilegia quaedam concedit. Lami Eccl. Fl. M. II. 946, Richa Notizie T. VI. praef. p. XV. — „Quoniam omnipotentis“.
„ 18.	(Mussiani)	(3351) Ecclesiae S. Andreae Mussianensis bona ac privilegia confirmat. (Pro „ind. XII.“ leg. „ind. XIII.“) Ughelli It. sacr. III. 63, Cocqu. I. 399, Lami Eccl. Fl. M. II. 1309. — „Quoniam omnipotentis“.
„ 20.	Florentiae	(3352) Ecclesiae S. Laurentii Florentinae, „episcoporum aggregato coetu, propriis manibus“ a sese dedicateae, omnium possessionum „investituram apostolicam offert“, immunitatemque tribuit. Cianfogni mem. ist. p. 199, Mittarelli Ann. Cam. II. append. 164, Lami Eccl. Fl. Mon. II. 934, Richa Notizie V. 19. — „Quoniam omnipotentis“.
Febr. 19	Fani	(3353) Canonicos Pisaureses tuendos suscipit, eorumque bona confirmat. Olivieri Mem. per la st. d. chiesa Pes. 124. — „Debitum commisse“.
Apr. —	Romae in camera Lateranensis palatii	Synodus. „Consedentibus et astantibus coram papa domno Nicolao quamplurimis episcopis, religiosis abbatibus, ac reliquorum ordinum clericis“, decumae curtis de Monte longo, a Guidone episcopo Lunensi affectatae, Guenzeloni abbati Lenensi adiudicantur. Acta exstant ap. Zaccaria Della badia di Leno 104.
„ 15.	Romae	(3354) Ecclesiae S. Petri Agerensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. (Subscripserunt episcopi 7.) Marca Marca Hisp. 1145, Cocqu. I. 404. — „Quia in commissa“.
„ 19.	„	(3355) Monasterii S. Thomae, in comitatu Pisaurensi iuxta fluvium Aposellam siti, possessiones privilegiaque confirmat, ea lege, ut abbates „annualiter persolvant pensionem auri bisantium unum actionariis certis S. R. ecclesiae“. Memorie della badia di S. Tommaso in Foglia p. 136, Sarti de episc. Eugubin. 40, Mittarelli Ann. Cam. II. app. 173. — „Tanta est“.
Mai. 5.	„	(3356) Parthenonis S. Salvatoris et S. Iuliae Brixiensis privilegia et possessiones, petente Otta abbatissa, confirmat. Margarini Bull. Cas. II. 95. — „Quoniam semper“.
„ 16.	„	(3357) Parthenonis S. Salvatoris et S. Iuliae Brixiensis privilegia et possessiones

		1060. (<i>Ind. 13—1. Sept.—14, pont. a. 1—24. Jan.—2, a. inc. 1059—25. Mart.—1060.</i>) iterum confirmat, petente Hermengarda abbatissa. Margarini Bull. Cas. II. 96. — „Quoniam semper“ Ecclesiae altaria consecrat. V. relationem ap. Muratori Ant. It. V. 1039. (3357a) Qui monasterii Farfensis bona abriperint, eos excommunicat et anathematizat. Muratori Ant. It. V. 1039. — „Ob reverentiam“ (3358) R., comitem Rutenensem, hortatur, ut ecclesias pauperesque tueatur, monasterioque S. Petri Viridunensi ablata restituat. Hugonis Flav. chron. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 409, Mansi XIX. 874. — „Cognoscentes tui“
Iul. 6.	Farfae	1059—1061. (3359) Parthenonis S. Thomae Regini possessiones quasdam confirmat. Tiraboschi Mem. Mod. II. 45. — „Apostolico moderamine“ (3360) Clero et fidelibus Sistaricensibus significat, quem H(ugo), abbas Cluniacensis, una cum archiepiscopo Arelatensi, et Avenionensi, Cabilonensi, Aptensi, Vasionensi, Digniensi, Diensi episcopis Sistaricensem episcopum elegissent, Gerardum a sese ordinatum esse; eique praescriptum: „ne ordinationes praesumat in eum, qui virginem non sit sortitus uxorem, neque inlitteratum, vel qualibet corporis parte vitiatum, ad sacros ordines permittat accedere; Afros passim ad ecclesiasticos ordines praetendentes nulla ratione suscipiat, quia aliqui eorum Manichaei, aliqui rebaptizati saepius sint probati“. Gall. Chr. I. Instr. 89, Bouche L'hist. de Prov. II. 78, Bouquet Rec. XI. 494. — „Cum nostri sit“ (3361) Gervasio, archiepiscopo Remensi, affirmat, se malis de eo rumoribus credere nolle. Hortatur, ut lapsae Francorum ecclesiae subveniat, moneatque regem (Henricum I.), ne sacris canonibus beatoque Petro resistat. Memorat de episcopo Matisconensi. Gotifridum ducem ei Romam venturo non impedimento, imo adiumento fore. Cardinalium episcoporum et Hildebrandi verbis salutem ei nunciat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 198, Mansi XIX. 868, Bouquet Rec. XI. 492. — „Licet de vestra“ (3362) Annam, reginam Galliae, hortatur, ut regem „ad pietatis aequitatisque gubernacula moderanda statumque ecclesiae retinendum“ incitet. Petri Damiani ep. L. VII. 9 (Opp. I. p. 124), Bouquet Rec. XI. 653, Mansi XIX. 872. — „Bonae voluntatis“ (3363) Gervasio, archiepiscopo Remensi, praecipit, ut damna ecclesiae Viridunensi illata reconcinnet. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 199, Bouquet Rec. XI. 493, Mansi XIX. 869. — „Quoniam nobis“ (3364) Gervasii, archiepiscopi Remensis, erga se fidelitatem laudat. De episcopo Silvanectensi postulata concedit. De suo in Franciam itinere nihil certi addit. Monet, ut cum „duce“ pacem faciat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 199, Bouquet Rec. XI. 494, Mansi XIX. 870. — „Quia referente“ (3365) Fratrem Lanfrancum ad sese venire cupit. Haec addit, „hos nostrae dilectionis filios, imperatores capellanos et nostros, dialectica et rhetorica arte caritati vestrae mittimus edocendos, ut sicut te singularem in hoc bivio audivimus, sic istos singulares tecum quam cito poteris Romae, vel forte cum apud vos cito venero videamus“. Hortatur, ut comitem, amicum suum, „ita custodiat, ut hic et in Christo valere possit“. Theineri disqu. crit. 206. — „Satis desideratam“
Febr. —	Alipergum	1061. (<i>Ind. 14—1. Sept.—15, pont. a. 2—24. Jan.—3.</i>) Obsidet „mense Februario“. Annales Benevent. 1061 ap. Pertz M. G. Scr. III. 180. Concilium. V. Ailredi Riev. Vit. Edwardi confessoris ap. Twytsden Hist. Angl. Scr. I. 387.
— —	In Lateranensi palatio	(3366) Grimaldo Iohanni presbytero, Benedicto iudici, Martino filio Sabini, Riccho de Raynerio, Iohanni de Abizza, Martino de Iohanne, Petro de Urso, Leoni de Lupo, Petro de Hendo, Homo de Martino et heredibus eorum concedit castellum Roccam de antiquo, ea lege „ut eam“ inquit „cum appendiciis eius domibus reedificetis, et habitatores ibi quantos poteritis advocetis, a vobis et singulis vestrum per domos et familias quique secundum quantitatem possibilitatis suae annualiter persolvatis pensionis nomine in pascha resurrectionis domini b. Petro et nobis ac successoribus nostris vos et heredes ac successores vestri, maiores scilicet: denarios 12, inferiores autem retrogradu: 8 denarios, tertio: denarios 6, quarto: denarios 2; nec non et fodrum faciatis et placita fideliter observetis nobis et succes-
Apr. 18.	Romae	

		1061. (<i>Ind. 14—1. Sept.—15, pont. a. 2—21. Jan.—3.</i>)
		scribis et nunciis nostris“. Sperandio Sabina sagra p. 373. — „Cum officii nostri“.
Apr. 18.	In Lateranensi basilica	(3367) Monasterio S. Dionysii abbatiam Lebracensem asserit. (Pro „ind. XII.“ leg. „ind. XIV.“). Doublet Hist. de St. Denys 464. — „Petitionibus congruis“.
„ 27.	Romae	(3368) Monasterii S. Trinitatis Vindocinensis libertatem et possessiones ac privilegia confirmat, imposito monachis solidorum 12 censu annuo. Launoii Opp. III. i. 354. — „Iustis petitionibus“.
„ 27.	—	(3369) Canonicam S. Petri Suanensem, rogante Anselmo episcopo, tuendam suscipit et eius possessiones confirmat. Muratori Ant. It. V. 253, Ughelli It. sacr. III. 734, Cocqu. I. 405. — „Quoniam omnipotentis“.
Mai. 3.	—	(3370) Ecclesiae Dorcastrensis possessiones et privilegia, Wilvino episcopo per Edwardi regis legatos petente, confirmat. Wilkins Conc. I. 315, (Mansi XIX. 875.) — „Cum magna nobis“.
— —	—	(3371) Edwardi, Anglorum regis, pietatem in b. Petrum laudat, monasteriique b. Petri (Westmonasteriensis) privilegia et possessiones confirmat. Ailredi Riev. Vit. Edw. conf. ap. Twysden H. A. Scr. I. 387, Wilkins Conc. I. 319, Mansi XIX. 1054, Cocqu. I. 406. — „Omnipotentis deo“.
— —	—	(3372) Aldredo, archiepiscopo Eboracensi, pallium tribuit, atque permittit, ut Wigornensi ecclesiae episcopum praeficiat. (Fragmentum). Stubbs Act. pont. Ebor. ap. Twysden H. A. Scr. I. 1701. — „Quia divinitatis“.
Iul. 27.	Florentiae	Moritur „6 Kal. Aug.“, Bernoldi Chron. 1061. (Necrol. Casin. ap. Muratori R. It. VII. 944 perperam praebet „14 Kal. Aug.“). Leonis chron. mon. Cas. p. 711: „defuncto apud Florentiam apostolico“ —.

ALEXANDER II. 1061—1073.

† In Alexandri II. bullis (quarum signa chronologica haud raro sunt depravata) hae insunt sententiae: „Magnus deus noster et magna virtus eius“; „Deus nostrum refugium et virtus“; „Exaltavit me deus in virtute brachii sui“ (3382, 3383, 3386, 3400, 3408, 3422, 3424, 3428, 3438, 3445, 3455, 3474).

Testes subscripserunt: Bonifacius episcopus Albanensis (3400, 3424)
 Petrus Damianus episcopus Hostiensis (3400, 3424)
 Ioannes episcopus Portuensis (3400, 3402)
 Leopertus episcopus Praenestinus (3424)
 Mainardus S. Rufinae episcopus (3400)
 Hubaldus episcopus Sabinensis (3400, 3424)
 Ioannes episcopus Tusculanensis (3400)
 Desiderius presb. card. Rom. eccl. et abbas S. Benedicti (3400)
 Ioannes, qui et Minutus, card. tit. S. Mariae trans Tiberim (3424)
 Stephanus vocatus cardinalis (3424)
 Hildebrandus S. R. E. archidiaconus (3400, 3402, 3424).

Scriptae bullae sunt per manum

Rainerii scriniarii et notarii sacri palatii (3386, 3407)
 Guinizonis notarii sacri palatii sanctaeque R. E. (3399)
 Stephani notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (3402)
 Octaviani scriniarii et notarii sacri palatii (3424, 3426, 3427)
 Iohannis notarii et regionarii ac scriniarii s. sed. apost. (3434, 3435).

Datae mense Ianuario 1063:

p. m. Mainardi s. ecclesiae Silvae-candidae episcopi et apost. sed. bibliothecarii (3381, 3383)

a Ianuario 1063 ad Ianuarium 1069:

p. m. Petri bibliothecarii (3382, 3398, 3399, 3402)

Petri bibliothecarii S. R. E. acholyti vice domini Annonis Coloniensis archiepiscopi et ipsius S. R. E. archicancellarii (3384)

			Petri S. R. E. subdiaconi et cancellarii vice domini Annonis Coloniensis archiepiscopi et sed. apost. archicancellarii (3386, 3387, 3397, 3406, 3407, 3422, 3424)
			Petri S. R. E. subdiaconi atque bibliothecarii (3400, 3405, 3408, 3409, 3425, 3428, 3430, 3433, 3435, 3436, 3438)
			Rembaldi subdiaconi (3423)
			Petri clerici fungentis vice Petri S. R. E. subdiaconi et bibliothecarii (3437, 3439, 3443)
			a Ianuario ad Iunium 1070:
		p. m.	Petri clerici fungentis vice Petri S. R. E. cardinalis et bibliothecarii (3449, 3450, 3451, 3453)
			ab Octobri 1070 ad Martium 1073:
		p. m.	Petri S. R. E. cardinalis presbyteri ac bibliothecarii (3454, 3455, 3457, 3461, 3462, 3469, 3471, 3473, 3474, 3531).
			1061. (Ind. 15, pont. a. 1.)
Oct.	1.	Romae	Eligitur et consecratur. V. Petri Damiani discept. synod., Opp. III. p. 31: „Kalend. Octobr.“; cf. Benzonis paneg. L. VII. c. 2 ap. Mencken. Scr. R. G. I. p. 1064. (3373) Omnibus Mediolanensibus delatum ad sese pontificatum nunciat, eosque ad colendam virtutem hortatur. Petri Damiani Opp. I. 74, Mansi XIX. 941. — „Divini iudicii“.
			c. 1061.
			(3374) Landulfo et Arialdo clericis scribit haec: „Possumus in periurio aliquo crimine lapsis misericordiae manum porrigere, sed non debemus ad futurae perditionis (prohibitionis) exemplum licentiam dare“. (Fragmentum.) Ivonis decr. XII. c. 24, Mansi XIX. 980. — „Possumus in“.
			(3375) Haroldum, Nordmannorum regem, hortatur, ne episcopus regni in Anglia et Gallia cum iniuria Adelberti, archiepiscopi Hamburgensis, vicarii sui, ordinari patiatur. Adami Gest. Hamb. ap. Pertz M. G. Scr. VII. 342, Lappenberg Hamb. Urk. I. 84, Mansi XIX. 942. — „Quia adhuc rudes“.
			(3376) Episcopis Daniae praecipit, ut Edbertum, episcopum Farriensem, ab Adelberto, archiepiscopo Hamburgensi, vicario suo, per triennium ad synodum vocatum, inducere ad inobedientiam desistant. Adami Gest. Hamb. ap. Pertz M. G. Scr. VII. 365, Lappenberg Hamb. Urk. I. 84. — „Adalbertus Hammaburgensis“.
			1062. (Ind. 15—1. Sept.—1, pont. a. 1—1. Oct.—2.)
p. Apr. 14.		In Capitolii	monasterium pervenit, suis a Cadali antipapa exercitu die 14 m. Apr. (v. infra Cadali regesta) victis. Annal. Romani p. 472.
Mai.	21.		(3377) Monasterio Rivipullensi adempta bona restitui iubet. (Pro 1063 leg. 1062). Marca Marca Hisp. 1122, Aguirre Conc. IV. 425, Cocqu. II. 4. — „Quoniam divina“.
		Lucam	se confert, monente Godefrido duce. V. Benzonis Paneg. L. II. c. 13. p. 990.
Oct.	11.	Lucae	V. tabulam in Memorie e docum. V. m. 664.
Nov.	22.	„	(3378) Rodulfo et Ioanni et Bonitio presbyteris ecclesiam S. Michaelis prope rivum, qui dicitur Vinclana, concedit. Memorie e doc. IV. n. 141.
Dec.	12.	„ in ecclesia S. Martini	Synodus, in qua Eritthae, abbatissae monasterii S. Iustinae Lucensis, accusatrices damnantur. V. tabulam ap. Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat., Documenti p. 29, Mansi XIX. 1022.
			1062—1063.
			(3379) Sucin, regem Danorum, de regni censu sibi suisque successoribus mittendo hortatur. (Fragmentum). Ex coll. Deusdedit ap. Borgia Breve ist. del. dom. temporale append. 13, Muratori Ant. It. V. 838, Mansi XIX. 943. — „Quapropter prudentiam“.
			(3380) Gervasio (archiepiscopo Remensi) mandat, ut monasterium Corbeiense a Guidonis, episcopi Ambianensis, iniuriis tueatur. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 623, Bouquet Rec. XIV. 536. — „Clamor ad aures“.

		1063. (<i>Ind. 1—1. Sept.—2, pont. a. 2—1. Oct.—3.</i>)
(Ian.) —	Lucae	(3381) Ecclesiae S. Mariae Pisanae canonicorum bona confirmat. Ughelli It. sacr. III. 359, Cocqu. II. 4. — „Ad apostolicae“.
Ian. 7.	In comitatu Senensi	(3382) Clericis ordinariis ecclesiae S. Donati Lucensis possessiones quasdam dono dat. Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat. Documenti p. 38, Mem. e doc. IV. II. append. p. 106. — „Quotiens a nostra“.
„ 13.	Burgo S. Quirici	(3383) Burchardo, episcopo Halberstadensi, pallium „salva tamen auctoritate Moguntinae ecclesiae“, mitramque concedit, et ecclesiae eius privilegia ac possessiones confirmat, haec praefatus: „opus ministerii tui — ad iussionem dilectissimi nostri filii Henrici IV. regis, scilicet ut ecclesiasticae pacis inquietudinem regius advocatus propulsares, cum omni gaudio suscepisti, atque post susceptum legationis obsequium semper sincera affectione pro nobis ac Romana ecclesia nobiscum sollicitus fuisti“. In tabul. reg. Berolin. Ex schedis Pertzii: „Datum burgo S. Quirici, id. Ianr. per manus Mainardi s. ecclesiae Silvae-candidae episcopi et apostolicae sedis bibliothecarii, an. dom. inc. mill. LXIII., pont. — 2, ind. 1“. (Leuckfeld Ant. Halb. 680, Mansi XIX. 933). — „Inter multa, quae“.
Mart. 23.	In sacro Lateranensi palatio	(3384) Monasterium Fructuariense tuendam suscipit, eiusque possessiones confirmat. Cocquelines II. 2. — „Cognoscentes, quod“.
p. Apr. 20.	Romae	Synodus, in qua Cadalus excommunicatur. V. Giesebrecht Annales Altahenses p. 102.
— —	—	(3385) Canones 12, in „Constantiniana synodo“ amplius centum episcoporum sancti, huic anno tribui solent. Udalr. Bab. cod. c. 121 ap. Eocard Corp. Hist. II. 127, Mansi XIX. 1023. — „Vigilantia universalis“.
Mai. 8.	Laterani	(3386) Monasterii S. Trinitatis Vindocinensis possessiones et privilegia confirmat, duodecim solidorum tributo monachis iniuncto. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 752, Launoii Opp. III. I. 360, Mansi XIX. 970. — „Omnibus votis, quae“ „Omnibus, qui de“.
„ 10.	In Lateranensi palatio	(3387) Monasterii Cluniacensis possessiones, libertatem, privilegia confirmat. Bullar. Cluniac. 17, (Bibl. Clun. 507, Mansi XIX. 973, Cocqu. II. 7.) — „Cum omnium fidelium“.
— —	—	(3388) Gervasio Remensi, Richerio Senonensi, Bartholomaeo Turonensi, M. (Aimoni) Bituricensi, T. (Ioscelino) Burdigalensi archiepiscopis commendat Petrum Damianum, episcopum Ostiensem, legatum suum, „qui“ inquit „et noster est oculus, et apostolicae sedis immobile firmamentum“. Cui ut obediant, praecipit. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 204, Bouquet Rec. XIV. 534, Mansi XIX. 958, Petri Damiani Opp. III. 459. — „Non ignorat“.
— —	—	(3389) Gervasio, archiepiscopo Remensi, scribit, qui episcopos omnes promiscue consecraret archiepiscopi, ab iis simoniae favori. Ioscelinum simoniacum ne episcopum Suessionensem consecraret, interdicit. Episcopum Bellovacensem ob res ecclesiae disperditas, et episcopum Ambianensem ob illatas abbati Corbeiensi iniurias coerceri vult. Duchesne H. Fr. Scr. 203, Bouquet Rec. XIV. 537, Mansi XIX. 956. — „Pestem simoniacam“.
— —	—	(3390) Iocelinum, qui et archidiaconatum Parisiensem „non modo pecunia, verum etiam homicidio“, et episcopatum Suessionensem simoniace invaserit, ante consecrari vetat, quam aut ipse ad sese venerit aut per legatum noxam purgaverit. Mansi XIX. 978. — „Litteris ad“.
— —	—	(3391) Widoni, episcopo Ambianensi, sub excommunicationis poena praecipit, ut vexandi monasterii Corbeiensis finem faciat. De negotio archiepiscopo Remensi mandato addit. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 623, Bouquet Rec. XIV. 536, Mansi XIX. 973. — „Miramur fraternitatem“.
— —	—	(3392) Gervasii, archiepiscopi Remensis, consilium ad se veniendi laudat. Cadaloum nunciat „ad reparandam pecuniam, a fautoribus suis distributam, cuiusdam turris praesidio gemebundum servari“. Mandat, ut una cum archiepiscopo Senonensi de simoniaco episcopo Aurelianensi iudicium faciat. Excommunicatum abbatem S. Medardi eiici vult. Hortatur, ut in Amelricum secundum „apertas litteras“ suas consulat. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 202, Bouquet Rec. XIV. 539, Mansi XIX. 945. — „Visis fraternitatis tuae litteris, evidenter“.
— —	—	1063?
— —	—	(3393) Lanfranci abbatis monasterium, „quod Cadomi construitur“, tuendum suscipit. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 643. — „Carissime fili Lanfrance“.

		1063?	(3394) Edwardi, regis Anglorum, litteras gaudio fuisse sibi scribit. Monasterium S. Mariae Coventrense, a Leofrico duce aedificatum, privilegiis ornat. (Pro „a. 1043“ videtur legendum: „a. 1063“). Monast. Angl. I. 304, Cocqu. II. 4. — „Scriptorum vestrorum“.
		1064. (Ind. 2—1.Sept.—3, pont. a. 3—1.Oct.—4.)	
		(3395) Gervasio, archiepiscopo Remensi, et eius suffraganeis definite praecipit, ne Reginaldum, simoniacum S. Medardi abbatem, damnatum a Petro, episcopo Ostiensi, eicere diutius cunctentur. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 205, Bouquet Rec. XIV. 540, Mansi XIX. 958. — „Si quod officii“.	
		(3396) Gervasio, archiepiscopo Remensi, gratias agit, quod Philippo, Francorum regi, suaserit, ut in locum Hi., Carnotensis ecclesiae invasoris ob simoniam a sese excommunicati, successor substitueretur. Mandat, adiuvet archiepiscopum Senonensem in damnando ecclesiae Aurelianiensis invasore simoniaco, qui in synodo Cabilonensi, praesente Petro, episcopo Ostiensi, periculum fecerit. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 205, Bouquet Rec. XIV. 541, Mansi XIX. 959. — „Debitas fraternitati“.	
Mai. 31.	Mantuae	Concilium, in quo, deiecto Cadalo absente, Alexander agnoscitur „die secunda pentecostes“. Giesebrecht Annales Altahenses p. 105, 183 sq.	
Iun. 1.	„	Concilii die altera anathematizatur Cadalus. Giesebrecht Annal. Alt. p. 106.	
Iun.—Iul.	Romae	V. Giesebrecht Ann. Alt. p. 106, Bezonis paneg. L. III. c. 28 p. 1019.	
		(3397) Monasterii Salvatoris et S. Bonifacii Fuldensis privilegia, petente Widerato abbate, confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. 370, Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 167. — „Convenit apostolico moderamini“.	
		1065. (Ind. 3—1.Sept.—4, pont. a. 4—1.Oct.—5.)	
Apr. 16.	Lateranis	(3398) Monasterium S. Miniatis Florentinum tuendum suscipit et eius bona confirmat. Lami Eccl. Fl. M. II. 1184. — „Nostre intentionis“.	
„ 17.	„	(3399) Monasterii S. Petri Perusini privilegia possessionesque confirmat. Margarini Bull. Cas. II. 99. — „Cum universalis“.	
Mai. 6.	„	(3400) In concilio (cf. epist. subsequentem) monasterii S. Dionysii privilegia confirmat. (Dat. „a. pont. 4, ind. 4“; videtur legendum: „ind. 3“). Praeter cardinales subscripserunt episcopi 43). Doublet Hist. de St. Denys 466. — „Quoniam iustis“.	
		(3401) Gervasio, archiepiscopo Remensi, significat, monasterii S. Dionysii, ex episcopi Parisiensis potestate exempti, privilegia in concilio confirmata esse. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 204, Doublet Hist. de St. Denys 469, Bouquet Rec. XIV. 541, Mansi XIX. 957. — „Devotioni tuae“.	
Iun. 11.	Romae	(3402) Archipresbyteris et presbyteris Velitrensibus rogatu Petri Damiani episcopi concedit, „ut nullus ex eis quodlibet servitium atque angariam faciant, foderum non dent, hostem minime faciant, neque bandum, neque ullam dationem, aut quoquo modo promissionem; dent solum episcopalis redditum, scilicet tertiam partem testamentorum et tertiam partem oblationis trium missarum et quarta pars decimarum“. Borgia Ist. di Velletri p. 183, Mittarelli Ann. Cam. II. append. 200. — „Si extraneis“.	
		(3403) Richerio, archiepiscopo Senonensi, et Hugoni Trecensi Rogeroque Catalaunensi episcopis monasterium Dervense impense commendat. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 665, Bouquet Rec. XIV. 542. — „Quoniam quidem omnium“.	
		1066. (Ind. 4—1.Sept.—5, pont. a. 5—1.Oct.—6.)	
	Romae	(3404) *Widonem, archiepiscopum Mediolanensem, excommunicat. Arnulfi gesta archiep. Med. L. III. c. 20, ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 23.	
Mart. 9.	„	(3405) Monasterium Gellonense, flammis absumptum, petente Rostagno episcopo Lutevensi, tuendum suscipit, bonaque eius confirmat. Gall. Chr. VI. Instr. 273. — „Quia divina clementia“.	
Mai. 15.	Lateranis	(3406) Monasterium S. Michaelis Siegburgense, ab Annone, archiepiscopo Coloniensi, aedificari coeptum, confirmat. Lacomblet Urk. I. 134, Würdtwein Nova subs. dipl. IV. 41. — „Quod a nobis“.	
Iul. 1.	„	(3407) De ecclesia S. Prisci in monte Aventino quae inter Odricum, abbatem Vindocinensem, et „Heldiprandum, archidiaconum atque coenobii S. Pauli oconomum“,	

1066. (*Ind. 4—1.sept.—5, pont. a. 5—1.oct.—6.*) —
 convenerant, ea confirmat. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 755, Cocqu. II. 6. —
 „Convenit apostolico“.
- Oct. 30. Laterani (3408) Ecclesiae Cremonensis possessiones et iura, petente Ubaldo episcopo, confir-
 mat. (Pro „pont. a. 7“ haud dubie legendum: „pont. a. 6“). Sanelementii Ser.
 242, Zacharias Cremon. ep. ser. 99, (Ughelli It. sacr. IV. 597, Cocqu. II. 6.) —
 „Pastorali sollicitudine“.
- Nov. 7. „ (3409) *Monasterii Gellonensis „totam ordinationem et dispositionem“ abbati et con-
 gregationi Anianensi asserit. (Signa temporis corrupta). Mabillon Ann. ord.
 Ben. IV. 679.
- — — (3410) Clericos laicosque Cremonenses, ad destruendam simoniam accensos, laudat.
 Praecipit, „ut tam subdiaconi quam diaconi, sed et permaxime sacerdotes, qui
 mulieribus carnali commercio admisceantur, et simoniaca sorde polluti sint, et
 ecclesiasticis careant beneficiis, et perceptae priventur officio dignitatis“. „Cae-
 teros autem clericos, qui videlicet inferioribus potiantur officiis, si legalibus con-
 iugiis sint obligati, in suis gradibus manere“ vult. Ad synodum gerendam „post
 proximum pascha“ mitti legatos iubet. Bonizonis lib. ad am., ap. Oefele R. B.
 Scr. II. 808. — „Inspiratori omnium“.
- — — (3411) Gervasium archiepiscopum, de Remensis ecclesiae damnis querentem, conso-
 latur. Ita addit: „Si quidem antiqui hostis invidia, antichristum egerens de sen-
 tina, tantis, eo ingruente, Romanam ecclesiam per quinquennium oppressit
 periculis, ut intestina nostrae specialis ecclesiae negotia vix possemus ventilare,
 nedum longinqua ad plenum extricare; verum post longam tempestatem et crebras
 procellas sereno, nube expulsa deo iubente, reddito, forensibus iam occurrere va-
 lemus“. Adversarios eius evocatum iri nunciat; eumque accedere iubet ad syn-
 odum, „quinto decimo die post proximum pascha“ (d. 22 April. 1067) celebran-
 dam. Petrum, ecclesiae Romanae subdiaconum et cancellarium, „pro responsis
 ecclesiasticis“ missum, commendat. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 200, Bouquet Rec.
 XIV. 543, Mansi XIX. 952. — „Dilectionis tuae“.
- — — (3412) Gervasio, archiepiscopo Remensi, respondet. Ecclesiae eius calamitatem dolet.
 Auxilium promittit. Legatum nunciat a sese missum iri. Duchesne H. Fr. Scr.
 IV. 202, Bouquet Rec. XIV. 542, Mansi XIX. 955. — „Visis fraternitatis tuae“.
- 1061—1067.
- — — (3413) Gervasium, archiepiscopum Remensem, miratur causam Manassis et Amalrici
 clericorum iam per biennium produxisse. In quos ut tandem iustitia utatur, mon-
 et. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 201, Bouquet Rec. XIV. 544, Mansi XIX. 953.
 — „Miramur diligentiam“.
- — — (3414) *Elinando, episcopo Laudunensi, de restituenda monasterii S. Ioannis abba-
 tissa scribit. V. Alexandri litteras ap. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 203, Mansi XIX. 955.
- — — (3415) Gervasio, archiepiscopo Remensi, mandat, ut una cum Elinando, episcopo
 Laudunensi, expulsae monasterii S. Ioannis Laudunensis abbatissae causam cognos-
 cat et diiudicet. Quam iubet ante iudicium restitui. Suadet pacem Gotifredi
 ducis. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 203, Bouquet Rec. XIV. 538, Mansi XIX. 955.
 — „Proclamatio delata“.
- — — (3416) Gervasio, archiepiscopo Remensi, et archiepiscopo Senonensi, eorumque suf-
 fraganeis mandat, ut a Radulfo comite, si iniuste dimissa uxor sit, recipi eam
 cogant. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 205, Bouquet Rec. XIV. 539, Mansi XIX.
 959. — „Mulier ista“.
- — — (3417) Gervasio, archiepiscopo Remensi, mandat, agat, ut episcopus Catalaunensis
 ecclesiae S. Mennii, quod abstulerit, corpus sancti eiusdem reddat, et illata damna
 rependat. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 206, Bouquet Rec. XIV. 545, Mansi XIX.
 960. — „Quoniam ad“.
- 1062—1067.
- — — (3418) Erolfum, simoniacum episcopum Santonensem, et Landum Nucerinum, qui
 sacra contra interdictum procurassent, in synodo deictos esse, nunciat. (Fra-
 gmentum.) Mansi XIX. 978. — „Erolfus“.
- 1064—1067.
- — — (3419) Gervasium, archiepiscopum Remensem, reprehendit, quod Carnotensium cau-

1064—1067.

sam neglexerit. Hortatur, ut abbatem quandam tueatur et Everelmum, monasterii Blandiniensis invasorem, excommunicet. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 201, Bouquet Rec. XIV. 540, Mansi XIX. 954. — „Licet Carnotensium“.

(3420) Gervasio, archiepiscopo Remensi, nunciat, privilegia monasterii Corbeiensis a sese confirmata, controversiamque inter abbatem et episcopum Ambianensem in concilio compositam esse. De tuendo monasterio addit. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 203, Bouquet Rec. XIV. 537, Mansi XIX. 957. — „Privilegia coenobii“.

1067. (Ind. 5—1. Sept.—6, pont. a. 6—1. Oct.—7.)

(3421) Gervasio, archiepiscopo Remensi, praecipit, ut convocatis suffraganeis adhibitoque episcopo Laudunensi coram P(etro) ecclesiae Romanae bibliothecario et V. cardinali presbytero, legatis suis, cum Manasse et Amalrico clericis transigat. Ad synodum eum iterum invitat. Manassi et R. comitibus mandatum nunciat, ut illata ecclesiae Remensi damna rependerent. Legatos suos commendat. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 200, Bouquet Rec. XIV. 544, Mansi XIX. 953. — „Si sacerdotale“.

Mart. 18. Romae (3422) Petro, archiepiscopo Antibarensi, pallii gestandi crucisque in Dalmatia et Slavonia praeferendae potestatem tribuit, et ecclesiae possessiones ac privilegia metropolitana confirmat. (Confusa clausulae verba sic disponenda sunt: „Dat. Romae 15. Kal. Apr. p. m. Petri canc. v. dom. Annonis Colon. archiep. anno sexto pont. d. Alexandri pap. II., ind. XII.“ Ind. XII. manifesto falsa est, quippe quae in Alexandri pontificatum omnino non incidit.) Baronii Annal. 1062, Farlati III. sacr. VII. 17. — „Si pastores ovium“.

Apr. 8. „ (3423) Ecclesiae S. Petri Insulensis, a Balduino Flandriae comite conditae, privilegia per Balduinum episcopum Noviomensem instituta confirmat. (Bulla est aut male transscripta, aut falsa). Buzelini Gallo-Flandria 310. — „Quia ex auctoritate“.

Mai. 10. Lateranis (3424) Monasterii Casinensis privilegia possessionesque confirmat. Tosti St. di Montec. I. 422. — „Pastoralis sollicitudinis“.

„ 22. „ (3425) Parthenonem S. Petri Florentinum, a Petro episcopo constitutum et dotatum, confirmat. Ughelli It. sacr. III. 76, Lami Eccl. Fl. M. II. 1092, Cocqu. II. 8. — „Pia postulatio“.

(3426) Monasterium SS. Dionysii Rustici et Eleutherii Remense privilegiis ditat, eiusque possessiones confirmat, petente Gervasio archiepiscopo. (Bulla haud dubie sincera est, et Alexandro II. tribuenda; sed verba: „Datum Lugduni“ cet. aliena manu sunt addita.) Marlot Metr. Rem. II. 142. — „Piae postulatio voluntatis“.

(3427) Monasterii S. Nicasii privilegia confirmat, petente Gervasio archiepiscopo. Varin Archives admin. de Reims I. r. 213. — „Pie postulatio voluntatis“.

Iul. 9. Luce (3428) Monasterii S. Silvestri Nonantulani bona, privilegia legesque confirmat. Tiraboschi St. di Non. II. 196. — „Quaecumque“.

Aug. 1. Ap. Melphim Synodus, „sexto pontificatus anno, die Kalendarum Augustarum celebrata“, in qua in ecclesia b. Petri Guilelmus, Tancredi filius, ob invasas ecclesiae Salernitanae possessiones excommunicatur et anathematizatur. V. Alexandri bullam ap. Ughelli It. sacr. VII. 383, Cocqu. II. 10, Mansi XIX. 1063. — „Notum sit omnibus“.

— — — Salerni (3429) Ecclesiae Salernitanae bona, a Guilelmo filio Tancredi in „episcoporum et abbatum et aliorum fidelium conventu“ restituta, confirmat. Ughelli It. sacr. VII. 383, Cocqu. II. 10, Mansi XIX. 1063. — „Notum sit omnibus“.

Oct. 12. Capuae (3430) Ecclesiae Salernitanae iura possessionesque, Alphani archiepiscopi rogatu, confirmat. (Signa chronologica sunt vitiosa.) Ughelli It. sacr. VII. 382. — „Ex consideratione“.

1068. (Ind. 6—1. Sept.—7, pont. a. 7—1. Oct.—8.)

(3431) Iohanni, episcopo Abrincensi, scribit, se ex episcopo Sedunensi et Lanfranco abbate (Cadomensi) cognovisse, eum „ex electione Guillelmi regis Anglorum ad maiorem sedem (Rotomagensem) promovendum, si ex auctoritate sedis apostolicae fuerit assensus“. Praecipit, ut oblatum munus suscipiat. (Cf. Vit. Lanfranci, Opp. p. 7, ubi pallium legitur per Lanfrancum Iohanni missum esse). Acta archiep. Rotom. ap. Mabillon Vet. anal. p. 224, Bessin Conc. Rot. I. 52, Bouquet Rec. XIV. 545. — „Destituta Rotomagensi“.

(3432) Monasterium S. Stephani Cadomense, conditum „a Willelmo, principe Normannorum ac victoriosissimo rege Anglorum“, tuendum suscipit, privilegisque donat, Lanfranco abbate petente. Lanfranci Opp. p. 27. — „Quisquis divina“.

Mart. 19.	Laterani	1068. (<i>Ind. 6—1.sept.—7, pont. a. 7—1.oct.—8.</i>) — 1001 (3433) Monasterium Gellonense tuendum suscipit, libertatemque eius et privilegia ac possessiones confirmat. Gall. Chr. VI. Instr. 274. — „Licet generali sollicitudine“.
p.Mrt.23.	Romae	Concilium „post pascha“, in quo Henricus, episcopus Tridentinus, homicidii absolvitur; Petrus, episcopus Florentinus, simoniae noxius, excommunicatur; Udo, archiepiscopus Trevirensis, simoniam diluit. Giesebrecht Annal. Altahenses p. 110. — In eodem concilio episcopus Clusinus simoniae accusatur. V. infra bullam 3439.
— —	—	(3434) U(doni), archiepiscopo Trevirensi, pallii usum concedit. Erhard und Rosenkranz Zeitschr. X. 310. — „Diebus vitae tuae“.
Apr. 13.	Laterani	(3435) Arnaldo, archiepiscopo Acherontino, pallii usum tribuit. Ughelli It. sacr. VII. 25. — „Convenit apostolico“.
„ 13.	„	(3436) Ecclesiae S. Mariae Magdalенаe Viridunensis protectionem suscipit, bonaque confirmat. (Notae temporis corruptae). Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 462. — „Ex consideratione“.
Iun. 20.	—	(3437) Canonicorum Ferrariensium patrocinium suscipit et possessiones confirmat. Ughelli It. sacr. II. 534, Cocqu. II. 8. — „Si iustis servorum“.
Iul. 11.	Lucae	V. tabulam in Memoriae e doc. IV. II. 143.
Sept. 13.	„	V. tabulam in Memoriae e doc. V. III. 669.
Oct. 13.	„	(3438) Ecclesiae S. Frigidiani Lucensis possessiones maritimas tuendas suscipit. Mem. e doc. IV. II. 144, Bullar. Lateran. 1. — „Quotiens a nostris“.
„ 29.	„	V. tabulam in Memoriae e doc. V. III. 669.
— —	Clusii	V. bullam subsequentem.
Dec. 30.	Perusiae	(3439) Episcopum Clusinum, in concilio Romano simoniae accusatum, quum causa et Lucae et Clusii tractata esset, absolutionem a sese impetrasse testatur. Ughelli It. sacr. III. 629, Cocqu. II. 10. — „Quoniam divinae“.
— —	—	1061 — 1069.
— —	—	(3440) Rumoldo, episcopo Constantiensi, respondet, abbatem, qui servum ita occiderit, ut moreretur sex post mensibus, annua poenitentia perlata in integrum restituendum esse. Ivonis decr. X. c. 21, Mansi XIX. 963. — „Intelleximus in“.
— —	—	(3441) Rumoldo, episcopo Constantiensi, mandat, ut qui, praetermisso subdiaconatu, diaconatum presbyteratumque susceperit, eum „ab officio sacerdotali prohibeat, donec proximo quatuor temporum ieiunio subdiaconatus ministerium ei rite imponat et sic deinceps ad maiora officia eum redire concedat“. Ivonis decr. VI. c. 409, Gratiani decr. I. D. 52. c. 1, Mansi XIX. 963, 983. — „Solicitudo dilectionis“.
— —	—	(3442) Wilielmum marcionem (al. Valerianum episcopum) ab Henrico, excommunicato archiepiscopo Ravennate, excommunicatum absolvit. (Fragmentum). Ivonis decr. XIV. c. 57, Gratiani decr. C. XXIV. qu. 1. c. 4, Mansi XIX. 977. — „Audivimus, quod“.
— —	—	1069. (<i>Ind. 7—1.sept.—8, pont. a. 8—1.oct.—9.</i>)
Ian. 16.	Narnensi urbe	(3443) Canonicam S. Mariae Spoletinam, petentibus Andrea episcopo et Petro praeposito, tuendam suscipit, et bona eius confirmat. Ughelli It. sacr. I. 1260, Cocqu. II. 11. — „Quoniam divinae“.
„ 17.	In monasterio S. Laurentii Catiliani	(3444) Ecclesiae Narniensis canonicorum bona confirmat. Ughelli It. sacr. I. 1014, Cocqu. II. 12. — „Convenit apostolico“.
Mai. 5.	Lateranis	(3445) Petente Udone, episcopo Tullensi, basilicae S. Gengulfi possessiones confirmat. In tabul. reg. Berolin. Ex schedis Pertzii. — „Ex consideratione sedis“.
Nov. 6.	Lucae	(3446) *Monasterii S. Petri Coeli-aurei Papiensis privilegia confirmat. (Signa chronologica sunt corrupta.) Robolini Notizie III. 61.
— —	—	c. 1069.
— —	—	(3447) *Mediolanensibus Gotfredum, archiepiscopum ab Heinrico rege factum, a sese condemnatum esse nunciat. Arnulfi gesta archiep. Med. L. III. c. 22 ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 24.
— —	—	1061—1070.
— —	—	(3448) Lanfranco, „utriusque sapientiae gratia repleto“, significat, se cogitare „quendam suum fratulem ad eum dirigere, qui tamen grammaticae artis peritia bene

		1061—1070.
		instructus, dialecticae omnino non sit alienus; de quo“ inquit „si ad votum nostrum pro scire et valere tuo te habueris, scias, nos tibi pie et liberaliter recompensaturos“. Monet, ut sibi quam primum respondeat. Theineri disqu. crit. 206. — „Gratias omnipotentii“.
		1070. (<i>Ind. 8—1.sept.—9, pont. a. 9—1.oct.—10.</i>)
Ian. 28.	Laterani	(3449) Canonicam S. Salvatoris Harlebecanam tuendam suscipit, eiusque bona confirmat. Miraei Opp. dipl. I. 61, (Cocqu. II. 12). — „Quandoquidem divinae“.
Mart. 21.	„	(3450) Gebehardo, archiepiscopo Salzburgensi, novi episcopatus constituendi potestatem facit, „et nullus ibi episcopus“ inquit „quandoque sive per investituram, ut dici assolet, vel quocumque pacto constituatur, nisi quem tu, vel tui successores prompta voluntate elegerint, ordinaverint et consecraverint“. Kleinmayern Nachr. v. Iuv. Anhang 257, Canisii Lect. III. II. 436, Hund Metr. Sal. I. 57, Acta SS. Iun. T. VI. 151, Mansi XIX. 975, Cocqu. II. 13. — „Quotiens ea a nobis“.
„ 31.	„	(3451) Ecclesiam S. Mariae Belliucensem tuendam suscipit, et bona eius confirmat. Gall. Chr. IV. Instr. 280, Severtii Chron. hist. II. 105, Cocqu. II. 13. — „Quotiens ea a nobis“.
—	„	(3452) Monasterium S. Mariae Fructuariense, „cum interventu dilectissimae filiae nostrae Agnetis imperatricis, tum dilecti ac venerabilis Annonis, Coloniensis archiepiscopi, rogatione“, tuendum suscipit, et bona eius confirmat. Guichenon Bibl. Sebus. p. 236, Cocqu. II. 14. — „Ex consideratione“.
Mai. 15.	In Lateranensi palatio	Synodus, in qua ecclesia S. Ioannis, affectata a Guillelmo episcopo Senogallensi, Benedicto episcopo Forosempronensi adiudicatur. (Pro „m. Maio d. 10 ind. XIII.“ in archetypo tabularii ecclesiae Forosempronensis legi: „m. Maio d. 15 ind. VIII.“ testatur Sarti de episc. Eugub. p. 45). Mansi XIX. 998.
Iun. 8.	In episcopatu Aretino	(3453) Ecclesiae Aretinae possessiones, petente Constantino episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. I. 416, Lami Eccl. Fl. M. I. 328, Pecci storia di Siena 127, Cocqu. II. 13. — „Convenit apostolicae“.
Oct. 7.	Lucae	(3454) Monasterii S. Mariae Florentini possessiones iuraque confirmat. Margarini Bull. Cas. II. 100. — „Cum sedis“.
Dec. 3.	„	(3455) Episcoporum Lucensium plebes capellasque confirmat. Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat., documenti p. 52, Mem. e doc. IV. II. 147. — „Cum universis“.
—	—	1071. (<i>Ind. 9—1.sept.—10, pont. a. 10—1.oct.—11.</i>)
—	—	(3456) Sigifrido, archiepiscopo Moguntino, praecipit, ut „Coloniensem archiepiscopum invitet; et, convocatis fratribus, concilium celebret, in quo Caroli designati episcopi (Constantiensis) causa iuxta veritatem discutiatur; ut, aut reus criminis, quo insimulatur, a dignitate reiiciatur, aut innocens canonicè consecratur“. V. Sigifridi litteras ap. Mansi XX. 9.
Mart. 17.	Laterani	(3457) Monasterium S. Rigaldi tuendum suscipit privilegiisque ornat, petente Aganone, Augustodunensi episcopo. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 628, Gall. Chr. IV. Instr. 281, Cocqu. II. 14, Severtii Chronol. hist. II. 105. — „Religiosis desideriis“. — V. tabulam in Memoriae e doc. IV. II. 148.
Iun. 21.	Lucae	(3458) Clero Mediolanensi ita scribit: „archiepiscopum vestrum simoniacum fuisse nullus vestrum ignorat“. (Fragmentum.) Mansi XIX. 979. — „Archiepiscopum“.
—	—	(3459) *Universos episcopos Campaniae, Principatus, Apuliae atque Calabriae invitat ad monasterii Casinensis basilicam die 1. Octobris consecrandam. V. Leonis chron. mon. Cas. ap. Pertz M. G. Scr. VII. 719.
Oct. 1.	In monasterio Casinensi	Basilicam consecrat. Leonis Chron. mon. Cas. p. 719, Anon. Casin. chron. 1071 ap. Gattula Acc. 827, Annal. Cavenses 1071 ap. Pertz M. G. Scr. III. 189.
„ 18.	Laterani	(3461) Monasterii S. Ioannis Pinnensis, praesente Hugone-Candido presbytero cardinali a Sancio Hispaniae rege cum ceteris monasteriis b. Petro oblatis, protectionem suscipit, et privilegia instituit. Martinez Hist. de S. Iuan de la Peña 518, Aguirre Conc. IV. 437, (Mabillon Ann. ord. Ben. V. 42). — „Apostolicae sedi“.
„ 27.	„	(3462) Monasterii S. Edmundi possessiones confirmat, „Willelmi regis benignae interpellationis vota attendens“. Cocqu. II. 15, In Seldeni notis ad Eadmeri Hist. nov. p. 130. — „Quamquam sedes“.
—	—	(3463) Thomae, archiepiscopo Eboracensi, pallii usum concedit. Monast. Anglic. III. 133. — „Cum pastores ovium“.

		1071. (<i>Ind. 9—1 Sept.—10, pont. a. 10—1 Oct.—11.</i>)
—	—	(3464) *Lanfranco, archiepiscopo Cantuariensi, pallium tribuit. Chronica de Mailros 1071 ap. Fell R. A. Scr. 160.
—	—	(3465) Willelmi, Anglorum regis, virtutem fidemque laudat. Monet, ut Lanfranci, archiepiscopi Cantuariensis, consilia sequatur; cuius arbitrio et Alricii, quondam episcopi Cicestrensis, causam, et archiepiscopi Eboracensis cum episcopo Dorcastrensi litem commissam nunciat. Wilkins Conc. I. 326, Rymer Foed. I. 1, Lanfranci Opp. ed. Giles I. 30, Mansi XIX. 950. — „Omnipotenti deo“.
—	—	(3466) Wratislai, Bohemorum ducis, cum fratre episcopo reconciliandi causa legatos scribit in Bohemiam a sese missum iri. Pez Thes. anecd. VI. 246, Boczek C. D. M. I. 141. — „Nobilitatis tuae“.
		1061—1072.
—	—	(3467) Monasterii S. Mariae Florentini possessiones et iura, interventu Petri Damiani episcopi Hostiensis et cardinalis, confirmat. Lami Eccl. Fl. M. I. 107. — „Quum sedis“.
—	—	(3468) Omnibus Eugubinis significat, se ecclesiam Petri Damiani episcopi dedicatam b. Lucae evangelistae tuendam suscepisse. Mansi XIX. 972, Mittarelli Ann. Cam. II. 239, Cocqu. II. 20. — „Non ignorat“.
		1072. (<i>Ind. 10—1 Sept.—11, pont. a. 11—1 Oct.—12.</i>)
Ian. 18.	Reate	(3469) Ecclesiam Furconiensem tuendam suscipit, eiusque possessiones confirmat, petente Raynerio episcopo. Muratori Ant. It. VI. 492. — „Quoniam multa“.
c. Febr.—	Romae	Synodus, in qua, anathematizato Gotefredo, Atto archiepiscopus Mediolanensis sancitur. Arnulfi gesta archiep. Med. L. IV. c. 2 ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 26.
„	„	(3470) *Heinricum IV. regem monet, „ut odium servorum dei, quod animo conceperat, a se proiciat, et ecclesiam Mediolanensium secundum deum habere permitteret episcopum (Attonem)“. V. Bonizonis lib. ad am. p. 810.
Mart. 12.	Lucae	(3471) Monasterium S. Prosperi Regium tuendum suscipit, eiusque possessionem et privilegia confirmat. Margarini Bull. Cas. II. 104, (Cocqu. II. 17.) — „Quem admodum regi“.
—	—	(3472) *Ruobertum, abbatem Augiensem, qui propter simoniam vocatus Romam non venerat, anathematizatum orbaturque abbatia declarat. V. Lamberti Annales 1072, ap. Pertz M. G. Scr. V. 191.
Oct. 5.	Lucae	V. tabulam in Memoriae e doc. V. III. 671.
„ 29.	„	(3473) Oratorium Campi-amabilis tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat. Mittarelli Ann. Cam. II. append. 236, Yepes Coronica general V. 455, Cocquelines II. 19. — „Nulli fidelium“.
Nov. 6.	„	(3474) Monasterii Floriacensis possessiones et privilegia confirmat. Cocqu. II. 16. (Cf. emendationem ap. Saussey Ann. eccl. Aurel. p. 192, 218). — „Si in apostolica“.
—	—	(3475) Bona iuraque ecclesiae S. Vincentii Cabilonensis confirmat, quam dicit „prae ceteris totius Galliae apostolicae sedi connexam, adeo ut a sedis Romanae vicariis illuc directis statutis temporibus inibi celebrentur concilia“. Gall. Chr. IV. Instr. 229. — „Quamvis quidem bene“.
		1061—1073.
—	Romae	(3476) Episcopis clericis et iudicibus Italiae significat, „in synodo habita in Lateranensi consistorio“ quid actum sit de „novo et inaudito errore“ eorum, qui, „affirmantes, quod germani fratres vel sorores inter se sint in secunda generatione, filii eorum vel filiae in quarta, nepotes vel neptes eorum in sexta, dicant, deinceps viros ac mulieres inter se posse nuptialia iura contrahere“. Gratiani decr. C. XXXV. qu. 5 c. 2, Mansi XIX. 966, Cocqu. II. 2. — „Ad sedem“.
—	—	(3477) Clero Mediolanensi significat, decretum in synodo Romana esse, „a simoniacis et fornicatoribus officium celebrari non debere, nec aliquem Christianum id ab iis audire“. (Fragmentum.) Mansi XIX. 978. — „Noveritis, nos“.
—	—	(3478) Populo Mediolanensi (?) nunciat, synodum Romanam decrevisse „ut a presbytero simoniaco, seu concubinam habente, missa a nullo fidelium audiatur“. (Fragmentum.) Mansi XIX. 978. — „Siat nobilitas“.
—	—	(3479) Philippo, regi Francorum scribit, sedis apostolicae decreta eodem loco cum

			1061 — 1073.
			canonibus habenda esse. (Fragmentum.) Ivonis decr. V. c. 31, Mansi XIX. 979. — „Ignorant miseri“.
			(3480) Reibaldo, archiepiscopo Arelatensi, et Bertrando, episcopo Foroiuliensi, de suscepta ecclesiae Bariolensis tutela significat. Saxii Pontif. Arelat. 206, Bouche L'hist. de Prov. II. 72, Gall. Chr. I. Instr. 96. — „Quotiens illa a nobis“.
	Romae		(3481) Tricastinensibus et Arausicanis praecipit, ut Giraldo, communi episcopo, obediant. Gall. Chr. I. Instr. 119. — „Admonemus vos“.
	”		(3482) Bertrando comiti, Raimbaldi filio, sub excommunicationis poena praecipit, ne Geraldum episcopum infestet, ne ecclesiam Arausicanam divellere a Tricastinensi conetur. Gall. Chr. I. Instr. 120, Bouquet Rec. XIV. 546. — „Si vera sunt“.
			(3483) Abbatem et universam congregationem Anianensem hortatur, ut episcopo Magalonensi pareant. Baluzii Misc. II. 119, Gariel Ser. I. 127, Mansi XX. 910. — „Pervenit ad nos“.
			(3484) Guillelmo Petrocoriensi et Duranno Tolosensi episcopis Hugonique abbati scribit de poenitentia ei iniungenda, qui fratris occidendi occasionem invitatus praebuerit. Ivonis decr. X. c. 176, Mansi XIX. 963. — „Praesentium portitor“.
			(3485) Omnes episcopos Hispaniae (al. Galliae) laudat, quod Iudaeos defenderint, „ne interimerentur ab illis, qui contra Saracenos in Hispaniam proficiebantur“. Ivonis decr. XIII. c. 114, (Gratiani decr. C. XXIII. qu. 8. c. 11), Mansi XIX. 964. — „Placuit nobis“ („Dispar nimirum“).
			(3486) Berengarium, vicecomitem Narbonensem, qui occidi Iudaeos non siverit, laudat. (Fragmentum.) Ivonis decr. XIII. c. 115, Bouquet Rec. XIV. 538, Mansi XIX. 980. — „Noverit prudentia“.
			(3487) Wifredo, archiepiscopo Narbonensi, scribit, „omnes leges, tam ecclesiasticas, quam saeculares, effusionem humani sanguinis prohibere“. (Fragmentum.) Ivonis decr. XIII. c. 115, Mansi XIX. 980. — „Omnes leges“.
			(3488) Guilielmo de Monasteriolo (al. Monstrolio) praecipit, ne uxorem dimittat, priusquam ab episcoporum concilio consanguinitas cognoscatur. Ivonis decr. IX. c. 32, Gratiani decr. C. XXXV. qu. 6 c. 10, Mansi XIX. 980. — „Multorum relatione“.
			(3489) *Monasterii S. Salvatoris Caroffensis privilegia et possessiones confirmat. Labbé N. B. M. II. 757.
Ian.	8.	Laterani	(3489 a) „Castellum Ariciae Conrado Gregorio et Petro filiis b. m. Malebranchae in feodum confert“. In tabular. Vatic.; v. Pertz Archiv VII. 21.
			(3490) Statuit, beneficia ecclesiastica ne pretio aut episcopi Lucenses tribuant, aut clerici accipiant. Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat., Docum. p. 32, Ughelli It. sacr. I. 809, Mansi XIX. 985, Cocqu. II. 21, (Gratiani decr. C. I. qu. 3 c. 9). — „Cum divina“ („Ex multis temporibus“).
			(3491) De ecclesiae Lucensis muneribus in probos doctrinaque instructos viros conferendis leges condit. Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat., Documenti p. 45, Mem. e doc. V. III. 663, Ughelli It. sacr. I. 811, Cocqu. II. 23. — „Quamvis ecclesiasticae“.
			(3492) Ecclesiae Lucensis bona alienari vetat. Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat., Docum. p. 48, Mem. e doc. V. III. 665, Ughelli It. sacr. I. 812, Cocqu. II. 24. — „Quamvis circa omnes“.
			(3493) Desiderio, abbati Casinensi, abbatiam SS. Sebastiani et Zosimi, quae Palaria vocatur, tribuit, recepto coenobio sanctae Hierusalem. Pertz M. G. Scr. VII. 729 not. 51. — „Quapropter carissime“.
			(3494) Monasterium S. Salvatoris Maiellanum tuendum suscipit et bona eius confirmat. Bull. Vat. I. 39. — „Quamvis ex universalitate“.
			(3495) Episcopatum Troianum, petente Stephano episcopo, confirmat „secundum tenorem privilegii serenissimorum Imperatorum Constantinopolitanorum Constantini et Basilii fratrum“. Ughelli It. sacr. I. 1344. — „Concedimus“.
			(3496) Trasmundum, Bernardum, Berardum, Sansonis filios, nobiles viros, de tuendo monasterio Piscariensi hortatur, petente Dominico, episcopo Valvensi et monasterii abbate. Chron. Casaur. ap. Muratori R. It. Scr. II. II. 862. — „Quoniam erga“.
			(3497) Landulfum in Corsica monet, ne invita uxore monachicam vestem sumat. Ivonis decr. VIII. c. 220, (Gratiani decr. C. XXXIII. qu. 5 c. 2), Mansi XIX. 951. — „Notificasti te“.
			(3498) Clericos Neapolitanos edocet, errore vagari eos, qui „ita generationes a duobus fratribus altrinsecus prodeuntes enumerent, ut eorum invicem filios quartam, ne-

1061—1073.

- potes sextam, pronepotes octavam generationem esse perhibeant“. Ivonis decr. IX. c. 6, Mansi XIX. 961. — „De parentelae“.
- (3499) Constantino, episcopo Aretino, respondet, qui „concubinae suae in quarta linea consanguineam, alterius deponsatam, pro coniuge duxerit“, eum trium criminum obnoxium esse. Iubet sponsam sponso reddi. (Fragmenta). Ivonis decr. IX. c. 37, Mansi XIX. 961. — „Scripsisti quemdam“.
- (3500) Amalgerio, episcopo Civitatensi, significat, se cuidam presbytero homicidae annorum 14 poenitentiam iniunxisse. Ivonis decr. X. c. 14, Mansi XIX. 962. — „Fratri huic“.
- (3501) Clerum Vulturensem de annorum decem poenitentia interfectori armati presbyteri imposita certiore facit. Ivonis decr. X. c. 16, Mansi XIX. 962. — „Poenitens praesentium“.
- (3502) Clero Vuillinensi (Vulsiniensi?) significat, Theoderico parricide poenitentiam septem annorum a sese impositam esse. Ivonis decr. X. c. 178, Mansi XIX. 966. — „Diligentia vestra“.
- (3503) Dominico, patriarchae Gradensi scribit de presbyteris, diaconis, subdiaconis, qui „mulierculas non abiecerint“, removendis. (Fragmentum). Gratiani decr. I. D. 32 c. 11, ubi haec epistola Urbano II. tribuitur; Mansi XIX. 977. — „Erubescant impii“.
- (3504) Lancium Micernium (leg. Nucerinum) episcopum ob fornicationem et simoniam deiectum nunciat. (Fragmentum). Mansi XIX. 978. — „Lancium“.
- (3505) Clero et populo Florentino scribit, debere monachos „intra claustrum morari, non vicos, castella, civitates peragraré“. (Fragmentum). Ivonis decr. VII. c. 151, Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 11, Mansi XIX. 979. — „Iuxta Chalcedonensis“.
- (3506) Mangiso, episcopo Venetensi, respondet, „orationibus, ieiuniis, ac hereditatis et eleemosynarum largitione“ non posse officii, quin consanguineorum nuptiae dirimantur. (Fragmentum). Ivonis decr. IX. c. 9, Mansi XIX. 979. — „Huius viri“.
- (3507) Rainaldo, episcopo Comensi, mandat, ut in Gissandum (al. Guilandum) presbyterum de decessoris eius nece suspectum quaestionem ponat; neque vero ferventem frigidamve aquam, aut ignitum ferrum adhiberi vult. Ivonis decr. X. c. 15, (Gratiani decr. C. II. qu. 5 c. 11), Mansi XIX. 983. — „Super causas“.
- (3508) H(eliseo), episcopo Mantuano, mandat, ut Leonis IX. papae de corpore Symeonis eremitae (Padilironensis) praeceptum una cum Ferrariensi et Veronensi episcopis exsequatur. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. VI. P. I. 168. — „Visis litteris, quas“.
- (3509) Episcopis et regi Dalmatarum significat, „omnia capitula, per Mainardum collateralem episcopum suum et Ioannem archipraesulem in Spalato aliisque civitatibus statuta“, in synodo Romana a Nicolao II. confirmata esse. (Fragmentum). Ivonis decr. IV. c. 139, Mansi XIX. 977. — „Notificamus omnia“.
- (3510) Episcopis et regi Dalmatarum scribit, episcopum, presbyterum, diaconum, qui „feminam acceperit vel acceptam retinuerit“, deiciendum esse. (Fragmentum). Gratiani decr. I. D. 81. c. 16, Mansi XIX. 977. — „Si quis a modo“.
- (3511) Genobardo, archiepiscopo Iuvanensi, al. Vivariensi, al. Viennensi, (leg. Gebardo Iuvaviensi) respondet, sacra procurare clerico non licere, si comitali morbo frequenter corripiatur. Ivonis decr. VI. c. 405, Gratiani decr. C. VII. qu. 2. c. 1, Mansi XIX. 965. — „In tuis litteris“.
- (3512) Berengario, episcopo Basileensi, significat, se cuidam ob corruptam patris filiam quatuordecim annorum poenitentiam imposuisse. Ivonis decr. IX. c. 10, Mansi XIX. 979. — „Iste poenitens“.
- (3513) Wifredo, episcopo Constantiensi, significat, se quosdam, quod homicidio casu affuissent, exsilio affectos, poena levasse. Ivonis decr. X. c. 30, Mansi XIX. 980. — „Dicebant, se“.
- (3514) Adelberonem, episcopum Wirzeburgensem, hortatur, ne Wideradi abbatis monasterii Fuldensis privilegia laedat. Schannat Dioec. Fuld. 252. — „Wideradus karissimus“.
- (3515) (Sigifridum) archiepiscopum Moguntinum, reprehendit, quod, neglectis adhortationibus suis, monasterio Fuldensi inferre iniurias perrexerit. Praecipit, ut ablata monasterio reddat, „donec“ inquit „si legatus noster prius apud vos hanc litem non deciderit, in ventura synodo aut per vos aut per idoneos nuncios

1061—1073.

ad iudicium et determinationem huius rei in nostra praesentia conveniatis“. Schannat Dioec. Fuld. 253. — „Si fraternitatis tuae“.

- (3516) Abbati Fuldensi significat, ab episcopo Wirzeburgensi datum iusiurandum esse, se consecrationem eius ab ipso factam nunquam simoniacam appellasse. Eundem de spretis litteris apostolicis sibi satisfacisse, atque promisisse, se ablata monasterio restitutum, „donec“ inquit „si legatus noster prius apud vos hanc litem non deciderit, in ventura synodo aut per se aut per idoneos nuncios ad iudicium et terminationem huius rei in nostram praesentiam veniat“. Suas ad archiepiscopum Moguntinum litteras cum eo communicat. Schannat Dioec. Fuld. 253. — „Si te ex corde“.
- (3517) Satis habere sacerdotem iubet, missam semel aut quum plurimum bis in die celebrare. „Nam quicumque“ inquit „pro pecuniis aut adulationibus saecularium una die praesumunt plures facere missas, non existimo evadere damnationem“. (Fragmentum.) Ivonis decr. II. c. 81, Gratiani decr. III. D. 1. c. 53, Mansi XIX. 979. — „Sufficit sacerdoti“.
- (3518) Quendam, „ab ecclesia electum, altero digniorem“, quamvis sacerdotis filius sit consecrari tamen iubet. (Fragmentum.) Gratiani decr. I. D. 56. c. 12, Mansi XIX. 980. — „Apostolica auctoritate“.
- (3519) Cuidam ita scribit: „Quod frater sororve uxoris tuae cognati tui dicuntur, equivocationis iure fit potius, quam ulla causa cognationis“. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XXXV. qu. 5 c. 5, Mansi XIX. 981. — „Quod autem frater“.
- (3520) Episcopo cuidam respondet, „mulierem, copula nuptiali extraneo viro iunctam, cognationi eius pertinere; eoque defuncto cognationem manere eandem; neque ab alio viro cognationis vocabula (vincula?) dissolvi, neque susceptas soboles posse legitime ad prioris viri cognationem (cognationis?) transire copulam“. Mansi XIX. 981. — „Fraternitatis tuae“.
- (3521) Episcopum non canonicè damnatum qui comprehenderit, aut percusserit, aut expulerit, eum scribit anathematizandum esse, bonaque eius ecclesiae tradenda. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XVII. qu. 4 c. 22, Mansi XIX. 982. — „Si quis deinceps“.

1064—1073.

- (3522) Adelardo, episcopo Suessionensi, haec scribit: „Quod in XXX. annorum longitudinem homicidii, in treva dei facti, poenitentiam extendistis, constitutioni huic auctoritatem non damus, quia in sacris hoc canonibus non invenimus; tamen quoniam a prudentibus et religiosis viris treva dei pro conservanda in populo pace est constituta, omnino non reprobamus“. (Fragmentum.) Ivonis decr. X. c. 31, Mansi XIX. 989. — „Quod in XXX.“

1066—1073.

- (3523) Theobaldum eremitam sanctis ascribit, Mainardo (Silvae-candidae) et Damiano (Hostiensi) episcopis et populo Vicentino petentibus. Mittarelli Ann. Cam. II. 329, Acta SS. Iun. T. V. 596, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. VI. P. II. 182. — „Multa praeclara“.
- (3524) Wilielmo, Anglorum regi scribit de annua pensione apostolicae sedi exhibenda. (Fragmenta.) Ex coll. Deusdedit ap. Borgia Brev. ist. del dom. temp. append. 13, Muratori Ant. It. V. 838, Mansi XIX. 949. — „Novit prudentia“.
- (3525) Udoni, archiepiscopo Trevirensi, et Theodorico, episcopo Virdunensi, scribit, Cosaldo presbytero, qui capessendi monasterii consilium in morbo captum recreatus abiecerit, beneficia altariaque, ablata per Richerium diaconum, restituenda esse. Ivonis decr. VI. c. 428, Hontheim Hist. Tr. I. 417, Mansi XIX. 960, (Gratiani decr. C. XVII. qu. 2 c. 1). — „Praesentium lator“ („Consaldus“).
- (3526) Udoni, archiepiscopo Trevirensi, scribit, sacerdoti cuidam ob „matris et filiae commixtionem“ omnem vitam in poenitentia consumendam esse. Martene et Dur. Vet. Script. I. 480, Hontheim Hist. Trev. I. 416. — „Litteris tuis“.

1071—1073.

- (3527) Lanfranco, archiepiscopo Cantuariensi, scribit de monachis ex ecclesia S. Salvatoris non expellendis. Lanfranci Opp. ed. D'Achery p. 303, ed. Giles I. 27,

1071—1073.

- Eadmeri Hist. novorum L. I. p. 32, Wilkins Conc. I. 328, Mansi XIX. 969, Cocqu. II. 18. — „Accepimus a quibusdam“.
- (3528) Lanfrancum, archiepiscopum Cantuariensem, monet, ut monasterii Wintoniensis statum tueatur. Haec addit: „Practerea de liberatione capti episcopi quod experientiae tuae commisimus, valde miramur, an hoc tua praetermiserit negligentia, an regis poenam adiiciens contempserit inobedientia“. Wharton Angl. sacr. I. 322, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 36. — „Pervenit ad aures“.
- (3529) Congregationis monasterii Wintoniensis statum mutari vetat, monachosque hortatur, ut sancte se gerant, neve reprehensionis ansam praebeant. Wharton Angl. sacr. I. 320, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 36. — „Legati nostri“.
- 1073. (Ind. 11, pont. a. 12.)**
- Fbr. Mart. Romae Synodus („in quadragesimae diebus“), „in qua Hugo candidus a Cluniacensibus monachis et a quibusdam religiosis episcopis publice de simonia arguitur; et in qua hortatu imperatricis quosdam regis (Heinrici IV.) consiliarios, volentes eum ab unitate ecclesiae separare, publice dominus papa excommunicat“. Bonizonis Lib. ad am. p. 810.
- (3530) *Heinricum IV. regem datis Annoni archiepiscopo Bambergensi litteris „vocat ad satisfaciendum pro symoniaca heresi aliisque nonnullis emendatione dignis, quae de ipso Romae fuerant audita“. V. Ekkehardi chron. univ. 1073 ap. Pertz M. G. Scr. VI. 200.
- Mart. 3. Romae (3531) Monasterium S. Nicolai Passaviense, ab Altmanno episcopo conditum, possessionibusque donatum ab Agnete imperatrice, tuendum suscipit et bona eius confirmat. Mon. Boic. IV. 287, Hund II. 535, Cocqu. II. 19, Mansi XIX. 976. — „Convenit apostolico moderamini“.
- „ 31. „ „pascali — festivitate“. Bonizonis lib. ad am. L. VI. p. 810.
- Apr. 17. Laterani (3533) Ecclesiae S. Mariae Magdalenae Vesontionensis privilegia confirmat. (Fragmentum.) Mém. et doc. inéd. de la Franche-Comté II. 316. — „Notum esse volumus“.
- „ 21. — Moritur „XI. Kal. Mai“. Gregorii VII. registr. L. I. ep. 6 ap. Mansi XX. 64, Bernoldi Necrol. ap. Pertz M. G. Scr. V. 392, Mariani Scotti chron. ibid. 560, Annal. Benevent. 1073 ap. eund. III. 181, Emortuale mon. Casin. ap. Muratori R. It. Scr. V. 75.

CADALUS (HONORIUS II.) antipapa. 1061—1064.

1061.

- Oct. 28. Basileae Eligitur ab Heinrico IV. rege „ipso festivitatis die sanctorum apostolorum Simonis et Iudae“. Petri Damiani ep. ad Cunibertum, Opp. III. p. 206, Bertholdi Annales 1061 ap. Pertz M. G. Scr. V. 271. Cf. Bernoldi Chron. 1061 ap. eund. 428, ubi dies 26 Octobr. praebetur.

1062.

- — Longobardiam „Intrat, stipatus multis militibus“. Bonizonis liber ad amicum ap. Oefele R. B. Scr. II. 807.
- — Bononiae V. Bonizonis Libr. ad am. I. I.
- — per Etruriam V. Benzonis panegyricum, L. II. c. 9, ap. Mencken. Scr. R. G. I. 987.
- Mart. 25. Sutrii V. Benzonis paneg. I. I.
- Apr. 14. Prope Romam in prato Pugna, qua Alexandrini a Cadali exercitu superantur. Locum exhibent Annales Romani ap. Pertz M. G. Scr. V. 472 et Bonizo in lib. ad am. p. 807, diem codex Vatic. ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 358.
- „ — In civitate Leoniana V. Annales Romanos p. 472: „apprehenderunt civitatem Leonianam cum basilica b. Petri“; Benzonis paneg. L. II. c. 9 p. 988: „intravit exercitus (Cadali) sancti Petri cortinam“.
- „ — In turre Cencii Stephani, „quae est in ponte b. Petri“. Annales Romani p. 472.
- „ — Tiberim transgreditur. V. Benzonis paneg. L. II. c. 9 p. 988: „Transivimus tyberim ac portum flaiiani“.

		1062.
Apr. Mai.	Sub arce Parmae	Tusculana „in papilionibus“. Benzonis paneg. L. II. c. 10. p. 988. V. Annales Roman. p. 472, Bertholdi Annal. 1062, Bonizonis libr. ad am. p. 807, Benzonis paneg. L. II. c. 13. p. 990. Synodus, in qua Alexander II. excommunicatur. V. Benzonis paneg. L. II. c. 14. p. 990, et Giesebrecht Annal. Altahenses p. 102. (Cf. tabulam ap. Affò St. di Parma II. 328: „anno 1062, IV. Kal. Aug. Ind. XV. Episcopo s. Parmensis ec- clesiae, ubi nunc domnus Kadalus episcopus, et electas apostolicus, praedesignatus esse videtur“.)
		1063.
— —	In Romania	Copias parat. Bonizonis Lib. ad am. p. 807: „transacto anno“.
— —	Leonianam	civitatem noctu intrat. Bonizonis lib. ad am. p. 807.
— —	In ecclesia S. Petri	Bonizonis lib. ad am. l. I; Benzonis paneg. L. II. c. 16, p. 993.
— —	In castro S. Angeli	obsidetur. Bonizo l. I: „in eodem castro per duos annos (an menses?) obsessio“; Benzonis pan. l. I: „in poliandro adriani“. Cf. supra Alexandri II. ep. 3392.
		1064.
— —	Berceti	Bonizonis lib. ad am. p. 807, cf. Giesebrecht Annales Altahenses p. 180 n. 1 et p. 184.
Mai. 31.	Aquae nigrae	Dum celebratur concilium Mantuanum, in quo ipse pontificatu absens deicitur. Gie- sebrecht Annales Altahenses p. 105. Cf. Bonizonis lib. ad am. p. 808. „Sua per ecclesias decreta et epistolas more sedis apostolicae destinare non desistit“. Lamberti Annal. 1064 ap. Pertz M. G. Scr. V. 168.
		1069.
Apr. 20.	Parmae	In iudicio sedens Cumdelbertum diaconum et custodem ac Rainerium advocatum ecclesiae Parmensis per ferulam de possessionibus quibusdam investit. Tabula ap. Affò St. di Parma II. 329, cui sic subscripsit: „Ego Cadalus Dei gratia Epi- scopus atque Electus Apostolicus“.

GREGORIUS VII. 1073 — 1085.

† In adornandis Gregorii VII. regestis mihi contigit, ut optatissimo uti praesidio liceret, quod quidem situm in veterrimo registri codice Vaticano est, omnium qui exstant et manu scriptorum codicum et editionum fonte. Willelmus enim Giesebrecht V. Cl., quum thesauris bibliothecarum et tabulariorum Italicorum ante aliquot annos fruenti aditus ad praestantissimum illum codicem pateret, genuinas eius lectiones, a quibus haud raro editiones male recedunt, diligenter perscripsit, posteaque, ut locupletarem meum librum, benigne ac liberaliter mecum communicavit. Auxit etiam largitatem muneris, quod quum ab eo petissem, de proprietate codicis virtuteque ut in meum usum persequeretur scriptura, qua est comitate non dubitavit, quin utilem gratamque, quae habetur infra, ad me mitteret commentationem. Equidem codicem Vaticanum, ut par fuit, nusquam non secutus, ubi editiones in chronicis signis menda continent, utramque lectionem inter uncas apposui; neque, quam Mansi affert codicis Mutinensis varietatem, ne deesset lectori, praetermittendam putavi. Gregorii bullae nomina testium non praebent. Sententia in iis legitur haec: „Miserationes tuae domine super omnia opera tua“ (3625, 3758, 3764, 3806, 3828, 3919, 3965, 3967, 3979, 3982).

Scriptae per cuius manum bullae sint, non plus quam semel indicatur:

p. m. Benjamin notarii sacri palatii (3987).

Datae sunt

p. m. Petri S. R. E. presbyteri cardinalis ac bibliothecarii (3606, 3609, 3624, 3625, 3697, 3703, 3727, 3728, 3729, 3733, 3735, 3758, 3764, 3800, 3808, 3828, 3855, 3919, 3920, 3966, 3967, 3968)

„ „ Petri cancellarii atque cardinalis (3806)

p. m. Cononis cardinalis presbyteri (3787)

„ „ Iohannis R. E. diaconi cardinalis (3814)

„ „ Benjamin fungentis vice Petri S. R. E. presbyteri cardinalis et bibliothecarii (3965)

„ „ Gregorii S. R. E. diaconi (3973). —

W. Giesebrechti autem commentatio, de qua supra dixi, scripta his verbis est:

„Gregorii VII. Registrum, quod usque ad nostra tempora pervenit, non idem esse ac verum illud et genuinum, quod publica auctoritate olim recepto in curia Romana more compositum erat, quum multae epistolae, quas aliunde notas frustra quaesiveris, satis ostendunt, tum ex eo intelligitur, quod quae ipse Gregorius in illo scripta esse apertis verbis refert, nusquam reperiuntur, (Lib. VII. ep. 16). Persuasum igitur habemus, id quod vocant Registrum nihil esse aliud, nisi collectionem epistolarum a scriptore nescio quo confectam atque in lucem prolatam, ut rerum gestarum curiosis pro virili parte consuleret, magnumque Gregorii nomen posteritati commendaret. Quam collectionem iam paulo post obitum huius Papae conscriptam, moxque et in Italia et in Germania innotuisse, Deusededit Cardinalis Romanus in collect. can. (Steph. Borgia del Dominio temporale. App. p. 13 sequ.) et Bernoldus Constantiensis in Chron. ad annum 1085 testes sunt“.

„In undecim libris, quorum decimus iniuria temporum interierit, opus dispositum fuisse, editores uno ore confirmant, neque dubitare videntur, quin conservato iusto ordine temporum epistolae suo quaeque loco positae sint. Attamen, si paulo accuratius perlustraveris, facile animadvertes, inde ab initio libri VIII. omnes fere litteras indictione, plurimas vel die, quo datae sint, carere; quamquam in prioribus septem libris indictio et dies fere semper diligenter diffiniuntur. Fieri certe nequit, quin ea re scrupulum nobis iniiciatur, et critica arte adhibita inveniemus, nequaquam eo, quo nunc leguntur ordine, sed diversis temporibus eas litteras scriptas esse et saepe inferiorem nunc locum obtinere, quae antepositis multo priores exstiterint. Neglexit igitur, qui Registrum composuit, in extrema operis parte temporum ordinem, quem per septem priores libros diligenter tuitus erat. Quod sane non sine gravi causa admisit, quamvis, quae fuerit, coniectura modo augurari possimus. Ex mea sententia usque ad finem septimi libri vero et genuino Gregorii VII. Registro usus ea, quae notatu digna videbantur, inde decerpit: ipsius papae litteras, acta conciliorum, epistolas ad papam datas, notas de ordinatione episcoporum etc., quae omnia eodem, quo in Registro erant, ordine in suum librum describenda curavit. Deinde vero ab initio libri VIII. hoc valido praesidio destitutus, sive Registrum papae gravissimis illis temporibus (1080—1085) omnino non confectum, sive Gregorio mortuo Salerni relictum erat, sine ordine, quascunque fors et fortuna e diversis locis ei obtulerat, epistolas compegit. Ita accidisse videtur, ut quum in priore parte singulis pontificatus annis singuli libri responderent, et epistolae eodem anno datae eodem quoque libro coniungerentur, in posteriore parte hic ordo plane negligereetur“.

„Vehementer vero dubitandum est, num ea librorum descriptio quam nunc editiones exhibent, auctoritatem habeat vetustatis. Iam id suspicionem movet, quod Deusededit Cardinalis ex septimo libro, qui apud nos omnino 28 epistolas continet, 70am et 75am, et ex octavo quamquam in editionibus non supra 23am progreditur, 29am et 30am laudat. Quod ad septimum quidem librum, aut aliquis error in numeris latet, aut Deusededit exemplari nostris locupletiore utebatur; nam quae laudantur epistolae in nostris 19a et 24a eiusdem libri sunt. Aliter de octavo libro sentiendum est, eae enim epistolae, quas ex hoc commemorat, nunc in nono libro reperiuntur, ubi 6a et 7a numerantur. Unde in exemplo eius octavum et nonum librum coniunctum fuisse, probabile et verisimile videatur“.

„Sed ut certi aliquid de hac re statuamus, ad codices Registri manu scriptos nos vertamus necesse est. Haud raro in bibliothecis Italicis inveniuntur. Ipse iter per Italiam faciens, Romae duos in archivio Vaticano, quinque in bibliotheca Vaticana (Codd. 3797, 4579, 4906, 4907, 5638), unum Vallicellianum (Cod. C. 17) revolvi; Venetijs unum in bibliotheca sancti Marci inspexi, Mutinensem laudat et in usum suum vertit Ioannes Dominicus Mansi. Sed omnes hi libri recentioris sunt aetatis, non autem saec. XVI. vel XVII. confecti, praeter unum illum, qui antiquior in archivio Vaticano exstat, quemque reliquorum omnium tanquam fontem et originem habendum esse, facile probari potest. Ex eodem quoque Antonius Caraffa primus Registrum typis exscribendum curavit, et omnes, qui post

eum novam editionem instituendam susceperant, nihil aliud egerant, quam ut Caraffae lectionem, licet plurimis locis valde mendosam, inconsulte ad litteram repeterent, nisi forte lenior sententia ferenda est et de Harduino, nonnulla de coniectura haud male emendante, et de Dominico Mansi, quem codice Mutinensi usum esse iam supra retuli. Antiquissimum vero Vaticanum librum, qui summa cum cura adiri debebat, cum nullus esset fide dignior, post Caraffam nemo non neglexit. Unde factum est, ut usque ad hunc diem omnes Registri editiones plurimis gravissimisque vitiis scaterent. Quae cum ita sint, facile artis criticae peritissimus quisque concedet, omnes quaestiones, quae de indole ac conditione Registri proponantur, totas in hoc ipso codice versari, neque dirimi posse, nisi accurate examinatus fuerit“.

„Est vero membranaceus in 4. min., litteris Latinis, quo genere sub fine saec. XI. in usu erant, exaratus; 258 folia continet. In primo quaternione post praefixō manu saec. XIV. scripta inveniuntur et privilegium quoddam monasterii apud Bantium et documenta, die 10 mensis Octobr. a. 1369 data, quae ad Iohannem Palaeologum ad ecclesiam Romanam reversum pertinent. Tum Registrum excipit his verbis: „In Dei nomine. Incipit liber primus Registri septimi Gregorii papae. Anno dominicae incarnationis millesimo LXXIII. indictione XI. Regnante domino nostro“ etc. Diversis manibus exaratum est, coevis tamen et tanta similitudine, ut eas subtiliter discerni haud parvi negotii sit; nec non saepius eadem manus, quam iam in priore operis parteprehenderis, postea iterumque recurrit. Litterae, quae nunc primae ponuntur in libro undecimo, alia manu scriptae sunt ac praecedentes, rursusque manu plane ab illa diversa eae, quae sequuntur et finem Registro imponunt. Multa deleta, mutata, correctae invenies, ut facile in eam sententiam adduci possis, codicem ipsius fuisse, qui collectionem instituerit. Quod ego non enixe contenderim, iterum monens, fieri potuisse, ut Deusdedit Cardinalis locupletiore exemplo uteretur. Quod ad descriptionem librorum, suis cuique titulus rubro colore praescriptus est, ac quidem iisdem manibus, quae ipsas epistolas exararunt, usque ad librum sextum, neque memoratu indignum videatur, codicem Venetum hos tantummodo sex priorum librorum agnoscere titulos. Liber VII. et VIII. in codice Vaticano eosdem quidem, quos in editionibus, titulos ferunt, eosque rubro colore insignitos, sed relictis lacunis manus paullo recentior, ni fallor saec. XII. exeuntis, eos inscripsit. Denique librarius quidam, qui multo post confectum librum manum imposuit, post epistolam 23 libri VIII., ubi nullum sane indicium vel signum novi libri exstitit, haec verba atramento interposuit: „Ex libro VIII. Registri eiusdem Gregorii papae septimi““. Idemque post epistolam ad Flandrenses (Mansi Coll. Conc. XX. p. 370) novam inscriptionem adiecit: „Incipit liber X.“, tum vero correxit XI. Singulis epistolis scribae, cum ipsum Registrum conficerent, neque inscriptiones neque numeros adiunxerunt. Ille vero, qui titulos VII. et VIII. supplevit, etiam inscriptiones epistolis usque ad finem Registri et numeros Latinos usque ad ep. 47 libri secundi rubro colore adiecit. Post atramento numeros Latinos prosecutus est usque ad ep. 9 libri tertiū librarius ille, qui novos titulos libri VIII. et XI. commentus erat. Quae sequuntur epistolae decimo quarto demum saeculo Arabicis notis signatae sunt haud dubie ab eodem scriptore, qui indicem Registri composuit. Epistolis enim Gregorianis, f. 237 ad finem perductis, in iis, quae restant, foliis saec. XIV. index additus est, hoc modo initium sumens“:

„Incipit Registrum Epistolarum et Conciliorum Domini Gregorii septimi sanctissimi et gloriosissimi Romanorum pontificis, qui electus fuit post mortem Domini Alexandri II. in ecclesia sancti Salvatoris Anno Dominice Incarnationis MLXXIII““.

„Habetur autem in hoc libro eius memoria per XI. annos tantum, secundum quos volumen hoc in XI. libros partitus est, gestis eius singulis illorum annorum in uno libro contentis““.

„Habet primus liber epistolas numero 84““.

„Secundus vero habet epistolas numero 76““.

„Tertius vero habet epistolas numero 21““.

„Quartus habet epistolas numero 28““.

„Quintus habet epistolas numero 23““.

„Sextus habet epistolas numero 40““.

„Septimus quidem habet epistolas 27““.

		„„Octavus autem habet epistolas 23““.
		„„Nonus vero habet epistolas 35““.
		„„Decimus vero liber non est, vel est error in libro et particione librorum““.
		„„Undecimus habet epistolas duas““.
		„„In quolibet libro est Registrum celebrationis concilii, quod in quolibet istorum annorum legitur celebrasse. Sunt multa etiam principum Iuramenta, aliqua decreta et huiusmodi, que in ipsa tabula patefiunt““.
		„Ex iis, quae hactenus de codice Vaticano disputavi, manifesto, nisi fallor, [patet, Gregorii epistolas antiquitus in octo, non in undecim libros distributas fuisse, et ita quidem, ut priores septem libri ex ordine veri Registri ad singulos annos pontificatus responderent, in octavum vero reliquas epistolas annorum ratione non habita scriptor reiceret. Tantum ergo abest, ut decimus liber iniuria temporum interierit, ut vere nunquam exstiterit. Prima sinceraque Registri dispositio postea iam in ipso codice Vaticano a librario quodam mutata est, qui ratione operis minime perspecta, omnes eius libros in singulos pontificatus annos convenire voluit et hanc ob causam octavum librum in plures dividit. Quam novam librorum distributionem deinde plerique codices et omnes editiones ex codice Vaticano receperunt““.
		1073. (Ind. 11—1. Sept.—12, pont. a. 1.)
Apr. 22.	Romae	In basilica b. Petri ad vincula eligitur (et inthronizatur) „X. Kal. Maii, feria secunda“. V. commentarium electionis in Registri L. I. ap. Mansi XX. 60, et Bonizonis libr. ad amic. ap. Oefele R. B. Scr. II. 811.
(.) —	(.)	(3535) *Heinrico regi „missis litteris et mortem papae (Alexandri) notificat et suam ei electionem denunciat, interminatusque (interminatus, se) si eius (i. e. suae) electioni assensum praebuisset, nunquam eius nequitiam patienter portaturum“.
		V. Bonizonis libr. ad. am. p. 811.
„ 24.	„	(3536) Desiderio, abbati Casinensi, Alexandrum mortuum seque Romanum pontificem electum nunciat. Iubet eum ad sese quam primum venire. Agneti imperatrici et Rainaldo, episcopo Cumano, salutem ascribit. (C. V.: „VIII. Kal. Mai.“; C. M.: „IX. Kal. Mai.“; edd.: „XI. Kal. Mai.“) — (L. I. ep. 1). Mansi XX. 61. — „Dominus noster“.
„ 24.	„	(3537) Gisulfum, principem Salernitanum, de Alexandri morte et de pontificatu ad se delato certiore facit. Rogat, cito Romam adeat. (C. V. et C. M.: „VIII. Kal. Mai.“; edd.: „XI. Kal. Mai.“) — (L. I. ep. 2). Mansi XX. 62. — „Dominus noster“.
„ 26.	„	(3538) Guiberto, archiepiscopo Ravennati, scribit de obitu Alexandri, de sui electione, de legatis mutuo mittendis. (L. I. ep. 3). Mansi XX. 62. — „Non dubitamus“.
„ 28.	„	(3539) Beatricem ducissam, Ugonem abbatem Cluniacensem, Manassem archiepiscopum Remensem, Suein (sic in cod. Vat.) regem Danorum, abbatem Massiliensem „a paribus“ de suscepto pontificatu docet. (L. I. ep. 4). Mansi XX. 63.
„ 29.	„	(3540) Rainerio, episcopo Florentino, mandat, ut si quandam viduam invenerit consanguineo nuptam fuisse, „studeat canonica auctoritate omnia dotalia instrumenta cassare, ne de illicito, quod contraxerit, coniugio aliquam mercedem recipiat“.
„ 30.	„	(L. I. ep. 5). Mansi XX. 63. — „Praesentium portitor“.
„ 30.	„	(3541) Giraldo, episcopo Ostiensi et Raimbaldo subdiacono, in legatione Galliae constitutis, scribit, eos ex Ugone candido, cardinali presbytero, tum de Alexandro die 21 Aprilis mortuo tum de inito a sese pontificatu cognituros esse. Hugonem abbatem fratresque monasterii Cluniacensis Ugoni legato reconciliari vult. Addit de pactione cum Evulo, comite de Roccoio, confecta; talesque mitti in Hispaniam iubet, „qui et errorem Christianorum corrigere sapiant et in exquirendis causis s. Petri sat idonei sint.“ Hortatur, ut reditum maturent. (L. I. ep. 6). Mansi XX. 63. — „Rumorem obitus“.
„ 30.	„	(3542) „Omnes principes, in terram Hispaniae proficisci volentes“, edocet, „regnum Hispaniae ab antiquo proprii iuris S. Petri fuisse“. Evulo, comiti de Roccoio, concessum scribit, „ut partem illam, unde paganos expellere posset, sub conditione factae pactionis ex parte S. Petri possideret“; eandemque pactionem iniri ab iis iubet, qui „seorsum ab illo propriis copiis eandem terram aliqua in parte intrare paraverint“. Hugonem cardinalem presbyterum, legatum suum, commendat. (L. I. ep. 7). Mansi XX. 65. — „Non latere vos“.

		1073. (<i>Ind. 11—1. sept.—12, pont. a. 1.</i>)
Apr.	30.	Romae (3543) Uberto clerico et Alberto diacono, sedis apostolicae legatis, praecipit, ut data ab Alexandro mandata exsequantur. (L. I. ep. 8). Mansi XX. 66. — „Obitum domini“.
Mai.	6.	„ (3544) Gotefredi ducis gratulationem accipit. De suscepto onere queritur. Dolet, quod sacerdotes ab ecclesiasticis rebus alieni sint. Ad Heinricum regem se nuncios missurum; „quod si“ inquit „nos audierit, non aliter de eius, quam nostra salute gaudemus; sin vero nobis odium pro dilectione reddiderit, interminatio, qua dicitur: Maledictus homo, qui prohibet gladium suum a sanguine super nos, deo providente, non inveniet.“ (L. I. ep. 9). Mansi XX. 66. — „Grata nobis“.
„	22.	(;) Sacerdos ordinatur „in ieiunio pentecostes“. Bonizonis lib. ad am. p. 811.
Iun.	1.	„ (3545) A Guidone, comite Imolensi, petit, ut Imolenses S. Petri fideles, quos Guibertus, archiepiscopus Ravennas, moliat in potestatem suam redigere, usque ad legatorum apostolicorum adventum defendat. (L. I. ep. 10). Mansi XX. 67. — „Quidam Imolenses“.
„	24.	„ (3546) Beatricem et eius filiam Mathildam hortatur, ut communionem vitent episcoporum Longobardorum, qui Gotefredum (Mediolanensem), hominem simoniacum, excommunicatum et damnatum, ordinaverint. De electo Lucensi addit. Legatos scribit ad Heinricum regem missum iri, qui „ad amorem s. Romanae ecclesiae eum revocent et ad condignam formam suscipiendi imperii instruant“. „Et certe“ inquit „tutius nobis est defendendo veritatem pro sui ipsius salute adusque sanguinem nostrum sibi resistere, quam ad explendam eius voluntatem iniquitati consentiendo secum ad interitum ruere“. (C. V. et C. M.: „VIII. Kal. Iul.“; edd.: „VIII. Kal. Iun.“) — (L. I. ep. 11). Mansi XX. 68. — „Sicut beatus“.
„	29.	„ (3547) Gulielmo, episcopo Papiensi, scribit, acceptis eius litteris sese de eo opinionem quam antea meliorem habere. Monet, defendat ecclesiae libertatem, obsistatque Gotefredo Mediolanensi et iis, qui eum consecraverint. (L. I. ep. 12). Mansi XX. 69. — „Nonnulla nobis“.
„	30.	„ Consecratur ad altare apostolorum „II. Kal. Iulii, die dominico“, Chronica S. Benedicti ap. Pertz M. G. Scr. III. 203. „In natale apostolorum“ (29 Iunii), Bonizonis lib. ad amic. p. 811.
„	30.	„ (3548) Manassem, archiepiscopum Remensem, graviter monet, ut iniuriarum in monasterium S. Remigii finem faciat. (L. I. ep. 13). Mansi XX. 70. — „Si loci tui“.
„	30.	„ (3549) Hugoni, abbati Cluniacensi, mandat, ut superiorem epistolam perferendam ad Manassem, archiepiscopum Remensem, curet. Quosdam S. Remigii monachos commendat. (L. I. ep. 14). Mansi XX. 71. — „Noverit sanctitas“.
Iul.	1.	„ (3550) Omnes fideles, maxime in Longobardia commorantes, monet, ne sequantur Gotefredum, excommunicatum et anathematizatum ecclesiae Mediolanensis invasorem. (L. I. ep. 15). Mansi XX. 71. — „Scire vos volo“.
„	1.	„ (3551) Girdaldum, episcopum Ostiensem, reprehendit, quod peracta in Hispaniis synodo ad sese nec redierit, nec socium miserit. Guilielmum, archiepiscopum Ausciensem, propterea quod excommunicato communicaverit, deiciendum esse negat. Pontium, deiectum episcopum Bigorritanum, restitui iubet. Litteras poscit. (Pro „Kal. Iul.“ perperam legitur ap. Mansium: „Kal. Iun.“) — (L. I. ep. 16). Mansi XX. 72. — „Miramur et multum“.
„	8.	Laurenti (3552) Wratizlaum, Boemiae ducem, et eius fratres collaudat, quod Bernardum et Gregorium, legatos apostolicos, bene receperint. Quibus ut Iaromir, episcopus Pragensis, obtemperet, eos niti vult. In hunc, si in contumacia perstiterit, sese „usque ad interniciem“ animadversurum esse ostendit. (L. I. ep. 17). Mansi XX. 73. — „Quia ob devotionem“.
„	9.	Albani (3553) Michaelis, imperatoris Constantinopolitani, plenas erga se studio litteras, a Thoma et Nicolao monachis allatas, laudat. Dominicum, patriarcham Venetum, legatum suum, commendat. Concordiam Romanae Constantinopolitanae ecclesiarum refici cupit. (L. I. ep. 18). Mansi XX. 74. — „Quidam a vestris“.
„	—	In Casinensi monasterio. V. Petri Chr. mon. Cas. L. III. c. 36 ap. Pertz M. G. Scr. VII. 729.
Aug.	2.	Beneventum venit „2 die intrante mense Augusti“. Chron. S. Benedicti ap. Pertz M. G. Scr. III. 203.
„	12.	In palatio Beneventano. V. „Constitutionem inter Gregorium papam et Landulfum, Beneventanum

		1073. (<i>Ind. 11—1. Sept.—12, pont. a. 1.</i>) principem“. Reg. L. I. post ep. 18, Mansi XX. 75. Cf. Annal. Benevent. 1072 (1073) ap. Pertz M. G. Scr. III. 181.
Sept.	1.	Capuae (3554) Rodulfo, duci Sueviae, de constituenda inter sacerdotium imperiumque concordia scribenti, ita respondet: „circa regem Heinricum, cui debitores existimus ex eo, quod ipsum in regem elegimus, et pater eius Henricus imperator inter omnes Italicos in curia sua speciali honore me tractavit, quodque etiam ipse moriens Romanae ecclesiae per papam Victorem praedictum filium suum commendavit, aliquam malevolentiam non observamus; sed videtur nobis utile, ut prius tecum, atque cum Agnete imperatrice et cum comitissa Beatrice et Rainaldo, episcopo Cumaño, de his diligentius tractemus“. Hortatur, ut ad sese accedat. (L. I. ep. 19). Mansi XX. 75. — „Licet ex praeteritis“.
„	1.	„ (3555) Rainaldo, episcopo Cumano, illatam contumeliam dolet, ulturumque se pollicetur. Monet, ut una cum Rodulfo, Sueviae duce, qui dicatur „hoc proximo Septembre“ in Longobardiam venturus esse, Romam se conferat, „ubi“ inquit „de concordia Romanae ecclesiae et regis vobiscum et cum imperatrice, cum Beatrice etiam, quae multum et saepe in hoc eodem laboravit, sic tractare poterimus, ut ex parte nostra omnia secreta et quietata regi nuntietis, ut si Italiam eum intrare contigerit, universa in pace invenerit“. Permittit, ut cum episcopis Longobardiae „loquatur“, dumne „aliter cum illis communicet“. (L. I. ep. 20). Mansi XX. 76. — „Lectis fraternitatis“.
„	1.	„ (3556) Anselmum, electum Lucensem, hortatur, ne investituram episcopatus ab Heinricho rege ante accipiat, quam ille „de communionem cum excommunicatis deo satisfaciens“ pacem secum fecerit. (L. I. ep. 21). Mansi XX. 77. — „Quoniam fraternitatem“.
„	14.	„ V. „Iusiurandum fidelitatis, quod fecit Richardus princeps domino suo Gregorio papae“. (C. V. et C. M.: „XVIII. Kal. Oct.“; edd.: „VIII. Kal. Oct.“). Reg. L. I. post ep. 21, Mansi XX. 78.
„	15.	„ (3557) Clerum et plebem Carthaginiensem, ne metuant Saracenorum arma, hortatur. Reprehendit eos, quod Cyriacum archiepiscopum apud Saracenos accusaverint. Quod peccatum ut poenitendo corrigant, sub excommunicationis poena praecipit. (L. I. ep. 22). Mansi XX. 78. — „Gratia vobis et“.
„	15.	„ (3558) Cyriacum, episcopum Carthaginiensem, consolatur et Christianorum et Saracenorum iniuriis affectum. (L. I. ep. 23). Mansi XX. 80. — „Visis fraternitatis“.
„	24.	„ (3559) Brunoni, episcopo Veronensi, respondet, quod petierit, pallium non posse absentem tribui. Quapropter ad sese accedat. Haec addit: volumus etiam praesentiae tuae ostendere, quam sincero amore regiam salutem diligamus, quantumve circa eius honorem invigilare desideremus, si ipse deo debitum honorem studuerit exequi et formam sanctorum regum, omissis puerilibus studiis, sapienter imitari“. (L. I. ep. 24). Mansi XX. 81. — „Litteris fraternitatis tuae“.
„	27.	„ (3560) Herlebaldo, militi Mediolanensi, nunciat, se Capuae commorari, et „Normannos, qui ad confusionem et periculum reipublicae et s. ecclesiae unum fieri meditati sint, in perturbatione nimis obstinate perseverare, nullo modo, nisi ipso volente, pacem habituros“. Ab Heinricho rege litteras plenas devotione allatas esse, eumque, ut fideles eius affirmant, de Mediolanensi ecclesia obedire sibi velle. Addit, de Beatricis comitissae filiaeque Mathildae erga se fide non esse dubitandum. (L. I. ep. 25). Mansi XX. 81. — „Siat prudentia“.
Oct.	9.	„ (3561) Herlebaldo, militi Mediolanensi, suadet, ut resipiscentes Gotefredi socios indulgenter habeat, episcopos vero, qui illum sequantur, ne metuat. Pacis enim cum Heinricho rege ineundae spem sibi esse factam. Hortatur, ut cum Gregorio, episcopo Vercellensi, in gratiam redeat. (L. I. ep. 26). Mansi XX. 82. — „Piae sollicitudinis“.
„	13.	„ (3562) Alberto, electo Aquensi, scribit, cum gaudio se accepisse, eum Gotefredo Mediolanensi non favere. Monet, ut Herlebaldum iuvet in simonia destruenda. (L. I. ep. 27). Mansi XX. 83. — „Pervenit ad aures“.
„	13.	„ (3563) Guilielmum, episcopum Papiensem, hortatur, ut Herlebaldo Mediolanensi, ecclesiae inimicos impugnantem, opem ferat. (L. I. ep. 28). Mansi XX. 83. — „Litterae fraternitatis“.
„	14.	„ (3564) Marianum Turrensem, Orzocum Arborensem, Orzocum Caralitanum, Constantinum Callurensem, iudices Sardiniae, ad pietatem in ecclesiam Romanam hortatur. Constantino, archiepiscopo Turrensi, se multa, quae iis referrentur,

		1073. (<i>Ind. 11—1. Sept.—12, pont. a. 1.</i>)
(Jul. Nov.)	—	mandasse, legatumque brevi missum iri. (C. V.: „II. id. Oct.“; edd.: „undecimo id. Oct.“) — (L. I. ep. 29). Mansi XX. 84. — „Vobis et omnibus“.
		(3565) Lanfranco, archiepiscopo Cantuariensi, scribit, narraturum nuncium esse, qui factum sit, ut pontificatus ad sese deferretur, quaeque angustiae ipsum urgeant. Exponit de regibus iustitiam negligentibus et de episcopis alienis a rebus divinis. Monet, ne a Scotis patiaturo uxores aut deseri aut vendi. Mansi XX. 374, Lanfranci Opp. ed. Giles I. 58. — „Qualiter nobis“.
Nov. 15.	Capuae	(3566) Geboardum, archiepiscopum Salzburgensem, reprehendit, quod nequedum litteras ad se miserit, nec clericos ad castitatem impellat. Epistolae latorem commendat. (L. I. ep. 30). Mansi XX. 86. — „Si ea in vobis“.
„ 20.	Ad sanctum Germanum	(3567) Lanfrancum, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ne Balduinum monasterii S. Eadmundi abbatem, sub Alexandro II. presbyterum Romae ordinatum, iniuriis affici ab Arfasto episcopo patiaturo; cui ne morem gerat, Guilielmum regem admoneri vult. (L. I. ep. 31). Mansi XX. 86. — „Non minima admiratione“.
„ 27.	Argenteae	(3568) Araldo, episcopo Carnotensi, mandat, ut Isimbardum, monasterii S. Laodomarîi abbatem, Hierosolyma reducem, restituat, Guidone remoto, qui absente illo praefectus abbatiae erat. (L. I. ep. 32). Mansi XX. 87. — „Praesentium portitor“.
„ 28.	„	(3569) Fratibus monasterii S. Mariae significat, se falsam Alexandri II. bullam, a Benedicto abbate allatam, non putasse confirmandam. Ecclesia Dertonensis quum „canonice fuerit ordinata“, se iis privilegia concessurum. Benedictum abbatem, valetudinis infirmitate affectum, ut abdicaret, admonitum esse. (L. I. ep. 33). Mansi XX. 88. — „Veniens ad nostram“.
Dec. 2.	Terracinae	(3570) Remedio, episcopo Lincolnensi, scribit, homicidam quendam sacerdotio quidem fungi non debere, sed aequum esse, suscepta poenitentia eum stipendiis ecclesiasticis non carere. Episcopo peccata condonat. (L. I. ep. 34). Mansi XX. 88. — „Latorem praesentium“.
„ 4.	Piperni	(3571) Roclino, episcopo Cabilonensi, significat, Philippum, Francorum regem, per Albericum cubicularium antea promississe, se ab opprimendis ecclesiis Gallicanis destitutum esse. Itaque moneri regem iubet, ut archidiaconum Angustodunensem, electum ecclesiae Matisconensis, gratis ordinari concedat. Addit haec: „aut rex ipse, repudiato turpi simoniaca haeresis mercimonio, idoneas ad sacrum regimen personas promoveri permittat, aut Franci, generalis anathematis mucrone percussi, illi ulterius obtemperare recusabunt“. (L. I. ep. 35). Mansi XX. 89. — „Inter caeteros nostri“.
„ 4.	„	(3572) Humbertum, archiepiscopum Lugdunensem, de litteris ad Roclinum, episcopum Cabilonensem, missis certiores facit. Mandat, ut Landricum, electum Matisconensem, licet vel ipse vel Philippus rex obloquatur, consecret, aut a suffraganeis consecrari iubeat. (L. I. ep. 36). Mansi XX. 90. — „Clamor Matisconensium“.
„ 7.	Setiae	(3573) Adiliasiam comitissam monet, ut Fructuariensis et Clusini monasteriorum protectionem suscipiat. (L. I. ep. 37). Mansi XX. 91. — „Quamquam noverim“.
„ 17.	Romae	(3574) Wratizlao, duci Boemiae, asserit mitrae usum ab Alexandro II. concessum. Negotia a legatis suis non confecta curae sibi fore spondet. (L. I. ep. 38). Mansi XX. 91. — „Longa iam“.
„ 20.	„	(3575) Wozelino archiepiscopo Magdeburgensi, Burchardo episcopo Halberstadensi, Tezoni marchioni, ceterisque Saxoniae principibus adversus Heinricum regem bellantibus significat, admonitum a sese regem esse, ut donec legati sui advenirent, armis discederet. Indutias ut conservent, hortatur. (L. I. ep. 39). Mansi XX. 92. — „Quanta violentia“.
„ —	„	Hugonem, electum Diensem, „usque ad presbyteratus gradum promovet“. Hugonis Flav. chron. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 411.
—	—	(3576) Clericos et monachos Vallumbrosanos hortatur, servent Ioannis Galberti abbatis disciplinam, deumque precentur, ut satis virium ad gerendum pontificatum sibi concedat. Mansi XX. 374. — „Licet venerandae“.
—	—	(3577) *Sancio, regi Aragonensium et Pampilonensium, „successoribusque eius permittit liberam dispositionem omnium ecclesiarum, quas ipse vel successores ipsius eripient de manibus Saracnorum, vel quas ipse in regno suo aedificabunt, sedibus dumtaxat episcopalibus exceptis“. V. Mansi XX. 621.

1074. (Ind. 12—1. Sept.—13, pont. a. 1—30. Jan.—2.)	
Ian. 3	Romae (3578) Mathildam, „egregiae indolis puellam“, ut una cum matre Romam veniat, hortatur. (L. I. ep. 40). Mansi XX. 93. — „Quia serenitatis“.
„ 16.	„ (3579) Orzocoris, iudicis Caralitani, consilium veniendi Romam laudat. Hortatur, ut quae causa per Constantinum archiepiscopum Turrensem ei a sese mandata sit, de ea cum ceteris Sardiniae iudicibus colloquatur sibi que celeriter significet; „quoniam“ inquit „nisi in hoc anno respondeatis, nec amplius vestra responsa quaeremus, nec tamen ulterius ius et honorem S. Petri irrequisitum relinquemus“. (L. I. ep. 41). Mansi XX. 94. — „Litteras tuas“.
„ 24.	„ (3580) Sicardum, patriarcham Aquileiensem, eiusque suffraganeos invitat ad concilium, „in prima hebdomada quadragesimae“ celebrandum. (L. I. ep. 42). Mansi XX. 94. — „Non ignorare credimus“.
„ 25.	„ (3581) Omnes episcopos Mediolanensis ecclesiae suffraganeos, omnesque Longobardiæ abbates venire ad concilium iubet. (L. I. ep. 43). Mansi XX. 95. — „Non incognitum vobis“.
„ 31.	„ (3582) Iaromiro, episcopo Pragensi, significat, Wratizlao duci quid mandaverit, eumque dominica „in ramis palmarum“ (d. 13 m. Aprilis) Romae esse iubet. Ioannis, episcopi Moraviensis, possessiones interim tangi vetat. (L. I. ep. 44). Mansi XX. 96. — „Quamquam inobedientia“.
„ 31.	„ (3583) Wratizlao, duci Boemorum, mandat, ut Iaromiro, episcopo Pragensi, omnia per Bernhardum et Gregorium legatos apostolicos adempta „praeter episcopale officium“ restituat, ne vocatus Romam causari possit, quominus proficiscatur, inopia se impediri. Monet, ut una cum Iaromiro Romam vel ipse adeat, vel episcopum Moraviensem legatosque mittat. (L. I. ep. 45). Mansi XX. 96. — „Frater tuus Iaromirus“.
Febr. 2.	„ (3584) Guilielmum, Burgundionum comitem, monet, ut ecclesiae Romanae auxilio veniat, et comitem S. Aegidii, ac socerum Riccardi, Capuani principis, et Amideum, filium Adeleitae, ceterosque s. Petri fideles ad idem faciendum hortetur. Pacatis Normannis, subveniri Christianis Constantinopolitanis contra Saracenos cupit. (L. I. ep. 46). Mansi XX. 97. — „Memnisse valet“.
„ 16.	„ (3585) Mathildem comitissam hortatur, ut corpus dominicum frequenter sumat, totamque se S. Mariae committat. (C. V. et C. M.: „XIV. Kal. Mart.“; edd.: „XIV. Kal. Mai.“) — (L. I. ep. 47). Mansi XX. 98. — „Quanta sit mihi“.
„ 26.	„ (3586) Huberto, episcopo Ianuensi, mandat, ut Ansaldi uxori, adulterii falso accusatae, criminis diluendi causa iudicium reddat. (C. V. et C. M.: „IV. Kal. Mart.“; edd.: „IV. Kal. Mai.“) — (L. I. ep. 48). Mansi XX. 99. — „Intelligentes errorem“.
Mart. 1.	„ (3587) Omnes Christianam fidem defendere volentes vocat ad „Christianum imperium“ a paganis liberandum, qui „iam fere usque ad muros Constantinopolitanae civitatis omnia devastaverint“. (L. I. ep. 49). Mansi XX. 100. — „Notum vobis esse“.
„ 4.	„ (3588) Beatrici et Mathildi mandat, indicent inter Dodonem, episcopum Rosellanum, et Ugulinum comitem. (L. I. ep. 50). Mansi XX. 101. — „Non miretur vestra“.
„ 8.	„ Hugonem, electum Diensem, presbyterum consecrat „prima quadragesimae ebdomada, sabbato“. Hugonis Flav. chron. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 412.
„ 9.	„ Hugonem episcopum Diensem consecrat. Hugonis Flav. chron. l. 1.
„ —	„ Synodus, in qua sancitur: 1) „ut clerici aliquem sacrorum ordinum gradum et officium per pretium adepti nullatenus deinceps in ecclesia ministrent“; 2) „ut ecclesiam pretio acquisitam nullus retineat, nec alicui deinceps ecclesiae iura vendere vel emere liceat“; 3) „ut a clericali officio cessent, quicumque se pro incontinentia reprehensibiles exhibent“; 4) „ut populus clericorum officia nullatenus recipiat, quos apostolicas institutiones contemnere videat“. 5) Robertus Guiscardus, dux Apuliae et Calabriae et Siciliae, excommunicatur et anathematizatur. Mansi XX. 408, Cap. V, cf. p. 433; Reg. L. I. post ep. 85, Mansi XX. 125.
„ 14.	„ (3589) In synodo Arnaldo, abbati S. Severi, praecipit, ut ecclesiam S. Mariae (Soliacensem) monasterio S. Crucis (Burdigalensi) restituat. (L. I. ep. 51). Mansi XX. 101. — „Non mediocris“.
„ 14.	„ (3590) In synodo Manassae, archiepiscopo Remensi, mandat, ut novum abbatem monasterio S. Remigii praeficiat, quod is, quem praefecerit, abbas Metensis ferre utrumque onus abnuat. (L. I. ep. 52). Mansi XX. 102. — „Romana ecclesia iamdudum“.

Mart. 14.	Romae	1074. (<i>Ind. 12—1. Sept.—13, pont. a. 1—30. Jan.—2.</i>)
		(3591) In synodo Herimanno, episcopo Metensi, significat, de abbate S. Arnulfi Metensi quid archiepiscopo Remensi scripserit. (L. I. ep. 53). Mansi XX. 103. — „Literas dilectionis tuae“.
” 16	”	(3592) In synodo canonicis S. Hilarii praecipit, ne Pictavienses canonicos in sacrorum quibusdam diebus festis in ecclesia S. Hilarii procurandorum iure impediant. (C. V. et C. M.: „XVII. Kal. Apr.“; edd.: „XVIII. Kal. Apr.“) — (L. I. ep. 54). Mansi XX. 103. — „Notum vobis esse“.
” 16.	”	(3593) Episcopum Bigorrensem ceterosque ecclesiae Ausciensis suffraganeos iubet archiepiscopo obedire. (L. I. ep. 55). Mansi XX. 104. — „Legatus sanctae“.
” 17.	”	(3594) In synodo Rogerio, „dicto Catalaunensi episcopo“, significat, Philippum regem Francorum a se petiisse, ut eum absolveret. Id non posse fieri scribit; sed prolato iudicio praecipit, ut ante „proximam festivitatem omnium sanctorum“ (d. 1. Novembr.) ad sese accedat. (L. I. ep. 56). Mansi XX. 104. — „Philippus rex“.
” 17.	”	(3595) In synodo Guilielmum, episcopum Papiensem, monet, ut una cum Azone marchione, qui de incesta copulatione cum sorore eius accusetur, ad sese veniat. (L. I. ep. 57). Mansi XX. 105. — „Significandum tibi“.
” 17.	”	(3596) In synodo Geusae, Ungarorum ducis, erga se studium laudat. Officia pollicetur. De rebus eius in posterum per Azonem marchionem capit certior fieri. (L. I. ep. 58). Mansi XX. 105. — „Visis literis“.
(,) —	”	(3597) Ottoni, episcopo Constantiensi, per nuncios eius redire festinantes breviter significat, statutum in synodo esse: „ut hi, qui per simoniacam haeresim, h. e. interventu pretii, ad aliquem sacrorum ordinum gradum et officium promoti sint, nullum in s. ecclesia ulterius ministrandi locum habeant; illi quoque, qui ecclesias datione pecuniae obtineant, omnino eas perdant; sed nec illi, qui in crimine fornicationis iaceant, missas celebrare, aut secundum inferiores ordines ministrare altari debeant“. Ad crimina illa evellenda eum adhortatur. Baluzii Misc. II. 232, Mansi XX. 404, Pauli Bernr. vit. Greg. c. 36. — „Instantia nuntiorum“.
” 18.	”	(3598) Ottonem et Chuonradum, Wratislai Boemiae ducis fratres, ne ecclesiae Otmutiensi iniurias inferant, hortatur. (L. I. ep. 59). Mansi XX. 106. — „Memento debet“.
” 18.	”	(3599) Sigifredum, archiepiscopum Moguntinum, tum de negligentia obiurgat, quod litis inter Iaromirum Pragensem et Ioannem Moraviensem episcopos curam antea non egerit, tum de arrogantia, quod eiusdem causae, quum ad apostolicam sedem delata sit, diiudicationem affectet. (L. I. ep. 60). Mansi XX. 106. — „Pervenit ad aures“.
” 18.	”	(3600) Wratislao, Boemiae duci, promittit, se ecclesiae cuidam, quum perfecta fuerit, reliquias et privilegia expetita concessurum esse. Addit de litteris ad Sigifredum, archiepiscopum Moguntinum, missis. (L. I. ep. 61.) Mansi XX. 107. — „Quoniam afflatus“.
” 19.	”	(3601) Hugonem, abbatem Cluniacensem, nondum Romam adisse, miratur. Monet, ut ad sese „in multis et magnis angustiis positum“ quamprimum veniat. (L. I. ep. 62). Mansi XX. 108. — „Grata nobis et“.
” 19.	”	(3602) Alfonso et Santium, Hispaniae reges, hortatur, ut „Romanae ecclesiae ordinem et officium recipiant, non Toletanae vel cuiuslibet aliae; quod etiam“ inquit „episcopi vestri, ad nos nuper venientes, iuxta constitutionem concilii per scripta sua facere promiserunt“. Munionis, simoniaci ecclesiae Oscensis invasoris, excommunicationem, a Geraldo episcopo Ostiensi factam probat. (L. I. ep. 64). Mansi XX. 109. — „Cum beatus apostolus“.
” 20.	”	(3603) Santium, regem Aragonensem, qui constituerit, ut „sub ditione sua Romani ordinis officium fieret“, collaudat. Addit de Salomonis accusatione ac de nuncio ad eum mittendo. (L. I. ep. 63). Mansi XX. 109. — „Literas nobilitatis“.
” 20.	”	(3604) Omnes Raguseos reprehendit, quod, Vitali episcopo in custodiam dato, successorem elegerint. Legatum mittit Geraldum, archiepiscopum Sipontinum; a quo si res decerni non potuerit, utrumque episcopum perducere Romam iubet. (L. I. ep. 65). Mansi XX. 110. — „Pervenit ad aures“.
” 20.	”	(3605) Monachis laicisque monasterii S. Quirici et omnibus Joseppingis et filiis Alberici et filiis Rapteri significat, se monasterium S. Quirici Rainerio, episcopo Reatino, dedisse. Bona monasterio adempta episcopo restitui iubet. (L. I. ep. 66). Mansi XX. 111. — „Notum vobis fieri“.

		1074. (<i>Ind. 12—1. sept.—13, pont. a. 1—30. Jan.—2.</i>)
Mart. 20.	Romae	(3606) Oratorium Campi amabilis tuendum suscipit eiusque possessiones iuraque confirmat. (Pro „ind. XIII.“ leg.: „ind. XII.“) Mittarelli Ann. Cam. II. append. 247. — „Nulli fidelium“.
„ 21.	„	(3607) Giraldo, episcopo Sistaricensi, praecipit, ut invasae ecclesiae Crosciensis et libertatem et bona adempta reddat. (L. I. ep. 67). Mansi XX. 111. — „Michael presbyter“.
„ 22.	„	(3608) Froterio, episcopo Nemausensi, praecipit, ut vexare monasterium S. Aegidii desinat. (L. I. ep. 68). Mansi XX. 112. — „Audivimus olim“.
„ 23.	(„)	(3609) Ecclesiae Bononiensis possessiones, petente Lamberto episcopo, confirmat. Savioli Ann. Bol. I. n. 118, (Ughelli It. sacr. II. 16). — „Notum omnibus“.
„ 23.	„	(3610) Guilielmo comiti et universis fidelibus ac subditis Diensis ecclesiae nunciat, Hugonem episcopum a sese consecratum atque, ut tolleret simoniam, admonitum esse. Cui ut obtemperent, hortatur. Sub excommunicationis poena comiti praecipit, ut damna ecclesiae illata compenset. (C. V. et C. M.: „X. Kal. Apr.“; edd.: „XVII. Kal. Apr.“) — (L. I. ep. 69). Mansi XX. 112. — „Venientem ad nos“.
— —	(„)	(3611) Omnes abbates et praelatos tam monachorum quam et canonicorum per Gallias constitutos hortatur, ut ecclesiarum b. Petro stipendiariam census persistent Hugoni, episcopo Diensi, cui vices suas commissas nunciat. Hugonis Flavin. chron. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 412. — „Fraternitatem vestram“.
Apr. 4.	„	(3612) Guilielmo, regi Anglorum, de perturbato ecclesiae statu respondet. Privilegia S. Stephani, sicut legati sui Petrus et Iohannes Minutus iudicaverint, servari iubet. Addit haec: „Rebus vero S. Petri, quae in Anglia colliguntur, sic te, ut tuis, invigilare admonemus, sic liberalitati tuae, ut tua, committimus“. (L. I. ep. 70). Mansi XX. 113. — „Moerore mentis“.
„ 4.	„	(3613) Mathildis, Anglorum reginae, „humilitatem et dilectionem“ laudat et confirmat. Monet, ut regem ad virtutem hortetur. (L. I. ep. 71). Mansi XX. 114. — „Auditis nobilitatis“.
„ 7.	„	(3614) Gotefredum ducem reprehendit, quod promissam b. Petro opem non tulerit. De Sardinia superiora mandata repetit. (L. I. ep. 72). Mansi XX. 115. — „Si sic mentis“.
„ 12.	„	(3615) Isemberto, episcopo Pictaviensi, praecipit, ut de monasterio Nobiliacensi iniuste detento et de vastato praedio Campaniaco, aliisque iniuriis in S. Hilarii clericos immissis aut metropolitae in provinciae episcoporum concilio, aut sibi die omnium sanctorum (d. 1. Nov.) Romae rationem reddat. (L. I. ep. 73). Mansi XX. 115. — „Clerici congregationis“.
„ 13.	„	(3616) Clerum populumque Bellovacensem, Guilielmo (lege Guidone) episcopo per literas petente, anathemate absolvit. (L. I. ep. 74). Mansi XX. 116. — „Quoniam mira“.
„ 13.	„	(3617) Philippum, regem Francorum, hortatur, ut illata ecclesiae Bellovacensi detrimenta sarciat. (L. I. ep. 75). Mansi XX. 116. — „Significasti nobis“.
„ 15.	„	(3618) Humberto, archiepiscopo Lugdunensi, episcopum Matisconensem, a sese ordinatum, commendat. (Pro „XVII. Kal. Apr.“ arbitrator legendum esse: „XVII. Kal. Maias“.) — (L. I. ep. 76). Mansi XX. 117. — „Confratrem nostrum“.
(„) —	(„)	(3619) Clero et populo Matisconensi (Landricum) episcopum a sese consecratum commendat. Gall. Chr. IV. Instr. 282, Severtii Chronol. hist. II. 113, Bouquet Rec. XIV. 575. — „Quanta sit erga“.
„ 15.	„	(3620) Beatricem ducem et eius filiam Mathildem reprehendit, quod Guarnerium, episcopum Argentinensem, Romam euntem detinuerint; quem ut ad Erlembaldum Mediolanensem mittant, hortatur. Nunciat, se Dionysio Placentino aliisque Longobardiae episcopis, qui ad se venissent, „nihil de episcopali officio, nisi confirmari pueros pro necessitate, concessisse; sed totius negotii frena“ inquit „ita retinemus in manu, ut aut correctis de venia, aut pertinacibus non sit desperandum de poena“. (L. I. ep. 77). Mansi XX. 118. — „Cum propheta“.
„ 16.	„	(3621) Wratizlao, duci Boemiae, Jaromirum, episcopum Pragensem, de iniuriis in Iohannem Moraviensem purgatum, commendat, eique praeposituram castrumque S. Wenzlai restitui vult. Episcoporum de possessione quadam litem scribit in futura synodo compositum iri, ad quam legari a duce cupit. (L. I. ep. 78). Mansi XX. 119. — „Frater tuus Jaromirus“.
„ 18.	„	(3622) Annonem, archiepiscopum Coloniensem, de litterarum infrequentia obiurgat. (L. I. ep. 79). Mansi XX. 120. — „Quanta caritate“.
„ 19.	„	(3623) Clerum et populum Auiciensem hortatur, ut Stephano electo episcopo, in suam gratiam restituto, obediant. (L. I. ep. 80). Mansi XX. 120. — „Stephanus electus“.
„ 22.	Laterani	(3624) Ecclesiam S. Hilarii Pictaviensem tuendam suscipit, canonicorumque bona et

		1074. (<i>Ind. 12—1. Sept.—13, pont. a. 1—30. Jun.—2.</i>)
		privilegia confirmat, annuo auri unctae tributo iis imposito. (Pro „ind. XI.“ leg. „ind. XII.“) Baluzii Misc. III. 6, Cocqu. II. 28, Mansi XX. 624. — „Igitur ob reverentiam“.
Apr. 29.	Lateranis	(3625) Monasterium SS. Petri et Huberti Andaginense tuendum suscipit, eiusque bona confirmat. (Pro „ind. XI.“ leg. „ind. XII.“) Cantatorium S. Huberti in Reiffenberg Monum. VII. 274, Robaulx Chron. de S. Hub. 253, Martene Coll. IV. 947, (Pertz M. G. Scr. VIII. 586, Cocqu. II. 26). — „Nulli fidelium“.
(„)	—	(3626) *Annoni, archiepiscopo Coloniensi, et Theoduno, episcopo Leodiensi, „formatas epistolas destinat, ut Gotefridum (ducem) ad hoc, quod patri morituro condixerat, exsolvendum vel consilio inclinent, vel ecclesiastico ministerio inobedientem compellant“. Chron. S. Huberti Andagin. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 584.
Mai. 1.	Romae	(3627) Stephano, vicecomiti Tierneo, qui „apud Milonem, archiepiscopum Beneventanum, cum frequentatione Benedictinensium de Calabria virtutis tirocinium sine habitu posuerit“, concedit „potestatem auspicandi conceptum ordinem monasticum iuxta regulam b. Benedicti“. („Datum in praesentia carissimae filiae Agnetis Augustae imperatricis et sex fratrum cardinalium“). Mabillon Acta SS. Ord. Bened. Saec. VI. P. II. praefat. p. L. — „Quoniam religiosam vitam“.
„	6.	(3628) Udoni, archiepiscopo Trevirensi, mandat, ut, adhibitis Herimanno Metensi et Popone Tullensi episcopis, Theodericum Virdunensem, qui monasterium S. Michaelis contra mandatum apostolicum excommunicatione non absolverit, evocet, et monasterium absolvat, et episcopum ad pertinaciae rationem sibi reddendam hortetur. (L. I. ep. 81). Mansi XX. 121. — „Confrater noster“.
„	8.	(3629) Monasterii Augiensis bona, per Robertum, simoniacum et anathematizatum abbatem, dispertita, Ecardo abbati a sese consecrato restitui iubet. (L. I. ep. 82). Mansi XX. 122. — „Quamquam ad propulsandas“.
„	9.	(3630) Adefonso, regi Hispaniae, Paulum episcopum in suam gratiam reconciliatum commendat. (L. I. ep. 83). Mansi XX. 123. — „Notum vobis esse“.
Jun. 12.	In expeditione ad montem Cimini	(3631) Herimanno, episcopo Bambergensi, significat, se causam eius Herimanno, episcopo Metensi, iuvandam ea lege commendasse, ut mandata sua ab eo conficerentur. (L. I. ep. 84). Mansi XX. 123. — „Carissimus confrater“.
(„)	Ad castrum S. Fabiani	„venit obviam duci Beatrici“. Bonizonis lib. ad. amic. p. 812.
„	15.	(3632) Agnetem imperatricem collaudat, quod tantum operae dederit et concordiae inter pontificatum et imperium restituendae et Heinricho regi communioni ecclesiae reddendo. Significat, se „his temporibus pro causa b. Petri in labore non parvo positum; et Beatricem, nec non Mathildim diu noctuque in suo multum adiutorio desudare“. Haec addit: „Quod autem de filia vestra Mathildi nos rogatis, grantanter accepimus“. (L. I. ep. 85). Mansi XX. 124. — „Gaudemus et exultamus“.
Aug. 28.	Laurenti	(3633) Universos episcopos et abbates Britanniae vocat ad synodum, „in secunda hebdomada quadragesimae“ (22—28 Febr. 1075) Romae gerendam; hortaturque, ut in sua quisque parocia incestas copulationes prohibeat. (L. II. ep. 1). Mansi XX. 126. — „Suscepti nos“.
Sept. 10.	Tiburis	(3634) Isembertum, episcopum Pictaviensem, et contra legatorum suorum interdictum munere episcopali fungi, et synodum ab Amato episcopo Ellorensi et Gozelino archiepiscopo Burdigalensi matrimonii Guilielmi comitis dissolvendi causa congregatam per milites disturbare ausum, ante festivitatem S. Andreae (30. Nov.) venire Romam iubet. (L. II. ep. 2). Mansi XX. 126. — „Cum de te“.
„	10.	(3635) Guilielmum, comitem Pictaviensem, laudat, quod cum uxore consanguinea divortium fecerit. Quacum ne in eadem domo cohabitaret, hortatur. Isembertum episcopum, nisi ante fest. S. Andreae Romam venerit, deiectionem et excommunicationem iri. Addit haec: „determinate vobis aliquid de expeditione scribere ad praesens non satis discretum fore praevimus, quoniam rumor est, in transmarinis partibus Christianos Paganorum longe propulsasse ferocitatem“. (L. II. ep. 3). Mansi XX. 127. — „Omnipotenti deo“.
„	10.	(3636) Gozelino, archiepiscopo Burdigalensi, scribit, ut cum Isemberto, episcopo Pictaviensi, Romam aut ipse veniat aut legatos mittat. (L. II. ep. 4). Mansi XX. 128. — „Sicut in litteris“.
„	10.	(3637) Manassem Remensem, Richerium Senonensem, Richardum Bituricensem archiepiscopos et Adraldum Carnotensem ceterosque episcopos Franciae sub deiectionis poena hortatur, ut Philippum regem, omnium, quibus Franciam redundet,

		1074. (<i>Ind. 12—1. sept.—13, pont. a. 1—30. iun.—2.</i>)	scelerum „caput et causam“, ad virtutem revocent. „Nam si prohibere eum a delictis“, inquit „contra ius et reverentiam promissae sibi fidelitatis esse putatis, longe vos fallit opinio; quod si vos audire noluerit, apostolicae animadversionis gladium nequaquam eum diutius effugere posse sibi notificat; quod si nec huiusmodi districtione voluerit respiscere, nulli clam aut dubium esse volumus, quin modis omnibus regnum Franciae de eius occupatione temptemus eripere“. Lancelium, militem Bellocensem, admoneri iubet, ut, quem ceperit, Folcerium Carnotensem, suum fidelem, dimittat. (L. II. ep. 5). Mansi XX. 129. — „Longa iam temporum“.
Sept. 22.	Romae	(3638)	Geromirum, episcopum Pragensem, graviter corripit, quod et fide fracta et contra suum praeceptum bona quaedam occupaverit; quae Ioanni, episcopo Moraviensi, reddi iubet. Hortatur, ne perturbare pergat pacem cum Wratizlao duce conciliatam, utque ad tempus una cum episcopo Moraviensi Romam aut ipse veniat aut legatos mittat. (L. II. ep. 6). Mansi XX. 132. — „Venientem te“.
„ 22.	„	(3639)	Wratizlao, Boemorum duci, gratias agit, quod „sub nomine census“ centum argenti marchas miserit. De suis ad Geromirum litteris nunciat. Monet, ut ablata episcopo Moraviensi bona restitui cogat. (L. II. ep. 7). Mansi XX. 133. — „Pervenit ad nos“.
„ 22.	„	(3640)	Ioannem, episcopum Moraviensem, ab episcopo Pragensi iniuriis affectum, consolatur. Addit de epistolis ad Geromirum et Wratizlao missis. (L. II. ep. 8). Mansi XX. 134. — „Caritatem tuam“.
Oct. 15.	„	(3641)	Beatrici duci et eius filiae Mathildi scribit, se malignis de iis rumoribus non credere. Dolet de sanitate sibi restituta. Robertum Guiscardum scribit per legatos „fidelitatis securitatem“ sibi obtulisse; se vero differendam rem putasse. Allatum sibi esse, alteram earum trans Alpes ituram esse; sed antea colloqui cum iis cupit. Azonem marchionem et Guilielmum Papiensem Heribertumque Mutinensem episcopos Romam vocatos nunciat. (L. II. ep. 9). Mansi XX. 134. — „Non nos fugit“.
„ 16.	„	(3642)	Udoni, archiepiscopo Trevirensi, mandat, adhibito Herimanno, episcopo Metensi, commoneat Poponem, episcopum Tullensem, ut adempta clerico cuidam bona reddat. Praecipit, ut de eodem episcopo, et simoniae et fornicationis accusato, cognoscant, sibi in synodo vel ante synodum, „in prima hebdomada quadragesimae“ celebrandam, per litteras significant. (L. II. ep. 10). Mansi XX. 135. — „Admonere te, frater“.
„ 26.	„	(3643)	Albertum comitem et eius uxorem hortatur, ut „quae de episcopis et sacerdotibus simoniaci, aut in fornicatione iacentibus, ab apostolica sede acceperint, firmiter credant et teneant“. (L. II. ep. 11). Mansi XX. 137. — „Gratias deo referimus“.
„ 26.	„	(3644)	Burchardum, episcopum Halberstadensem, laudat de apostolicis legatis in regno illo parum honorifice susceptis dolentem. (L. II. ep. 12). Mansi XX. 137. — „Ostendis frater“.
„ 28.	(„)	(3645)	Salomonem, regem Hungarorum, qui ab (Heinrico) rege Theutonicorum regnum beneficium acceperit, reprehendit. Hungariae regnum „Romanae ecclesiae proprium esse, a rege Stephano olim b. Petro oblatum“. Addit haec: „Praeterea Heinricus pia mem. imperator ad honorem s. Petri regnum illud expugnans, victo rege et facta victoria ad corpus b. Petri lanceam coronamque transmisit et pro gloria triumphis sui illuc regni direxit insignia, quo principatum dignitatis eius attingere cognovit“. Minatur, eum „sine apostolica animadversione non diu regnaturum, nisi sceptrum regni, correcto errore, apostolicae, non regiae maiestatis beneficium recognoscat“. (L. II. ep. 13). Mansi XX. 138. — „Litterae tuae“.
„ 29.	„	(3646)	Guarnerio Argentinensi et Burchardo Basileensi episcopis mandat, ut parthenonis S. Crucis (Woffenheimensis) advocatiam, de qua Leonis IX. nepotes contendunt, Gerardo tradant, Hugone excluso. (L. II. ep. 14). Mansi XX. 139. — „Non ignorare vos“.
Nov. 11.	„	(3647)	Humberto, archiepiscopo Lugdunensi, et Agino Augustodunensi et Rodulfo Matisconensi episcopis mandat, cogant clericos Lingonenses ad explenda damna, monasterio Pultariensi illata. (L. II. ep. 15). Mansi XX. 139. — „Humbertus Pultariensis“.
„ 11.	„	(3648)	Richerio, archiepiscopo Senonensi, litteras mittit, quarum summa in registro

		1074. (<i>Ind. 12—1. Sept.—13, pont. a. 1—30. Jan.—2.</i>)
		his verbis indicatur: „De hominibus s. episc. a paribus“. (L. II. ep. 16). Mansi XX. 140.
Nov. 13.	Romae	(3649) Sigebaldum, monasterii S. Salvatoris Perusini abbatem, reprehendit, quod, celatis Alberici criminibus, persuaserit sibi, ut eum praefici monasterio S. Anastasii permitteret. Albericum removeri iubet, superioremque abbatem iniuste deiectum restitui. (L. II. ep. 17). Mansi XX. 140. — „Fraternitatem tuam, quam“.
„ 13.	„	(3650) Guilielmo, comiti Pictaviensi, mandat, hortetur Philippum regem, ut quibus negotiatores Italos despoliaverit, bona illico reddat. „Si in perversitate perduraverit“ inquit „in Romana synodo a corpore et communione s. ecclesiae ipsum et quicumque sibi regalem honorem vel obedientiam exhibuerit, sine dubio sequestrabimus, et eius quotidie super altare s. Petri excommunicatio confirmabitur“. (L. II. ep. 18). Mansi XX. 141. — „Licet Philippi“.
„ 15.	„	(3651) Richardo, archiepiscopo Bituricensi, mandat, ut una cum Rodulfo, archiepiscopo Turonensi, inter monasterium Dolense et S. Sulpitii abbatem iudicet. (L. II. ep. 19). Mansi XX. 142. — „Dolense monasterium“.
„ 15.	„	(3652) Richerio, archiepiscopo Senonensi, praecipit, ut illatas Rodulfo archiepiscopo Turonensi iniurias expiari a Lanzelino cogat. (L. II. ep. 20). Mansi XX. 142. — „Confrater noster“.
„ 15.	„	(3653) Abbatem Bellilocensem iubet Rodulfo, archiepiscopo Turonensi, obtemperare. Quodsi excusationis causas habeat, ad synodum, „in prima septimana quadragesimae“ celebrandam, cum archiepiscopi nuncio veniat. (L. II. ep. 21). Mansi XX. 143. — „Confrater noster“.
„ 15.	„	(3654) Hugonem militem de sancta Maura hortatur, ut aut ecclesiae Turonensis bona archiepiscopo reddat, aut ad synodum accedat. (L. II. ep. 22). Mansi XX. 143. — „Confrater noster“.
„ 16.	„	(3655) In Isembertum, episcopum Pictaviensem, pronunciatum a legato suo interdictum confirmat, eumque communione privat, donec in synodo „in prima hebdomada quadragesimae“ agenda se stiterit. Venire si neglexerit, fore ut deiciatur. (L. II. ep. 23). Mansi XX. 143. — „Quoniam interdictus“.
„ 16.	„	(3656) Gozelinum, archiepiscopum Burdigalensem, et Guilielmum, Aquitaniae ducem, de suis ad episcopum Pictaviensem litteris certiores facit. Qui si ad synodum non venerit, a Gozelino res ecclesiasticas, iurisdictionem a Guilielmo administrari vult. (L. II. ep. 24). Mansi XX. 144. — „Notum fieri volumus“.
„ 18.	„	(3657) Annonem, archiepiscopum Coloniensem, hortatur, ut litem inter Bennonem, episcopum Osnabrugensem, et abbatem Corbeisensem et abbatissam quandam, a legatis suis ad eum delatam, discernat; quae si componi non possit, litigatores iubeat ad synodum Romanam venire. Addit de clericis ad castitatem admonendis. (L. II. ep. 25). Mansi XX. 144. — „Ut diligentia“.
„ 27.	„	(3658) Dionysio, episcopo Placentino, mandat, ut monasterio S. Savini, a Rigizone dimisso, abbatem praeficiendum curet. Legatos mittit, qui controversiam „inter eum et abbatem s. sepulchri plebemve Placentinam sive Bonizonem subdiaconum“ dirimant. (L. II. ep. 26). Mansi XX. 145. — „Rigizonem abbatem monasterii“.
„ 27.	„	(3659) Fratibus monasterii S. Savini Placentini scribit de abbate eligendo. (L. II. ep. 27). Mansi XX. 146. — „Rigizonem abbatem vestrum“.
c. Nov. 30.	„	Synodus. V. infra ep. 3668.
Dec. 4.	„	(3660) Sigefridum, archiepiscopum Moguntinum, monet, ut una cum Ottone Constantiensi, Guarnerio Argentoratensi, Heinricho Spirensi, Herimanno Bambergensi, Imbrico Augustensi, Adelberto Wirzeburgensi episcopis ad synodum, „in prima septimana quadragesimae“ celebrandam, veniat. (L. II. ep. 29). Mansi XX. 147. — „Recordari credimus“.
(„) —	—	(3661) Ottonem, episcopum Constantiensem, ad synodum, „proximae (quadragesimae prima) hebdomada“ faciendam vocat, quod contra suum de fornicatoribus decretum clericis „frena libidinis laxaverit, ut qui mulierculis se iniunxerint in flagitio persisterent, ut qui necdum duxerint, interdicta non timerent“. Hugonis Flavj chron. l. II. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 426, Udalr. Bab. cod. c. 142 ap. Eccard Corp. hist. II. 141, Pauli Bernr. vit. Greg. c. 37, Mansi XX. 626. — „Perlatum est ad“.
(„) —	—	(3662) Clericis et laicis, maioribus et minoribus, in Constantiensi episcopatu consistentibus, Ottonem episcopum ad synodum vocatum nunciat. Praecipit, „ut, cum

1074. (*Ind. 12—1. Sept.—13, pont. a. 1—30. Jan.—2.*)
 sacramenti obligatione quilibet ei fuerit obstrictus, quamdiu deo et sedi apostolicae rebellis exstiterit, nulla ei fidelitatis exhibitione fiat obnoxius.“ Hugonis Flav. chron. L. II. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 427, Udalr. Bab. Cod. c. 143 ap. Ecard Corp. hist. II. 143, Pauli Bernr. vit. Greg. c. 38, Mansi XX. 627. — „Misimus“.
- (Dec.) — — (3663) Omnibus clericis et laicis, in regno Teutonicorum constitutis, scribit, ne episcopis „ullo modo obediant, vel eorum praeceptis consentiant“, qui sacerdotes et diaconos et subdiaconos mulieribus uti permittant. Hugonis Flav. chron. L. II. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 428, Baluzii Misc. III. 7, Mansi XX. 625, Pauli Bernr. vit. Greg. c. 41. — „Audivimus, quod“.
- Dec. 7. Romae (3664) Heinricum regem laudat, quod legatos suos bene tractaverit, eorumque consilio quasdam res ecclesiasticas correxerit, et sibi „congruae salutationis et devotae servitutis exhibitionem transmiserit“. Laetatur eius proposito et simoniae et clericorum fornicationis destruendae. Hortatur ita: „tales tibi consiliarios adhibeas, qui non tua sed te diligant, et saluti tuae non lucro suo consulant“. De causa Mediolanensi legatos ad se mitti vult. De suis ad Sigefredum, archiepiscopum Moguntinum, litteris addit. (L. II. ep. 30). Mansi XX. 147. — „Quamquam filii“.
- „ 7. „ (3665) Heinrico regi scribit de sincero erga eum amore suo. „Heu, proh dolor“, inquit „haec vigilanti animo non attendunt, qui discordiam seminare inter nos quotidie disponunt“. Significat, Italicorum et ultramontanorum iam amplius quinquaginta millia parata esse, se duce Christianis transmarinis opem contra paganos ferre. Addit ita: „si hoc deus me permiserit incipere, a te quaero consilium, et, ut tibi placet, auxilium; quia si illuc ivero, post deum tibi Romanam ecclesiam relinquo, ut eam custodias“. (L. II. ep. 31). Mansi XX. 149. — „Si deus modo“.
- „ 8. „ (3666) Manassae, archiepiscopo Remensi, scribit, se gavisurum, si Philippus rex, „immo lupus rapax, tyrannus iniquus“, damna mercatoribus illata compensaverit, alioquin „viribus et modis omnibus illi adversari promittit“. Legatos suos commendat. (L. II. ep. 32). Mansi XX. 150. — „Tantis dilectionis“.
- „ 12. „ (3667) Lemarum, archiepiscopum Bremensem, ad synodum, „quadragesimae prima hebdomada“ celebrandam, vocat; interimque eum fungi munere episcopali vetat, quod Albertum Praenestinum et Giralduum Ostiensem episcopos, legatos suos, a gerendo concilio impediverit. (L. II. ep. 28). Mansi XX. 146. — „Quia suscepti“.
- „ 12. „ (3668) Cunibertum, episcopum Taurinensem, qui vocatus ad synodum „circa festivitatem S. Andreae“ (30 Nov.) non venerit, reprehendit, synodoque „in prima septimana quadragesimae“ agendae adesse iubet. Interim ut a vexando S. Michaelis monasterio absteat, monet. (L. II. ep. 32). Mansi XX. 151. — „Licet adversus“.
- „ 13. „ (3669) Rainerio, illustri viro, abbatem S. Gaudentii damnatum, et acta eius rescissa nunciat. Attamen quas res ipse Rainerius ab illo acceperit, de iis praesente nuncio suo decerni vult. (L. II. ep. 34). Mansi XX. 151. — „Quoniam devotionem“.
- „ 16. „ (3670) Guilielmum, episcopum Papiensem, vituperat, quod vocatus ad sese non venerit. Praecipit, ut synodo „prima hebdomada quadragesimae“ habendae, in qua de sororis eius matrimonio agatur, intersit. (L. II. ep. 35). Mansi XX. 152. — „Licet contra“.
- „ 16. „ (3671) Mathildi praecipit, ut, quem quarto consanguinitatis gradu attingat, marito Azzone marchione absteat. Verumtamen permittit, ut in proxima synodo Romana ius petat. (L. II. ep. 36). Mansi XX. 152. — „Qualiter testibus“.
- „ 16. „ (3672) Omnes fideles S. Petri, maxime ultramontanos, ad defendendos Christianos, ultra mare in Constantinopolitano imperio habitantes, hortatur. (L. II. ep. 37). Mansi XX. 153. — „Ad vos pervenisse“.
- „ 22. „ (3673) Uberto comiti et clero populoque Firmano significat, se episcopatus procuracionem eorum archidiacono ad tempus commisisse, „donec“ inquit „cum nostra sollicitudine, tum regis consilio et dispensatione, idonea ad regendam ecclesiam et episcopalem dignitatem persona reperiat“. Archidiaconum ut in recuperandis ecclesiae bonis adiuvent, hortatur. (C. V. et C. M.: „XI. Kal. Ian.“; edd.: „II. Kal. Ian.“) — (L. II. ep. 38). Mansi XX. 153. — „Quamquam pleraque“.
- „ 31. „ (3674) Dominicum ducem populumque Venetum, ut patriarchalis ecclesiae Gradensis

			1074. (<i>Ind. 12—1.sept.—13, pont. a. 1—30.Iun.—2.</i>) subveniant egestati, monet. (L. II. ep. 39). Mansi XX. 154. — „Notum esse credimus“.
		c. 1074.	(3675) Omnibus ecclesiae Bellovacensis filiis Guidoni episcopo perfecte reconciliatis gratulatur, quo petente se Lanzelino militi ignovisse peccata scribit. Baluzii Misc. III. 6, Louvet Hist. de Beauv. 486, Bouquet Rec. XIV. 625, Mansi XX. 624. — „Quoniam audivimus“.
		1073—1075.	(3676) Heribertum, olim archiepiscopum Coloniensem, numerari inter sanctos iubet. Lacomblet Urk. I. 145. — „Quicquid divinis“.
		1075. (<i>Ind. 13—1.sept.—14, pont. a. 2—30.Iun.—3.</i>)	
Ian.	2.	Romae	(3677) Omnibus S. Petri fidelibus Gepizonem, abbatem S. Bonifacii, et Maurum, abbatem S. Sabae, legatos suos, commendat. (L. II. ep. 40). Mansi XX. 155. — „Notum vobis est“.
„	2.	„	(3678) Clero et populo Feretrano et Eugubino commendat S. Sabae et S. Bonifacii abbates missos, ut episcopos ecclesiis eorum praeficiendos curent. (L. II. ep. 41). Mansi XX. 156. — „Ex quo ecclesiam“.
„	4.	„	(3679) Guibertum, archiepiscopum Ravennatensem, invitat ad synodum „in prima hebdomada quadragesimae“ celebrandam. (L. II. ep. 42). Mansi XX. 156. — „Coram oculis“.
„	5.	„	(3680) Hugoni, episcopo Diensi, suadet, uti ea, quae de rebus ecclesiasticis reddere ecclesiae filii velint, recipiat, eosque ea lege absolvat, ut fidem dent de nunciis ad synodum Romanam una cum eo mittendis. (L. II. ep. 43). Mansi XX. 157. — „Videtur nobis“.
„	10.	„	(3681) Inditham, Ungarorum reginam, afflictam angustiis consolatur, eiusque res matri, Agneti imperatrici, commendatas nunciat. (L. II. ep. 44). Mansi XX. 157. — „Multae ac diversae“.
„	11.	„	(3682) Rodulfum, ducem Sueviae, et Bertulfum, ducem Carentanum, (et Welfonem ducem) monet, ut episcopos simoniae aut fornicationis obnoxios „nullatenus recipiant, et haec eadem tam in curia regis, quam per alia loca et conventus regni notificantes, tales sacrosanctis deservire mysteriis etiam vi, si oportuerit, prohibeant“. Praeterea Rodulfum hortatur, „ut quantumcumque pretii se pro disponendis in ecclesia clericis accepisse recorderetur, aut in utilitatem eiusdem ecclesiae, aut in usus pauperum expendat“. (L. II. ep. 45.) Mansi XX. 158, cf. Hugonis Flav. chron. L. II. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 428. — „Scimus, quoniam“.
„	13.	„	(3683) Gepizo S. Bonifacii et Mauro S. Sabae abbatibus, in legatione Marchiae constitutis, mandat, ut bona, a Michaele episcopo Pisarense „incaute“ distributa, ecclesiae episcopoque restitui iubeant. (L. II. ep. 46). Mansi XX. 160. — „Mandamus vobis“.
„	13.	„	(3684) Rainerio, filio Ugizonis, atque Rainerio, filio Bulgarelli, uxori quoque Peponis domnae Guillae, filiis etiam Ardingi comitis, omnibusque in Clusino comitatu commorantibus significat, se Lanfranco, episcopo Clusino, praecepisse, ut, quem contra interdictum apostolicum S. Mustiolae praefecisset, Guidonem hominem excommunicatum deiceret. Quem ne iuvent in praepositura retinenda, sub excommunicationis poena interdicat. (L. II. ep. 47). Mansi XX. 160. — „Constat vobis“.
„	16.	„	(3685) Gepizo S. Bonifacii et Mauro S. Sabae abbatibus mandat, ut Rainerium, Ugizonis filium, qui fratricidii poenitentiam nondum peregerit, a secundis nuptiis dehortentur, ad seque accedere iubeant. (L. II. ep. 48). Mansi XX. 161. — „Notum vobis est“.
„	22.	„	(3686) Hugoni, abbati Cluniacensi, de angustiis suis scribit. Queritur de orientalis ecclesiae defectione a fide catholica, ac de episcoporum principumque pravitate. „Eos autem“, inquit „inter quos habito, Romanos videlicet, Longobardos et Normannos Iudaeis et paganis quodammodo peiores esse redarguo; nam si non sperarem ad meliorem vitam et utilitatem s. ecclesiae venire, nullo modo Romae, in qua coactus deo teste iam a viginti annis inhabitavi, remanerem“. Preces pro se fieri cupit. Mandat, hortetur eos, „qui b. Petrum diligant, ut non habeant illo

		1075. (<i>Ind. 13—1. Sept.—14, pont. a. 2—30. Jan.—3.</i>) „cariores saeculares principes“. (L. II. ep. 49). Mansi XX. 161. — „Si posset fieri“.
Ian. 24	Romae	(3687) Santio, regi Hispanorum significat, se Santio, episcopo Aragonensi, qui deponendae dignitatis causa Romam venerit, mandasse, licet infirma valetudine esset, ut ad tempus fungi munere pergeret, clerico adiutore assumpto. Hic episcopatui praeponatur, se circumacto anno decreturum. Clericos, ex concubinis natos, episcopos fieri vetat. (C. V. et C. M.: „IX. Kal. Febr.“; edd.: „VIII. Kal. Febr.“) — (L. II. ep. 50). Mansi XX. 163. — „Quoniam erga“.
„ 25.	„	(3688) Sueini, Danorum regis, litteras desiderat. Significat, legatos suos, „pro honorificentia regni eius, tum de metropolitana sede, tum de quibusdam aliis rebus“ missos, „propter perturbationem Teutonicae terrae“ ad sese rediisse. Nuncios Romam mitti capit. Subsidia ab eo sperat; „est“ inquit „non longe a nobis provincia quaedam opulentissima iuxta mare, quam viles et ignavi tenent haeretici, in qua unum de filiis tuis ducem ac principem et defensorem Christianitatis fieri optamus“. (L. II. ep. 51). Mansi XX. 164. — „Cum adhuc in“.
Febr. 1.	„	(3689) „Monasterii S. Mariae virginis constructi in loco, qui dicitur Banza“, possessiones et privilegia confirmat. In tabular. eccl. Romanae. Ex schedis Pertzii. — „Supernae miserationis“.
„ 24-28.	„	Synodus, in qua „inter cetera decreta 1) quinque de familia regis Teutonicorum, quorum consilio ecclesiae vendantur, a liminibus s. ecclesiae separantur, ita ut si abinde usque ad Kalendas Iulias Romam non veniant et satisfaciant, excommunicati habeantur“; 2) statuitur, ut „Philippus rex Francorum, si nuncius papae, ad Gallias ituris, de satisfactione sua et emendatione securitatem non fecerit, habeatur excommunicatus“; 3) Liemarus, archiepiscopus Bremensis, Guarnerius Argentoratensis, Heinricus Spirensis, Herimannus Bambergensis, Guilielmus Papiensis, Cunibertus Taurinensis episcopi a munerum administratione remouentur et Dionysius, episcopus Placentinus, deicitur; 4) Robertus, dux Apuliae, iam anathematizatus, et Robertus de Loritello excommunicantur. Reg. L. II. post ep. 52, Mansi XX. 443. Ad eandem synodum pertinet haec de investitura lex: „Si quis deinceps episcopatum, vel abbatiam de manu alicuius laicae personae susceperit, nullatenus inter episcopos habeatur, nec ulla ei ut episcopo aut abbati audientia concedatur; insuper ei gratiam b. Petri et introitum ecclesiae interdicimus, quousque locum, quem cepit, respiscendo non deserit; similiter etiam de inferioribus ecclesiasticis dignitatibus constituimus. Si quis imperatorum, regum, ducum, marchionum, comitum, vel quilibet secularium potestatum aut personarum investituram episcopatum vel alicuius ecclesiasticae dignitatis dare praesumpserit, eiusdem sententiae vinculo se adstrictum esse sciat“. Mansi XX. 517, cf. Bernoldi Annales 1075, Arnulfi gesta arch. Med. L. IV. c. 7. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 27.
„ 28.	„	(3690) In synodo Eurardo, clerico Aurelianensi, sub iteratae excommunicationis poena praecipit, ut festo omnium sanctorum (1. Nov.) cum fratribus ecclesiae Aurelianensis ad sese veniat, intereaque iniuriis in illos absteineat. (L. II. ep. 52). Mansi XX. 165. — „Admiranda res“.
Mart. 2.	„	(3691) (in basilica salvatoris) Ioannis Moraviensis et Geboardi Pragensis episcopi de bonis quibusdam litem discernit, ea lege ut sui uterque iuris intra proximos decem annos persequendi potestatem habeat. (L. II. ep. 53). Mansi XX. 166. — „Quoniam ad memoriam“.
„ 3.	„	(3692) Placentinis nunciat, Dionysium in synodo remotum munere episcopali esse. (L. II. ep. 54). Mansi XX. 167. — „Super confusione“.
„ 3.	„	(3693) Laudenses hortatur, ut Opizonem episcopum in extirpanda simonia clericorumque fornicatione adiuvent. (L. II. ep. 55). Mansi XX. 168. — „Gaudemus, dilectissimi“.
„ 4.	„	(3694) Manassem, archiepiscopum Remensem, negligentiae accusat. Significat, se episcopum Catalaunensem propter inobedientiam deiciendum censuisse. Mandat, ut ad bona clericis reddenda eum hortetur, recusantemque excommunicet. Eundem rationis reddendae causa aut d. 1 Oct. ad legatos suos, aut d. 1. Nov. ad sese venire iubet. (L. II. ep. 56). Mansi XX. 169. — „Si te pastoralis“.
„ 5.	„	(3695) Clero et populo Faesulano praecipit, ut in ecclesiae Romanae de Transmundo episcopo sententia acquiescant, neu querimoniis repetitis detrimenta ecclesiae Faesulanae multiplicent. (C. V. et C. M.: „III non. Mart.“; edd.: „IV non. Mart.“) — (L. II. ep. 57). Mansi XX. 170. — „Miramur satis“.

		1075. (<i>Ind. 13—1. sept.—14, pont. a. 2—30. Jun.—3.</i>)
Mart.	5.	Romae (3696) Manassi, archiepiscopo Remensi, mandat, ut a Rabotho, episcopo Noviomensis, ecclesiam Brugensem Wilielmo, episcopo Ultraiectensi, ereptam reddi iubeat. (L. II. ep. 58). Mansi XX. 170. — „Confratris nostri“.
„	7.	Laterani (3697) *Ecclesiae S. Petri Insulensis bona confirmat. Buzelini Gallo-Flandria 310.
„	9.	Romae (3698) Abbatiae Romanae, super fluvium Iseram constitutae, libertatem et possessiones confirmat, ecclesiamque Hugoni, episcopo Diensi, consecrandam mandat. (L. II. ep. 59). Mansi XX. 171. — „Fidelitatis ac“.
„	13.	„ (3699) Ottoni, episcopo Constantiensi, praecipit, ut cum Ecardo, abbate Augiensi, aut in gratiam redeat, aut „circa festivitatem omnium sanctorum“ (1 Nov.) Romam accedat. (L. II. ep. 60). Mansi XX. 171. — „Sicut tua super“.
„	23.	„ (3700) D(ietwinum), episcopum Leodiensem, a vendendis dignitatibus ecclesiasticis praebendisque canonicis dehortatur. Prospiciat, ut sacerdotes caste vivant. Iniuriis in abbatem S. Huberti (Andaginensem) absteineat, comitisque Namucensis ecclesiam aut ipse consecret, aut ab Herimanno, episcopo Metensi, consecrari patiat. (L. II. ep. 61). Mansi XX. 172. — „Iam multo tempore“.
„	23.	„ (3701) Sichardum, episcopum Aquileiensem, hortatur, ut concilii peracti decretis de simonia sacerdotumque castitate pareat. (L. II. ep. 62). Mansi XX. 173. — „Fraternitatis tuae“.
„	23.	„ (3702) Geusam, Ungariae ducem, docet, „regnum Ungariae, sicut et alia nobilissima regna in propriae libertatis statu debere esse, et nulli regi alterius regni subiici, nisi Romanae ecclesiae; quod quia“ inquit „consanguineus tuus (Salomon) a rege Teutonico, non a Romano pontifice, usurpative obtinuit, dominium eius, ut credimus, divinum iudicium impedivit“. Legatos suos commendat. (L. II. ep. 63). Mansi XX. 174. — „Licet per legatos“.
„	24.	„ (3703) Monasterii S. Nicolai Passaviensis possessiones confirmat. Mon. Boic. IV. 290. — „Convenit apostolico moderamini“.
„	25.	„ (3704) Ivoni, abbati S. Dionysii, de simonia suspecto, praecipit, ut aut apud legatos suos, „hac in aestate“ mittendos, causam dicat, aut ante festivitatem S. Andreae (30. Nov.) Romam veniat. (L. II. ep. 64). Mansi XX. 174. — „Licet Romanae“.
„	25.	„ (3705) Monachos S. Dionysii de suis ad Ivonem abbatem litteris certiores facit, a discordiaque dehortatur. (L. II. ep. 65). Mansi XX. 175. — „Abbatis vestri“.
„	29.	„ (3706) Burchardo, episcopo Halberstadensi, scribit de clericis ad castitatem impellendis. (L. II. ep. 66). Mansi XX. 175. — „Non ignorare te“.
„	29.	„ (3707) Annoni, archiepiscopo Coloniensi, mandat, ut, convocato episcoporum concilio, sua de castitate clericorum decreta promulget. „Novit enim fraternitas tua“, inquit „quia praecepta haec non de nostro sensu exculpimus, sed antiquorum patrum sanctiones propalamus; quamquam huic s. Romanae ecclesiae semper licuit, semperque licebit, contra noviter incrementes excessus nova quoque decreta atque remedia procurare“. (L. II. ep. 67). Mansi XX. 176. — „Constat ecclesiam“.
„	29.	„ (3708) Wezelinum, archiepiscopum Magdeburgensem, ad stabiliendam clericorum castitatem adhortatur. (L. II. ep. 68). Mansi XX. 177. — „Legimus Iosue“.
Apr.	9.	„ (3709) Cuniberto, episcopo Taurinensi, praecipit, ut cum abbate monasterii S. Michaelis aut pacem faciat, aut die S. Martini (11. Nov.) ad sese veniat, atque ut interim iniuriis in illum absteineat; quod nisi fecerit, fore ut monasterium ecclesiae Romanae subiiciatur. (L. II. ep. 69). Mansi XX. 178. — „Decuerat te, frater“.
„	12.	„ „in ipsis Albis“. V. litteras ecclesiae Bambergensis, Udalrici Bab. cod. n. 141 ap. Eccard Corp. hist. II. 140, et ap. Ussermann Ep. Bamb. Cod. Prob. 49 sqq.
„	14.	„ (3710) Geusae, Ungariae duci, significat, velle se inter eum et Salomonem regem pacem ita conciliare, „ut rex ibi, non regulus fiat“. Salomoni regnum a Domino ademptum esse scribit, quod, „contempto nobili dominio b. Petri, subdividisset se Teutonico regi et reguli nomen obtinisset“. „Quapropter“ inquit „si quid vis, si quid habere a Romana ecclesia digne speras, nobis confidenter volumus ut aperiatur“. (L. II. ep. 70). Mansi XX. 180. — „Si officii nostri“.
„	14.	„ (3711) Wratizlaum, Bohemorum ducem, rogat, ut Friderico nepoti aut patrimonium, aut aliud beneficium tribuat. Monet, pacem colat, maximeque cum Pragensi et Olomutiensi episcopis. (L. II. ep. 71). Mansi XX. 180. — „Fredericus nepos“.
„	15.	„ (3712) Omnes Bohemos ad pacem, castitatem, beneficentiam, hospitalitatem, decimas dandas, honorandasque ecclesias adhortatur. (L. II. ep. 72). Mansi XX. 181. — „Ex consideratione“.

		1075. (<i>Ind. 13—1. Sept.—14, pont. a. 2—3. Jan.—3.</i>)
Apr. 17.	Romae	(3713) Demetrio, regi Ruscorum, et reginae, uxori eius, significat, se filio eorum roganti „ex parte b. Petri“ regnum tradidisse. Legatos suos commendat. (L. II. ep. 74). Mansi XX. 183. — „Filius vester“.
„ 17.	„	(3714) Ad Sveinum, regem Danorum, litteras nunciosque mittit, „ut si quid est“, inquit „quod auctoritas Romanae ecclesiae possit tibi iuste largiri, nobis notum facias; quia vero apud antecessorem nostrum Alexandrum quaedam expetisti, quibus b. Petrum debitorem faceres, immo tibi et regno tuo nobile patrocinium eius acquireret, per eosdem legatos mandes, utrum eadem voluntas sit, an fuerit passa defectum“. (L. II. ep. 75). Mansi XX. 184. — „Apud antecessores“.
„ 20.	„	(3715) Bolezlaum, Polonorum ducem, laudat, quod munera b. Petro miserit. Legatos suos commendat, missos ut et episcoporum Polonorum numerum augeant, et sedem metropolitanam constituant. Hortatur, ut ablatam Ruscorum regi pecuniam reddat. (C. V. et C. M.: „XII. Kal. Mai.“; edd.: „VII. Kal. Mai.“) — (L. II. ep. 73). Mansi XX. 182. — „Quoniam honor“.
„ 20.	„	(3716) Clero et populo Bambergensi invasorem ecclesiae eorum (Hermannum) demotum nunciat. Praecipit, ne episcopatus bona diripiant. (L. II. ep. 76). Mansi XX. 185. — „Notum est pene“.
Iun. 17.	„	(3717) Geboardum, archiepiscopum Salzburgensem, hortatur, ne novo episcopo Alexandri II. permissu intra paroeciam Salzburgensem constituto decimas adimat. (L. II. ep. 77). Mansi XX. 185. — „Meminimus dilectionem“.
Iul. 20.	Laurenti	(3718) Clero et populo Bambergensi significat, Herimannum, iam antea ob simoniam episcopali officio et ob ecclesiae bona dissipata sacerdotio privatum, anathemate quoque, donec ad se veniret, affectum esse. Ab eodem qui praedia ecclesiastica acceperint, eos anathematizat. (In Udalr. Bab. cod. c. 139 ap. Eccard Corp. hist. II. 187 pro „Laurenti“ legitur „Albani.“) — (L. III. ep. 1). Mansi XX. 186. — „Litteras, quas Poppo“.
„ 20.	„	(3719) Sigefrido, archiepiscopo Moguntino, mandat, ut in locum Herimanni, deiecti et excommunicati invasoris ecclesiae Bambergensis, substituendum successorem curet. (L. III. ep. 2). Mansi XX. 187. — „Qualiter Babenbergensis“.
„ 20.	Romae	(3720) Heinricum regem collaudat, quod simoniacis viriliter resistat, clericosque reddere castos desideret. Exponit de Herimanni, episcopi Bambergensis, delictis ac punitione, de suisque ad Sigefridum archiepiscopum et Bambergenses litteris. Quorum ecclesiam ut religiosorum consilio ordinet, hortatur. (L. III. ep. 3). Mansi XX. 188. — „Inter caetera bonarum“.
Sept. 3.	„	(3721) Sigefridi, archiepiscopi Moguntini, excusationes non accipit. Hortatur, ne „regni motu ac perturbatione, bellis et seditionibus, invasionibus hostium ac perditione rerum et formidine necis“ a praestando officio avertatur. Mandat, ut de episcopo Argentoratensi, simoniae accusato, cognoscat seque certiore faciat. Concilium a sese imperatum differri non vult. De evellenda simonia clericorumque fornicatione addit. (L. III. ep. 4). Mansi XX. 189. — „Plurimas in tuis“.
„ 11.	„	(3722) Beatrici duci et Mathildi filiae eius scribit, Heinricum regem ambigua fide esse, qui pacem, quam per legatos ante mensem Augustum latenter secum componi voluerit, nunc cupiat palam confici. „Quapropter vos scire volumus“, inquit „nos huic petitioni nullatenus consensuros; quod si ad prius revertatur consilium, id videtur salubrius, nobisque sequendum“. Suadet, ut cum Godefredo, licet promissa non fecerit, foedus iungant. (L. III. ep. 5). Mansi XX. 190. — „Non parum de“.
— —	—	(3723) Heinrico regi significat, eius litterae quum afferrentur, se longe ab urbe afuisse ob valetudinem. Gaudet, quod de pace actionem religiosi viris demandaverit; „horum consilio“ inquit „paratus sum, gremium tibi s. Rom. ecclesiae aperire, teque ut dominum, fratrem et filium suscipere, auxiliumque prout oportuerit praebere“. De Saxonum „superbia contrita“ gratulatur. De componenda ecclesia Bambergensi denuo rogat. (L. III. ep. 7). Mansi XX. 192. — „Quando litteras“.
Dec. 7.	Romae	(3724) Tedaldum, „Mediolanensem clericum“, qui alio electo archiepiscopatum acceperit, ad synodum, „in prima hebdomada venturae quadragesimae“ (14—20 Febr. 1076) venire, interimque „nullum de sacris ordinibus gradum recipere“ iubet. Suadet, ne regis praesidio confidat. (C. V. et C. M.: „VII id. Dec.“; edd.: „VII id. Sept.“) — (L. III. ep. 8). Mansi XX. 193. — „Nuntiatum nobis“.
„ 8.	„	(3725) Gregorio Vercellensi, Cuniberto Taurinensi, Ingoni Astensi, Ogerio Iporegiensi, Opizoni Laudensi et ceteris ecclesiae Mediolanensis suffraganeis significat de suis

			<p>1075. (<i>Ind. 13—1. Sept.—14, pont. a. 2—30. Iun.—3.</i>) litteris ad Tedaldum, archiepiscopum a rege factum. Cui ne „ad promotionem alicuius ordinis manum imponant“, sub excommunicationis poena interdicat. (C. V. et C. M.: „VI id. Dec.“; edd.: „VI id. Oct.“) — (L. III. ep. 9). Mansi XX. 194. — „Notum vobis esse“.</p>
Dec.	9.	Lateranis	<p>(3726) Liprandum sacerdotem (Mediolanensem), naso et auribus truncatum, consolatur, ac manere in presbyteratu iubet. Protectionem eius suscipit. Landulphi iun. hist. Med. c. 6 ap. Muratori R. It. Scr. V. 477. — „Si sanctorum“.</p> <p>(3727) Monasterii Cluniacensis privilegia et possessiones confirmat. (Signa chronologica in hac et duabus, quae sequuntur, bullis inter se pugnant). Bullar. Cluniac. 18. — „Supernae miserationis“.</p>
„	9.	„	<p>(3728) Hugoni, abbati Cluniacensi, et eius successoribus monasterium SS. Iohannis, Simonis et Iudae Pictaviense regendum tradit. Bullar. Cluniac. 20. — „Supernae miserationis“.</p>
„	9.	„	<p>(3729) Hugoni, abbati Cluniacensi, et eius successoribus monasterii Gigniacensis curam delegat. Bullar. Cluniac. 20. — „Iusta sanctaeque religioni“.</p>
„	24.	Romae in ecclesia S. Mariae maioris	<p>„Ipsa nocte natalis domini“ a Cencio captus, in turrim quandam abstrahitur. Pauli Bernr. vit. Greg. c. 49 sqq., Lamberti Annal. 1076, Bertholdi Annales 1076, Bernoldi Annal. 1076, Bonizonis Lib. ad. amic. p. 814, Anonym. Casin. chron. 1075 ap. Gattula Acc. 827, Arnulfi gesta arch. Med. L. V. c. 6 ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 30.</p>
„	25.	E turri	<p>Eripitur a Romanis. Bonizonis lib. ad. amic. p. 814: „manequo facto“. Arnulfi gest. archiep. Med. l. 1.: „facto autem diluculo“.</p>
„	25.	Lateranum	<p>Redit. Bonizonis lib. ad. amic. l. 1.</p>
			<p>1076. (<i>Ind. 14—1. Sept.—15, pont. a. 3—30. Iun.—4.</i>)</p>
			<p>(3730) *Heinricum regem „de multis criminibus arguit, et, ut episcopos, a captivitate dimissos, ecclesiis bonisque integre restitutis remittat, orat, et post haec concilium in eo loco, quo venire possit apostolicus congregat, ubi episcopi vel, si digni sint, episcopalem perdant dignitatem, vel iniuriarum, quas erant passi, canonicam recipiant satisfactionem; quod si in his sacris canonibus noluerit rex obediens existere et excommunicatos a societate sua repellere, se eum velut putre membrum anathematis gladio ab unitate ecclesiae minatur abscondere“. V. Brunonem de bello Sax. c. 64 ap. Pertz M. G. Scr. V. 351.</p>
Ian.	8.	Romae	<p>(3731) Heinricum regem hortatur, ut seiungat se ab excommunicatis, poenitentiamque suscipiat. Reprehendit, quod, quae de causa Mediolanensi promisisset, non exsolverit, et quod Firmanam Spoletinamque ecclesias tradiderit hominibus ipsi ignotis. Monet, ut ambiguitates relinquat, neu violare synodi Romanae decreta pergat. „Pro collata tibi“ inquit „ex hostibus tuis victoria nunc te permaxime“ deo et b. Petro „debitum fore, cognoscere debes“. Ad epistolam eius se respondurum, quum legati regii, Rabbodi, Adelprech et Vodescalci ad sese redierint. (L. III. ep. 10). Mansi XX. 195. — „Considerantes ac“.</p>
Fbr14-22.		In ecclesia domini Salvatoris, quae Constantini-ana dicitur	<p>Synodus, in qua Gregorius 1) Sigefridum, archiepiscopum Moguntinum, „qui conatus sit episcopos et abbates regni Teutonicorum a s. Romana ecclesia scindere, ab omni episcopali officio suspendit“ et excommunicat, „caeteros (in his Ottonem, episcopum Constantiensem, v. apologiam pro Gebhardo ap. Pertz M. G. Scr. V. 430 n. 33), qui sua sponte eius schismati consentiendo subscripserint et in ea iniquitate perdurare velint, ab omni episcopali officio suspendit, illos vero, qui non sponte consenserint, usque ad festivitatem s. Petri (1 Aug.) suffert, ut, si infra istum terminum satisfactionem non obtulerint, episcopali deinceps officio priventur“; 2) Episcopos Longobardiae, qui „contra b. Petrum sacramento conspiraverint, ab omni episcopali officio suspendit“ et excommunicat; 3) Berengarium Agathensem, Herimannum Viennensem, Stephanum Podiensem, Pontium Gratianopolitanum episcopos, et Desiderium clericosque ecclesiae Romanensis, et abbatem comitemque S. Aegidii, et comitem Forensensem, et Umbertum Belloiocensem excommunicat; 4) „Heinrico regi totius regni Teutonicorum et Italiae gubernacula contradicit, et omnes Christianos a vinculo iuramenti, quod ei fecerint vel facturi sint, absolvit et, ut nullus ei, sicut regi, serviat, interdicat, et vinculo eum anathematis alligat“. Reg. L. III. post ep. 10, Mansi XX. 467, cf. Pauli Bernr. vit. Greg. c. 68 sqq.; tempus synodi praebetur supra in ep. 3724: „prima hebdo-</p>

1076. (*Ind. 14—1. sept.—15, pont. a. 3—30. Iul.—4.*)
- mada quadragesimae“ (14—20 Febr.) et in Lamberti Annalibus 1076: „secunda feria secundae hebdomadae in quadragesima“ (22 Febr.).
- (3732) Omnibus, qui cupiunt se annumerari inter oves, quas Christus b. Petro commisit, de iniuriis apostolo illatis queritur. Addit haec: „Qualiter autem, aut pro quibus causis b. Petrus anathematis vinculo regem alligaverit, in chartula, quae huic inclusa est, plene potestis cognoscere“. (Cf. Bruno de bello Sax. c. 69 ap. Pertz M. G. Scr. V. 353 et Pauli Bernid. vit. Greg. c. 77). — (L. III. ep. 6). Mansi XX. 191. — „Audistis fratres“.
- Mart. 8. Lateranis (3733) Monasterii S. Petri Condomiensi possessiones confirmat, annua solidorum quinque pensione monachis imposita. D'Achery Spic. II. 584, Gall. Chr. II. Instr. 441, Cocqu. II. 37. — „Supernae miserationis“.
14. Romae (3734) Arnaldo, episcopo Acherontino, mandat, ut Rogerium comitem, Roberti ducis fratrem, et eius milites contra paganos pugnatos, si poenitentiam peregerint, peccatis absolvat. Se paratum esse, Robertum quoque ducem, si parere sibi velit, in gratiam recipere. Balduino, episcopo Melphitano, episcopatum reddi iubet, deprecatore Stephano, episcopo Troiano. (L. III. ep. 11). Mansi XX. 198. — „Noverit fraternitas“.
23. Laterani (3735) Monasterium Fontis-Avellanae tuendum suscipit, petente Petro Damiano, ecclesiae Romanae cardinali. Miffarelli Ann. Cam. II. app. 259. — „Notum sit“.
- (3736) Udonem, archiepiscopum Trevirensem, et Theodericum Viridunensem et Herimannum Metensem episcopos hortatur, ut, quae persuadentibus schismaticis inveni peccaverint, corrigant, Popponemque, episcopum Tullensem, qui contra sese et arma sumpserit, et regem sollicitaverit, in viam revocent. (L. III. ep. 12). Mansi XX. 199. — „Litteras apostolicas“.
- (3737) Clero populoque Rosellano significat, de praediis litigiosis se ita iudicasse, ut in episcopi Rosellani ditone essent, nisi Populoniensis „ante proximum dominicae ascensionis festum“ (5 Maii) contraria iura probasset. (L. III. ep. 13). Mansi XX. 199. — „Quia officii“.
- Romae (3738) Dominici, patriarchae Gradensis, erga se studium laudat. Longobardos nonnullosque Teutonicorum episcopos scribit odio in se ferri, propterea quod eorum pravitati obsistat. De Giraldo, episcopo Sipontino, se alio tempore responsurum. (L. III. ep. 14). Mansi XX. 200. — „Quia matrem“.
- (3739) Wifredo, militi Mediolanensi, scribit de spe pacis componendae cum Normannis „b. Petrum solummodo dominum et imperatorem habere desiderantibus“. Velle se „regis Alamanniae“ pace uti, „si ea quae ad periculum s. ecclesiae commiserit, emendet“. Iubet cum forti animo esse. Auxilium pollicetur. (L. III. ep. 15). Mansi XX. 201. — „Quia sollicitum“.
- Apr. — „ (3740) Richerio, archiepiscopo Senonensi, mandat, ut, excommunicatione proposita, episcopum Aurelianensem ad sananda delicta varia hortetur. (L. III. ep. 16). Mansi XX. 202. — „Fraternitatem tuam“.
- „ — „ (3741) Rainerio, episcopo Aurelianensi, praecipit, ut iniuriis in s. crucis decaniam canonicis donatam, et in Benedicti canoniam desistat, utque ante „festivitatem omnium sanctorum“ (1 Nov.) Romam adeat. (L. III. ep. 17). Mansi XX. 202. — „Graviter et“.
- Mai. — „ (3742) Symeonem, Hispanorum episcopum, hortatur, curet, „ut Romanus ordo per totam Hispaniam et Gallitiam et ubicumque potuerit, in omnibus rectius teneatur“. (L. III. ep. 18). Mansi XX. 203. — „Cognitis fraternitatis“.
- Iun. — „ (3743) Cyriaco, archiepiscopo Carthaginiensi, scribit, se audisse, Africam ad tantam episcoporum orbitatem devenisse, ut ne tres quidem, qui episcopum consecrent, inveniuntur. Mandat, ut adhibito illo, quem ipse nuper ordinaverit, tertium eligat, qui consecrandus ad se mittatur. (L. III. ep. 19). Mansi XX. 204. — „Pervenit ad aures“.
- (3744) Clerum et populum, „Buzeae (id est Yppona) in Mauritania Sitifensis, id est in Africa, constitutum“, hortatur, ut Servando archiepiscopo a sese consecrato obtemperent. (L. III. ep. 20). Mansi XX. 205. — „Servandum archiepiscopum“.
- (3745) Anazir, regi Mauritaniae Sitifensis, significat, se, ut rogasset, Servandum archiepiscopum consecrasset. De Christianis captivis dimissis gratias agit. Alberici et Cincii, familiarium suorum, nuncios commendat. (L. III. ep. 21). Mansi XX. 205. — „Nobilitas tua“.
- (Mrt. Iul.) — (3746) Heinricum, episcopum Tridentinum, miratur, „post synodalem sententiam in Heinricum regem prolatam“ ad suas litteras non respondisse. „Promittimus“

		<p>1076. (<i>Ind. 14—1. Sept.—15, pont. a. 3—30. Jan.—4.</i>)</p> <p>inquit, „festum b. Petri (1 Aug.) non prius transeundum, quam in cunctorum notitia certissime clareat, illum iustissime esse excommunicatum“. Hortatur, ut milites sibi per Mathildam auxilio mittat. <i>Udalr. Bab. cod. c. 152 ap. Eccard Corp. hist. II. 155, Hahn Coll. Mon. I. 116, Ughelli It. sacr. V. 593, Mansi XX. 375.</i> — „Miramur fraternitatis“.</p>
Jul. 25.	Laurenti	<p>(3747) Omnibus episcopis, abbatibus, sacerdotibus, ducibus, principibus, militibus scribit de malis ab Heinrico rege ecclesiae illatis. Hortatur, ut in viam eum revertent, quique cum eo communicent, eorum societatem vitent. (L. IV. ep. 1). <i>Mansi XX. 206.</i> — „Gratias agimus“.</p>
—	—	<p>(3748) Omnibus episcopis, ducibus, comitibus ceterisque fidelibus in regno Teutonico scribit, se audisse, num iuste Heinricus rex excommunicatus sit, quosdam dubitare. Causas igitur excommunicationis explicat. <i>Pauli Bernr. vit. Greg. c. 78, Bruno de bello Sax. c. 72 p. 354, Annalista Saxo ap. Pertz M. G. Scr. VI. 708, Hugonis Flav. chron. ap. eund. VIII. 439, Udalr. Bab. cod. c. 146 ap. Eccard Corp. hist. II. 146, Mansi XX. 377.</i> — „Audevimus quosdam“.</p>
Aug. 25.	Tiburis	<p>(3749) Herimanno, episcopo Metensi, respondet, episcopos sacerdotes laicosque excommunicatos hac poena ideo affectos esse, quod Heinrico regi communicassent. Errare eos, qui negent ius esse, regem a sede Romana excommunicari. Episcopis quibusdam se concessisse, ut eos, qui recessissent a regis communione, absolverent. „De ipso autem rege“ inquit „omnino contradiximus, ut nullus eum praesumat absolvere, quousque illius certa poenitentia et sincera satisfactio nobis per idoneos testes fuerit notificata, ut simul inveniamus, qualiter eum absolvamus“. Mandat, moneat archiepiscopum Trevirensem, ut episcopum Tullensem ab infestanda Romarici montis abbatissa dehortetur. De Mathilda cum eo consentit, et Gotifredo salutem exoptat. (Reg. L. IV. ep. 2). <i>Mansi XX. 208.</i> — „Multa interrogando“.</p>
„ 29.	„	<p>(3750) Omnibus episcopis, abbatibus, sacerdotibus, ducibus, principibus, militibus scribit, post epistolam missam, quae verbis „Gratias agimus“ incipiat (v. supra ep. 3747), allatum nuncium esse, regem concitandae inter eos seque discordiae studere. Itaque praecipit, „ut nullus eum praesumat a vinculo anathematis absolvere, quousque illius satisfactio et poenitentia per idoneos sibi fuerit renunciata“. Haec addit: „Vos autem diligenter studete eam promissionem eamque securitatem ab illo accipere, ut non videamur pro columbae simplicitate serpentis prudentiam negligere; quodsi inter haec, quod non optamus, morte praeventus fuerit, non dubitet vestra fraternitas, quam vera poenitentia veraque satisfactio promeretur medicinam impendere“. (Pro „Tiburis“ l. „Tiburis“). <i>Hugonis Flav. chron. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 442.</i> — „Postquam fraternitati“.</p>
Sept. 3.	Laurenti	<p>(3751) Omnes episcopos, duces, comites, in regno Teutonico habitantes, hortatur, ut Heinricum, in synodo anathematizatum regnoque orbatum, ad virtutem revertent, operamque dent, ut, pravis consiliariis remotis, „non ultra putet s. ecclesiam sibi subiectam, ut ancillam, sed praelatam ut dominam, non consuetudines superbiae contra libertatem s. ecclesiae inventas defendat“. Monet, si in viam redierit, talis sibi significant. „Quod si“ inquit „ex corde non fuerit ad deum conversus, talis ad regni gubernacula inveniatur, qui ea, quae praediximus, observaturum promittat; ut autem vestram electionem, si valde oportet ut fiat, apostolica auctoritate firmemus, et novam ordinationem nostris temporibus corroboremus, sicut a sanctis nostris patribus factum esse cognoscimus, negotium, personam, et mores eius, quantocius potestis, nobis indicate“. De Agnete imperatrice addit. (L. IV. ep. 3). <i>Mansi XX. 210.</i> — „Si litteras, quibus“.</p>
„ 27.	Romae	<p>(3752) Clero populoque Dolensi in Britannia significat, se quem misissent, iuvenem consecrandum archiepiscopum non putasse. Iuvenem, abbatem S. Melanii, loco eiusdem ordinatum nunciat; cui ut obediant, praecipit. (L. IV. ep. 4). <i>Mansi XX. 212.</i> — „Misistis ad nos“.</p>
„ 27.	„	<p>(3753) Omnibus episcopis Britanniae nunciat, Iuvenem, abbatem S. Melanii, archiepiscopum Dolensem a sese consecratum, pallioque ornatum esse. Monet, ut ei obtemperent. Litem inter Dolensem et Turonensem ecclesias posthac compositum iri. (L. IV. ep. 5). <i>Mansi XX. 212.</i> — „Non ignorare vos“.</p>
(„) —	—	<p>(3754) W(illelmum), regem Anglorum, hortatur, ne adiuvet episcopum Dolensem, varia ob crimina deiectum. Abbatem S. Melanii, ecclesiae Dolensis episcopum a</p>

		1076. (<i>Ind. 14—1. Sept.—15, pont. a. 3—30. Jan.—4.</i>) sese consecratum, commendat. Martene Thes. III. 871, Bouquet Rec. XIV. 596, Mansi XX. 383. — „Compertum esse“.
Oct. 28.	Romae	(3755) Heinrico, episcopo Leodiensi, de Willelmo, episcopo Ultraiectensi, ita respondet: „Quod si nullo (legendum videtur: in illo) schismate ipse aut quicumque sua sponte subscripsit, et, regi excommunicato scienter communicans, sine poenitentia et satisfactione discessit, vel discesserit, quibus vivis non communicavimus, nec mortuis communicare audemus; sin vero invitus subscripsit et regi excommunicato non communicaverit, apostolica auctoritate eum absolvimus“ (L. IV. ep. 6). Mansi XX. 213. — „Quod de causa“.
„ 31.	„	(3756) Heinrico, Arderico, Wifredo, fidelibus s. apostolicae sedis legitimis filiis Mediolanensis ecclesiae, scribit de spe vincendae tum Normannorum periorum superbiae tum Heinrici regis simoniacorumque conspirationis; de multorum Teutonicorum consilio novi regis eligendi; de Widone et Gotefredo episcopis deiectis. (L. IV. ep. 7). Mansi XX. 214. — „Manifesta apostoli“.
Nov. 1.	„	(3757) Episcopis Tusciae, Constantino Aretino, Rainerio Florentino, Leoni Pistoriensi, Anselmo Lucensi, Lanfranco Clusino significat, Rodulfum, episcopum Senensem, qui, quod Heinrico regi excommunicato communicaverit, ipse excommunicationis poena teneatur, nisi poenitentiam susceperit, non posse absolvi; quam ut ei iniungant, mandat. (L. IV. ep. 8). Mansi XX. 215. — „Non ignorare“.
„ 1.	Lateranis	(3758) Ecclesiae S. Autberti Cameracensis canonicorum bona, petente Lietberto episcopo, confirmat. Le Glay in notis ad Chronique d'Arras et de Cambray par Balderic p. 545. — „Superne miserationis“.
„ 2.	Romae	(3759) Richerio, archiepiscopo Senonensi, scribit, Rainerium, episcopum Aurelianensem, evocatum non venisse. Mandat, cognoscat, acceperitne ille litteras suas, necne. Quodsi acceperit, removeri eum a muneris episcopalis administratione excommunicarique iubet. Monet, ut una cum eodem et cum decano Aurelianensi et Ioschelino et Eurardo ad proximam synodum Romanam accedat. (L. IV. ep. 9). Mansi XX. 216. — „Non credimus“.
„ 10.	„	(3760) Adilae, comitissae Flandrensi, scribit, „nullo modo ministros sacri altaris, in fornicatione existentes, missae debere celebrare officium“. Hubertum archidiaconum de haeresi arguit. (L. IV. ep. 10). Mansi XX. 216. — „Pervenit ad aures“.
„ 10.	„	(3761) Robertum, comitem Flandrensem, ad oppugnandos sacerdotes fornicationis simoniaeque noxios hortatur. Ingelrannum, communem fidelem, commendat. (L. IV. ep. 11). Mansi XX. 217. — „Pervenit ad apostolicam“.
Nov. Dec.	—	(3762) Archiepiscopis, episcopis, ducibus, comitibus, nec non maioribus atque minoribus, in regno Teutonicorum constitutis, significat, se adeo accelerare ad eos iter statuisse, ut possit d. 8. Ianuarii (1077) Mantuae esse. Mandat, curent, ut bene recipiatur. „Quot et quantas colluctationes cum nunciis regis habuerit et quibus rationibus dictis eius obviaverit“, eos, qui has litteras deferant, narraturos esse. Pauli Bernr. vit. Greg. cap. 83, (Udalr. Bab. cod. c. 147 ap. Eccard Corp. hist. II. 149, Mansi XX. 379). — „Nos et indigni“.
„ „	—	(3763) Omnibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ducibus, marchionibus, omnibusque fidem defendentibus et observantibus in omni regno Teutonicorum nunciat, se „contra voluntatem et consilium Romanorum“ iter ad eos habere, „paratum mortem subire“. Hortatur, dent operam, ut „eos possit adire, iisque in omnibus prodesse“. Pauli Bernr. vit. Greg. cap. 83, Hugonis Flavin. chron. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 444, Udalr. Bab. cod. c. 146 ap. Eccard Corp. hist. II. 149, Mansi XX. 383. — „Ego qualiscunque“.
Dec. 28.	Florentiae	(3764) Cathedralem ecclesiam Florentinam tuendam suscipit bonaque eius confirmat, petente Raynerio episcopo. Ughelli It. sacr. III. 79, Cocqu. II. 36, Lami Eccl. Fl. M. I. 108. — „Si iustus“.
(„)	Lucae	Vita Anselmi ep. Lucensis c. 8 ap. Mabillon Acta SS. o. B. Saec. VI. P. II. p. 473.
		1077. (<i>Ind. 15—1. Sept.—1, pont. a. 4—30. Jan.—5.</i>)
(Jan.) —	Apennini	iugum transit. Bonizonis Lib. ad am. p. 816.
„ 25-27.	Canossae	dum Heinricus rex „intra secundum murorum ambitum receptus, deposito cultu regio, nudis pedibus ieiunus a mane usque ad vesperam perstat“ (d. 25 Jan.);

		1077. (<i>Ind. 15.—1.Sept.—1, pont. a. 4—30.Iun.—5.</i>)
		et „hoc secundo (d. 26. Ian.), hoc tercio die (27 Ian.) facit“. Lamberti Annal. 1077 p. 259. Cf. infra ep. 3765.
Ian. 28.	Canusiae	V. iusiurandum Heinrici regis, Reg. L. IV. ep. 12, Mansi XX. 219.
(Fbr Mrt.)	—	(3765) Archiepiscopis, episcopis, ducibus, comitibus, caeterisque principibus regni Teutonicorum nunciat, Heinricum regem Canusium ad se „cum paucis advenisse, ibique per triduum ante portam, deposito omni regio cultu, miserabiliter, utpote discalceatum et laneis indutum perstitisse“. „Tandem cum“, inquit „relaxato anathematis vinculo, in communionis gratiam et sinum s. matris ecclesiae recepimus, acceptis ab eo securitatibus, quae inferius scriptae sunt“. Se, ubi primum opportunum fuerit, in Germaniam venturum, quoniam „adhuc totius negotii causa suspensa sit“. (L. IV. ep. 12). Mansi XX. 218 et 385, Udalar. Bab. cod. c. 148 ap. Eccard Corp. hist. II. 150. — „Quoniam (Quomodo) pro amore“.
(Fbr Mrt.)	—	(3766) Archiepiscopis, episcopis, ducibus, comitibus, ceterisque principibus cum omni populo regni Teutonicorum, christianam fidem et religionem defendentibus scribit, se ad eos antea venturum fuisse, si comitatum in tempore sibi misissent. Eo quod remorari in Italia ipse cogeret, factum esse, ut rex a sese communionem reciperet. Episcoporum Langobardorum superbiam malitiamque queritur, „de rege vero“ inquit „non multum laetari possumus, praesertim cum ex eius praesentia pessimi quique contra nos et apostolicam sedem plus audaciae, quam terroris pro perpetrata iniquitate habeant“. Ex Rapotone se cognovisse dicit, optare eos, ut etiam nunc in Germaniam veniat, „atque id, ut cautius fieri possit, cum regis consilio et adiutorio agere studeat“. Qua de re nuncios ad regem a se missos esse; sed haec addit: „scitote, quoniam haec est voluntas et desiderium nostrum, ut vel consensu regis, vel si eo nolente fieri possit, ad vos pertranseamus“. Hugonis Flav. chron. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 445. (Cf. Bertholdi Annal. 1077 ap. eund. V. 292). — „Sicut in prioribus“.
Mart. 1.	In opido Canusii	„in capite ieiunii — in Kal. Martii“. Pauli Bernrid. Vit. Greg. c. 89.
„	1. In Longobardia, in loco Carpineta	(3767) Rodulfo, archiepiscopo Turonensi, consecratum episcopum Dolensem concessumque ei pallium querenti, respondet, sententiam, qua omnis controversia dirimeretur, in aliud tempus reservatam esse. Nunciat, in Galliam se aut per Germaniam ipsum venturum aut legatos missurum. (L. IV. ep. 13). Mansi XX. 219. — „Quod de consecratione“.
„	4. Carpinetae	(3768) Clerum populumque Carnotensem hortatur, ut in locum Roberti, episcopi simoniaci et periuri, successorem eligant. (L. IV. ep. 14). Mansi XX. 220. — „Quamquam id ipsum“.
„	4. „	(3769) Richerio, archiepiscopo Senonensi, et eius suffraganeis mandat, ut, deiecto Roberto Carnotensi, novum episcopum eligendum curent, electumque consecrent. Robertum, fratremque eius Hugonem, commoneri sub excommunicationis poena iubet, ut ecclesiae Carnotensi ablata reddant. (L. IV. ep. 15). Mansi XX. 221. — „Non ignorare credimus“.
„	19. Ap. castrum Carpum	(3770) Clericis Romanensibus excommunicatis significat, Hugonem episcopum Diensem inter eos et Wormundum, archiepiscopum Viennensem, iudicem a sese constitutum esse. (L. IV. ep. 16). Mansi XX. 221. — „Quod salutem et“.
„	21. Bibianello	(3771) Wilielmo, regi Anglorum, deprecanti pro episcopo Dolensi ob scelera deiecto, respondet, Hugonem, episcopum Diensem, et Hubertum, ecclesiae Romanae subdiaconum, ac Teuzonem monachum missum iri, qui causam illius iterum pertractent et diiudicent. Hubertum commendat. (L. IV. ep. 17). Mansi XX. 222. — „Causam unde nos“.
„	23. „	(3772) Canonicis Aniciensibus sub anathematis poena praecipit, ut loco Stephani, quem Hugo, episcopus Diensis, vicarius suus, excommunicaverit, novum episcopum eligant. (L. IV. ep. 18). Mansi XX. 223. — „Notum est vobis“.
„	23. „	(3773) Universis Galliarum episcopis et cunctis ordinibus, sub eis constitutis, Stephanum, ecclesiae Aniciensis invasorem, excommunicatum anathematizatumque nunciat. Vetat dona in Podio S. Mariae offerri donec ille ex ecclesia discesserit. Utamque sententiam vulgari iubet. (L. IV. ep. 19). Mansi XX. 224. — „Notum esse volumus“.
„	25. „	(3774) Iosfredo, episcopo Parisiensi, mandat, si Walterus Duacensis et Azzo, canonicus S. Amati, et Robertus Lambertusque, monachi S. Remigii, ab archiepiscopo Remensi iniuste excommunicati sint, hunc moneat, ut eos absolvat; quod si facere

		1077. (<i>Ind. 15—1. Sept.—1, pont. a. 4—30. Jan.—5.</i>) ille noluerit, ipse faciat. Qui monasterium S. Remigii invaserit, abbatem admoneri vult, ut sui purgandi causa ad Hugonem, episcopum Diensem, aut ad legatos suos in Galliam venturos, aut d. 1 m. Novembris ad sese accedat. Iubet Cameracenses excommunicari, quod quendam, qui negasset simoniacis et fornicatoribus licere sacra procurare, in ignem coniecerint. (L. IV. ep. 20). Mansi XX. 225. — „Vir iste videlicet“.
Apr. 6.	Bibianello	(3775) Herimanno, episcopo Metensi, mandat, diiudicet causam Vulpodi, abbatis S. Laurentii, ab episcopo Leodiensi eieci. (L. IV. ep. 21). Mansi XX. 227. — „Praesentium portitor“.
(Mai.) —	—	(3776) * „Omnibus citra Rhenum per Alsatiā et Lotharingiam et Theutonicam Franciam comitantibus — omnes coniurationes et pacis perturbationes et discordias, et ne Heinrico regi, ut solet regi, obediant aut serviant, interdicat“.
„ 12.	Iuxta Padum in loco Ficcarolo	(3777) Hugoni, episcopo Diensi, nunciat, Gerardum, electum Cameracensem, episcopatum, ab Heinrico rege per investituram acceptum, in suas manus refutasse. Mandat, ut aut regis Francorum permissu „in partibus illis“, aut in ecclesia Lingonensi concilium agat, in quo iuret Gerardus, se nec de Heinrici regis excommunicatione, nec de investiturae interdicto scivisse; quod si iuraverit, confirmandam electionem censet. In eodem concilio et episcopi Catalaunensis et ecclesiarum Carnotensis, Aniciensis, Arvernensis et monasterii S. Dionysii causas, adhibitis archiepiscopo Remensi et abbate Cluniacensi, iudicari iubet, pronunciarique, „ut nullus metropolitanorum, aut quivis episcoporum, alicui, qui a laica persona donum episcopatus susceperit, ad consecrandum illum imponere manus audeat, nisi dignitatis suae honore officioque carere et ipse velit“. (L. IV. ep. 22). Mansi XX. 227. — „Gerardus Cameracensis“.
„ 31.	Carpinetæ	(3778) Bernardo, ecclesiae Romanae diacono, et Bernardo, abbati Massiliensi, mandat, hortentur Heinricum Rodulfumque reges, ut sibi pacis componendae causa in Germaniam profecturo praesidium mittant. Obedire si alteruter noluerit, eundem excommunicari, alterum regem confirmari iubet. (L. IV. ep. 23). Mansi XX. 229. — „Fraternitati vestrae“.
„ 31.	„	(3779) Archiepiscopos, episcopos, duces, comites et universos Christi fideles clericos et laicos, tam maiores quam minores, in regno Teutonicorum consistentes, de superiore epistola certiores facit, sententiisque legatorum suorum obsequi iubet. (L. IV. ep. 24). Mansi XX. 230. — „Notum fieri vobis“.
Iun. 9.	„	(3780) Nehemiae, archiepiscopo Strigoniensi, commendat nuncium adhuc retentum propter id, quod cepisset consilium in Germaniam proficiscendi pacisque inter Heinricum regem et principes coagmentandae. „Ceterum“ inquit „quia causa ad gravissimam litem et pene ad totius patriae divisionem excrevit, neque nobis hoc in tempore transire opportunum esse vidimus, diutius hunc tenere nolimus“. Electum Hungariae regem admoneri vult, ut legatos ad sese mittat. (L. IV. ep. 25). Mansi XX. 231. — „Non admirari“.
„ 9.	„	(3781) Dominico, patriarchae Gradensi, et ceteris episcopis Venetis, commendat Gregorium, ecclesiae Romanae diaconum, rerum ecclesiasticarum causa missum. (L. IV. ep. 26). Mansi XX. 232. — „Audivimus in ecclesiis“.
„ 9.	„	(3782) Dominicum Silvium ducem et populum Venetum dolet excommunicatis communicasse. Mittit Gregorium diaconum, qui eos, peracta poenitentia, absolvat. (L. IV. ep. 27). Mansi XX. 233. — „Meminisse debetis“.
„ 28.	„	(3784) Reges, comites, ceterosque principes Hispaniae docet, „regnum Hispaniae ex antiquis constitutionibus b. Petro et s. Romanae ecclesiae in ius et proprietatem esse traditum“. Hortatur ad debitum b. Petro servitium praestandum. Amatium, episcopum Ellorensem, et abbatem S. Pontii, legatos suos, commendat. (L. IV. ep. 28). Mansi XX. 234. — „Non ignorare“.
(„) —	—	(3785) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, regibus, principibus, clericis quoque ac laicis in Narbonensi Gallia, Guasconia, Hispaniaque regione Amatium, episcopum (Ellorensem), legatum suum, commendat. Marca de conc. II. 185, Bouquet Rec. XIV. 606, Mansi XX. 622 et 623. — „Dilectissimi fratres“.
Iun.—Iun.	(In confinibus Alpium)	(3786) Hidolphum, archiepiscopum Coloniensem, hortatur, ut ecclesiae Brunwillarensi ablatum Cloteno praedium restituat. (Fragmentum). Conradi Vita b. Wolphelmi c. 14, ap. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. VI. P. II. p. 684.
Aug. 10.	Florentiae	(3787) Monasterium S. Michaelis Pisanum tuendum suscipit et eius bona ac iura

		1077. (Ind. 15—1. sept.—1, pont. a. 4—30. Jan.—5.) confirmat. Mittarelli Ann. Cam. II. append. 269, Ughelli It. sacr. III. 361, Cocqu. II. 44. — „Convenit apostolico“.
Aug. 11.	Florentiae	(3788) Canonicis ecclesiae S. Martini Lucensis abiudicat praebendas canonicasque pretio acquisitas, et maiore ecclesia intranda ad tempus iis interdicat. (L. V. ep. 1). Mansi XX. 237. — „Meminisse debetis“.
Sept. 1.	Senae	(3789) Episcopos, clericos, consules, maiores et minores in insula Corsica consistentes hortatur, ut Landolfo, electo episcopo Pisano, legato suo, obediant. (L. V. ep. 2). Mansi XX. 237. — „Quoniam propter“.
„ 16.	Romae	(3790) Rodulfo Senensi et Rainerio Florentino episcopis mandat, ut Bonoisum, archipresbyterum Mantuanum, eligendum episcopum Volaterranum curent, electumque „cum sollemni decreto cleri et populi“ consecrandum ad sese mittant. (L. V. ep. 3). Mansi XX. 238. — „Non ignorare vos“.
„ 16.	„	(3791) Episcopos, viros nobiles, cunctosque tam maiores quam minores, in insula Corsica consistentes, collaudat, quod Corsicam, „nulli mortalium, nullique potestati, nisi s. Romanae ecclesiae ex debito vel iuris proprietate pertinentem“, restituere b. Petro cogitent. Habere se „in Tuscia multas comitum et nobilium virorum copias“, quas promittit auxilio iis missum iri. Monet, ut terram Landolfo, electo episcopo Pisano, vicario suo, tradant. (L. V. ep. 4). Mansi XX. 238. — „Scitis fratres“.
„ 17.	„	(3792) Ad clerum populumque Aquileiensem legatos mittit, qui episcopum, si rite factam electionem invenerint, confirment, si aliter, removeant. „Caeterum“ inquit „quod ad servitium et debitam fidelitatem regis pertinet, nequaquam contradicere aut impedire volumus“. (L. V. ep. 5). Mansi XX. 239. — „Antiqua et nova“.
„ 17.	„	(3793) Omnes episcopos Aquileiense ecclesiae suffraganeos, et eos, qui in fide permanserint, eosque, qui „seducti manus et linguas novo et inaudito sehismate polluerint et ob hoc in laqueum anathematis inciderint“, hortatur, ut legatos suos in ordinanda ecclesia Aquileiensi adiuvent. (L. V. ep. 6). Mansi XX. 240. — „Clerus et populus“.
„ 30.	„	(3794) Udoni, archiepiscopo Trevirensi, eiusque suffraganeis de suo pacis regni Teutonicorum restituendae desiderio scribit. Hortatur, ut secundum litteras ante tres menses datas agant. Mittit exemplum sacramenti, ab Heurico rege per nuncios sibi facti, contra quod legatos suos, Geraldum episcopum Ostiensem, in Longobardia, et Bernardum, abbatem Massiliensem, in Germania a regis fidelibus captos esse queritur. Monet, ut ecclesiae libertatem omniumque Christianorum salutem defendant. (L. V. ep. 7). Mansi XX. 241. — „De motu et“.
Oct. 6.	„	(3795) Richerio Senonensi et Richardo Bituricensi archiepiscopis eorumque suffraganeis mandat, ut Rainerium, episcopum Aurelianensem, evocent. Si intra dies 40 non venerit neque obiecta crimina diluerit, eo demoto Sanzonem subrogent. (L. V. ep. 8). Mansi XX. 242. — „Sicut quorundam“.
„ 6.	„	(3796) Rainerium, „dictum“ episcopum Aurelianensem, de superiore epistola certio rem facit. (L. V. ep. 9). Mansi XX. 243. — „Licet non alias“.
Nov. 6.	„	(3797) Regi Danorum scribit de mutuis inter patrem eius ecclesiamque Romanam officiis. Hortatur, ut pauperibus, pupillis, ecclesiis consulat, legatosque ad sese mittat. (L. V. ep. 10). Mansi XX. 244. — „Sancta et universalis“.
— —	—	(3798) Hugonem, episcopum Diensem, laudat, quod iuvenem, ecclesiae Carnotensi praefectum, et excommunicaverit et deiecerit. Eidem ecclesiae ut Robertus, abbas monasterii S. Euphemiae in Calabria, praeficeretur, Philippum, regem Francorum, a sese petiisse. Qua de re quid maiores minoresque ecclesiae ipsius sentiant, audire cupit. (L. V. ep. 11). Mansi XX. 245. — „Quid de negotio“.
		1078. (Ind. 1—1. sept.—2, pont. a. 5—30. Jan.—6.)
Ian. 5.	In ecclesia S. Petronellae,	quae Vaticanum Apollinis appellatur, Agnetem imperatricem condit in sepulcro. Bertholdi Annales 1077 p. 304. Dies apparet ex titulo ap. Baronium, Annal. ecclesiast. 1077.
„ 9.	Romae	(3799) Michaeli, Sclavorum (Serblorum) regi, respondet, discrepantibus a Petri, legati sui, renunciatione litteris eius, statui non potuisse de vexillo pallioque ecclesiae Ragusanae petitis. Iubet Petrum, episcopum Antibarensem, una cum Ragusano ad sese venire, aut alios nuncios mitti, ut lis diiudicetur inter archiepiscopum Spalatinum et Ragusanum. (L. V. ep. 12). Mansi XX. 246. — „Cognoscat debita“.

		1078. (<i>Ind. 1—1. Sept.—2, pont. a. 5—30. Iun.—6.</i>)
Ian. 10.	Laterani	(3800) Monasterii S. Salvatoris Septimiani possessiones et privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. III. 83, Cocqu. II. 46. — „Memores divinae“.
„ 28.	Romae	(3801) Guiberti, archiepiscopi Ravennatis, omniumque suffraganeorum eius, et universorum episcoporum et abbatum, in marchia Firmana et Camerina et in Pentapoli et Emiliae et Longobardiae partibus constitutorum, temeritatem reprehendit, eosque iubet ad synodum „in proxima venturae quadragesimae prima hebdomada“ (25 Febr. — 3 Martii) accedere. (L. V. ep. 13). Mansi XX. 247. — „Salutem vobis cum“.
„ 29.	„	(3802) Clero populoque Aurelianensi scribit, de Sanzone, quem prioribus litteris episcopum electum nunciaverint, posterioribus accusaverint, in aliud tempus reservatam sententiam esse. Praecipit, interim ut debitum illi honorem praestent. (L. V. ep. 14). Mansi XX. 247. — „Litteras a vobis“.
a Febr. 27. ad Mart. 3.	Romae in ecclesia S. Salvatoris	Synodus, in qua Gregorius 1) Thedaldum Mediolanensem et Guibertum Ravennatem archiepiscopos et Arnulfum Cremonensem, Rolandum Tarvisiensem episcopos et Hugonem, cardinalem tit. S. Clementis, anathematizat, et Gaufridum, archiepiscopum Narbonensem, deicit; 2) de regni Teutonici perturbatione decernit, ut „nuncii e latere apostolicae sedis ad partes illas mittantur, qui omnes religiosos et iustitiae amatores, clericalis et laicalis ordinis viros, convocent, cum quibus aut finem et pacem iuste componant, aut veritate percognita, cui parti magis iustitia faveat, ad plenum addiscere valeant: quatenus pars iniusta respiscat, et apostolica auctoritate munita iustitia vigoris et auctoritatis robur obtineat“ cet.; 3) Rainerio, Ugizoni filio, filioque comitis cuiusdam et abbati Farfensi, nisi quibusdam temporis spatiis resipuerint, excommunicationem minatur; 4) Omnes Normannos excommunicat cet. Reg. L. V. post. ep. 14, Mansi XX. 503. (Synodum quum sciamus in „quadragesimae primam hebdomadam“, i. e. a d. 25 Febr. ad 3 Mart., indictam fuisse, v. supra ep. 3801, ultimumque synodi diem in 3 Mart. incidisse acta doceant, in Bertholdi Annal. 1078 ap. Pertz M. G. Scr. V. 306 pro „Synodus 3 Non. Mart. initiata est“ legendum puto: „3 Kal. Mart.“). In eadem synodo promulgatur „sententia contra pervasores possessionum monasterii S. Clementis“ Piscariensis. V. Chron. Casaur. ap. Muratori R. It. Scr. II. u. 865.
Mart. 9.	Romae	(3803) Archiepiscopis, episcopis, clericis, ducibus, principibus, marchionibus, omnibusque maioribus et minoribus in Teutonico regno constitutis, exceptis his, qui canonica excommunicatione tenentur, significat, legatos ex synodi sententia missum iri, qui „archiepiscopos, episcopos et religiosos clericos, nec non et laicos ad id idoneos“ convocent, „ut aut pacem componant, aut cui parti iustitia faveat, veraciter addiscant“. Quibus qui impedimento fuerint, eos anathematizat. Praemittit nuncium, qui de tempore locoque conventus cum (Udone) archiepiscopo Trevirensi, partibus Heinrichi regis favente, et cum aliquo partis Rodulphinae episcopo constituat. (L. V. ep. 15). Mansi XX. 248. — „Notum vobis fieri“.
„ 9.	„	(3804) Udonem, archiepiscopum Trevirensis, hortatur ad pacis opus diligenter suscipiendum. Loco et tempore conventus constitutis, eum aut una cum Rodulphinae partis episcopo, aut solum adire Romam iubet. „Trevam usque ad quindecim dies post conventus solutionem“ servari vult. Mandat, hortetur (Heinricum) regem, ut Bernardo diacono et Bernardo, abbati Massiliensi, legatis suis, si velint Romam redire, praesidium concedat. (L. V. ep. 16). Mansi XX. 249. — „Quanta nobis“.
„ 9.	„	(3805) Ostendit, quare Manassem Remensem, Hugonem Vesontionensem, Richerium Senonensem, Richardum Bituricensem, Rodulfum Turonensem archiepiscopos, et Gotefredum, episcopum Carnotensem, ab Hugone, episcopo Diensi, legato suo, partim suspensos partim damnatos, in pristinum restituerit. (L. V. ep. 17). Mansi XX. 250. — „Quia consuetudo“.
„ 10.	Laterani	(3806) Monasterii Lenensis privilegia possessionesque confirmat. Zaccaria Della badia di Leno 106. — „Supernae miserationis“.
„ 19.	Romae	(3807) Heinricho, episcopo Spirensi, scribit, se ei officium episcopale ideo interdixisse, quod investituram ab Heinricho rege accepisset. Ignorantem decreti de investitura sui excusanti episcopatum restituit. Hortatur, ut sacerdotes simoniacos expellat, clericosque ad castitatem inducat. (L. V. ep. 18). Mansi XX. 251. — „Quia in susceptione“.
„ 25.	Laterani	(3808) Monasterii S. Crucis Kemperlegiensis tutelam suscipit, possessionesque confir-

		1078. (<i>Ind. 1—1. Sept. —2, pont. a. 5—30. Iun.—6.</i>) mat. Gall. Christ (ed. 1) IV. 553, Morice Mém. p. s. à l'hist de Bret. I. 448. — „Britannia, sicut“.
Apr.	4.	Romae (3809) Ad Guilielmum, regem Anglorum, mittit Hubertum subdiaconum, qui cognoscat, oporteatne, ut archiepiscopus Rotomagensis, valetudine correptus, successorem accipiat. (L. V. ep. 19). Mansi XX. 252. — „Officii nostri cura“.
„	24.	„ (3810) Rainerio, episcopo Aurelianensi, patientia sua abutenti, praecipit, ut, quae dilapidaverit, ecclesiae ornamenta restituat, seque sistat in synodo ab Hugone, episcopo Diensi, et Hugone, abbate Cluniacensi, legatis suis, celebranda. In qua si obiecta crimina non diluerit, fore scribit, ut anathematizatus deiiciatur. (L. V. ep. 20). Mansi XX. 253. — „Quanta in deum“.
Mai.	7.	„ (3811) Hugoni, abbati Cluniacensi, nunciat, se regis Hispaniae rogatu abbatem episcopum consecrasset. Petit, ut Richardo cardinali, ad eundem regem misso, auxilium praebet, comitemque addat. De Berengario quid sentiat, fratres quosdam significaturos. De angustiis suis exponit. (L. V. ep. 21). Mansi XX. 253. — „Diversarum gentium“.
„	22.	Lateranis (3812) Huberto subdiacono et Teuzoni monacho significat, se Hugoni, episcopo Diensi, mandasse, ut in synodo, de archiepiscopi Remensis aliorumque Franciae episcoporum causis celebranda, inter Evenum quoque, archiepiscopum Dolensem, eiusdemque aemulum iudicaret. Hortatur, ut synodo intersint, regemque Anglorum ad legatum illuc mittendum inducant. (L. V. ep. 22). Mansi XX. 254. — „Pervenit ad nos“.
„	22.	„ (3813) Oelem Gausfredum Redonensem, et Gausfredum filium Eudonis, nobiles comites Britanniae, rogat, ut synodum, in qua de ecclesia Dolensi agatur, ab episcopis, abbatibus et clericis laicisque eiusdem ecclesiae adeundam curent. (L. V. ep. 23). Mansi XX. 255. — „Non ignorare vos“.
Iun.	19.	„ (3814) Monasterii (S. Benigni) Divionensis protectionem suscipit, privilegiaque confirmat. Pérard Recueil 192. — „Supernae miserationis“.
Iul.	1.	Capuae (3815) Omnes clericos et laicos, in regno Teutonico constitutos, hortatur, ne faveant aut communicent iis, qui impedire synodum cogitent, de Heinrici et Rodulfi regum certamine habendam. (C. V.: „Kal. Iulii“; edd.: „Kal. Iunii“.) — (L. VI. ep. 1). Mansi XX. 256. — „Quae et quanta“.
Aug.	22.	Ad sanctum Germanum (3816) Manassae, archiepiscopo Remensi, respondet, legati apostolici ex clero Romano deligantur non oportere. Privilegia, salutis ecclesiae contraria, posse commutari. Hortatur, ut apud episcopum Diensem et abbatem Cluniacensem, vicarios suos, de obiectis criminibus se defendat. Quibus se mandasse, ut inter eum et archiepiscopum Viennensem, et Laudunensem Sussionensemque episcopos et Manassem iudicarent. (L. VI. ep. 2). Mansi XX. 257. — „Cum vos ea“.
„	22.	„ (3817) Hugoni, episcopo Diensi, et Hugoni, abbati Cluniacensi, mandat, ut de archiepiscopi Remensis querimoniis cognoscant atque iudicent. Mittit epistolae superioris exemplum. (L. VI. ep. 3). Mansi XX. 259. — „Quia in sanctae“.
—	—	— (3818) Archiepiscopos, episcopos, abbates in Gallia constitutos, reprehendit, quod sibi, maximis difficultatibus conflictato, non sint auxilio. Mandat, ad synodum veniant, „in medio Novembri“ gerendam, „ut causa iurgiorum et discordia, quae inter regnum et apostolicam sedem iam dudum agitur, congruum valeat finem sortiri“. Haec addit: „ut secure ad nos venire et in vestram patriam possitis redire, fideles nostri a maioribus, qui sunt in curia Heinrici, dicti regis, iuramento securitatem receperunt“. Udalr. Bab. cod. c. 154 ap. Eccard Corp. hist. II. 156, Mansi XX. 381. — „Quantas tribulationum“.
Oct.	8.	In burgo Aquaependentis (3819) Heinrici, episcopi Leodiensis, epistolam reprehendit parum reverenter scriptam. Monet, ut Weremboldi uxorisque ab eo excommunicatorum causam arbitrio archiepiscopi Trevirensis et episcopi Metensis permittat. Addit de iis, qui „conati sint impedire, ne concilium aut conventus fieret in Teutonicis partibus, in quo sollerti inquisitione recognosceretur, utrum Heinrico an Rodulfo magis iustitia faveret de gubernaculo regni“. (L. VI. ep. 4). Mansi XX. 259. — „Lectis fraternitatis tuae“.
„	22.	Sutrio (3820) Herimanno, episcopo Metensi, commendat episcopum Tullensem, amoliri infamiam cupientem; cui se, „quia propter imminem regni commotionem sex simul episcopos ad expurgationem suam convocare non possit, hoc concessisse, ut, quatuor episcopis ad praesens secum iurantibus expurgatus, episcopale officium per omnia

		1078. (<i>Ind. 1—1.Sept.—2, pont. a. 5—30.Iun.—6.</i>) faceret“. Monet, ecclesiae bona ne militibus largiatur. (L. VI. ep. 5). Mansi XX. 260. — „Novit dilectio tua“.
Nov. 19.	Romae in ecclesia S. Salvatoris	Synodus, in qua „excommunicatur Constantinopolitanus imperator; iurant quoque legati Heinrici et Rodulfi, quisque pro domino suo, quod nullis dolis colloquium legatorum sedis apostolicae in Teutonico regno habendum impedient“. Praeterea statuitur: „de Teutonicis contradicendis, ne praedia ecclesiastica, a regibus data, sive ab invitis episcopis, detineant; — ut contradicatur, ne aliquis accipiat investituram ecclesiarum de manibus laicorum; et ne praebendae vel officia ecclesiastica vendantur; de consanguinitate, de simoniacis, de castitate clericorum; — de decimis a laicis iniuste detentis; — ut nulli episcopi praedia ecclesiae in beneficium tribuant sine consensu papae, si de sua sunt consecratione, ceteri autem sine consensu archiepiscopi sui et fratrum suorum hoc idem non praesumant.“ cet. cet. Reg. L. VI. post ep. 5, Mansi XX. 507.
„ 24.	Romae	(3821) Cuniberti, episcopi Taurinensis, et abbatis S. Michaelis controversiam dirimit. (L. VI. ep. 6). Mansi XX. 261. — „Notum tam praesentibus“.
„ 25.	„	(3822) Hugoni, episcopo Diensi, mandat, ut Robertum, comitem Flandrensem, si ab Huberto, legato suo, et Hugone, episcopo Lingonensi, iniuste excommunicatus sit, absolvat. (L. VI. ep. 7). Mansi XX. 262. — „Quia ex pastoralis“.
„ 25.	„	(3823) Uberto et clericis et comitibus de castro S. Pauli, Guidoni et Ugoni, sub excommunicationis poena praecipit, ut Kesecam villam clericis S. Mariae et S. Audomari restituant, aut intra dies quadraginta apud Hugonem, episcopum Diensem, causam agant. (L. VI. ep. 8). Mansi XX. 263. — „Clerici sanctae“.
„ 25.	„	(3824) Ernolfum et Hubertum, archidiacones ecclesiae Tarvanensis, hortatur, ut clericos comitesque de castro S. Pauli, nisi mandatis suis obedierint, pro excommunicatis habeant. Mandat, moneant Mathildem, Arnulfi advocati viduam, ut ecclesiae S. Mariae tradat terram a marito relictam, Rengeriumque et Adamum et Berewoldum, ut decimas ecclesiae praestent. (L. VI. ep. 9). Mansi XX. 264. — „Clericos de castro“.
„ 25.	„	(3825) Omnibus Ravennatibus, maioribus et minoribus, archiepiscopum Ravennatem in synodo Romana deiectum nunciat. (L. VI. ep. 10). Mansi XX. 264. — „Quam fideliter“.
„ 28.	„	(3826) Clericis ecclesiae S. Martini Lucensis interdicit ecclesiis intrandis, nisi aut „communem vitam vivant, id est: omnia ecclesiae bona in communem utilitatem redigant et communiter expendant“, aut „ecclesiae praebendam in manu episcopi ad ecclesiae utilitatem reddant“. (L. VI. ep. 11). Mansi XX. 265. — „Cum apud vos“.
„ 30.	„	(3827) Ecclesiae Pisanae bona confirmat, Landulfumque episcopum et eius successores vicarios suos in Corsica insula constituit. (L. VI. ep. 12). Mansi XX. 266. — „Supernae miserationis“.
Dec. 7.	„	(3828) Monasterio Casinensi ecclesiam S. Angeli Capuanam addicit. Gattula Hist. Cas. 254. — „Ea, quae ante“.
„ 15.	„	(3829) Olavi, Norvechorum regis, fidem confirmat. Iuvenes nobiles ad se mittat, qui „sub alis apostolorum Petri et Pauli sacris ac divinis diligenter edocti, apostolicae sedis ad eum mandata referre, et quae Christianae religionis ordo postula-verit, apud eum praedicare valeant“. Hortatur, ne fratribus regis Danorum, regnum dividere cupientibus, opem ferat, sed regem iis reconciliet. (L. VI. ep. 13). Mansi XX. 267. — „Licet ex universali“.
„ 30.	„	(3830) Welfonem ducem scribit contra se non esse murmuraturum, si respectum ad ea habeat, quae „de communi negotio, immo maxima perturbatione regni“ in huius anni synodis acta sint. (L. VI. ep. 14). Mansi XX. 268. — „Si diligenter secundum“.
		1079. (<i>Ind. 2—1.Sept.—3, pont. a. 6—30.Iun.—7.</i>)
Ian. 2.	—	(3831) Monachis Massiliensibus scribit de eorum abbatis summo erga se studio. Hortatur, ut eius absentiam aequo animo ferant, quum praesertim domum brevi reversurus sit. Monasterium eorum, sicut Cluniacense, coniungi cum monasterio b. Pauli cupit. (L. VI. ep. 15). Mansi XX. 269. — „Contristavi vos“.
„ 2.	Romae	(3832) Berengario, episcopo Gerundensi, mandat, ut Raymundi Berengarii filios in gratiam reconciliet. Addit de fratre eius Narbonensi ad virtutem reducendo. (L. VI. ep. 16). Mansi XX. 270. — „Sicut per filium“.

		1079. (<i>Ind. 2—1. Sept.—3, pont. a. 6—30. Jun.—7.</i>)
Ian. 2.	Romae	(3833) H(ugonem), abbatem Cluniacensem, reprehendit, quod dace quodam in monachorum numerum asciscendo ecclesius, viduis, pupillis defensorem eriperit. (L. VI. ep. 17). Mansi XX. 271. — „Si Romani ad“.
Febr. 11.	In ecclesia Salvatoris	Synodus, in qua 1) Berengarius Turonensis, errores confessus, veniam impetrat; 2) iurant Heinrici regis nuncii: legatos ante ascensionem domini (d. 2 Maii), Romam missum iri, et legati Rodulfi regis: Rodulfum papae iudicium subituum esse; 3) Henricus, archiepiscopus Aquileiensis, se papae obediturum, iurat; 4) Narbonensis et Thedaldus Mediolanensis archiepiscopi, Sigefridus Bononiensis, Rolandus Tarvisiensis, et Firmanus et Camerinus episcopi, Theodericus dux et Folmarus comes excommunicantur; 5) Gandulfus sic iurat: „Regiensem episcopatum contra interdictum vestrum aut vestri legati octo diebus non tenebo, neque aliquo inveniam studio, quo vestrae legationi resistatur“. Reg. L. VI. post ep. 17, Mansi XX. 523; Bertholdi Annal. 1079 ap. Pertz M. G. Scr. V. 316.
(„)	—	(3834) Qui Berengarium, „Romanae ecclesiae filium“, iniuriis affecerint, „vel qui eum vocarint haeticum“, eos anathematizat. D'Achery Spic. III. 413, Roye Vita Berengarii 76, Bouquet Rec. XIV. 637, Mansi XX. 621. — „Notum vobis omnibus“.
„	14. In synodo	(3835) Eurardo, episcopo Parmensi, praecipit, ut, quem ceperit ad synodum iter facientem, abbatem (Augiensem) continuo perducendum ad Mathildem curet. Iubet eum venire Romam, intereaque officio episcopali abstinere. (L. VI. ep. 18). Mansi XX. 272. — „Diu est, quod“.
„	17.	(3836) Haremanno, Udelrico, Frederico, Mazelino, Heroldo, Wirintoni, Goteboldo, militibus ecclesiae Bambergensis, sub excommunicationis poena praecipit, ut bona ecclesiastica, quae partim ab Herimanno deiecto episcopo, partim a rege, dum (Rupertus) episcopus esset in vinculis, acceperint, intra dies 30 restituant. (L. VI. ep. 19). Mansi XX. 273. — „Intelleximus iamdiu“.
(„)	—	(3837) Omnibus archiepiscopis et episcopis in Theutonico atque in Saxonico regno commanentibus, omnibusque principibus, cunctis etiam maioribus atque minoribus, qui non sint excommunicati, significat, „visum esse sibi et fratribus suis in concilio congregatis, quatenus idonei nuntii e latere apostolicae sedis mittantur, qui religiosos episcopos, laicos etiam pacis et iustitiae amatores congregent: qui aut pacem componant, aut super illos, qui sunt tanti dissidii causa, canonicam censuram exercent“. „In hac synodo ad eandem formam, sicut et in praeterita“, statuit, ne quis legatis suis obsistat, obstiturisque anathema minatur. Pauli Bernr. vit. Greg. c. 105, Bruno de bello Sax. c. 118. p. 378, Hugonis Flavin. chron. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 449, Mansi XX. 383. — „Quomodo) ex lite“.
(„)	—	(3838) Rodulfo regi scribit, „deferri sibi iam saepius legationes Heinrici cum per proprios nuntios, tum per cognatos et aliarum terrarum principes et affines, modo omnem obedientiam promittendo, modo per varia ingenia sollicitando, id a se summo conamine cupientes efficere, quo se illius partibus valeant inclinare“. „Verum“ inquit „hoc oportet intendere, quomodo veram a falsa iustitiam, perfectam a ficta obedientiam valeam discernere et rato ordine ad finem usque perducere“. Cetera legatos suos exposituros. Commendat A., decanum Goslariensem, G., Bertaldi ducis filium, et H., Sigifridi comitis filium, de quibus archiepiscopum Magdeburgensem eligi vult. Bruno de bello Sax. c. 119, p. 378. — „Quod regnum Theutonicorum“.
(„)	—	(3839) „Rodulfo regi omnibusque secum in regno Saxonum commanentibus“ ita scribit: „nolite, filii mei, in hoc, qui vos iam multo tempore exagitat, bellico furore deficere; nolite de nostro fideli adiutorio dubitare“. In synodo de regibus quid actum sit, et suas litteras et eorum legatos, „nisi forte capti sint“, et Metensem et Pataviensem episcopos abbatemque Augiensem significaturos. Bruno de bello Sax. c. 120, p. 379, (Udalr. Bab. cod. c. 153 ap. Eccard Corp. hist. II. 156), Mansi XX. 381. — „Cum veritas“.
(„)	—	(3840) Ex synodo mittit „litteras per totum Theutonicum et Italicum regnum S. Petro obedientibus in haec verba: Si qui sunt presbyteri, diaconi vel subdiaconi, qui iaceant in crimine fornicationis, interdicimus eis introitum ecclesiae, usque dum poeniteant et emendent; si qui vero in peccato suo perseverare mauerint, nullus vestrum officium eorum auscultare praesumat“. V. Bertholdi Annales 1079, l. l. p. 317, Mariani Scotti Chron. ap. Pertz M. G. Scr. V. 561, Mansi XX. 433.

		1079. (<i>Ind. 2—1. sept.—3, pont. a. 6—30. Jan.—7.</i>)
Febr. 25.	Romae	(3841) Centullum comitem hortatur, ut scelus, quod commiserit consanguinea in matrimonium ducenda, de Amati, episcopi Ellorensis, et Bernardi, abbatis Massiliensis, consilio expiet. (C. V.: „V. Kal. Mart.“; edd.: „V. id. Mart.“) — (L. VI. ep. 20). Mansi XX. 273. — „Audivimus de te“.
Mart. 1.	„	(3842) Clerum populumque Arelatensem hortatur, ut aut quem Hugo, episcopus Diensis, vicarius suus, de clero Arelatensi iis commendaverit, archiepiscopum eligant, aut Leodegario, episcopo Vapincensi, promittant, se suscepturos eum, quem consecratum pallioque ornatum ipse „ex parte S. Petri“ miserit. (L. VI. ep. 21). Mansi XX. 274. — „Quoniam sublata“.
„ 3.	„	(3843) Mathildi, de matrimonio Theodorici ducis et Petroni marchionis viduae efficiendo quid sentiat, quaerenti, respondet ita: „ille non est adeo notus nobis, nec illa ita commissa, ut aliquid inde agere velimus“. Quod eundem ducem scripserit pacem velle inter ipsum regemque Heinricum componere, in synodo iam ab huius nuncio datum iusiurandum esse, regem suis mandatis „per omnia obtemperaturum“. Addit de legatis ad regem missis et de excommunicatione in ducem illum per episcopum Metensem prolata, a seque confirmata. (L. VI. ep. 22) Mansi XX. 274. — „Quoniam animi“.
„ 5.	„	(3844) Clero populoque Aurelianensi, ecclesiae praefici Sanzonem cupienti, significat, se legatos missurum, qui inter eum et Rainerium, „dictum episcopum“, iudicent. Hortatur, ne dissipari ecclesiae bona patiantur. (L. VI. ep. 23). Mansi XX. 275. — „Sciatis incunctanter“.
„ 8.	„	(3845) Amatam Ellorensem et Hugonem Diensem episcopos, monente Iozelino, archiepiscopo Burdigalensi, iudices inter S. Crucis et S. Severi monasteria constituit. (L. VI. ep. 24). Mansi XX. 276. — „Iozelinus“.
„ 8.	„	(3846) Arnaldo, abbati S. Severi, praecipit, ut Hugonis Diensis et Amati Ellorensis episcoporum sententiae pareat, interimque ecclesiam S. Mariae Solacensem abbati S. Crucis restituat. (L. VI. ep. 25). Mansi XX. 276. — „Post recessionem“.
„ 14.	„	(3847) Fulcardo, Insulanae congregationis praeposito, ceterisque eiusdem congregationis canonicis praecipit, ut Lambertum canonicum benigne excipiant, eique ablata omnia reddant. (L. VI. ep. 26). Mansi XX. 277. — „Non modicum“.
„ 20.	„	(3848) Monachis Dolensibus significat, Gualterio demoto, Wormundum, archiepiscopum Viennensem, abbatem a sese ordinatum esse; cui obedire eos iubet. Sub excommunicationis poena praecipit, ut inobedientiae luendae causa „dominica prima post pentecosten“ (19 Maii) se Valentiam conferant ad Hugonem, episcopum Diensem. (G. V. et C. M.: „XIII. Kal. Apr.“; edd.: „VIII. Kal. Apr.“) — (L. VI. ep. 27). Mansi XX. 277. — „Noveritis Gualterium“.
„ 20.	„	(3849) Rodulfum, Oddonem, Epponem, Humbaldum, Everardum, Giraldum, Adalardum et ceteros principes Bituricae regionis hortatur, ut Wormundo, abbati Dolensi, obediant et opitulentur. (L. VI. ep. 28). Mansi XX. 278. — „Miramur temeritatem“.
„ 21.	„	(3850) Ladislai, Hungarorum regis, fidem collaudat. Comites quosdam exsultantes commendat. Legatos mitti ad sese cupit. (L. VI. ep. 29). Mansi XX. 278. — „Sicut fidelium“.
„ 25.	„	(3851) Lanfrancum, archiepiscopum Cantuariensem, reprehendit, quod Romam nondum adierit. Hortatur, ne metu regis, quominus quamprimum veniat, impediat. Regem, ne iniuriis afficiat ecclesiam Romanam, admoneri vult. (L. VI. ep. 30). Mansi XX. 279. — „Quod ex illo“.
„ 31.	„	(3852) Archiepiscopis, episcopis, principibus, clericis laicisque, in Provincia commorantibus, praecipit sub excommunicationis poena, ut monasterio S. Petri in Montemaiore ablata bona restituant. (L. VI. ep. 31). Mansi XX. 280. — „Notum vobis omnibus“.
Apr. 13.	„	(3853) Isemberto, episcopo Pictaviensi, mandat, ut, adhibito Guilielmo duce, cogat Hugonem Leziniacensem ablata Hugoni clerico bona restituere. (L. VI. ep. 32). Mansi XX. 281. — „Pervenit ad aures“.
„ 14.	„	(3854) Hugoni, abbati Cluniacensi, praecipit, ut bona quaedam Landerico, episcopo Matisconensi, restituat, aut litem componendam episcopo Diensi et abbati S. Pauli permittat. (L. VI. ep. 33). Mansi XX. 281. — „Landericus“.
„ 20.	„	(3855) Gebuino, archiepiscopo Lugdunensi, eiusque successoribus asserit primatum Lugdunensis, Rotomagensis, Turonensis, Senonensis provinciarum. Marcae dissert. tres 343. (L. VI. ep. 34). Mansi XX. 282. — „Antiqua sanctorum“.

1079. (Ind. 2—1. Sept. —3, pont. a. 6—30. Jun. —7.)		
Apr. 20.	Romae	(3856) Archiepiscopos Rotomagensem et Turonensem et Senonensem hortatur, ut primati, archiepiscopo Lugdunensi, obediant. (L. VI. ep. 35). Mansi XX. 283. — „Sicut novit fraternitas“.
„ 20.	„	(3857) Canonicis ecclesiae Lugdunensis sub excommunicationis poena praecipit, ut „quicumque obedientias, vel ecclesiae dispensationes pretii pactione, vel contra excommunicationem Landerici, episcopi Matisconensis, quam in capitulo Lugdunensi fecerit, adepti sint, in manus Gebuini archiepiscopi refutare sine dilatione procurent“. (L. VI. ep. 36). Mansi XX. 284. — „Quidam vestrum ad“.
„ 21.	„	(3858) Iordanum, principem Capuanum, monet, ut de noverca ad contrahendum matrimonium coacta, et de episcopo (Dodone Rossellano) expilato, et de ecclesia b. Benedicti direpta sibi satisfaciat. (L. VI. ep. 37). Mansi XX. 285. — „Sicut nonnulli“.
— —	—	(3859) Monachos Casinenses „nimiae negligentiae et acriter ulciscendae timiditatis“ coarguit, quod a Iordani principis (Capuani) hominibus deposita apud eos bona auferri passi sint. Praecipit, ne „divinum officium in ecclesia b. Benedicti faciant sed altaria omnia, quae intus sunt, detegentes, quantum sit huiusmodi violationis periculum, quosque cognoscere faciant“. Gattula Hist. Cas. 149, Tosti St. di Montec. I. 427. — „Audivimus, quod“.
— —	—	(3860) Monachos Casinenses interdicto nuper in eos irrogato ob instantem ascensionis festum (2 Mai.) absolvit. Gattula Hist. Cas. 149, Tosti St. di Montec. I. 428. — „Nuper dilectissimi“.
Jun. 16.	Romae	(3861) Heinrico, patriarchae Aquileiensi, ob Albanensem et Patavinum episcopos, legatos suos, bene tractatos adiutosque et ob operam conciliandae paci datam, pallii usum concedit. (L. VI. ep. 38). Mansi XX. 285. — „Tuae dilectio fraternitatis“.
„ 21.	„	(3862) Rainaldo, episcopo Cumano, mandat, ut Arnulphum, electum Bergomensem, ad emendanda peccata adducat. Addit, qui sine mercede ordinati a simoniacis sint, eos licere manu imposita confirmari. (L. VI. ep. 39). Mansi XX. 286. — „Tua nobis frater“.
„ 28.	Lateranis	(3863) Bosonem hortatur, ut ecclesiam s. sepulcri de Novovico iniuriis afficere desinat, iusque suum in synodo, ab episcopo Diensi habenda, persequatur. Si non obedierit, fore ut excommunicatio, per episcopum Diensem in synodo Pictaviensi contra eum prolata, a sese confirmetur. (C. V.: „IV. Kal. Iulii“). — (L. VI. ep. 40). Mansi XX. 287. — „Ecclesiam sancti“.
Sept. 23.	Romae	(3864) Huberto, ecclesiae Romanae subdiacono, praecipit, ut redire maturet. Teuzonem scribit iniussu suo „adversus Anglicum regem verba fecisse“. Admoneat regem, ut debitum honorem ecclesiae Romanae praestet. Archiepiscopi Rotomagensis, sacerdotis filii, promotionem improbat. Reprehendit, quod iniussus egerit cum episcopo Lingonensi, cuius causa episcopo Diensi mandata sit. Mandat, hortetur episcopos Anglicos et Normannicos, ut „ex unoquoque archiepiscopatu vel duos episcopos“ mittant ad synodum in quadragesima Romae celebrandam. (L. VII. ep. 1). Mansi XX. 288. — „Miramur nimium et“.
Oct. 1.	„	(3865) Clero populoque Lucensi clericos ecclesiae S. Martini ob superbiam tum muneribus tum communionem privatos nunciat. Quibuscum ne communicent, praecipit. (L. VII. ep. 2). Mansi XX. 289. — „Clericorum vestrae“.
— —	(„)	(3866) Petro Albanensi et Odelrico Patavino episcopis significat, multos queri de legatione ab iis secus administrata. Cohortatur eos, ut praecepta sua accurate sequantur. „Volumus autem“ inquit „ut de causa regum vel regni, sive etiam de Trevirensi vel Coloniensi et Augustensi electis, vel de omnibus istis, qui investituram per manum laicam acceperunt, nullum praesumatis exercere iudicium, summumque vobis studium sit, si rex adquierit vobis de statuendo colloquio et pace firmanda in regno et de restituendis episcopis in sedibus suis, et haec eadem cito ad nos annunciare, ut tot et tales personas possimus illic ad constitutum tempus dirigere, qui ad tantum negotium determinandum valeant una vobiscum sufficere“. Deiectum abbatem Augiensem restitui iubet, invasoremque expelli. Addit de episcopo Wormatiensi, diu remoto. Hugonis Flav. chron. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 450. — „Sunt multi, quibus“.
Oct. 1.	„	(3867) Omnes fideles S. Petri, in Teutonico regno commorantes, hortatur, ne ipsum putent „in instanti modo necessitate usum esse seculari levitate“. Augustias suas commemorat; „quotquot enim“ inquit „Latini sunt, omnes causam Heinrichi laudant ac defendunt, et pernimitiae duritiae ac impietatis circa eum me re-

1079. (*Ind. 2—1. Sept.—3, pont. a. 6—30. Jan.—7.*)
- Oct. 4. Romae. (3868) *Roudolfo regi eadem, quae superiore ad omnes fideles epistola, scribit. V. Bertholdi Annales 1079, ap. Pertz M. G. Scr. V. 323.
15. (3869) Wezelino militi, fideli suo, imperat, ut contra regem, in Dalmatia apostolica auctoritate constitutum, ferre arma desinat. (L. VII. ep. 4). Mansi XX. 290 — „Scias nos de“.
15. (3870) Aconis, regis Danorum, fidem laudat et confirmat. Clericum mitti cupit, „qui“ inquit „et vestrae gentis mores seu continentias sciat nobis pleniter intimare et apostolicae sedis documenta sive mandata plenius eruditus ad vos possit perferre“ (L. VII. ep. 5). Mansi XX. 291. — „Sincero caritatis“.
15. (3871) Alphonsi, regis Hispaniarum, studium erga b. Petrum laudat. Richardum, cardinalem presbyterum, iterum mittit; cui ut obediat, hortatur. Addit „claviculam auream, in qua de catenis b. Petri benedictio continetur“ (L. VII. ep. 6). Mansi XX. 291. — „Omnipotenti deo“.
- Nov. 2. (3872) Richardo cardinali significat, se eum petentibus monachis Massiliensibus abbatem praeposuisse. Monasterium Massiliense cum b. Pauli monasterio coniungi cupit. Praecipit, ut monasteriis bene ordinatis legationem Hispanicam perficiat. (L. VII. ep. 7). Mansi XX. 293. — „Unanimitas fratrum“.
2. (3873) Monachos Massilienses de obitu abbatis consolatur; laudatque, quod Richardum presbyterum cardinalem elegerint. (C. V.: „VI. non. Nov.“; C. M.: „III. non. Nov.“; edd.: „V. non. Nov.“) — (L. VII. ep. 8). Mansi XX. 293. — „Non dubitamus“.
3. (3874) Episcopis Astensi et Taurinensi et electo Aquensi mandat, ne a Bonifacio marchione patiantur Anselmi, fratris defuncti, sponsam in matrimonium duci. (L. VII. ep. 9). Mansi XX. 294. — „Pervenit ad nos“.
25. (3875) Episcopos, sacerdotes, principes, aliosque omnes in Britannia commorantes iubet una cum Amato, episcopo Ellorensi, legato suo, synodum celebrare, qua rem poenitentialem, apud eos depravatam, ad normam dirigant. (C. V. et C. M.: „VII. Kal. Dec.“; edd.: „VIII. Kal. Dec.“) — (L. VII. ep. 10). Mansi XX. 295. — „Sacerdotalis culminis“.
- (3876) Hugoni, episcopo Diensi, gratulatur de pace ecclesiae eius restituta. Mandat, ut inter archiepiscopum Lugdunensem et abbatem Cluniacensem concordiam constituat, synodoque convocata de archiepiscopo Remensi iudicium faciat. Episcopum Cabilonensem, qui regiam investituram acceperit, „ab omni regimine et spe ipsius ecclesiae alienum esse decernit“. Praecipit, ut in omnibus conciliis excommunicet eos, „quicumque apostolicae sedis decreto super hac re synodaliter constituto obviare praesumpserint et de manu alicuius laici investituram ecclesiarum susceperint“. Monet, ut una cum archiepiscopo Lugdunensi vexatae ecclesiae Lingonensi consulat. Hugonis Flav. chron. L. II. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 421. — „Quod divina“.
- c. 1079.
- (3877) Anselmi, abbatis Beccensis, famam bonam laudat, deumque orari ab eo vult, ut ecclesiam seque „ab instantibus haereticorum oppressionibus eripiat“. Peregrino cuidam reddi ius iubet. Anselmi epist. L. II. 31, Opp. p. 353, Mansi XX. 619. — „Quoniam fructuum“.
1080. (*Ind. 3—1. Sept.—4, pont. a. 7—30. Jan.—8.*)
- Ian. 2. Romae. (3878) Wratizlaum, Bohemorum ducem, cum excommunicatis conversantem vituperat. Vetat linguam Sclavonicam in procurandis sacris adhiberi. De legatis a se mittendis addit. (L. VII. ep. 11). Mansi XX. 296. — „Huiusmodi salutationis“.
3. (3879) Manassis, archiepiscopi Remensis, excusationem non accipit. Praecipit, ut ad synodum Lugdunensem, a Diensi et Albanensi episcopis et abbate Cluniacensi celebrandam adeat, de capta infamia responsurus. (L. VII. ep. 12). Mansi XX. 297. — „Miramur fraternitatis“.
30. (3880) Theoderico, episcopo Virdunensi, mandat, ut, synodo convocata, ad poenitentiam satisfactionemque cogat Arnulphum comitem, qui Heinricum, episcopum Leodiensem, direptum adegerit ad iurandum, se nec ablata repetiturum unquam, et

			1080. (<i>Ind. 3—1. Sept.—A, pont. a. 7—30. Jan.—8.</i>) veniam illi ab ipso impetratum. (L. VII. ep. 13). Mansi XX. 298. — „Per- venit ad nos“.
Ian.	30.	Romae	(3881) Heinricum, episcopum Leodiensem, extorto iureiurando absolvit, monetque, ut ab Arnolphi comite poenas petat. De superiore epistola significat. (L. VII. ep. 14). Mansi XX. 299. — „Cognita tuae“. (Cf. Baluzii Misc. III. 7, Mansi XX. 625. — „Pervenit ad nos“.)
Mart.	7.	„	Synodus, in qua Gregorius 1) legem de investitura corroborat; 2) Tedaldum Me- diolanensem, Guibertum Ravennatem, Petrum Narbonensem archiepiscopos et Ro- landum Tarvisiensem episcopum denuo excommunicat; 3) Normannis, si possessiones b. Petri invaserint, excommunicationem minatur; 4) de poenitentis et de modo eligendorum episcoporum constituit; 5) Heinricum regem, „omnesque fautores eius (in his Ottonem, ep. Constantiensem, v. apologiam pro Gebhardo ap. Pertz M. G. Scr. V. 431 in annotatione) excommunicationi subiicit, et anathematis vinculis alligat et iterum regnum Teutonicorum et Italiae interdicens ei, omnem potesta- tem et dignitatem illi regiam tollit, et, ut nullus Christianorum ei, sicut regi, obediat, interdicat, omnesque, qui ei iuraverunt, vel iurabunt, de regni dominatione, a iuramenti promissione absolvit; ut autem Rodulfus regnum Teutonicorum regat et defendat, concedit omnibus illi fideliter adhaerentibus absolutionem omnium peccatorum“. Reg. L. VII. post ep. 14, Mansi XX. 531, P. Bernr. vit. Greg. c. 106, Hugonis Flav. chron. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 451.
—	—	In basilica Constanti- niana Romae	In eadem synodo („anno pontificatus septimo“ celebrata) monasterii Cluniacensis libertatem confirmat. Bullar. Cluniac. 21.
„	8.	„	(3882) Omnibus episcopis Britanniae, clero et populo in Turonensi provincia consti- tutis significat, statutum in synodo Romana esse, ut Dolensis et Turonensis ecclesiarum de iure metropolitano controversia a legatis apostolicis diiudicaretur. (L. VII. ep. 15). Mansi XX. 300. — „Notum esse volumus“.
„	24.	„	(3883) Monachis Dolensibus de synodi sententia praecipit, ut episcopo Lemovicensi monasteria duo restituant; sed permittit, ut apud legatos suos lege agant. (C. V.: „VIII. Kal. Apr.“; C. M.: „VIII. Kal. Apr.“; edd.: „Kal. Apr.“) — (L. VII. ep. 17). Mansi XX. 301. — „Frater et coepiscopus“.
„	26.	„	(3884) Huberto, episcopo Tarvannensi, „salutem et apostolicam benedictionem“ de- negat, „quod“ inquit „in registro nostro legitur, te ab Hu., huius s. sedis legato, apud Monasteriolum haereticum publice devictum et postea, antequam esses ex- purgatus, audivimus simoniace episcopum factum“, cet. Contumaciam eius re- prehendit. Praecipit, ut quandocumque ab Hugone, episcopo Diensi, vocatus fuerit, ad eundem accedat. Canonicis castri S. Pauli divino officio interdicat, donec Kes- secam villam canonicis S. Mariae et S. Audomari restituerint. (L. VII. ep. 16). Mansi XX. 300. — „Quod salutem et“.
Apr.	12.	„	(3885) Wilielmum, archiepiscopum Ausciensem, de inobedientia obiurgat. Mandat, ut ex sententia Stephani cardinalis et Gerardi, episcopi Ostiensis, legatorum suo- rum, a Dodone, abbate Pezanensi, ecclesiam S. Mariae Dalmairacensem Petro, abbati Aureliacensi, restitui iubeat. (L. VII. ep. 18). Mansi XX. 302. — „Mi- ramur prudentiam“.
„	12.	„	(3886) Omnibus in Bituricensi, Narbonensi, Burdigalensi provinciis constitutis significat, se monasterii Aureliacensis possessiones confirmasse, ablatasque restitui iussisse. Praecipit, ut „omnis, qui beneficium monasterii suscepisse cognoscatur, subiectio- nem et fidelitatem abbati persolvat et servitium pro beneficio largiri non deneget, et ab exactione illicitae augmentationis desistat“. (L. VII. ep. 19). Mansi XX. 303. — „Clamor abbatis“.
„	17.	„	(3887) Manassae Remensi significat, deiectionis sententiam, ab episcopo Diensi, legato suo, in concilio Lugdunensi in eum prolatam, sese in synodo Romana confir- masse. Nihilosecius conditionibus quibusdam permittit, ut usque ad festivitatem S. Michaelis (29 Sept.) noxam purget. (L. VII. ep. 20). Mansi XX. 304. — „Sciat fraternitas tua“.
„	19.	„	(3888) Aconum, regem Danorum, hortatur, ut in devotione erga b. Petrum perse- veret, patrisque, cuius mortem luget, virtutes imitetur. Monet, ecclesiam defendat, sacerdotes colat, iustitia misericordiaeque utatur. Caveri vult, ne Dani „intempe- riem temporum, corruptiones aeris, quascunque molestias corporum ad sacerdotum

		1080. (<i>Ind. 3—1. Sept.—4, pont. a. 7—30. Iun.—8.</i>)
Apr. 24.	Romae	culpas transferant“, aut „in mulieres ob eandem causam quicquam impietatis faciant“. (L. VII. ep. 21). Mansi XX. 304. — „Quoniam vestrae“.
„ 24.	„	(3889) Arnaldo, episcopo Cenomannensi, reddit officium episcopale, a legato suo interdictum. Mandat, ut Rainaldum abbatem pellat, Iohelique monasterium restituat. (L. VII. ep. 22). Mansi XX. 305. — „Episcopale officium“.
Mai. 8.	Lateranis	(3890) Guilielmo, regi Anglorum, scribit de suo erga eum studio. Hortatur, ut sibi obediat. Legatis eius se plura mandasse, nunciat. Addit de episcopo Cenomannensi in integrum restituto. (L. VII. ep. 23). Mansi XX. 306. — „Notum esse tibi“.
„ 8.	Romae	(3891) Willelmum, abbatem Hirsaugiensem, laudat, quod monasterii S. Salvatoris Schaffhusensis curam susceperit. Monasterii privilegia possessionesque confirmat. (L. VII. ep. 24). Mansi XX. 307. — „Quoniam pervenit“.
„ 8.	„	(3892) Guilielmum, regem Anglorum, docet, ipsi obediat oportere. (L. VII. ep. 25). Mansi XX. 308. — „Credimus prudentiam“.
„ 8.	„	(3893) Mathildi, reginae Anglorum, promittenti munera respondet, se ab ea nihil poscere praeter castam vitam, egentium curam, religionem, humanitatem. (L. VII. ep. 26). — „Ingenuitatis vestrae“.
„ 8.	„	(3894) Robertum, filium regis Anglorum, hortatur, ut parentes veneretur, improborumque consilia fugiat. (L. VII. ep. 27). Mansi XX. 310. — „Certi rumores“.
— —	—	(3895) R(offredo), archiepiscopo Beneventano, mandat, ut, adhibito abbate Casinensi, in Macharium, ex Armenia pulsum, haeresisque ab archiepiscopo Simadensi accusatum, quaestionem habeat, eumque, nisi respuerit, ex archiepiscopatu eiciat. (L. VII. ep. 28). Mansi XX. 310. — „Fraternitati tuae“.
Iun. 6.	—	(3896) G., archiepiscopo Simadensi, scribit, cum dolore se accepisse, Armenorum ecclesiam a Romana caerimoniis et dogmatibus quibusdam dissentire. Litteras postulat. Monet, ne Graecorum garrulitate moveatur. (L. VIII. ep. 1). Mansi XX. 311. — „Summae sedis specula“.
„ 27.	Ciperani	(3897) Hugonem, abbatem Cluniacensem, hortatur, coerceat Robertum monachum, „qui adversus b. Petri auctoritatem non timuerit insurgere et centum millia hominum, qui ad viam veritatis redire coepissent, in pristinum errorem reducere“, et „Hispaniensi ecclesiae tantum periculum invexerit“. Regi, qui fraude eius deceptus „legatum Romanae ecclesiae indecenter tractaverit“, significet, nisi culpam sanaverit, fore ut excommunicetur et „quotquot sint in partibus Hispaniae fideles S. Petri“ in eum a sese sollicitentur. (L. VIII. ep. 2). Mansi XX. 315. — „Quanta impietas“.
„ 29.	„	(3898) Robertum ducem „investit de terra, quam ei concesserunt Nicolaus et Alexander; de illa autem terra, quam iniuste tenet, sicut est Salernus et Amalfia et pars marchiae Firmanae, nunc cum patienter sustinet, in confidentia, ut postea exinde ita se habeat, sicut decet“. Reg. L. VIII. post ep. 1, Mansi XX. 313. — „Ego Gregorius“.
— —	—	(3899) Adefonsum regem monet, ut Robertum pseudomonachum, consiliarium fallacem, amandet, connubium cum uxoris consanguinea initum tollat, Richardi legati sui consilia sequatur. (L. VIII. ep. 3). Mansi XX. 316. — „Dici non potest“.
— —	—	(3900) Richardum (legatum suum), exsequendis mandatis impeditum, ad patientiam ac perseverantiam hortatur. Significat de litteris ad abbatem Cluniacensem missis. (L. VIII. ep. 4). Mansi XX. 317. — „Quia missis litteris“.
Iul. 21.	Cicani	(3901) Episcopis, per Principatus et Apuliam et Calabriam constitutis, scribit, se sperare, fore ut Wibertus, in „satanae conventu“ antipapa constitutus, praecipitetur. Monet, ut „orationibus, aliisque modis“ sibi succurrant. (L. VIII. ep. 5). Mansi XX. 317. — „Fraternitatem vestram credimus“.
„ 25.	—	(3902) Episcopis in Apulia et Calabria commorantibus significat, placitum sibi esse, ut Michaeli, imperatori Constantinopolitano iniuste deiecto, a fidelibus S. Petri subveniretur. Mandat, hortentur milites, cum imperatore et Roberto duce transfretaturos, ut fidem iis praestent. (L. VIII. ep. 6). Mansi XX. 319. — „Notum esse prudentiae“.
— —	—	(3903) Episcopos, ceterosque clericalis ac laicalis ordinis S. Petri fideles, certiores facit de auxilio, a R. et Iordane, aliisque tum Normannorum, tum circa Urbem habitantibus tum Tusciae principibus promisso. Nunciat, se Ravennatis ecclesiae b. Petro restituendae causa post Kalendas Septembres illo moturum. Hortatur, ut in fide perseverent. (L. VIII. ep. 7). Mansi XX. 319. — „Notum sit dilectioni“.

		1080. (Ind. 3—1. sept.—4, pont. a. 7—30. Iun.—8.)
Sept. 18.	Romae	(3904) Alfano, archiepiscopo Salernitano, de corpore b. Matthaei reperto gratulatur. Monet, ut R. ducem et eius coniugem ad colendum sanctum adhortetur. (L. VIII. ep. 8). Mansi XX. 320. — „Divinae pietatis“.
22.	—	(3905) Omnes archiepiscopos, episcopos, diversique ordinis ac potestatis clericos et laicos, in Teutonico regno morantes, illos dumtaxat, qui S. Romanae ecclesiae fideliter obediunt, hortatur, ne in officio claudicent. Iubet eos bono fortique animo esse. Inimicorum perniciem auguratur. (L. VIII. ep. 9). Mansi XX. 321. — „Quoniam nihil in“.
Oct. 5.	—	(3906) Orzocum, iudicem Caralitanum, laudat, quod W(ilielmum), episcopum Populoniensem, legatum suum, reverenter tractaverit. Rogat, ne moleste ferat, quod Iacobum archiepiscopum coegerit, ut barbam Romano more raderet; ad idem faciendum omnem clerum Caralitanum impelli vult. Addit haec: „nolumus latere, nobis terram vestram a multis gentibus (a Normannis et a Tuscis ac Longobardis sed etiam a quibusdam ultramontanis) esse petitam: maxima servitia, si eam permetteremus invadi, fuisse promissa, ita ut medietatem totius terrae nostro usui vellent relinquere, partemque alteram ad fidelitatem nostram sibi habere; nemini in ea re unquam assensum dare decrevimus, donec ad vos legatum nostrum mitentes, animum vestrum deprehenderemus. Igitur nulli terram vestram vi ingrediendi licentia dabitur“. (L. VIII. ep. 10). Mansi XX. 322. — „Gratias omnipotenti deo“.
4.	—	(3907) I(nge), regi Sueonum, scribit, gaudere se, quod nonnulli sacerdotes Gallicani regnum eius ingressi sint. Episcopum aut clericum mitti ad sese cupit, qui mandata apostolica suscipiat. (L. VIII. ep. 11). Mansi XX. 323. — „Quoniam regni“.
15.	—	(3908) Episcopos, abbates, clericos atque laicos, in marchia Firmana, Tuscana et in exarchatu Ravennati constitutos, hortatur, quaerant, qui sufficiatur in locum Wiberti, archiepiscopi Ravennatis, in synodo Romana „iam ex triennio gladio anathematis sine spe recuperationis percussi“. (L. VIII. ep. 12). Mansi XX. 323. — „Prudentiae vestrae“.
15.	—	(3909) Clericos et laicos Ravennates monet, ut novum archiepiscopum in Wiberti locum subrogent (L. VIII. ep. 13). Mansi XX. 324. — „Credimus non latere“.
Dec. 11.	—	(3910) Episcopos, abbates, comites, milites in parochia Ravennati et in Pentapoli, nec non et in marchia Firmana et in ducatu Spoletino commorantes, hortatur, ut R(ichardo), archiepiscopo ecclesiae Ravennati a sede Romana praefecto, opem ferant contra Wibertum. (L. VIII. ep. 14). Mansi XX. 325. — „Notum vobis esse“.
12.	—	(3911) Omnibus in episcopatu Valvensi habitantibus praecipit, ut pro invasore habeant Transmundum, qui, ob episcopatum sine ratione dimissum a sese iussus in monasterium Casinense secedere, ad episcopatum redierit. Ioannem subdiaconum, legatum suum, commendat. (L. VIII. ep. 15). Mansi XX. 326) — „Transmundus vester“.
23.	—	(3912) R. et B. comites hortatur, ut Dalmatio, archiepiscopo Narbonensi, opitulentur contra ecclesiae invasorem. (L. VIII. ep. 16). Mansi XX. 327. — „Quantum domus“.
(,)	—	(3913) Aymerico vicecomiti et universo populo Narbonensi Dalmatium archiepiscopum commendat. Mansi XX. 621. — „Sicut novit prudentia“.
27.	—	(3914) Clerum populumque Remensem hortatur, ut, adhibito episcopo Diensi, in locum Manassis, suorum decretorum contemptoris damnati et excommunicati, alium archiepiscopum eligant. (L. VIII. ep. 17). Mansi XX. 327. — „Non dubitamus“.
27.	—	(3915) Ebolo comiti praecipit, ut Manassi, deiecto archiepiscopo Remensi, obsistat, successorique eligendo auxilium ferat. (L. VIII. ep. 18). Mansi XX. 328. — „Sicut prudentia“.
27.	—	(3916) Episcopus ecclesiae Remensis suffraganeos obedientia Manassis solvit. Mandat, ut successorem eligendum curent. (L. VIII. ep. 19). Mansi XX. 329. — „Notum esse fraternitati“.
27.	—	(3917) Philippi, Francorum regis, iuventuti peccata condonat, eumque ad virtutem hortatur. Monet, ne Manassi, remoto archiepiscopo Remensi, favorem praestet, neu successoris electionem impediendi patiatur. (L. VIII. ep. 20). Mansi XX. 330. — „Saepe per nuntios“.

- c. 1080. (3918) R(odulfo), archiepiscopo Turonensi, et Eusebio episcopo Andegavensi mandat, ut B(erengarium) sacerdotem a F(ulconis), comitis Andegavensis, aliorumque iniuriis defendant. Roye Vita Berengarii 75, Bouquet Rec. XIV. 637. — „Audi-vimus F.“
1081. (*Ind. 4—1. Sept.—5, pont. a. 8—30. Jun.—9.*)
- Febr. 4. Laterani (3919) Sedem episcopalem Vibona Miletum, petente Rogerio glorioso comite, translatam, et Arnulphum episcopum a sese consecratum confirmat. (Signa chronologica sunt corrupta). Capialdi Mem. della chiesa Milet. 113, Bisogni Hipp. 80. — „Supernae miserationis“.
- (,) — Romae in Synodus, in qua Gregorius 1) Arelatensis et Narbonensis archiepiscoporum excommunicationem, a legatis apostolicis promulgatam, confirmat; 2) Henricum regem et omnes fautores eius iterum excommunicat; 3) Ildimundum et Landum, tyrannos Campaninos, anathematizat; 4) Episcopos quosdam, qui vocati ad synodum non venerant, a munerum administratione removet. Habentur acta in Reg. L. VIII. inter ep. 20 et 21, Mansi XX. 577, quare synodum puto prima quadragesimae hebdomada (21—27 Febr.) de more habitam esse.
- Mart. 4. Laterani (3920) Monasterium S. Zenonis Pisanum tuendum suscipit et eius privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. III. 364, Mittarelli Ann. Cam. III. app. 26, Cocqu. II. 57. — „Supernae miserationis“.
15. — (3921) Herimanno, episcopo Metensi, uberius respondet de „illorum insania, qui nefando ore garrunt, auctoritatem sanctae et apostolicae sedis non potuisse regem Henricum, hominem Christianae legis contemptorem, ecclesiarum videlicet et imperii destructorem atque haeticorum auctorem et consentaneum, excommunicare, nec quemquam a sacramento fidelitatis eius absolvere“. (Cf. Bruno de bello Sax. c. 73, p. 356). — (L. VIII. ep. 21). Mansi XX. 331. — „Quod ad perferendos“.
- — (3922) A., „dilectissimam in Christo filiam“ (reginam), hortatur, ut coelestia petat, regemque ad virtutem inducat. (L. VIII. ep. 22). — „Quia ob reverentiam“.
- — (3923) P(etro), episcopo Albanensi, et G(isulfo), principi Salernitano, legatis suis, scribit: „dicendum esse omnibus Gallis et praecipendum, ut unaquaeque domus saltem unum denarium annuatim solvat b. Petro“. „Nam Karolus imperator“ inquit „(sicut legitur in tomo eius, qui in archivo b. Petri habetur) in tribus locis annuatim colligebat mille et ducentas libras ad servitium apostolicae sedis, id est Aquisgrani, apud Podium S. Mariae et apud S. Aegidium; idem vero magnus imperator Saxoniam obtulit b. Petro, cuius eam devicit adiutorio, et posuit signum devotionis et libertatis, sicut ipsi Saxones habent scriptum et prudentes illorum satis sciunt“. (L. VIII. ep. 23). Mansi XX. 338. — „Vobis commissa“.
- — (3924) W(illelmum), archiepiscopum Rotomagensem, reprehendit, quod nondum ad sese venerit, nec legatos suos adierit. Praecipit, ne aut episcopos aut ecclesias ante consecret, quam pallium impetaverit. (L. IX. ep. 1). Mansi XX. 339. — „Literae, quas nobis“.
- — (3925) Alphonso, regi Hispaniae, scribit de suis detractoribus iustitia sua irritatis. Gaudet de Romano ritu in ecclesiis regni eius recepto. De uxore eius ac de abbacia S. Secundi se per cardinalem, legatum suum, et per Simeonem episcopum responsurum. Hortatur, ut in archiepiscopo eligendo consilium abbatis Massiliensis, legati sui, adhibeatur; neu Iudaeos sinat in Christianos dominari. De munere misso gratias agit. (L. IX. ep. 2). Mansi XX. 340. — „Non ignorat prudentia“.
- — (3925 a) A(ltmanno), episcopo Passaviensi, et W(illelmo), abbati Hirsaugiensi, nunciat, mortuo R(odulfo) rege, a suis se admoneri, ut H(einricum), „cui ferme omnes Italici faveant“, in gratiam recipiat. Mandat, M(athildem) certiore faciant, futurumne sit, ut ei subsidia ex Germania mittantur. Henricus si Longobardiam intraverit, W(elphonem) ducem factae sibi fidelitatis commoneferi vult. Sperat, fore ut Italici ab Henrico abalienentur. In novo rege eligendo cautionem adhiberi iubet, iurisiurandique ab eo faciendi formulam addit. Sacerdotes „tum propter populorum turbationes, tum etiam propter bonorum inopiam“ hoc tempore indulgentia tractandos esse. In synodo nuper celebrata se omnes excommunicatos

1081. (*Ind. 4—1. Sept.—5, pont. a. 8—30. Jan.—9.*)
 iterum excommunicasse. (L. IX. ep. 3). Mansi XX. 342. — „Prudentiae vestrae ex“.
- — — (3926) D(esiderio), abbati Casinensi, mandat, quaerat ex Roberto duce, utrum ipse an filius post pascha (post 4 Apr.) auxilio sibi venturus sit, ac si id fieri nequeat, quot milites mittere cogitet; praeterea, num diebus quadragesimalibus, „quibus Normanni soleant pugna vacare“, velit secum aut cum legato suo, seditiosorum quorundam opprimendorum causa, „ad aliquas terrae b. Petri competenter instructus accedere“. Admoneri ducem iubet, ut nepotem, Robertum de Loritello, invadendis sedis Romanae possessionibus prohibeat. Addit haec: „De novis ultramontanis nihil certi habemus, excepto quod, Henricum nunquam se infelicius habuisse, pene omnes illinc advenientes affirmant“. (L. IX. ep. 4). Mansi XX. 344. — „Satis novit dilectio“.
- — — (3927) Hugoni, episcopo Diensi, et A. scribit, relatum sibi esse, praeter archiepiscopum Rotomagensem omnes Normannorum pontifices, quod vocati ad concilium non venissent, per eos a munerum administratione remotos esse. Quos iubet in integrum restitui. „Rex Anglorum“ inquit „caeteris regibus se satis probabiliorem ac magis honorandum ostendit; unde non indignum debet existimari, potestatem illius mitius esse tractandam atque subditorum et eorum, quos diligit, negligentias ex parte fore portandas“. (L. IX. ep. 5). Mansi XX. 345. — „Perlatum nobis est“.
- — — (3928) R(ichardo), cardinali sacerdoti, abbati Massiliensi, et eius successoribus curam monasteriorum Montis-majoris et S. Mariae Crassensis mandat. (L. IX. ep. 6). Mansi XX. 346. — „Licet apostolici nos“.
- — — (3929) Ecclesiam S. Petri, in villa Maskarans sitam, infestari vetat. (L. IX. ep. 7). Mansi XX. 347. — „Notum sit vobis“.
- Apr. 8. — (3930) Ducem et gentem Venetorum laudat, quod sedem apostolicam venerari incipiant. Hortatur, ut excommunicatos caveant. Negat se eorum optata explere hoc tempore posse. (L. IX. ep. 8). Mansi XX. 347. — „Quantum nos ex“.
- „ 28. Lateranis (3931) T. comitis erga sedem apostolicam studium laudat. Monet, ut excommunicatos fugiat. (L. IX. ep. 9). Mansi XX. 348. — „Quoniam devotionem“.
- — — (3932) A(ltmanno), episcopo Passaviensi, vicario in Teutonicis partibus suo, mandat, ut H(einrici regis) socios de archiepiscopi Salzburgensis ceterorumque episcoporum consilio ad virtutem revocet. Episcopum Osnabrugensem, sibi propensum, benigne suscipiat, litemque componat inter eundem et abbatem Corbeiensem. (L. IX. ep. 10). Mansi XX. 349. — „Quia vicem nostram“.
- — — (3933) D(esiderio), abbati Casinensi, nunciat, Henricum regem in suburbanis Ravennae cum parvo ultramontanorum et Longobardorum manu morari, Romam circa pentecosten (23 Maii) venturum. Affirmat, se „magis mortem suscipere paratum esse, quam impietatibus eorum assensum praebere“. A Mathilda comitissa rumorem hunc sibi significatum esse: „regem placitum cum Roberto duce habere, videlicet hoc, ut filius regis filiam ipsius ducis accipiat et rex duci Marchiam tribuat“. Mandat, rem cognoscat, ad seque quam primum veniat. (L. IX. ep. 11). Mansi XX. 349. — „Fraternitatem tuam“.
- Mai. 21. Romae in Crescentii castello „sexta feria ante pentecosten“, dum Henricus rex castra ante urbem ponit. Benzoni paneg. L. VI. praef. p. 1044.
- Oct. 24. — (3934) Hu(goni) episcopo (Diensi) praecipit, ut archiepiscopum Lugdunensem quam primum eligendum curet, neve, si vir idoneus nequeat inveniri, oblatum archiepiscopatum suscipere dubitet „imitando“ inquit „b. Petrum apostolum, qui de minori ecclesia Antiochena translatus est in Romanam“. (L. IX. ep. 18). Mansi XX. 354. — „Summopere procurandum“.
- — — (3935) R(oberto), comiti Flandrensium, scribit, audisse se, eum qui antea una cum cleri parte R. elegisset, archidiaconum Tarvannensem, ad Lambertum invasorem transisse. Quam causam arbitrio H(ugonis) archiepiscopi Lugdunensis permissam nunciat. Hortatur, ne clericis Romam profecturis impedimento sit. (In C. V. manus saec. XIII. addidit: „Haec epistola, hic errore scriptoris posita, debuit inferius scribi“.) — (L. IX. ep. 13). Mansi XX. 350. — „Perlatum nobis est“.
- — — (3936) I(nge) et A(lstano), Wisigothorum regibus, de gente eorum ad Christianam fidem nuper adducta gratulatur. Concordiam suadet. Hortatur, ut „ecclesiis honorem, pauperibus vel afflictis compassionem, sacerdotibus, praecipueque episcopis, reverentiam et obedientiam, quasi patribus, procurent impendere, nec non

1081. (*Ind. 4—1. Sept.—5, pont. a. 8—30. Jun.—9.*)
 et decimas dare, totique regno indicare“. Frequentes legatos mitti cupit. (L. IX. ep. 14). Mansi XX. 351. — „Frater noster, episcopus“.
- Dec. 4. Lateranis (3937) H(ugoni), episcopo Diensi, significat, Carnotensem et Parisiensem episcopos venisse Romam querentes, quod prior ab eo iniuste excommunicatus deiectusque sit. Praecipit, ut ad sese aut ipse accedat, aut nuncium cum litteris mittat. (L. IX. ep. 15). Mansi XX. 352. — „Frater et coepiscopus“.
- c. 1081.
 — — — (3937a) Landricum, episcopum Matisconensem, reprehendit, quod „in confirmatione privilegii Cluniacensis ecclesiae“ episcopo Albanensi, legato suo, non obedierit. Praecipit, ut, „vocatis de melioribus monachis Cluniacensis ecclesiae ad communem locum inter Matisconem et Cluniacum, privilegium confirmet, et sic in episcopali officio restitutus populum valeat consolari“. Negat se ecclesiae eius privilegia imminui passurum. Pacem cum abbate Cluniacensi servari vult, donec episcopus Diensis, vicarius suus, litem diremerit. Clericos, „qui contra Albanensem episcopum turbam fecerint et archiepiscopum Viennensem, a Cluniaco revertentem, contumeliose invaserint, Cluniaci nudis pedibus ante altare S. Petri satisfacere“ iubet. Bullar. Cluniac. 21, Severtii Chronol. hist. II. 113. — „Mirari valde“.
- 1082?
 — — — (3938) Clero populoque Carnotensi episcopum, de simonia ceterisque criminibus purgatum remittit. Quem ut reverenter tractent, monet. (L. IX. ep. 16). Mansi XX. 352. — „Quod episcopum vestrum“.
- — — (3939) R(obertum) ducem hortatur, ut, cuius auxilio victoriam adeptus sit, b. Petro gratum se praebeat, quaeque promiserit, exsolvat. Ecclesiae Romanae, ab Heinricho, „dicto rege“, vexatae, subveniat. Addit haec: „Dubitavimus hic sigillum plumbeum ponere, ne si illud inimici eaperent, de eo falsitatem aliquam facerent“. (L. IX. ep. 17). Mansi XX. 353. — „Quod gesti belli“.
- — — (3940) H(ugoni), archiepiscopo Lugdunensi, praecipit, ut cui abbati interdixerit munere administrando in eum misericordia utatur, iudicetque inter eum et Casae-dei abbatem. Aboleri privilegia iubet, monachis quibusdam contra eundem abbatem ab Alexandro II. concessa. (L. IX. ep. 19). Mansi XX. 354. — „Abbas, praesentium lator“.
- — — (3941) In L(anfrancum), archiepiscopum Cantuariensem, invehitur, quod saepe invitatus ad sese non venerit. Proposita muneris interdictione, praecipit, ut „festo omnium sanctorum“ (1 Nov.) Romae praesto sit. (L. IX. ep. 20). Mansi XX. 355. — „Saepe fraternitatem“.
- — — (3942) Omnes episcopos, abbates, clericos et laicos apostolicae sedis fideles ad patientiam et fortitudinem spemque excitat. (L. IX. ep. 21). Mansi XX. 355. — „Scimus, fratres“.
- — — (3943) C. comitem Andegavensem, episcopo, qui eum ob illicitum coniugium excommunicaverat, inimicitias inferentem, hortatur, ut et ablata episcopo restituit, et in Hugonis, episcopi Diensis, et Richardi, legatorum suorum, synodo se sistat. Munera missa non accipit. (In C. V. manu saec. XIII. additum hoc est: „Haec similiter epistola debuit in superioribus scribi“.) — (L. IX. ep. 22). Mansi XX. 356. — „Dolemus satis“.
- — — (3944) Abbatibus, clericis et laicis archiepiscopatus Turonensis et episcopatus Andegavensis praecipit, ut et comitis Andegavensis, qui excommunicatus archiepiscopum Turonensem expulerit, societate abstineant, et archiepiscopo obediant. B. abbati S. Mariae mandat, ut litteras suas ad canonicos S. Martini perferendas curet. (L. IX. ep. 23). Mansi XX. 357. — „Notum vobis esse“.
- — — (3945) Canonicis S. Martini Turonensibus excommunicatis salutem apostolicam denegat, „quia legatis suis et archiepiscopo non obedierint, sed insuper eum expulerint.“ Sub anathematis poena hortatur, ut ad archiepiscopi obsequium redeant, bona et archiepiscopo et S. Mauricii canonicis ablata restituant, legatis suis obediant, Fulconis comitis excommunicati societatem vitent. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 176, Bouquet Rec. XIV. 654. — „Quia legatis nostris“.
- — — (3946) Roberto comiti respondet, quod petierit, fieri non posse, antequam U(rsus), archiepiscopus Barensis, et Vv. (Ugo?), episcopus Firmanus, et Vv., legatus suus,

1082?

- habita quaestione cognoverint, episcopi Melitensis consecrationem non pertinere ad archiepiscopum Rhegitanum. Electum Traianensem (Troianum?), ut consecratur, mitti ad sese concedit. (L. IX. ep. 24). Mansi XX. 358. — „Non dubitet prudentia“.
- (3947) H(erveum), archiepiscopum Capuanum, ceterosque principatum episcopos iubet forti animo esse. Hortatur, ne excommunicatis communicent. Haec addit: „Si quis vestrum, impiorum pressuram ferre non valens, cupit secedere, nobis non displicet; huiusmodi ergo vel in potestatem ducis gloriosi vel fratris eius poterit ire, aut, si ad nos venire maluerit, nos eum libenter suscipiemus“. (L. IX. ep. 25). Mansi XX. 359. — „Congratulamur dilectioni“.
- (3948) I(oanni), archiepiscopo Neapolitano, mandat, ut magistrum militum ceterosque Neapolitanos a Iordani anathematizati societate avertat. (L. IX. ep. 26). Mansi XX. 359. — „Non ignorat prudentia“.
- (3949) Herimanno, ecclesiae Romanae cardinali, mandat, ut de electo Corsicano, consecrationem a sese petente, renunciet. (L. IX. ep. 27). Mansi XX. 360. — „Gratias omnipotenti deo“.
- (3950) Clericos et laicos, qui non tenentur excommunicatione, hortatur, dent operam, ut generalis synodus „in loco tuto et securo“ possit a sese congregari, in quantum exquiratur, quis conficiendae pontificatus regni pacis obstiterit, tum pax ipsa componatur. Affirmat, „Rodulfum non suo praecepto sive consilio regnum tunc suscepisse; insuper etiam se in synodo decernentem firmavisse, nisi archiepiscopi et episcopi, qui illum ordinavissent, hoc factum recte defendere possent, tam ipsos a dignitatibus suis, quam et praefatum Rodulfum a regno deponere“. „Si enim“ inquit „Heinricus, rex dictus, et pars eius obedientiam, quam promiserat nobis, servasset, non tot mala evenissent“. (L. IX. ep. 28). Mansi XX. 361. — „Notum facimus nobis“.
- (3951) R(ichardum), ecclesiae Romanae cardinalem et abbatem Massiliensem, ad tuendam canoniam S. Saturnini Tolosanam hortatur. (L. IX. ep. 29). Mansi XX. 361. — „Non ignorat prudentia“.
- (3952) R(ichardo), ecclesiae Romanae cardinali et abbati Massiliensi, praecipit, ut excommunicatos S. Saturnini monachos absolvat. Baluzii Misc. III. 7, Bouquet Rec. XIV. 659, Mansi XX. 626. — „Pervenit ad nos“.
- (3953) R(obertum), comitem Flandrensium, monet, ne Lamberto, simoniaco ecclesiae Tarvannensis invasori, opem ferat. Iuramento, quod Philippo, regi Francorum, praestiterit, ad Lambertum iuvandum ne adducatur; etenim „perniciosius esse“, ait „illum, per quem iuretur, quam cui iuretur, et deum, quam hominem offendere“. Ita addit: „Plumbeo sigillo idcirco signari literas istas nolumus, ne si forte caperentur ab impiis, eodem sigillo possit falsitatis quippiam fieri“. Gall. Chr. X. Inst. 393, Bouquet Rec. XIV. 656, Mansi XX. 370. — „Notum tibi esse“.
- (3954) Clerum populumque Tarvannensem et R(obertum) comitem hortatur, ut Lambertum Tarvannensem pro invasore habeant. Hunc, si iustam causam habere existimet, legati sui, episcopi Diensis, „immo“ archiepiscopi Lugdunensis iudicium subire vult. Gall. Chr. X. Instr. 395, Bouquet Rec. XIV. 657, Mansi XX. 371. — „Sicut aliis literis“.
- (3955) O. et E. militibus Tarvannensibus, qui ecclesiam diripuerint et Lambertum, „dictum“ episcopum, mutilaverint, sub excommunicationis poena praecipit, ut archiepiscopo Lugdunensi et abbati Cluniacensi, legatis suis, se sistant. (L. IX. ep. 30.) Mansi XX. 363. — „Intolerabilis audacia“.
- (3956) H(ugonem) episcopum inter clericos Augustodunenses et monachos Floriacenses, de monasterio S. Symphoriani litigantes, iudicem constituit. Episcopum Carnotensem quare in primum restituerit, ostendit. (L. IX. ep. 31). Mansi XX. 364. — „Clerici quidam“.
- (3957) H(ugoni), archiepiscopo Lugdunensi, significat, se, acceptis Roberti comitis Flandrensium litteris, Lambertum, „dictum“ episcopum Tarvannensem, excommunicatione liberasse. Mandat, ut, adhibito abbate Cluniacensi, concilium agat, in quo, utrum restituendus Lamberto episcopatus sit, nec ne, iudicetur. (L. IX. ep. 32). Mansi XX. 365. — „Quoniam causa Lamberti“.
- (3958) Roberto, comiti Flandrensi, ignoscit litteras parum reverenter scriptas. De superiore ad archiepiscopum Lugdunensem epistola significat. (L. IX. ep. 33). Mansi XX. 366. — „Locuta est“.

1082?

- — — (3959) G(erardo) Cameracensi, R(atbodo) Noviomensi, R(oriconi) Ambianensi episcopis et omnibus ecclesiarum rectoribus atque principibus, in Flandria sub Roberto comite militantibus, mandat, adhortentur comitem, ne Lambertum Tarvannensem, in concilio Meldensi excommunicatum, defendere pergat, utque eiectos clericos quosdam restituat. Comitem, nisi obedierit, anathematizatum iri. (L. IX. ep. 34). Mansi XX. 367. — „Noverit caritas omnium“.
- — — (3960) R(oberto). Flandrensium comiti, praecipit, ut Lambertum, episcopum deiectum et excommunicatum, ab ecclesia Tarvannensi amoveat, clericosque quosdam de exsilio revocet. Gall. Chr. X. Instr. 395, Bouquet Rec. XIV. 664, Mansi XX. 371. — „Iam saepius“.
- — — (3961) Robertum, comitem Flandrensem, hortatur, ne diutius faciat cum Lamberto, ecclesiae Tarvannensis invasore, sed G(erardo) episcopo canonice electo faveat. (L. X. ep. 1). Mansi XX. 372. — „Pervenit ad aures“.
- — — (3962) Guilielmo, regi Anglorum, scribit de mutuo inter se amore. Dolet, quod „germanum“ suum episcopum in custodiam tradiderit. (L. X. ep. 2). Mansi XX. 373. — „Communis amor“.
- — — (3963) U(goni), episcopo Diensi, et R(ichardo) cardinali et abbati (Massiliensi) mandat, ut inter W(illelmum), archiepiscopum Ausciensem, et A(matum), episcopum Ellorensem, legatum suum, et (Raimundum), episcopum Vasatensem, atque ecclesiam Aquensem, quacum illi de ecclesiis quibusdam litigent, iudicium faciant. Bouquet Rec. XIV. 186. — „Aquensis archidiaconus“.
- — — (3964) Clerum, vicecomitem Aymericum, nec non universum populum Narbonensem hortatur, ut Dalmatio, archiepiscopo ab apostolica sede constituto, obediant; alioquin fore, ut excommunicationis sententia, per legatos suos in synodo Tolosana promulgata, a sese confirmetur. Catel Mém. de Languedoc 752. — „Libenter mandaremus“.

1083.

- Apr. 16. Romae (3965) Ecclesiae Panormitanae, „quondam nobilis et famosae, postmodum in Saracenorum potestatem perfidiamque redactae, nunc ad christianam fidem labore gloriosi ducis Roberti conversae“, iura metropolitana et possessiones confirmat, Alcherioque archiepiscopo pallium concedit. Pirri Sic. sacr. I. 70, Cocqu. II. 58. — „Summae sedis“.
- Iun. 2. „ in castello Crescentii „IV. non. Iunii, feria VI. ante octavam pentecostes“, dum Heinricus rex Urbe potitur. Ekkehardi Chron. univ. 1083 ap. Pertz M. G. Scr. VI. 205.
- „ 24. „ Clementem III. antipapam et Heinricum regem anathematizat „in festivitate S. Iohannis baptistae“. Bernoldi Chron. 1084 ap. Pertz M. G. Scr. V. 441.
- Nov. 20. in Lateranensi basilica Synodus, in qua Gregorius, „ne Heinricum specialiter iterum anathematizaret, vix a synodo exoratus, omnes tamen excommunicavit, quicumque aliquem ad s. Petrum vel ad papam venientem quoquo modo impedirent“. Reg. L. X. ante ep. 1, Mansi XX. 587, Bernoldi Chron. 1083 l. I. p. 438.
- „ 24. Lateranis (3966) Ecclesiae S. Quintini tutelam suscipit, privilegia instituit, possessiones confirmat, petente Guidone, episcopo Bellocacensi. Guiberti Opp. 600. — „Supernae miserationis“.
- — — (3967) Monasterii SS. Facundi et Primitivi Sahagunensis, ab Adefonso rege restituti, tutelam suscipit, privilegiaque et possessiones confirmat. Escalona Hist. de Sahagun 481. — „Superne miserationis“.

1073 — 1084.

- — Laterani (3968) Monasterii S. Mariae Pineroliensis, ab Adelaida comitissa conditi, protectionem suscipit, privilegiaque constituit. Guichenon Hist. de Sav. II. 16. — „Religiosis desideris“.
1084. (Ind. 7—1. Sept.—8, pont. a. 11—30. Iun.—12.)
- Ian. 7. Romae (3969) De Figiacensi et Conchensi monasteriis decernit, ut uter abbatum superaverit vita, utriusque monasterio praesit. Gall. Chr. II. in textu p. 241, Bouquet Rec. XIV. 664. — „In discussione“.
- Mart. 21. In castellum S. Angeli se recipit, dum Heinricus rex palatium Lateranense ingreditur. Bernoldi Chron. 1084 p. 440, cf. Petri Chron. mon. Cas. L. III. c. 53. p. 741.

		1084. (<i>Ind. 7—1. Sept.—8, pont. a. 11—30. Jan.—12.</i>)
c. Mai. 29.	Ex castello Crescentii	„in latitudinem sacri palatii Lateranensis cum magno triumpho et gloria reducitur“ a Roberto duce. Vita S. Anselmi ep. Luc. c. 19 ap. Mabillon Acta SS. o. B. saec. VII. P. II. p. 478, cf. Bonizonis libr. ad am. p. 818, Annal. Benev. 1084. De die vide notam ap. Montfaucon Diar. Ital. 336: „Anno mundi 6592, id est Christi 1084, ind. VII., mensis Maii 29, feria tertia, hora tertia ingressus dux Romam, ipsam depopulatus est“.
Mai. —	Roma	proficiscitur cum Roberto Wiscardo duce „ad recuperandam terram S. Petri“. Bernoldi Chron. 1084 p. 441.
Iun. 29.	Romae?	V. Bernoldi Chronicon 1084 p. 441: „in festivitate S. Petri“.
Iul. ?	In Casinensi	monasterio. V. Petri Chron. mon. Casin. L. III. c. 53, p. 741.
—	Beneventi	cum Roberto duce. Annales Benevent. 1084 ap. Pertz M. G. Scr. III. 182.
—	Salerni	Synodus, in qua Gregorius Clementem III. et Henricum imperatorem iterum anathematizat. Bernoldi Chron. 1084 ap. Pertz M. G. Scr. V. 441.
—	—	(3971) *Ad Sisenandum, Colimbriae principem, mittit abbatem Divionensem cum litteris, „ut ei tamquam alteri sibi credat“. Hugonis Flav. chron. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 463—464.
—	—	(3972) Omnibus fidelibus demonstrat, in malis ideo se versari, quod ecclesiam nolit in servitutem redigi. Queritur, „rariissimos esse, qui deum timeant“ pro eoque capitis periculum adire velint. Auxilium poscit. Legatos suos commendat. Hugonis Flav. chron. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 464, Mansi XX. 628. — „Pervenit fratres carissimi“.
Dec. 11.	Salerni	(3973) Monasterium S. Sophiae Beneventanum tuendum suscipit et eius bona ac privilegia confirmat. Anecdota Ughelliana 491. — „Cum officium“.
„ 25.	„	V. Annalistam Saxon. 1085, ap. Pertz M. G. Scr. VI. 721.
		1073—1085.
—	—	(3974) Altmanno, episcopo Passaviensi, „epistolam pro tuenda ecclesiae libertate mittit, cuius textus est: Quia te credo sincero corde amare pro deo sanctae ecclesiae honorem et libertatem, volo et praecipio, ut summopere cum clericis tuis vel laicis, qui ad hoc apti videntur, procurem, ut sponsa Christi non habeatur amplius pro ancilla“. (Fragmentum). Vita Altmanni, Acta SS. Aug. T. II. 374. — „Quia te credo“.
—	—	(3975) Altmanno, episcopo Passaviensi, „hanc potestatem concedit, ut presbyteros in fornicationem lapsos, si vere poenituerint, in pristinum gradum restituat; si negligentes et inutiles, eos penitus abiiciat“. (Fragmentum). Vita Altmanni, Acta SS. August. T. II. 374. — „Interrogavit nos“.
—	—	(3976) Episcopum Rotomagensem et Gallicos omnes ad destruendam simoniam hortatur. (Fragmentum). Gratiani decr. C. I. qu. 3 c. 2. — „Si quis dator“.
—	—	(3977) Wimundo, episcopo Aversano, scribit, ne ad consuetudinem provocet; consuetudinem veritati omnino esse postponendam. (Rectene hoc fragmentum Gregorio VII. ascribatur, dubium est.) Ivonis decr. IV. c. 213, Gratiani decr. I. D. 8 c. 5. — „Si consuetudinem“.
—	—	(3978) Universos episcopos Hispanos hortatur, ne „sub munerum datione vel acceptione ecclesias vel earum beneficia usurpari“ patiantur. (Fragmentum). Gratiani decr. C. I. qu. 3 c. 1. — „Audivimus dilectissimi“.
—	Romae	(3979) Monasterium S. Aurelii Hirsaugiense tuendum suscipit et iura eius confirmat, petente Adelberto de Calv, qui annuum aurei Bizantii tributum ecclesiae Romanae offert. Besoldi doc. red. 333, Wirtemb. Urkundenb. I. 281, Petri Suev. eccl. 420, Cocqu. II. 59. — „Cum omnium ecclesiae“.
—	—	(3980) Monasterii S. Salvatoris Rotonensis privilegia et possessiones confirmat. Martene Thes. I. 204, Cocqu. II. 45. — „Supernae miserationis“.
—	—	(3981) Monasterii Incellensis protectionem suscipit, et bona iuraque confirmat. Gall. Chr. VI. Instr. 128. — „Supernae miserationis“.
—	—	(3982) Hugoni, abbati Cluniacensi, eiusque successoribus monasterii S. Benedicti Padlironensis curam concedit. Bullar. Clun. 18, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 640, Cocqu. II. 60. — „Suscepti nos“.
—	—	(3983) Ecclesiae S. Audomari possessiones et privilegia, petente Roberto Flandriae comite, confirmat. (Fragmentum.) Miraei Opp. dipl. IV. 5. — „Ecclesiae, quam“.
—	—	(3984) Monasterio S. Trinitatis Cavensi monasteria quaedam addicit. Muratori Ant. It. V. 479. — „Notum esse volumus“.

		1073—1085.
—	—	(3985) Monasterii S. Michaelis Passinianensis privilegia, petente Willelmo, episcopo Faesulano, confirmat. Lami Delic. erud. 1737 p. 198. — „Supremae miserationis“.
—	—	(3986) *Cuidam „locat castrum Albinum, situm in Narniensi comitatu, cum terris, vineis, silvis, pratis, pascuis, montibus, collibus, aquis, rivis, puteis, cum omnibus suis pertinentiis intus et foris cultis et incultis“. Ex coll. Deusdedit ap. Borgia Brev. ist. del dom. temp. append. p. 7.
		1074—1085.
Mart. 14.	—	(3987) Ecclesiae S. Pauli Romanae possessiones ac privilegia confirmat. (Clausula corrupta est). Margarini Bull. Cas. II. 107. — „Domino sancto“.
		1077—1085.
—	—	(3988) Ecclesiae S. Audomari privilegia confirmat, praesentibus episcopis Gualfrido Parisiensi, Rabodone Noviomensi et Gerardo Cameracensi. (Fragmentum.) Miraei Opp. dipl. IV. 5. — „Licet hanc sanctam“.
		1081—1085.
—	—	(3989) Altmanno, episcopo Passaviensi, „epistolam mittit, in qua ei rigorem canonum pro tempore flecti permittit, cuius hic est textus: Ex quo a nobis discessisti, frater carissime, aliquoties legatos ex tuo nomine ad nos venisse meminimus“. (Fragmentum.) Vita Altmanni, Acta SS. Aug. T. II. 374. — „Ex quo a nobis“.
		1085. (Ind. 8, pont. a. 12.)
Mai. 23.	Salerni	„Ante diem tertium obitus“. Petri Chron. mon. Cas. L. III. c. 65. p. 747.
„ 25.	„	Moritur. Petri Chron. mon. Cas. p. 747, Bernoldi Nocr. ap. Pertz M. G. Scr. V. 392, et eiusdem Chron. 1085 ibid. p. 444, Annales Benevent. 1084 ap. eund. III. 182, Pauli Bernr. vit. Greg. c. 114, Emort. mon. Casin. ap. Muratori R. It. Scr. V. 75.
WIBERTUS (CLEMENS III.) antipapa. 1080—1100.		
†In Wiberti bullis has sententias reperimus: „Domini est terra et plenitudo eius; Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis“ (4007); et: „Verbo domini caeli firmati sunt; Confirma hoc deus“ cet. (4009).		
Datae sunt p. m. Roberti card. presb. (3994)		
Bernerii vice cancellarii (4007)		
Bernerii vice Petri cancellarii (4008)		
Roberti Sanentini (l. Faventini) episcopi vice cancellarii Petri (4009)		
Tiderici Albanensis episcopi (4013)		
In bulla 3995 legitur: „per manum Iohannis scriniarii et notarii nostri palatii“, qui scripsisse eam videtur.		
		1080.
Iun. 25.	Brixinae	Eligitur a triginta episcopis, iussu Heinrichi regis congregatis. Ekkehardi Chron. 1080 ap. Pertz M. G. Scr. VI. 203; cf. Decretum synodi Brixinensis ap. eund. Leg. II. 51.
„ 26.	„	V. diploma Heinrichi regis, ap. Mittarelli, Ann. Cam. III. append. 22 et ap. Amadesium, ant. Rav. chronot. II. 348: „Cunctis pateat, nos confirmasse s. Ravennati ecclesiae et domno Wigberto, s. praedictae ecclesiae venerabili archiepiscopo nobisque dilectissimo et summae sedis electo apostolico — omnes res“ cet.
„ 29.	„	Cum Heinricho rege „apostolorum principum festivitate“. Bonizonis Lib. ad am. L. IX. ap. Oefele R. B. Scr. II. p. 817.
(Iul.) —	Italiam	intrat. Bonizon. Lib. ad am. l. l.

1081.		
Apr. —	Veronae	Bernoldi chron. 1081 ap. Pertz M. G. Scr. V. 437: „Heinricus Veronam in pascha (4. Apr.) venit et inde ad invadendam Romam cum suo apostata Guiberto profectus est“.
Mai. 22.	In prato Neronis	Cum Heinrico rege „in vigilia pentecostes“. Bonizonis Liber ad amicum L. IX. p. 818.
„ 23.	„	Cum Heinrico rege „paracitena festivitate“. Benzonis paneg. L. VI. praef. ap. Mencken. Scr. R. G. I. 1045.
(Iul.) —	In Tuscia	(Lucae). V. Vitam S. Anselmi ep. Luc. c. 10 ap. Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. VI. P. II. p. 474; cf. Fiorentini mem. d. gr. cont. Mat. p. 206.
— —	In Longobardiam	diam revertitur cum Heinrico rege. Bonizonis Lib. ad am. L. IX. p. 818.
(Dec.) —	Romaniam	Intrat cum Heinrico rege. Bonizonis Lib. ad am. l. l., cf. Bernoldi Chron. 1082 p. 437.
1082.		
Mart. Apr.	Ante Romam	Cum Heinrico rege „per omne quadragesimale tempus“. Bonizo p. 818.
p. Apr. 24.	In Tiburtina urbe	„post pascha“ remanet, dum Heinricus rex in Longobardiam proficiscitur. Bonizo l. l., Bernoldi chron. 1082 p. 437.
— —	—	„Per omne festivum (aestivum) tempus magnas depraedationes et varias Romanorum civium truncationes facit“. Bonizo l. l.
1083.		
Iun. 3.	Romae	„In sabbato infra epdomadam pentecostes“. Bernoldi Chron. 1083 p. 438: „Sicque Guibertum apud S. Petrum inthronizavit (Heinricus), non per Ostiensem et Albanensem et Portuensem episcopos, qui hoc privilegium habent, ut papam consecrent; sed per Mutinensem et Aritiensem exepiscopos, utpote iam multis annis depositos et anathematizatos.
„ 28.	„	„In vigilia apostolorum“ ab Heinrico rege „in sede apostolica constituitur“. Annales Augustani 1083 ap. Pertz M. G. Scr. III. 130.
c. Nov. 11.	Ravennae	V. Bernoldi Chronicon 1083 l. l.
Dec. 9.	„	(3990) *V. Rubei Hist. Rav. 309, ubi mentio fit bullae hoc die datae.
„ 30.	„	(3991) *V. Rubei Hist. Rav. 309, qui bullam dicit hoc die a Clemente Ravennae datam esse.
c. 1083.		
— —	—	(3992) *Frotardo, episcopo Albiensi, qui „a Gregorio VII. auditus Romae fuerat et pro simoniaca haeresi repulsus“, expetitur „suffragium“ per litteras concedit. Notitia de ecclesia de Viancio ap. Baluzium Misc. I. 124.
1084. (Ind. 7—1. Sept.—8, pont. a. 1.)		
Ian. 26.	In capitulo	(3993) (S. Apollinaris in Classe). „Uberto et Ioanni fratribus, Ioannis filii, terrae iugera viginti quatuor concedit“. (Fragmentum.) Rubei Hist. Rav. 309.
Mart. 2.	Ravennae	(3994) Canonicorum Veronensium possessiones et privilegia confirmat. („Datum — a. III. ordinat. D. Clementis III. PP.“?) Ughelli It. sacr. V. 769. — „Convenit apostolico“.
„ 21.	In Lateranensi palatio	Cum Heinrico rege „feria quinta ante palmas“. Bernoldi Chron. 1084, p. 440. — „XI. Kal. April. feria 6 ante diem palmarum“, Ekkehardi Chron. univ. 1084. p. 205.
„ 24.	Romae	Consecratur, „sequenti dominica“. Ekkehardi Chron. univ. 1084. p. 205. Cf. Annal. Augustanos 1084 p. 131.
„ 31.	„	Heinrico et Berthae diademata imperatoria imponit „in die s. paschae“. Heinrici epist. ad Theodoricum episc. Vird. in Gestis Trev. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 185, et ap. Hontheim Hist. Tr. Dipl. I. 431, Bernoldi Chron. 1084. p. 440, Ekkehardi Chron. univ. 1084 p. 205, Annales Ottenburani 1084 ap. Pertz M. G. Scr. V. 8, Annales Einsidlens. 1084 ap. eund. III. 146.
Mai. —	Roma	Discedit cum Heinrico imperatore. Bonizo p. 818, cf. Bernoldi Chron. 1084 p. 440.
Dec. 25.	Romae	Annalista Saxo 1085 ap. Pertz M. G. Scr. VI. 721.
1085. (Ind. 8—1. Sept.—9, pont. a. 1—24. Mart.—2.)		
c. Ian. 5.	(Romae)	(3995) In synodo. Archiepiscoporum Ravennatum privilegium sedendi a dextra pontificis Romani confirmat. Muratori R. It. Scr. I. II. 583, Mansi XX. 594. — „Quod propulsis“.
p. Mai. 25.	Roma	Digreditur. Bernoldi Chron. 1085 p. 444: „omnes catholici post mortem domni

—	—	Ravennae	1085. (<i>Ind. 8—1.Sept.—9, pont. a. 1—24.Mart.—2.</i>) apostolici (Gregorii VII.) non minus quam antea haeresiarcae restiterunt, ipsumque de Roma Ravennam repedare compulerunt“. Bernoldi Chron. 1085 p. 144.
—	—	—	c. 1085. (3996) Egilberto, archiepiscopo Trevirensi, pallium mittit, „cum litteris docentibus, quibus temporibus hoc foret usus“. Gesta Trev. ap. Pertz M. G. Scr. VIII, 187.
Febr. 27	—	Ravennae	1086. (<i>Ind. 9—1.Sept.—10, pont. a. 2—24.Mart.—3.</i>) (3997) (in matrice ecclesia, quae dicitur Agie Anastaseos). Ecclesiae Ravennatis privilegia in plenaria synodo confirmat. Mittarelli Ann. Cam. III. 39, Rubei Hist. Rav. 310, Mansi XX. 615. — „Cum ad nos“.
Mai. 15.	—	„	(3998) Monasterio S. Georgii (Ferrariensi) bona quaedam donat. Rubei Hist. Rav. 312, Savioli Ann. Bol. I. n. 133. — „Congratum atque utilimum“.
—	—	—	(3999) *Episcopatum Pragensem confirmat. Cosmae chron. 1056 ap. Pertz M. G. Scr. IX. 93.
—	—	—	(4000) Wratislaum, Bohemorum ducem, monet, ut tandem suam auctoritatem sequatur, debitamque „oblationem“ sibi mittat. Quemdam, ut episcopus constitueretur, iam antea commendatum, denuo commendat. Negat se de ea re adhuc egisse cum imperatore. Pez Thes. anecdot. VI. I. 286, Boczek C. D. M. I. 174. — „Tuam dilectissime“.
Apr. —	—	Romae	1087. (<i>Ind. 10—1.Sept.—11, pont. a. 3—24.Mart.—4.</i>) ecclesiam S. Petri „armata manu tenet“. Petri Chron. mon. Cas. L. III. c. 68. p. 749.
Iun. —	—	„	ap. S. Mariam rotundam ad martyres „se incastellat“. Bernoldi Chron. 1087. p. 446.
„ 29.	—	„	in ecclesia S. Mariae in turribus „iam die mediante (apostolorum) missam cantat“. Petri Chron. mon. Cas. I. I.
Apr. 5.	—	Ravennae	1088. (<i>Ind. 11—1.Sept.—12, pont. a. 4—24.Mart.—5.</i>) (4001) „Rodulfc, Rodulfi, qui vocatur de caput Sandali, filio, eiusque item filiis, nepotibus ac consortibus, multa praedia tribuit“. Rubei Hist. Rav. 313.
„ —	—	„	(4002) *„Stephano, cognomento Amico, et Berthae coningibus terrae iugera variis locis decem supra centum tribuit“. Rubei Hist. Ravenn. 313.
Iun. 8.	—	Rome ad S. Petrum	1089. (<i>Ind. 12—1.Sept.—13, pont. a. 5—24.Mart.—6.</i>) (4003) Constitutionem, qua Libo, abbas Selsensis, peregrinis pauperibusque bona quaedam decreverat, confirmat. Grandidier Hist. d'Als. II. 147. — „Quia fidelium profectibus“.
—	—	In ecclesia b. Petri	Synodus, in qua Wibertus 1) excommunicationem Heinrici imperatoris irritam esse iubet, constituitque, „ut nullus deinceps ad iniuriam domini imperatoris praesumat de hac quaestione disputare et ei subditos a servitio et communione ipsius subtrahere“; 2) damnat adversariorum sententiam, qui dicant, „sacramentum corporis et sanguinis Christi, consecrationes chrismatis, immo quaecumque ad episcopale et sacerdotale officium pertineant, ab his, qui sectae eorum non communicent, celebrata nulla prorsus esse sacramenta, et nihil aliud suscipientibus, nisi damnationem, conferre“; 3) ordinationes simoniacas vetat; 4) iubet clericos caste vivere et 5) consanguineorum matrimonia prohiberi. V. ep. Clementis in Udalar. Bab. cod. 168 ap. Eccard Corp. hist. II. 177, Mansi XX. 596—600.
—	—	—	(4004) O(tonem), „olim dictum Hostiensem episcopum“ (Urbanum II.), et eius sectatores, quod „ad synodum s. Romanae ecclesiae multotiens vocati venire recusassent“, excommunicatos, denuo iubet synodum, in ecclesia b. Petri celebrari coeptam, adire. Udalar. Bab. cod. n. 169 ap. Eccard Corp. hist. II. 181, Mansi XX. 599. — „Licet synodali“.
—	—	—	(4005) Omnibus orthodoxis archiepiscopis, episcopis, abbatibus atque universis s. ecclesiae ordinibus, quid actum sit in synodo, in ecclesia b. Petri celebrata, significat. Udalar. Bab. cod. n. 168 ap. Eccard Corp. hist. II. 177, Mansi XX. 596. — „Quantae et quam“.
—	—	Roma	„Turpiter expellitur, et, ne amplius apostolicam sedem invadere praesumat, iuramento promittere compellitur“. Bernoldi Chron. 1089 p. 450.

Apr. Mai.	Ravennae	1090. (<i>Ind. 13—1. Sept.—14, pont. a. 6—24. Mart.—7.</i>) „Multas conficit tabulas, dum renovato iure emphyteutico possessiones multis tribuit, easque tabulas asserit scriptas anno sexto et septimo pontificatus“. V. Rubei Hist. Rav. 314.
— —	—	c. 1090. (4006) *Petro, archiepiscopo Bracarensi, „palleum et privilegium“ tribuit. Vita Geraldi archiep. Bracar. ap. Baluzium Misc. I. 132.
Ian. 19.	In urbe Patavina	1091. (<i>Ind. 14—1. Sept.—15, pont. a. 7—24. Mart.—8.</i>) (4007) Parthenonem b. Petri Patavinum eiusque possessiones, petentibus Milone Patavino et Roberto Faventino episcopis, confirmat. Orsato Hist. d. Pad. 262. — „Ex considerationis“.
Fbr. Mart.	Romae	Bernoldi Chron. 1091 p. 451: „Romani Guibertum iterum Romam intrare permiserunt“.
Dec. 25.	„	Prope domum S. Petri „ita se incastellavit, ut non facile expelli inde potuerit“. Bernoldi Chron. 1092 p. 453.
— —	—	1092. (<i>Ind. 15—1. Sept.—1, pont. a. 8—24. Mart.—9.</i>) „Synodum indixit, quae prorsus contempta est“. Annales Ottenburani 1092 ap. Pertz M. G. Scr. V. 8.
Iun. 13.	Apud Cesenam	(4008) Canonicorum Reginorum possessiones confirmat. Muratori Ant. It. II. 185. — „Oportet nos“.
Aug. 9.	Ap. Montem veterem	(4009) („qui alio nomine Mons-belli dicitur“). Ecclesiae S. Deodati protectionem suscipit. Eglise de S. Diez 359, teste Bréquigny Tabl. chron. II. 244.
„ 12.	„	(„qui alio nomine Mons Beli dicitur“) cum Heinrico imperatore, v. huius diploma ap. Martene Thes. I. 259: „obtentu summi pontificis ac universalis papae tertii Clementis“.
Dec. 25.	In Longobardia	Cum Heinrico IV. imperatore. Bernoldi Chron. 1093. p. 455.
Dec. 25.	ap. Veronam	1093. (<i>Ind. 1.—1. Sept.—2, pont. a. 9—24. Mart.—10.</i>) Cum Heinrico IV. imperatore. Bernoldi Chron. 1094 p. 457.
— —	Patavii	1096. (<i>Ind. 4—1. Sept.—5, pont. a. 12—24. Mart.—13.</i>) V. diploma Heinrici IV. imperatoris ap. Lappenberg Hamb. Urk. I. 115: „presente et laudante ac confirmante domno papa Clemente“.
— —	—	1088—1097. (4010) R(uthardum), archiepiscopum Moguntinum, ab episcopo Faventino invitatum ad synodum, „in festo S. Dionysii“ (9. Oct.) Vercellis celebrandam, iterum vocat. Udalar. Bab. cod. n. 171 ap. Eccard Corp. hist. II. 183, Mansi XX. 601. — „Nuperrime per“.
Dec. 25.	In partibus Ravennae	1097. (<i>Ind. 5—1. Sept.—6, pont. a. 13—24. Mart.—14.</i>) Bernoldi Chron. 1098. p. 465.
— —	—	1097—1098. (4011) R(uperti), episcopi Bambergensis, erga se studium laudat. Hortatur, mittat ea, quae sibi ab ecclesia eius debeantur; „si hoc non feceris“, inquit „etiam advocato nostro, imperatori, et omnibus fratribus nostris querimoniam faciemus“. Nunciat, se archiepiscopum Moguntinum, „pessimis criminibus“ ab eo accusatum, in diem S. Michaelis (29. Sept.) evocasse. Eodem tempore ut ipse ad sese veniat, praecipit. Addit haec: „Relatum nobis est, quod Iudaeis baptizatis permissum sit, apostatare, ritumque Iudaismi excolere“; quod celèriter „corrigi“ iubet. Udalar. Bab. cod. n. 170 ap. Eccard Corp. hist. II. 182, Mansi XX. 600. — „Quod contra ecclesiae“.
Mai. 15.	Ravennae	1098. (<i>Ind. 6—1. Sept.—7, pont. a. 14—24. Mart.—15.</i>) V. tabulam in Amadesii Antist. Rav. chronot. II. 345.
Iun. 9.	„	V. tabulam in Amadesii Ant. Rav. chron. II. 346.

Iun. —	Ravennae	1098. (<i>Ind. 6—1. Sept.—7, pont. a. 14—24. Mart.—15.</i>) (4012) * „Praedia quaedam renovato iure Ravennatibus quibusdam concedit“. Rubei Hist. Rav. 315.
Iul. 31.	—	1099. (<i>Ind. 7—1. Sept.—8, pont. a. 15—24. Mart.—16.</i>) (4013) G(odeboldo) praeposito et universo clero populoque Moguntino scribit de Ruthardi archiepiscopi criminibus. Quem dicit ob simoniae infamiam primum „per Romanae ecclesiae cardinales Warinum, Anastasium et Adalmarium, postea ab episcopis Tiederico Albanensi et Ruoppertho Faventino, postremo per Hugonem sacri palatii diaconum“, ter vocatum non venisse, imo violata imperatoris fidelitate ad regni ac sacerdotii inimicos se contulisse, iisque concitatis et vitae et coronae imperatoris insidiatum esse. Aliis incusationibus additis, obedientia Ruthardi eos solvit; cui ne quis communicet, sub anathematis poena interdicat. „Data p. m. Tiederici Albanensis episcopi III. Kl. Aug. defuncto Urbano II. Kl. Aug. sine viatico corporis et sanguinis domini“. (Legendum haud dubie est: „Data — II. Kl. Aug., defuncto Urbano III. Kl. Aug.“ cet.) Schunk Beitr. zur Mainzer Gesch. II. 115. — „Quanta his temporibus“.
p. Aug. 14.	Alba	expellitur a Paschali II. Pand. Pisan. vita Paschalis II. ap. Muratori R. It. Scr. III. I. 355.
Sept. —	Castelli	1100. (<i>Ind. 8—1. Sept.—9, pont. a. 16—24. Mart.—17.</i>) moritur. Pand. Pisan. vit. Pasch. II. p. 355: „in Castellum se proripuit et hic finis“. Annam exhibent Annal. Augustani 1100 ap. Pertz M. G. Scr. III. 135, Annal. Benevent. ibid. 183, Annal. Leodienses ap. eund. IV. 29, Annal. Ottenbur. ap. eund. V. 8, Ekkehardi chron. univ. ap. eund. VI. 219 cet. Mensis liquet ex Hugonis Flavin. chron. ap. eund. VIII. 490; cf. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 417.
VICTOR III. 1086—1087.		
†Una, quae superest, Victoris III. bulla (4016) data est „per manus Signiensis episcopi, Romanae vero ecclesiae bibliothecarii“.		
Mai. 24.	Romae	1086. Eligitur „in diaconia S. Luciae iuxta Septesolis — dominica pentecostes“. Petri Chron. mon. Cas. L. III. c. 66 ap. Pertz M. G. Scr. VII. 749, Annal. Cavens. 1086 ap. eund. III. 190, Anon. Cas. chron. 1086 ap. Gattulam Access. 828.
(„)	—	(4014) * „Statim post electionem missis usquequaque literis se iuxta decreta sanctorum patrum declarat incessurum“. V. Bernoldi Chron. 1087 ap. Pertz M. G. Scr. V. 446.
„ 27.	Roma	discedit „post quattuor dies“. Petri Chron. mon. Cas. L. III. c. 67 p. 749.
„ —	Ardeae	V. Petri Chron. mon. Cas. I. I.
Iun. —	Terracinae	V. Petri Chron. mon. Cas. I. I.
— —	In Casinensi	monasterio. V. Petri Chron. mon. Cas. I. I.
— —	—	1086—1087. (4015) A. imperatricem augustam (leg. Alexium, imperatorem augustum) obsecrat, „ut ab oratoribus et visitatoribus sancti et gloriosi sepulchri faciat cessare gravissimum et importabile tributum; ut enim alia“ inquit „quae ubivis locorum imperii tui patiuntur, taceamus, in duobus tantum locis adeo angariantur, ut pro singulis equis tres aurei, et ex binis peditibus totidem tollantur; insuper equos eorumdem oratorum violenter ablatos quandiu volunt, angariant et vexant“. Hortatur, „ut Romanae ecclesiae, scilicet primae et propriae matris suae recordetur, eamque semper veneretur“. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 647. — „Apostolicae sedis debito“.
c. Mart. 7. Mart. 21.	Capuae	1087. (<i>Ind. 10—1. Sept.—11, pont. a. 1.</i>) Concilium. V. Petri Chron. mon. Cas. L. III. c. 68. p. 749. „praeteritam electionem crucis et purpurae resumptione firmat: duodecimo sc. Kal.

		1087. (Ind. 10—1. Sept.—11, pont. a. 1.)
	Capuae	April., dominica in ramis palmarum“, Petri Chron. mon. Cas. l. l. „Dominica in palmis pluvialem ipse sibi imponit“, Epistola Hugonis Lugdunensis in Hugonis Flavin. chron. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 467, Mansi XX. 633.
— —		(4016) Episcopatus Ravellensis nuper constituti possessiones, petente Ursone episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. l. 1182. — „Quandoquidem“.
Mart. 28.	In Casinensi	monte „pascha celebrat“. Petri Chron. mon. Cas. l. l.
Apr. —	Iuxta Host-	iensem civitatem Tiberim transit. Petri Chron. mon. Cas. l. l.
— —	extra s. Petri	porticum „tentoria figit“. Petri Chron. mon. Cas. l. l.
Mai. 9.	Romae (in	Consecratur „dominico die post dominicam ascensionem, VII. id. Magi“. Petri
	ecclesia S.	Chron. mon. Cas. l. III. c. 68 p. 750, Anon. Cas. chron. 1087 ap. Gattulam
	Petri)	Acc. 828, Annal. Cavens. 1087 p. 190. Cf. Annal. Benevent. 1087 ap. Pertz M.
		G. Scr. III. 152: „sexto idus Magi“; Annales Augustani 1087 ibid. 132: „in
		ipsa vigilia pentecostes“ (d. 15 Maii), Annal. Brunwillar. 1087 ap. eund. l. 100:
		„in ascensu domini“.
c. Mai. 16.	Roma	abit, „per octo circiter dies remoratus“. Petri Chron. mon. Cas. l. l.
Mai. —	In Casinensi	monasterio. V. Petri Chron. mon. Cas. l. l.
— —	„per mare“	Romam se confert. Petri Chron. mon. Cas. l. l.
Iun. 4-10.	Ap. b. Petrum	„octo diebus“. Petri Chron. mon. Cas. l. l.
— 11.	Romam	„per Transtiberim intrat in festivitate S. Barnabae“. Petri Chron. mon. Cas. l. l.
— —	„Apud insu-	moratur, Petri Chron. mon. Cas. l. l. „In insula, quae inter duos pontes sita est“,
	lam Romae“	Bernoldi Chron. 1087 p. 446.
Iul. Aug.	Roma	digreditur. Petri Chron. mon. Cas. l. III. c. 72 p. 751.
— —	In Casinensi	monasterio. V. Petri Chron. mon. Cas. l. l.
Aug. —	Beneventi	Concilium, in quo Victor 1) Clementem III. antipapam anathematizat; 2) Hugo-
		nem, archiepiscopum Lugdunensem et Richardum, abbatem Massiliensem, excom-
		municat; 3) constituit: „ut si quis deinceps episcopatum vel abbatiam de manu
		alicuius laicae personae susceperit, nullatenus inter episcopos vel abbates habeat-
		tur“; „insuper ei gratiam b. Petri et introitum ecclesiae interdicit“; „similiter
		etiam de inferioribus ecclesiasticis dignitatibus constituit“; „item, si quis impera-
		torum, regum, ducum, marchionum, comitum investituram episcopatum, vel ali-
		cuius ecclesiasticae dignitatis dare praesumpserit, eiusdem sententiae vinculo“ eum
		afficit. Petri Chron. mon. Cas. l. III. c. 72 p. 751. Cf. Annal. Benev. 1087
		ap. Pertz M. G. Scr. III. 182.
Sept. 14.	In monaste-	V. Petri Chron. mon. Cas. l. III. c. 73 p. 753, Annal. Cavens. 1087 l. l.: „post
— 16.	rio Casinensi	diem tertium“.
	—	Moritur „16 Kal. Oct.“, Petri Chron. mon. Cas. l. l., Necrol. Lucense in Baluzii Misc.
		I. 432, Emort. mon. Casin. ap. Muratori R. It. Scr. V. 75; „XV. Kal. Oct.“, Ana-
		nales Benevent. 1087 l. l. et Annal. Cavens. 1087 l. l.

URBANUS II. 1088—1099.

† In Urbani II. bullis leguntur modo usitati incarnationis anni, quorum initium a nativitate Christi fuit, modo Florentinorum (a. 1094), qui tribus mensibus post nativitatem, modo Pisanorum (a. 1095 et 1096 potissimum), qui mensibus novem ante eam coepta sunt. Neque indictionum par ratio ubique. Etenim qua priores pontifices usi erant, Constantinopolitana indictione prorsus ut videtur abiecta, notarii alias Constantinianam seu Caesaream admiserunt, quae die 25 m. Sept., alias Pontificiam seu Romanam, quae die 1 m. Ianuarii habebat principium.

Sententia addita haec est: „Benedictus deus et pater domini nostri Iesu Christi“ (4021, 4025, 4078, 4095, 4099, 4101, 4109, 4124, 4131, 4146, 4164, 4195, 4209, 4254, 4255, 4271, 4328); pro qua nonnusquam sic est inter duos circulos: „Legimus, Firmamus“ (4247, 4340).

Subscripserunt: ep. Albanensis Petrus (4037), Oddo (4081), Gualterius (4333)
„ Ostiensis Odo (4333)

- ep. Portuensis Ioannes (4147)
 „ Praenestinus Bernardus (4081)
 „ Sabinensis Minutus (4037), Ubaldus (4081)
 „ Signiensis Bruno (4037, 4207).
 presb. card. (ex tit. Quatuor coronatorum) Hermannus (4081)
 „ „ (tit. S. Vitalis) Gregorius (4081)
 „ „ (tit. S. Susannae) Benedictus (4081)
 „ „ de tit. SS. Iohannis et Pauli Bonus Senior (4147), Teuzo (4333)
 „ „ ex tit. S. Clementis Numerius (l. Rainerius) (4333)
 „ „ ex tit. S. Anastasiae Iohannes (4333)
 „ „ S. R. E. et Massiliensis abbas Ricardus (4147)
 „ „ Albertus (4147, 4207, 4215), Teuzo (4147, 4207, 4215).
 diac. card. Gregorius (4147, 4215), Hugo (4147), Herimanus (4147),
 Rogerius (4147, 4207)
 card. Rainerius (4276), Ioannes (4276).
 Scriptae bullae sunt p. m.
 Gerardi notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (4037, 4281)
 Gregorij scriniarii atque notarii sacri palatii (4050, 4052, 4053, 4055, 4056)
 Lanfranci notarii sacri palatii (4064, 4256)
 Lanfranci vice agentis cancellarii sacri palatii (4073).
 Bonihominis scriniarii sacri palatii (4124)
 Petri notarii regionarii et scriniarii sacri palatii (4131, 4254, 4255, 4260, 4269, 4282,
 4329, 4330, 4332, 4340, 4341)
 Iohannis S. R. E. scriniarii, Constantini filii (4270).
 Datae a d. 15 Oct. 1088 ad d. 1 Iulii 1089:
 p. m. Ioannis diaconi S. R. E. et prosignatoris domini Urbani II. papae (4021,
 4025, 4026, 4028, 4033, 4033a, 4034)
 mense Iulio 1089:
 p. m. Ioannis S. R. E. diaconi et cancellarii (4035, 4037).
 ceterae:
 p. m. Ioannis S. R. E. diaconi cardinalis (4041, 4042, 4043, 4050, 4051, 4053, 4054,
 4055, 4056, 4063, 4064, 4065, 4066, 4067, 4074, 4075, 4076, 4077,
 4078, 4080, 4081, 4082, 4094, 4095, 4100, 4101, 4104, 4109, 4116,
 4120, 4124, 4131, 4138, 4146, 4147, 4148, 4149, 4151, 4155, 4156,
 4157, 4158, 4159, 4160, 4162, 4164, 4165, 4167, 4171, 4172, 4174,
 4175, 4176, 4178, 4182, 4183, 4184, 4186, 4187, 4188, 4192, 4193,
 4194, 4195, 4196, 4197, 4200, 4205, 4207, 4208, 4209, 4210, 4211,
 4212, 4214, 4215, 4216, 4219, 4220, 4221, 4226, 4227, 4231, 4232,
 4233, 4234, 4235, 4237, 4238, 4244, 4247, 4254, 4255, 4256, 4269,
 4270, 4272, 4272a, 4274, 4275, 4277, 4282, 4328, 4329, 4330, 4332,
 4333, 4338, 4340, 4341)
 „ „ Hotesculici presbyteri vicem gerentis cancellarii (4052)
 „ „ Lanfranci vicem agentis cancellarii (4260, 4271).
 Scriptae et datae p. m. Lanfranci vicem gerentis cancellarii (4263, 4264).

1088. (*Ind. 11, pont. a. 1.*)

- Mart. 12. Terracinae in ecclesia SS. Petri et Caesarii
 „ 12. „
 Eligitur „dominica die — IV. Id. Martii“. Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 2
 ap. Pertz M. G. Scr. VII. 761; Annales Cavenses 1088 ap. eund. III. 190, Anon.
 Cas. chron. 1088 ap. Gattulam Access. 828, Urbani epistolae ap. Martene et Dur.
 Vet. Scr. I. 520, Mansi XX. 703, Baluzii Misc. II. 174. — Bernoldus in chron.
 1088 ap. Pertz M. G. Scr. V. 447 electionem perperam narrat Romae factam esse
 Consecratur. Annal. Benevent. 1088 ap. Pertz M. G. Scr. III. 182: „Mense Mar-
 tio ordinatus est Urbanus papa“ (al.: „consecratur a cardinalibus apud Terraci-
 nam“). Ante diem 14 Martii evenisse consecrationem, liquet ex Urbani bullis ap.
 Mansi XX. 699 („dat. prid. id. Mart., ind. 15, pont. a. 5, inc. an. 1092“), ap.

		1088. (<i>Ind. 11, pont. a. 1.</i>)
Mart. 13.	Apud Terracinam	Florez Esp. sagr. XXVI. 463 („dat. prid. id. Mart., ind. 3, pont. a. 8, inc. a. 1095“); quapropter ad dominicum diem 12 Martii referenda est. (4017) Archiepiscopo Salzburgensi et episcopis Passaviensi, Wirzburgensi, Wormatiensi, Augustensi, Constantiensi, et abbatibus, et gloriosissimis Welphoni, B. et B., atque omnibus maioribus et minoribus b. Petri fidelibus nunciat, se die 12 Martii Terracinae electum pontificem esse. Hortatur, ut in fidelitate Gregorio VII. praestita erga se quoque perseverent. Ita addit: „De me porro ita credite, sicut de beatissimo Gregorio, cuius ex toto sequi vestigia cupiens, omnia quae respuit respno, quae damnavit damno, quae dilexit prorsus amplector“. Martene et Dur. Vet. Script. I. 520, Mansi XX. 703. — „Nosse volumus“.
„ 13.	„	(4018) Hugoni, abbati Cluniacensi, pontificatum sibi delatum nunciat. Rogat, ut ad sese veniat. A deo precari eum vult, ut „et ipsum et ecclesiam suam sanctam, quae tantis videatur subiacere periculis, in pristinum restaurare statum dignetur“. Baluzii Misc. II. 174, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 251, Bouquet Rec. XIV. 689. — „Quoniam sanctitatem“.
— —	(,)	(4019) (Gontardo) Valentino, (Guidoni) Genevensi, (Conrado) Maurianensi, (Hugoni) Gratianopolitano, (Ismioni) Diensi, (Ioanni) Vivariensi episcopis et universo clero et populo Viennensis ecclesiae significat, se pontificem creatum esse. Hortatur, ut tandem archiepiscopum eligant; „canonica enim auctoritate“ inquit „cautum esse nostis, quod ultra tres menses episcopo suo ecclesia vacare non debet, quanto igitur minus per tot annorum curricula“. Romanensem et b. Petri de Campania ecclesias auferri ecclesiae Viennensi vetat. Bouquet Rec. XIV. 689. — „Nolumus latere“.
Apr. 10.	„	(4020) Lanfranco, archiepiscopo Cantuariensi, scribit de ecclesiae angustiis, ac de suscepto pontificatu. Mandat, hortetur regem, ut „pro modo suo, pro officio suo multis periculis et maximis necessitatibus laborantem Romanam ecclesiam consilio et solatio suo adiuvere et honorare studeat; pecuniam porro, quam de regno eodem b. Petrus consuetudinaliter solebat accipere per Rogerum, cardinalem ecclesiae Romanae subdiaconum, sive per alium suum fidelem legatum, una cum eo vel usque Cluniacum, quantocius potuerit, transmittat“. Theineri disqu. crit. 207. — „Non latere credimus“.
— —	Terracina	Proficiscitur in Siciliam versus. Gaufredi Malaterrae Hist. Sic. L. IV. c. 12 et 13 ap. Muratori Rer. It. Scr. V. 593.
— —	Trainae in Sicilia	Cum Rogerio comite colloquitur. Gaufredi Malaterrae Hist. Sic. L. IV. c. 13 p. 593, 594.
Oct. 15.	Anagninae	(4021) Bernardo, archiepiscopo Toletano, pallium tribuit, eumque „in totis Hispaniarum regnis“ primatem constituit. Florez Esp. sagr. VI. 347, Mansi X. 522, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 344, Yepes Coronica general VI. 485 b. — „Cunctis sanctorum“.
— —	—	(4022) Ildefonso, Galleciae regi, Toletanam ecclesiam Sarracenis ereptam gratulatur. Commendat Bernardum, archiepiscopum Toletanum, a sese pallio donatum, primatemque in totis Hispaniarum regnis constitutum. Hortatur, ut (Didacum Pellaiz) episcopum S. Iacobi, vinculis mandatum, dimittat. Mansi XX. 680, Aguirre Conc. V. 13, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 346. — „Duo sunt rex“.
— —	—	(4023) Tarraconensi et ceteris Hispaniarum archiepiscopis significat, archiepiscopum Toletanum primatem iis a se praepositum esse. Aguirre Conc. V. 14, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 349, Mansi XX. 681. — „Quisquis voluntatem“.
— —	—	(4024) Hugoni, abbati Cluniacensi, Bernardum archiepiscopum Toletanum, primatem Hispanorum episcoporum omnium constitutum pallioque ornatum nunciat. Monasterii Cluniacensis bona tuenda suscipit. Mansi XX. 698, Aguirre Conc. V. 15, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 350. — „Venerabilem fratrem“.
Nov. 1.	Romae	(4025) Monasterii Cluniacensis possessiones et privilegia confirmat, et Hugoni abbati mitrae, dalmaticae, chirothecarum, sandaliorum usum concedit. Bibl. Clun. 514, Bullar. Cluniac. 22, Cocqu. II. 62. — „Cum omnibus sanctae“.
Dec. 14.	„	(4026) Godofredum sancit episcopum Magalonensis ecclesiae, a Petro comite Substantionensi cum ipso comitatu b. Petro „per annulum“ ita traditae, ut haeredes eius fierent pontificis Romani milites, aurique unciam quotannis palatio Lateranensi persolverent. Gariel Ser. I. 120, Gall. Chr. VI. Instr. 350, Bouquet Rec. XIV. 690. — „Universum sanctae“.

c. 1088.

- (4027) Petro, episcopo Pistoriensi, et Rustico, abbati Vallumbrosano, se purgat, quod diaconum ordinatum a Guezelone, defuncto ecclesiae Moguntinae archiepiscopo haeretico et excommunicato, episcopum Pisanum consecraverit. (Fragmentum.) Mittarelli Ann. Cam. III. 46, Mansi XX. 664, (Gratiani decr. C. I. qu. 7. c. 24.) — „Scripsistis nobis“ („Daibertum“).
1089. (*Ind. 12—25. Sept. — 13. pont. a. 1—12. Mart.—2.*)
- Ian. 11. Romae (4028) Canonicorum S. Ioannis de Vineis protectionem suscipit, et instituta, privilegia ac bona confirmat. S. Ioannes apud Vineas 65, Hist. de l'abb. de S. Ieandes-Vignes 281, teste Bréquigny Tabl. chron. II. 228.
- Febr. 20. — (4029) *Monasterio S. Victoris Massiliensi bullam tribuit. Ruinart Vita Urbani II. in Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 51.
- Apr. 13. Romae (4030) G(ebehardo), episcopo Constantiensi, mandat, ut Tutonem ab iniuriis in monasterium S. Salvatoris Schafhusense „secundo et tertio canonicè“ dehortetur, in contumacemque „gladium excommunicationis evaginet“. (Cf. infra ep. 4072.) Neugart Cod. D. Al. II. 37, (Udalr. Bamb. cod. n. 178 ap. Eccard Corp. hist. II. 199, Mansi XX. 707.) — „Dilectissimus filius“.
- „ 18. „ (4031) Guiehardo (Gebehardo), episcopo Constantiensi, respondet, se Gregorii VII. sententiam eatenus confirmare, ut Clemens III. antipapa „cum Heinrico rege“, et qui „armis, pecunia, consilio aut obedientia ecclesiasticis maxime honores ab iis aut eorum fautoribus“ acceperint, in excommunicatis habeantur; qui vero cum illis communicaverint, peracta poenitentia recipiantur. De clericis per excommunicatos episcopos ordinatis se in „generali synodo“ decreturum. In monasterium Augiense potestatem episcopalem ei concedit, utque ibi et in S. Galli coenobio in ceterisque monasteriis vacantibus abbates eligendos curet, mandat. „Idem etiam tibi“ inquit „studendum de Augustensi et Curiensi episcopatu iniungimus, nec non et de ceteris, ad quae Pataviensis episcopus advocari vel adesse nequiverit, et ipsi, quemadmodum et tibi Saxoniae, Alamanniae ac ceterorum, quae prope sunt, regionum vice nostra procuracionem iniunximus“. (Cf. Bernoldi Chron. 1089.) Mansi XX. 666 et 715, Cocqu. II. 65. — „Quia te speciale“.
- „ (,) (4032) Episcopis Germaniae indicat, pro excommunicatis qui homines habendi sint. Udalr. Bab. cod. n. 176 ap. Eccard Corp. hist. II. 197, Mansi XX. 719. — „Fratrum nostrorum“.
- Mai. 19. „ (4033) Monasterii S. Ioannis Rivipullensis protectionem suscipit, disciplinamque et bona confirmat, ac de abbate post Berengarii Ausonensis mortem eligendo constituit, imposito monachis trium monetarum Valentianae mancusorum censu annuo. Florez Esp. sagr. XXVIII. 292. — „Iustis petitionibus“.
- Iul. 1. „ (4033 a) Ecclesiae Iesu Nazareni (Montis-Aragonensis) protectionem rogatu „Sancii Aragonensis sive Pampilonensis regis“ suscipit, ac libertatem possessionisque confirmat. Aynsa Fundacion de Huesca 454. — „Iusta fidelium petitio“.
- „ 1. (,) (4034) *„Frotardo, abbati S. Pontii Tomeriarum privilegium concedit, quo locum a cuiuscumque episcopi iurisdictione eximit, aliisque compluribus praerogativis exornat“. Ruinart Vita Urb. in Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 57.
- „ 1. „ (4035) Berengarium Barcinonensem comitem ac marchionem, Ermengaudum Urgelensem, Bernardum Bisuldunensem comites, omnesque Tarraconensis et Barcinonensis provinciae episcopos, vicecomites et ceteros nobiles et potentes hortatur, ut Berengarium, episcopum Ausonensem, in restituenda ecclesia Tarraconensi adiuvent. „Eis“ inquit, „qui vel in Hierusalem vel in partes alias poenitentiae spiritu vel devotionis ituri sunt, suademus totam illam viam et sumptus operam restitutioni ecclesiae Tarraconensis impendere“. Iura ecclesiae Tarraconensis et Berengarii episcopi a sese confirmatum iri. Marca Marca Hisp. 1184, Aguirre Conc. V. 2, Bouquet Rec XIV. 691, Mansi XX. 701, Cocqu. II. 64. — „Dilectissimus et“.
- „ 4. (,) (4036) *Monasterio SS. Aniani et Laurentii bullam tribuit. In tabular. Vatic. V. Pertz Archiv. VII. 21.
- „ 8. „ (4037) Omnibus Velitrensibus clericis et laicis b. Petro fidelibus scribit haec: „Nec ignotum vobis esse cognoscimus, qua immani crudelitate Guibertus heresiarcha, sedis ap. invasor, per apostatas et tyrannos s. ecclesiae, Hugonem album (Albanensem ?) et Ioannem Portuensem antyepiscopos, et Petrum quondam cancellarium, Wezelonem et Otonem tirannum membra diaboli seduxerit filios dei; in eum vero sperantes, qui suos non despicit constanter, per vos et alios filios no-

		1089. (<i>Ind. 12—25. Sept.—13, pont. a. 1—12. Mart.—2.</i>) stros illorum incursum comprimemus; Quapropter de presenti Rainerium presb., Formosum nostrum dapiferum, et Fornicem nostrum emissarium vobis mandamus, a quibus audietis, quanta prelia nostri fideles strenue commiserere et quomodo ad Christi sponsae utilitatem ultra montes accelerare disposuimus“. Eorum „usus et diuturnos mores“ confirmat. Borgia Ist. di Velletri p. 204, Maroni comm. de eccl. Ost. et Vel. 110. — „Nec ignotum“.
Aug. 1.	Capuae	(4038) Anselmo, abbati Beccensi, significat, se (Fulconi) episcopo Bellovacensi ordinationem non iustam condonasse; quem ut consilio operaque adiuvet, mandat. Iohannem monachum insequente anno ad sese remitti vult. Hortatur, ut sedem apostolicam quam primum adeat, mittatque ea, quae Hubertus subdiaconus, a Gregorio VII. in Angliam missus, peractaque legatione in Gallia mortuus, collegerit. Anselmi archiepisc. Cant. epist. L. II. 32. Opp. p. 353, Bouquet Rec. XIV. 699. — „Religionis ac“.
Aug. Spt.	Beneventi	V. Annales Benevent. 1089 ap. Pertz M. G. Scr. III. 182: „Urbanus papa per Beneventum transiens fecit synodum Melfim“.
Sept. 10.	Melfiae	Synodus episcoporum 115. V. „Cod. ms. Rom.“ ap. Mansi XX. 725: „anno 1089, pontificatus domini U(rbani) papae II. ind. XII. IV. id. Sept. congregata est apud Melfiam eius iussu synodus episcoporum LXX.“ (leg. CXV.) Huc referenda esse videntur Bernoldi verba in chron. 1089 p. 449: „domnus papa Urbanus generalem synodum 115 episcoporum collegit“; neque enim dicit hanc synodum Romae actam esse. Cf. hist. inventionis corporis S. Sabini, scriptam a Ioanne Barensi archidiacono, ap. Ughelli It. sacr. VII. 610.
„ 11.	„	Synodi „die secundo“ (v. „cod. ms. Rom.“ l. l.) statuitur: 1) de ecclesiasticis muneribus sine mercede tribuendis; 2) „ut a tempore subdiaconatus nulli liceat carnale commercium exercere“; 3) ne quis initietur sacris, „nisi qui usque ad subdiaconatum unicam et virginem uxorem habuerit“; 4) „ut nemo ante annos 15 aut 14 subdiaconus ordinetur, nemo ante annos 25 vel 24 diaconus fiat, nemo ante 30 in presbyterum consecratur“; 5) nullus laicus decimas suas, aut ecclesiam, aut quidquid ecclesiastici iuris est, sine consensu episcopi, vel Romani concessionem pontificis, monasteriis aut canonicis offerre praesumat“; 6) „nullus abbas, nullus praepositus, quae iuris sunt ecclesiastici accipere sine episcopi concessionem praesumat“; 7) „nullus abbas pretium exigere ab eis, qui ad conversionem veniunt, praesumat“; 8) ne quis ordinis clericalis „investituram de manu laici suscipiat“; 9) de clericis acephalis, qui in curiis morantur; 10) de monachis vagantibus; 11) ut „nullum ius laicis in clericos sit“; 12) de iis „qui in (leg. a) subdiaconatu uxoris vacare voluerint, ab omni sacro ordine removendis“; 13) ne „scissis vestibus clerici abutantur, et ne pomposis induantur exuviis“; 14) de presbyterorum filiis a sacris muneribus removendis; 15) de excommunicatis non recipiendis; 16) de falsa poenitentia. Mansi XX. 721.
„ —	„	In eadem synodo „Rogerius dux ligius Urbani homo effectus, — accipit per vexillum ab eo terram cum ducatus honore“. Romualdus Salernit. 1090 ap. Muratori R. It. Scr. VII. 176.
(„) —	—	(4039) Piboni, episcopo Tullensi, ex concilii sententia respondet 1) de ecclesiasticis muneribus gratis distribuendis; 2) de iis, „qui a subdiaconatu uxoris vacaverint“, removendis; 3) de presbyterorum filiis a sacris muneribus amovendis. Addit 4) se „in generali synodo“ de clericis per excommunicatos episcopos ordinatis decreturum esse; 5) de simoniacis episcopis clericisque deiciendis; 6) de iis, „qui sine titulis ordinati sint“; 7) de bigamis et viduarum maritis a sacris muneribus submovendis. Mansi XX. 676, Cocqu. II. 106. — „Super quaestionibus“.
„ 21.	Venusiae	(4040) *Monasterii Cavensis possessiones confirmat. Ruinart Vit. Urb. in Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 65.
„ 30.	Ap. Barum	Heliam archiepiscopum Barensis consecrat „prid. Kal. Octubr.“ Anonym. Barens. Chron. 1090 ind. XIII. ap. Muratori R. It. Scr. V. 154.
Oct. 1.	„	„in Kal. Octubr. edificat (i. e. consecrat) confessionem S. Nicolai“. Anonym. Barens. Chron. 1090 ind. XIII. l. l. Cf. Lupum Protospatarium 1089 ap. Pertz M. G. Scr. V. 62.
„ 7.	„	(4041) Helial, archiepiscopi Barensis, „contra morem Romanae et apostolicae ecclesiae in sede propria“ consecrati iura metropolitana confirmat, pallioque ornat. („Propter ecclesiastica negotia“ inquit „in Apuliae provinciam descendentes, Rogerii ducis et fratris eius Boamundi deprecationibus invitati, civitatem vestram

		1089. (<i>Ind. 12—25. Sept.—13, pont. a. 1—12. Mart.—2.</i>) visitavimus“). Mansi XX. 645, Ughelli It. sacr. VII. 608, Cocqu. II. 64. — „Quia nostris“.
Oct. Nov. Dec. 25.	Brundisii Romae	Ecclesiam consecrat. Lupus Protospatrius 1089 l. 1. (4042) Rainoldo, archiepiscopo Remensi, pallium tribuit, ac totius secundae Belgicae provinciae primatum iusque consecrandi Francorum reges asserit. Baluzii Misc. II. 174, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 352, Bouquet Rec. XIV. 695, Gall. Chr. X. Instr. 29. — „Potestatem ligandi“.
„ 28.	„	(4043) Monasterii Balmensis possessiones, petente Hugone, archiepiscopo Vesontionensi, confirmat. Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 355. — „Potestatem ligandi“.
— —	—	(4044) Rainerio, cardinali presbytero, mandat, ut inter (Dalmatium), archiepiscopum Narbonensem, iudicet atque (Frotardum) abbatem S. Pontii et (Artaldum) episcopum Elenensem, monachosque Crassenses; praecipiatque episcopis Tarraconensibus, „ut interim Narbonensi tamquam proprio metropolitano obediant, — Tolitano autem sicut primati reverentiam exhibeant, donec Narbonensis, se eorum primatem fuisse, certa possit auctoritate monstrare“. Marcae dissert. tres 351, Bouquet Rec. XIV. 692, Mansi XX. 698, Aguirre Conc. V. 16. — „Quantum de tua religione“. (Huius epistolae fragmentum est ap. Mansi XX. 682, Aguirre l. 1. — „Veniens ad nos“).
— —	—	(4045) Raynerium, ecclesiae Romanae presbyterum atque legatum, inter (Bertrannum) episcopum Barcinonensem et (Frotardum) abbatem S. Pontii Tomeriemsem iudicem constituit. Mansi XX. 679, Aguirre Conc. V. 15, Bouquet Rec. XIV. 694. — „Postquam a nobis“.
— —	—	(4046) Frotardum, abbatem (S. Pontii) Tomeriemsem, hortatur, ut de illatis archiepiscopo Narbonensi iniuriis satisfaciatur, et cum episcopo Barcinonensi iudicium legati sui subeat. Mansi XX. 678, Aguirre Conc. V. 15, Bouquet Rec. XIV. 693. — „Venientes nuper“ „Venientibus nuper“.
— —	—	(4047) Clerum et populum Narbonensem et Raymundum comitem Aymericumque vicecomitem Dalmatio archiepiscopo, revertenti a sede apostolica, obedire iubet. Mansi XX. 678, Cocqu. II. 81, Bouquet Rec. XIV. 694, Gall. Chr. VI. Instr. 25. — „Venientem ad nos“.
— —	—	(4048) Clero et ordini monastico necnon nobilibus et plebi Viennae consistentibus (Guidonem) archiepiscopum redeuntem ex Italia commendat. Bona ab Ataldo praeposito dissipata archiepiscopo restitui iubet. Bouquet Rec. XIV. 691. — „Beati Petri filium“.
— —	—	c. 1089.
— —	—	(4049) Suffraganeis ecclesiae Arelatensis significat, extorta ex Guibilino episcopo iuramenta irrita a se facta esse; quem qui ceperint, eos infames declarat. Baluzii Misc. III. 8, Bouquet Rec. XIV. 696, Mansi XX. 700. — „Illa omnia“.
		1090. (<i>Ind. 13, pont. a. 2—12. Mart.—3.</i>)
Ian. 10.	Romae	(4050) Hospitalem S. Petri domum aedificatam a canonicis Pistoriensibus confirmat. Zacharia Anecd. m. aev. 222. — „Iustus votis“.
Mart. 6.	„	(4051) *Monasterii Raitenbuchensis, a Welfone, Bavariae duce, eiusque coniuge Iutta conditi, protectionem suscipit. Lang Regesta I. 104.
„ 28.	„	(4052) Canonicam S. Antonini tuendam suscipit, eiusque bona confirmat, imposito canonicis solidorum quinque censu annuo. Martene Thes. I. 248. — „Cum universis“.
Apr. 1.	„	(4053) Ecclesiae Gratianopolitanae possessiones iuraque, petente Hugone episcopo, confirmat. Baluzii Misc. III. 8, Cocqu. II. 68. — „Potestatem ligandi“.
„ 1.	„	(4054) *Monasterii S. Theotfredi Calmiliacensis bona confirmat. Mabillon Acta SS. ord. Ben. V. 274.
„ 6.	„	(4055) Monasterium b. Mariae Vallumbrosanum, congregationis caput, tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat. Zacharia Anecd. m. aev. 223, Cocqu. II. 69. — „Cum universis“.
„ 16.	„	(4056) Maioris-monasterii tutelam suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. (Fragmenta). Mabillon Ann. ord. Ben. saec. V. 272.
Aug. 15.	Sinuessae	(4057) *Burchardo abbati S. Basoli bullam tribuit. Ruinart Vit. Urb., Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 87.

1090. (Ind. 13, pont. a. 2—12. Mart.—3.)		
Oct. 7.	Salerni	(4058) Ecclesiae Ravellensis libertatem ac possessiones, petente Ursone episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. I. 1183. — „Sanctae Romanae“.
Nov. 24.	Capuae	(4059) Clero populoque Carnotensi Ivonem episcopum, in Gaufredi deiecti locum a se consecratum, commendat. Udalr. Bab. cod. n. 174 ap. Eccard Corp. hist. II. 196, Ivonis Opp. II. 1, Bouquet Rec. XIV. 698, Gall. Chr. VIII. Instr. 305, Mansi XX. 650. — „Nos quidem“.
„ 25.	„	(4060) Richerio, archiepiscopo Senonensi, Ivonem, episcopum Carnotensem, commendat. Gaufredum, si invadere episcopatum tentaverit, anathematizatum declarat. Ivonis Opp. II. 1, Bouquet Rec. XIV. 698, Mansi XX. 651; (Udalr. Bab. cod. n. 175 ap. Eccard Corp. hist. II. 196). — „Quantas pro“.
„ —	„	(4061) Altmanno, episcopo Passaviensi, „mittit epistolam, in qua mittit ei pallium, Tyemoni archiepiscopo (Salzburgensi) deferendum; cuius hic est textus: Strenuitatem tuam in dei rebus et ecclesiae laboribus audientes, in domino gaudemus, et ideo preces vestras in his, quae contra morem nostrae videntur ecclesiae, audivimus“ (Fragmentum). Vita Altmanni, Acta SS. Aug. T. II. 374. — „Strenuitatem tuam“.
1091. (Ind. 14, pont. a. 3—12. Mart.—4.)		
Febr. 1.	Beneventi	(4062) Lanzonem et Rodulfum abbates, Adalberonem primicerium, archidiaconos et omnem catholicum Metensis ecclesiae clerum et populum laudat, quod mortuo Herimanno episcopo bonum successorem elegerint. Permittit, ut ad eum consecrandum episcopos deligant. Idem ut diaconatum, ab archiepiscopo Trevirensi simoniace acceptum, a catholico aliquo episcopo recipiat, praecipit. Martene et Dur. Vet. Script. I. 529, Hontheim Hist. Trev. I. 439, Bouquet Rec. XIV. 699, Mansi XX. 705. — „Gaudemus filii“.
Mart. 28.	„	Synodi dies primus, „V. Kal. Apr.“. V. acta ap. Mansi XX. 738.
„ 29.	„	Synodi die secundo sancunt, ut „nullus deinceps in episcopum eligatur, nisi qui in sacris ordinibus religiose vivens inventus sit“, et „capellanis, qui contra statutum numerum in ecclesiis sine consensu sui episcopi militaverint et a laicis decimas obtinuerint, officio et beneficio interdiciunt“. V. Acta I. I.
„ 30.	„	Synodi die tertio statuunt, ut „nullus omnino episcopus alienum clericum sine formata epistola episcopi sui recipere aut ordinare praesumat“. V. Acta I. I. p. 739, cf. annotationem ibid.
„ 31.	„	Synodi die ultimo constituunt, ut „nullus laicus post caput ieiunii carnibus vesci audeat“, ut „omnes tam clerici quam laici, tam viri quam mulieres die illo cinerem supra capita sua accipiant“, ut „a die septuagesimae usque in octavas Pentecostes (al. octavam S. Paschae), vel a die dominici adventus usque in octavam epiphaniae matrimonia nullo modo contrahantur“. V. Acta I. I.
„ 29.	„	In eadem synodo „sententia anathematis super Guibertum haeresiarcham et omnes eius complices confirmatur“. Bernoldi Chron. 1091 ap. Pertz M. G. Scr. V. 451.
Apr. 1.	„	(4063) *Parthenonis S. Crucis Pictaviensis possessiones confirmat. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 282.
„	„	(4064) Ex concilii Beneventani sententia episcopatum Monopolitanum non ecclesiae Brundusinae, sed Romanae sedi subiectum declarat litteris ad Romualdum episcopum. Ughelli It. sacr. I. 963, Cocqu. II. 70, Mansi XX. 739. — „Sacrorum canonum“.
Iun. 3.	Militi	(4065) Monasterium S. Bartholomaei in Lipara insula („quia religiosi Imperatoris Constantini privilegio in ius proprium B. Petro eiusque successoribus occidentales omnes insulae condonatae sint“) tuendum suscipit, et eius bona confirmat, imposito monachis auri unciae censu annuo. Pirri Sic. sacr. II. 952, Ughelli It. sacr. I. 775. — „Cum universae insulae“.
„ 28.	Beneventi	(4066) Corsicam insulam, sub Gregorio VII. in pristinam ecclesiae Romanae ditionem redactam, Daimberto episcopo Pisano et eius successoribus, rogatu Mathildis comitissae, committit ea lege, ut annis singulis Lucanae monetae quinquaginta librae palatio Lateranensi persolvantur. Ughelli It. sacr. III. 369, Tronci mem. di Pisa 31, Dal Borgo racc. 270. — „Cum omnes“.
Iul. 1.	Capuae	(4067) Tarraconae urbis, a Berengario, comite Barcinonensi, cum „omni illius potestatis terra“ annuoque quinque librarum argenti censu b. Petro traditae, privilegia corroborat. Berengario, episcopo Ausonensi, eiusque successoribus ecclesiam Tarraconensem „iure proprio possidendam“ ac pallium concedit. Ecclesiae bona

		1091. (Ind. 14, pont. a. 3—12. Mart.—4.)
Iul. 14.	Troiae	confirmat. Mansi XX. 648, Aguirre Conc. V. 12, Puiades Cronica VIII. 85, Cocqu. II. 70. — „Inter primas Hispaniarum“.
c. Spt. 27.	Salerni	(4068) R(usticum) Vallumbrosanum et M(artinum) Camaldulensem abbates reprehendit, quod ante cognitam causam episcopo Pisano communionem renunciaverint. Mandat, ut accusatores eius „proxima b. Mariae nativitate“ (d. 8 Sept.) venire ad sese iubeant. Mittarelli Ann. Cam. III. app. 92. — „Religionis vestrae“.
Oct. 12.	Cessimi, al. Cossinii(Cassini?)	V. Bernoldi Chron. 1091 p. 453.
Dec. 20.	—	(4069) *Guillelmum, archiepiscopum Rotomagensem, ad restituendum monasterium S. Austrebertae Paviliacense excitat, „atque universis, qui eidem coenobio aliquid conferant, quartam poenitentiarum ab episcopo aut presbytero iniunctarum partem relaxat“. Ruinart Vit. Urb., Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 103.
„ 25.	extra Romam	(4070) Clero et populo Ambianensi significat, se Gerewinum, „cum testimonio litterarum Remorum archiepiscopi Rainoldi“ ad sese aggressum, episcopum sanxisse. Cui ut obtemperant, hortatur. Balzii Misc. II. 176, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 280, Bouquet Rec. XIV. 700. — „Reverentissimus frater“.
—	—	in terra S. Petri, „nativitate domini“. Bernoldi Chron. 1092 p. 453.
		(4071) Laicorum communem vitam agentium praelatis ita scribit: „Quosdam accepimus morem vestrorum cenobiorum corodentes, quo laicos seculo renunciantes et se suaque ad communem vitam transferentes, regendos in obedientia suscipitis. Nos vero eandem consuetudinem laudabilem approbamus, sanctam et catholicam nominamus, et confirmamus“. Bernoldi Chron. 1091 p. 453. — „Quosdam accepimus“.
		1092. (Ind. 15—25. Sept.—1, pont. a. 4—12. Mart.—5.)
Ian. 28.	Anagninae	(4072) G(ebhardum), episcopum Constantiensem, Welfonem et B(ertholdum) duces, et B. comitem hortatur, ut abbatem monasterii S. Salvatoris Schafhusensis tueantur contra Tutonem, donatum monasterio praedium auferre conantem. Episcopo mandat, Tutonem, „si iam factum non est, secundo et tercio canonicè commoneat, ut respiscat, quod si contempserit, gladium a nathematis in eum evaginet“. (Huius epistolae mentionem facere videtur Bernoldus in Chron. 1092 p. 454 cf. supra ep. 4030.) Neugart Cod. dipl. Al. II. 36, (Udalr. Bab. cod. n. 179 ap. Eccard Corp. hist. II. 200, Mansi XX. 708). — „Venerunt ad“.
Febr. 1.	„	(4073) Monasterium S. Mariae Raitenbuchense, conditum a Welfo, Bavarorum duce, tuendum suscipit, et eius bona ac iura ea lege confirmat, ut „per singulos annos ad nostrum, nostrorumque successorum usum quotidianum albam lineam et stollam Lateranensi palatio persolvatis“. Mon. Boic. VIII. 8, (Hund III. 143, Cocqu. II. 67.) — „Potestatem ligandi“.
Mart. 9.	„	(4074) Monasterium Catanense sedem episcopalem constituit, Anseriumque abbatem episcopum declarat. (Notae temporis sunt vitiosae). Acta SS. Febr. T. I. 655, Pirri Sic. sacr. I. 521, Amico Cat. ill. II. 17. — „Sicut beatissimi“.
„ 14.	„	(4075) Monasterium S. Sophiae Beneventanum tuendum suscipit et eius possessiones iuraque confirmat. Anecdota Ughelliana 493, Mansi XX. 699, Cocqu. II. 72. — „Potestatem ligandi“.
„ 23.	„	(4076) Monasterii S. Mariae et S. Iohannis Reinhardsbornensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, imposito monachis solidorum duorum censu annuo. Thuringia sacra 60, Schannat Vind. liter. I. 108. — „Iustis votis assensum“.
Apr. 11.	„	(4077) Monachorum Silvanicensium possessiones confirmat, „licet“ inquit „congregatio vestra et locus adhuc nobis incognitus sit“. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 297. — „Duo ad nos“.
„ 21.	„	(4078) Ecclesiae Pisanae, ob civium erga Romanam ecclesiam merita, episcopatus Corsicanos subiicit, petente Mathilda comitissa. Daimbertum, episcopum Pisannum, „archiepiscopum eiusdem insulae“ constituit, pallioque donat. Dal Borgo racc. 198, Tronci mem. di Pisa 32, Ammirato vescovi di Fiesole 92, Ughelli It. sacr. III. 369, Cocqu. II. 73. — „Cum universis“.
„ 25.	(„)	(4079) B(erengarium), archiepiscopum Tarraconensem, monet, ne in erigenda ecclesia Tarraconensi negligenter agat, utque primati, archiepiscopo Toletano, nunc suo in Hispania universa et in Narbonensi provincia constituto vicario, obediat. Mansi XX. 682, Aguirre Conc. V. 14. — „Novit dilectio“.
Mai. 7.	„	(4080) *Guariño, monasterii S. Laurentii Aversani abbati, mitrae et anuli usum concedit. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 292.

Sept.	4.	Salerno	1092. (<i>Ind. 15—25. Sept.—1, pont. a. 4—12. Mart.—5.</i>) in monasterium Cavense proficiscitur cum Rogero duce „pridie quam dies consecrationis“ ecclesiae Cavensis. Historia consecr. monast. Cavensis ap. Muratori R. It. Scr. VI. 237, Acta SS. Mart. T. I. 336.
„	4.	In Cavense	Monasterium pervenit. Hist. consecr. monast. Cavens. I. I.
„	5.	In monasterio Cavensi	Ecclesiam S. Trinitatis consecrat „nonis Sept.“ Hist. consecr. monast. Cavens. I. I., Annal. Cavens. 1092 ap. Pertz M. G. Scr. III. 190; cf. infra bullam 4081.
„	5.	Ex Cavensi	Monasterio Salernum revertitur. Hist. consecr. monast. Cav. I. I.
„	14.	Salerni	(4081) Monasterii Cavensis, praesente Rogero duce die 5 Septembris a sese consecrati, privilegia confirmat et auget. Margarini Bull. Cas. I. 9, Rodericus Nova coll. priv. I, Mansi XX. 652, Ughelli It. sacr. I. 607. — „Cum universis“.
Oct.	—	Materae	Lupus Protospatarius 1093 I. I.
„	14.	—	(4082) Brunoni et Lanuino asserit locum a Rogero comite concessum et a Theodoro, episcopo Scyllacino, confirmatum. Privilegia quaedam iis tribuit. Vita S. Brunonis 211. — „Piae voluntatis affectus“.
„	27.	—	(4083) Raynaldum, archiepiscopum Remensem, et eius suffraganeos reprehendit, quod a rege et uxorem dimitti, et alteram benedicente episcopo Silvanectensi duci passi sint. Mandat, regem ab adulterio dehortentur, captumque episcopum Carnotensem dimitti iubeant. D'Achery Spic. III. 418, Bouquet Rec. XIV. 702, Mansi XX. 686, Cocqu. II. 77. — „Si sacerdotale quod“.
Nov.	18.	Matinae	(In monasterio S. Mariae, in Calabria). V. Urbani decretum in Baluzii Misc. III. 51, Sirmondi Opp. III. 547, Mansi XX. 684.
„	20.	In Anglone	(civitate Apuliae) cum Apuliae comitibus Boamunte et Guillelmo. V. Urbani decretum in Baluzii Misc. III. 51, Sirmondi opp. III. 547, Mansi XX. 684.
„	24.	Tarenti	(4084) Girardum (al. Goffridum) abbatem S. Albini Andegavensem, et Bernonem, abbatem S. Trinitatis Vindocinensem, hortatur, ut suam de eorum controversia sententiam observent. Baluzii Misc. III. 51, Sirmondi Opp. III. 547, Launoi Opp. III. I. 358, Bouquet Rec. XIV. 87, Mansi XX. 684 et 788, Cocqu. II. 71. — „Anno dominicae“.
Dec.	2.	Castraneti	(4085) Robertum, Flandriae comitem, a vexandis clericis dehortatur. Mansi XX. 745, (Pertz M. G. Scr. IX. 310). — „Memento carissime“.
„	2.	„	(4086) Clero et populo Atrebatensi praecipit, ut „iugo Cameracensis subiectionis excusso“, episcopum eligant, a metropolitano consecrandum. Baluzii Misc. II. 127, Bouquet Rec. XIV. 738, Mansi XX. 671, (Miraei Opp. dipl. I. 76). — „Atrebatensis ecclesia“.
—	—	—	(4087) Rainoldo, archiepiscopo Remensi, mandat, ut quem clerus populusque Atrebatensis elegerint, episcopum consecret. Baluzii Misc. II. 127, Marlot Metr. Rem. II. 206, Bouquet Rec. XIV. 738, Mansi XX. 670. — „Noverit tua fraternitas“.
Dec.	25.	Extra Romanam	in terra S. Petri „nativitate domini“. Bernoldi Chron. 1093. p. 455.
—	—	—	1088—1093.
—	—	—	(4088) Guimundo, episcopo Aversano, scribit, id, quod de Richardo, filio Burrelli, fecerit, sibi probari; „sed“ inquit „non adeo timendum, non adeo est vobis ab eius eleemosynis abstinendum; nos plane inter duo oppugnantia positi, inter impios videlicet et schismaticos, schismaticis ullo modo communicare non possumus, istis autem, licet peccatoribus et praedonibus, dispensative propterea communicamus, quia et ecclesiam hactenus sustentaverunt et se fideles in posterum pollicentur; alioquin oportet nos de huius mundi partibus exire; sub qua etiam sponse nos eis nuper in b. Petri natalitiis (29. Iunii) absolutionem indulsumus. Quia ergo praedictus vir neque nominative excommunicatus, neque communicans excommunicatis obiit, sed in domini sui servitio permansit, licet nobis, dispensative, id est quamdiu eos nos patimur, eius eleemosynis communicare, et defuncti animam Christianae religionis moribus adiuvere“. (Fragmentum.) Ivonis decr. XIV. c. 68, Gratiani decr. C. XXIV. qu. 2 c. 3. — „Sane quod super“.
—	—	—	(4089) Auselmo, archiepiscopo Mediolanensi, de modo reconciliandorum lapsorum scribit. Cocqu. II. 72, Mansi XX. 645. — „Discretionis nostrae“.
—	—	—	(4090) Guernerio Narbonensi (leg. Merseburgensi) episcopo, concedit, ut clericus, qui lapide iacto puerum interemerit, suscepta sempiterna poenitentia in suo ordine permaneat. (Fragmentum). Gratiani decr. I. D. 50. c. 37. — „Clerico iaciente“.

1091—1093.

—	—	(4091) Alberto, episcopo Metensi, suadet, ut in sacerdotem quendam, dignitatem simoniace adeptum, mansuetudine utatur, „ita tamen“ inquit „ut, si ecclesia illa, cui deservit sacerdotum penuriam non patitur, suspensus a sacerdotali officio permaneat; quod si fortasse ecclesiae utilitas exegerit, ut curam regiminis assumat, liceat ei ex concessione sui episcopi fratrumque obedientia sacerdotali officio fungi“. Gratiani decr. C. I. qu. 5. c. 3. — „Praesentium portitorem“.
—	—	1093. (<i>Ind. 1—25. Sept.—2, pont. a. 5—12. Mart.—6.</i>)
—	—	(4092) Universis Britanniae episcopis significat, se R(ollando), episcopo Dolensi, pallium salvo iure Turonensis ecclesiae tribuisse. Martene Thes. III. 878, Morice Mém. de Bret. I. 467, Bouquet Rec. XIV. 704. — „Expetendi palli“.
—	—	(4093) Principibus et populo ecclesiae Dolensis praecipit, ut ablata ecclesiae bona R(ollando) archiepiscopo restituant. Martene Thes. III. 879, Morice Mém. de Bret. I. 469, Bouquet Rec. XIV. 705. — „Audivimus Dolensis“.
Febr. Mart.	Beneventi	V. Annal. Benevent. 1092 (1093) ap. Pertz M. G. Scr. III. 182: „Urbanus per Beneventum transiens Troie sinodum fecit“. Cf. Urbani ep. ap. Martene Thes. III. 879.
Mart. 11.	Troiae	Synodus episcoporum fere 75, „V. id. Martii“. Acta ap. Mansi XX. 789, cf. Bernoldi Chron. 1093 p. 456
„ 12.	„	Synodi die secundo statuunt 1) de dissolvendis consanguineorum matrimoniis 2) de trevia dei non frangenda. Acta l. l. Cf. Ivonis decr. IX. c. 53.
„ 19.	„	(4094) Monasterium S. Pauli Narbonense tuendum suscipit, salvo iure archiepiscopi. Gall. Chr. VI. Instr. 25, (Hist. de Languedoc II. Pr. p. 331). — „Piae voluntatis“.
Apr. 20.	In monte Gargano	(4095) Monasterii S. Mariae Zwifaltensis protectionem suscipit, bona confirmat, privilegia instituit, imposito monachis aurei censu annuo. Wirtemb. Urkundenb. I. 298. — „Piae voluntatis affectus“.
(Mai.)	—	(4096) Rainaldo, archiepiscopo Remensi, iterum mandat, ut ecclesiae Atrebatensi episcopum praeficiendum curet, „nisi forte eiusdem urbis possessionem Cameracensis ecclesia valeat auctoritatis Romanae privilegio vindicare“. Electum, si ob aemulorum invidiam consecrare eum vereatur, mitti ad sese vult. Baluzii Misc. II. 12, Marlot Metr. Rem. II. 207, Bouquet Rec. XIV. 741, Mansi XX. 670. — „Atrebatenses clerici“.
(„)	—	(4097) Clero et populo Atrebatensi, quae superiore epistola Rainaldo archiepiscopo, eadem scribit. Baluzii Misc. II. 129, Bouquet Rec. XIV. 742, Mansi XX. 671. — „Duo ecclesiae vestrae“.
Iul. 18.	—	(4098) Clerum populumque Ambianensem iubet Gerewino episcopo, de simonia purgato, obedire. Praecipit, ut „clerici, contra sanctorum canonum disciplinam mulieribus copulati, ab huiusmodi aliisque flagitiis omnino desistant“. Baluzii Misc. II. 176, Bouquet Rec. XIV. 705. — „Accusationem simoniacae“.
(Aug.)	In Casinensi	monasterio. V. infra bullam 4099; cf. Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 7 p. 762.
Aug. 24.	Bantii	Monasterii ecclesiam consecrat. V. infra bullam 4100.
(„)	—	(4099) Monasterium S. Mariae Bantinum, a sese consecratum, potestate episcopali liberat, et possessiones eius confirmat, imposito monachis auri unciae tributo annuo. („Nos itaque“ inquit „in Cassino monte filiorum nostrorum, Rogerii ducis et Boamundi fratris eius et Ursonis abbatis precum instantia fatigati ad consecrandum Bantinum monasterium pervenimus“). Mansi XX. 643, Cocqu. II. 63. — „Divinae miserationis“.
Sept. 14.	Salerni	(4100) Monasterii S. Mariae Bantini ecclesia die 24 m. Augusti consecrata, (in qua se scribit ante pontificatum „in minoribus ordinibus constitutum“ fuisse), statuit, ut qui diebus certis monasterium adierint, peccatorum absolutione fruuntur. Ughelli It. sacr. VII. 27.
Oct. 3.	Ap. oppidum Caiasiae	(4101) Ecclesiae Miletensis privilegia, petente Giraldo (Gaufrido?) episcopo, confirmat. Capialdi Mem. della chiesa Milet. 141. — „Potestatem ligandi“.
(„)	—	(4102) Rainaldum, archiepiscopum Remensem, vituperat, quod electum Atrebatensem nondum consecraverit. Praecipit, ut eum aut intra dies 30 consecret, aut ad sese mittat. Baluzii Misc. II. 130, Bouquet Rec. XIV. 744, Mansi XX. 671. — „Quod de Atrebatensi“.
„ 11.	—	(4103) Lamberto, electo Atrebatensi, gratulatur, ac de superioribus ad Rainaldum archiepiscopum litteris significat. Baluzii Misc. II. 130, Bouquet Rec. XIV. 744, Mansi XX. 672. — „Laetamur propter“.

		1093. (<i>Ind. 1—25. sept.—2, pont. a. 5—12. Mart.—6.</i>)
Oct.	17.	Ceperani (4104) Monasterio-novo Pictaviensi ecclesiam b. Nicolai addicit. (Hanc bullam Ceperani datam esse, testatur Ruinart in Vit. Urb., Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 139.) Gall. Chr. II. Instr. 356, Bouquet Rec. XIV. 706. — „Ad hoc sedi“.
Nov.	2.	Apud oppidum Alatri (4105) R(ainaldi) abbatis S. Cypriani (Pictaviensis) iura de ecclesia S. Crucis apud Englam confirmat. Bouquet Rec. XIV. 696. — „Ex nostri officii“.
„	2.	— (4106) Episcopis, abbatibus per Aquitaniam, Guasconiam et inferiorem Burgundiam constitutis scribit, se sperare, fore ut „in proximo apostolicae sedis libertas restitatur“. „Studeat ergo“ inquit „unusquisque vestrum praesentibus eius laboribus succurrere, et per R(ainaldum) monasterii B. Cypriani (Pictaviensis) abbatem dirigere non cunctetur, ita tamen ut quod quisque contulerit, adscripto sui nominis titulo nostrae notitiae repraesentet; quod si forte caritatis vestrae viscera effundere neglexeritis, id saltem, quod ex censu anno Lateranensi palatio vos debere cognoscitis, transmittere nullo modo detrectetis“. Bouquet Rec. XIV. 697. — „Dilectissimus ac familiaris“.
—	—	(4107) R(ainaldo) abbati S. Cypriani (Pictaviensis) mandat, ut una cum G(ervasio) S. Sabini abbate „episcopis atque proceribus, ceterisque catholicis insistat, quatinus pauperum Romanae ecclesiae memores sint“. „Quod igitur quisque“ inquit „destinaverit, alacriter beatis apostolis Petro et Paulo offerat, et praenotatis nominibus suis apud vos collationem deponant; praeterea vobis iniungimus, ut coenobiorum, quae nostri iris sunt, specialiter censum exigatis instanter“. Bouquet Rec. XIV. 697. — „De religione tua“.
Nov.	11.	Anagninae (4108) *Canonicis regularibus S. Quintini Bellovacensibus bullam tribuit. Ruinart Vit. Urb., Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 139—140.
„	17.	„ (4109) Rogerium, ecclesiae Syracusanae Saracenis creptae episcopum a Rogerio „militate“ constitutum. confirmat. (Signa chronologica sunt corrupta; pro „Kal. Dec.“ legendum videtur: „XV. Kal. Dec.“). Pirri Sic. sacr. I. 617, (Cocqu. II. 77). — „Universis fere“.
„	20.	„ (4110) *Monasterio Burguliensi bullam largitur. Ruinart Vit. Urb., Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 140.
„	—	Romam Pervenit. Ivonis epist. 27, Opp. II. 13: „De ipso papa hoc tibi dico, quia mense Novembri cum eo Romam pacifice intravi“.
„	24.	Romae (4111) Congregationi monasterii Vindocinensis scribit, relatum sibi esse, episcopum Carnotensem (Ivonem) a Gaufrido, eorum abbate, „in consecratione professionem extorsisse“. Hanc professionem rescindit, ac „ne abbas monasterii eorum deinceps episcopo professionem faciat“, praecipit. Sirmondi Opp. III. 467, Ivonis Opp. II. 183, Bouquet Rec. XIV. 734, Launoi Opp. III. i. 373. — „Relatum nobis“.
Dec.	25.	„ „Natali domini“. Bernoldi Chron. 1094. p. 457.
—	—	(4112) Rainaldum, archiepiscopum Remensem, monet, ne Cameracensibus, ecclesiam Atrebatensem ad se vindicantibus, aurem praebet; curaque eum iubet, „ut utraque ecclesia cardinali non destituatur episcopo, nisi forte Cameracenses privilegium Romanae auctoritatis ostenderit“. „Unde“ inquit „eos praemonere procures, quatenus in proxima quadragesima, cum Atrebatenses pro electi sui confirmatione ad nos venerint, ipsi quoque cum ecclesiae suae auctoritatibus nostrae se audientiae repraesentent“. De Manasse a Cameracensibus electo addit. Baluzii Misc. II. 132, D'Achery Spic. III. 422, Bouquet Rec. XIV. 747, Mansi XX. 672. — „Decuerat fraternitatis“.
		1088—1094.
—	—	(4113) Sancium, Aragonum regem, hortatur, ne neptem invitam cuidam in matrimonium det, etsi fide, „necessitatis instante articulo“ data, astrictus sit. (Fragmentum). Ivonis decr. VIII. c. 24, Gratiani decr. C. XXXI. qu. 2. c. 3, Mansi XX. 713. — „De neptis tuae“.
—	—	(4114) Iohanni, abbati Pinnensi, praecipit, ne decumas quasdam canonicis ecclesiae S. Saturnini Tolosanis auferat, atque ut „eis iudicio Pampilonensis episcopi de illis, quas retinuerit, satisfaciatur“. Sancio regi et eius sorori comitissae salutem ascribit. Baluzii Misc. II. 180. — „Clamor canonicorum“.
		1090. 1094.
Inl.	30.	trans Tiberim (4115) Willelmo, archiepiscopo Rotomagensi, et canonicis S. Mellonis de Ponte Isarae

1090. 1094.

et habitatoribus eiusdem castri praecipit, „ne prohibeant monachos Beccenses, qui sint in ecclesia S. Petri de Ponte Isarae, pulsare signa sua ad horas secundum ordinem suum“. Baluzii Misc. III. 8, Bouquet Rec. XIV. 695, Mansi XX. 701. — „Significatum nobis“.

1094. (*Ind. 2, pont. a. 6—12. Mart.—7.*)

Ian.	—	Romae	Ivonis epist. 27, Opp. II. 13: „mense Ianuario eum (Urbanum) ibi (Romae) dimisi, ibi adhuc moratur et adversarii ecclesiae oblectatur“.
(„)	—	„	prope S. Mariam novam „in quaedam firmissima munitione moratur“. Bernoldi Chron. 1094. p. 458.
„	29.	„	in ecclesia S. Mariae novae Herrandum episcopum Halberstadensem consecrat. V. infra ep. 4118.
Febr.	6	„	(4116) Monasterii S. Blasii bona a Mathilde comitissa donata confirmat. Gerbert H. N. S. III. 33. — „Sicut irrationabilia“.
„	6	„	(4117) N. (Hartwigo), archiepiscopo Magdeburgensi et N. episcopo Virdunensi (Verdensi), ceterisque episcopis atque abbatibus Saxoniae, in catholica fide persistentibus, commendat H(errandum), episcopum Halberstadensem a sese ideo consecratum, „quia in metropolitana Moguntina ecclesia pro tanta schismaticorum tempestate ordinari non potuisset“. Invasorem Halberstadensis ecclesiae reprobatur. Udalr. Bab. cod. n. 181 ap. Eccard Corp. hist. II. 201, Mansi XX. 710. — „Qualiter in“.
„	6	„	(4118) Omnibus per Saxoniam ecclesiae catholicae filiis significat, H(errandum) episcopum Halberstadensem consecratum a se esse. Cui ut obediant praecipit. Omnes ab invasoris fidelitate solvit. (Ad consecrationem Herrandi referenda haec verba sunt: „Actum Romae in ecclesia S. Mariae, quae dicitur nova IIII. Kal. Febr. [dominico die 29 Ian.] anno dem. inc. 1093 pont. a. 6“.) Wedekind Noten III. 293. — „Qualiter in“.
(„)	—	(„)	(4119) Clero populoque Halberstadensi episcopum (Herrandum) a sese consecratum commendat. Ecclesiae invasorem repudiat. Udalr. Bab. cod. n. 180 ap. Eccard Corp. hist. II. 200, Mansi XX. 708. — „Non exigua“.
„	17.	„	(4120) Monasterii S. Mariae et S. Ioannis Reinhardsbornensis protectionem iterum suscipit, bona confirmat, privilegia auget. Thuringia sacra 61. — „Iustis votis assensum“.
„	18.	„	apud S. Mariam novam „sabbato ante dominicam: Esto mihi“. V. Gesta Atreb. in Baluzii Misc. II. 131.
„	24.	(„)	(4121) Fulconi, episcopo Bellovacensi, variis criminibus per clericos accusato, praecipit, ut purgandi sui causa aut ad (Rainaldum) archiepiscopum Remensem aut ad sese accedat. Louvet Hist. de Beauvais 508, L'Oisel Mém. de Beauvais 262, Bouquet Rec. XIV. 706. — „Multa et gravia“.
(„)	—	„	(4122) Clero populoque Bellovacensi castellaniam Odoni militi a sese assertam nunciat. Louvet Hist. de Beauvais 506, L'Oisel Mém. de Beauvais 264, Bouquet Rec. XIV. 707 not. b. — „Ex apostolicae memoriae“.
Mar.	14.	„	(4123) *Monasterii Vindocinensis iura et possessiones confirmat. Ruinart Vit. Urb., Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 151.
„	19.	„	apud S. Mariam novam Lambertum episcopum Atrebatensem consecrat „anno dei Christi MXCIII. (leg. MXCIV), XIV. Kal. Apr. — dominica: Laetare Hierusalem“. V. Gesta Atreb. in Baluzii Misc. II. 131.
„	28.	„	(4124) Ecclesiae Atrebatensi, Cameracensibus episcopis adhuc usque subditae, Lambertum episcopum „cleri plebiaque consensu electum“ praeficit et consecrat. Statuit, „ut Atrebatensis ecclesia deinceps cardinalem semper episcopum sortiatur“. Baluzii Misc. II. 134, Bouquet Rec. XIV. 749, D'Achery Spic. III. 425, Marlot Metr. Rem. II. 209, Mansi XX. 668, Cocqu. II. 78. — „Liquet sanctorum“.
„	24.	„	(4125) Alardum Atrebatensem et Bernardum Obstrevandensem archidiaconos et omnes praepositos atque decanos cum omnibus clericis, qui in praedictis archidiaconiis sunt, „a professione ecclesiae Cameracensis absolvit“. Hortatur, ut Lamberto, episcopo Atrebatensi, deinceps obediant. Baluzii Misc. II. 133, Bouquet Rec. XIV. 749, Mansi XX. 674, (Miraei Opp. dipl. I. 271.) — „Apostolicae sedis“.
„	24.	„	(4126) Aloldum S. Vedasti, Richardum Marcianensem, Albertum Hasnoniensem, Hamericum Aquicinctensem abbates et S. Ragenfredis et Strumensem abbatissas pa-

		1094. (<i>Ind. 2, pont. a. 6—12. Mart.—7.</i>) rere Lamberto, episcopo Atrebatensi, iubet. Baluzii Misc. II. 133, (D'Achery Spic. III. 423, Mansi XX. 674.) — „Apostolicae sedis“.
Mart. 25.	Romae	(4127) Rainaldo, archiepiscopo Remensi, et eius suffraganeis Lambertum, episcopum Atrebatensem, commendat. Baluzii Misc. II. 133, Marlot Metr. Rem. II. 208, Bouquet Rec. XIV. 748, Mansi XX. 673. — „Cum Atrebatenses“.
„ 26.	„	in domo Ioannis Frangipani. Goffridi abb. Vindoc. ep. L. I. 8 in Sirmondi Opp. III. 424: „quindecim diebus ante pascha Ferruchius, quem Lateranensis palatii custodem Guitbertus fecerat, per internuncios locutus est cum domino papa, quaerens ab eo pecuniam, ut ipse redderet illi turrim et domum illam“.
„ 31.	„	(4128) Guillelmum, Pictaviensium comitem, hortatur, ut ablata monasterio Vindocinensi reddat. Sirmondi Opp. III. 569 not. b., Bouquet Rec. XIV. 710, Mansi XX. 685. — „Saepe tuam indolem“.
„ 31.	„	(4129) *Amato, legato apostolicae sedis, aliisque duobus episcopis iniungit, ut Guillelmum (comitem Pictaviensem) pro excommunicato habeant, nisi intra tempus a se praefinitum bona Vindocinensibus monachis ablata restituere faciat“. Ruinart Vit. Urb., Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 151.
„ 31.	„	(4130) Rotberto, Flandrensium comiti, et ecclesiam et episcopum Atrebatensem commendat. Baluzii Misc. II. 133, Mansi XX. 674. — „Magna tibi exultatione“.
Apr. 5.	„	(4131) Radulfo, archiepiscopo Turonensi, concedit, „ut tam Dolensis quam ceteri deinceps Britannorum episcopi Turonensem ecclesiam suam esse metropolim recognoscant, nec ullo ulterius tempore post Rolandi obitum ad pallii usum Dolensis aspiret episcopus“. Martene Thes. III. 879, Morice Mém. de Bret. I. 482, Bouquet Rec. XIV. 708. — „Sanctorum canonum“.
„ 11.	„	(4132) Universis episcopis per Britanniam constitutis praecipit, „ut Turonensi deinceps archiepiscopo, quae metropolitanum decet, obedientiam exhibere curent“. Martene Thes. III. 881, Morice Mém. de Bret. I. 483, Bouquet Rec. XIV. 709. — „Pro confratris“.
Apr. Mai.	Laterani	V. Goffridi abb. Vindoc. ep. L. I. 8 in Sirmondi opp. III. 424.
Mai. 13.	„	(4133) In Rainaldum, archiepiscopum Remensem, eiusque suffraganeos invehitur, quod in Fulconem, episcopum Bellocensem, iam „anno praeterito“ omni simoniae suspicione a sese liberatum, iudicium dederint. Sententiam in eum prolatam rescindit. Baluzii Misc. II. 180, Bouquet Rec. XIV. 701, Mansi XX. 711. — „Fraternitati vestrae“.
„ 16.	Romae	(4134) Hugoni, archiepiscopo Lugdunensi, ecclesiae Romanae legato, haec scribit: „Sollicitudinis nostrae vices et agendorum conciliorum providentiam strenuitati tuae pure simpliciterque commisimus, sed pro conservanda pace et negotio facilius peragendo utilius aestimavimus, confratris nostri Remensis archiepiscopi (Rainaldi) consilium adhibere, quia in eius manu familiaris causa regis versatur“. Mandat, iudicet inter Guidonem, archiepiscopum Viennensem, et Hugonem, episcopum Gratianopolitanum. Theodori Poenitentiale II. 527, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 359, Bouquet Rec. XIV. 758. — „Sollicitudinis nostrae“.
„ 16.	„	(4135) Hugoni, episcopo Gratianopolitano, de superiore epistola significat. Theodori Poenitentiale II. 528, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 360, Bouquet Rec. XIV. 758. — „Pro negotio tuo“.
Iun. 29.	„	(4136) Ecclesiam b. Gervasii in castro Montebello tuendam suscipit eiusque bona et privilegia confirmat ea lege, ut „per singulos annos caereus cum denario Lateranensi persolvatur palatio“. Campi Hist. di Piac. I. 523. — „Sicuti irrationabilia“.
Oct. 10.	Pisis	fuisse videtur ex litteris ab Humbaldo, episcopo Lemovicensi, „falsatis“ ap. Baluzium Misc. II. 182, et Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 383.
— —	—	(4137) *Raynoldum, archiepiscopum Remensem, venire iubet ad concilium, „circa medium Februarii intra Tusciam vel Longobardiam“ agendam. V. Raynoldi ep. in Baluzii Misc. II. 135 et ap. Mansi XX. 693.
Dec. 19.	Pistoriae	(4138) Canonicorum Pistoriensium disciplinam, possessiones, privilegia confirmat. Zacharia Anecd. m. aev. 224, Fioravanti mem. di Pistoia p. 162. — „Piae voluntatis“.
„ 25.	In Tuscia	„nativitate domini“. Bernoldi Chron. 1095 p. 461.
— —	—	(4139) Duranno, Arvernorum episcopo, mandat, ut a canonicis Biliomensibus coenobium b. Lupi restitui monachis Cluniacensibus iubeat. Baluzii Misc. II. 176, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 336, Bouquet Rec. XIV. 711. — „Adversus fraternitatem“.

c. 1094.

(4140) Guillelmum, comitem Tolosanum, de expulsis abbatibus Moissacensi et Lesatensi obiurgat. Ansqutillum (Ansqulinum) nunciat, reiecto Unaldo (Hunaldo) invasore, abbatem Moissiacensem a sese sancitum esse. Gall. Chr. I. Instr. 40, Baluzii Misc. II. 181, Hist. de Languedoc II. Pr. p. 334, Bouquet Rec. XIV. 710. — „Super religione“.

(4141) Guillelmo (Geraldo?) episcopo Cadurcensi mandat, ut, expulso Hunaldo, Ansqulinum in monasterium Moissiacense abbatem reducat. Baluzii Misc. II. 181, Bouquet Rec. XIV. 711. — „Quamvis supra“.

1088—1095.

(4142) Godefredo, episcopo Lucano, mandat, ut excommunicatorum interfectoibus poenitentiam congruentem iniungat, „non enim“ inquit „eos homicidas arbitramur, quod adversus excommunicatos zelo catholicae matris ardentis, eorum quoslibet trucidasse contigerit“. Ivonis decr. X. c. 54, Gratiani decr. C. XXIII. qu. 5 c. 47, Mansi XX. 713. — „Excommunicatorum“.

1090—1095.

(4143) Cyriaco, episcopo Ianuensi, de dirimendo cuiusdam matrimonio scribit. (Fragmentum): Ivonis decr. IX. c. 33, (Gratiani decr. C. XXXV. qu. 6 c. 3). — „Notificamus tibi“.

1094—1095.

(4144) Rogerium ducem et Boamundum fratrem eius hortatur, ut monasterium Bantinum, a sese quodam consecratum, ab iniuriis maxime Goffredi, Amici comitis filii, defendant. Mansi XX. 647. — „Proclamationem ante“.

(4145) Berengerum, S. Laurentii Leodiensis abbatem, simoniacorum et Wibertistarum insectatorem, ab H(einrico) imperatore et Oberto episcopo expulsus consolatur. Obertum „ex decreto concilii nuper acti“ cum Wiberto, „bestia terribili“, et Walbodonem, abbatiae invasorem, excommunicatos nunciat. „Salutant vos“ inquit „in praesenti nobiscum congregati episcopi“. Martene et Dur. Vet. Scr. I. 553, Bouquet Rec. XIV. 703, Mansi XX. 915, Gall. Chr. III. Instr. 167. — „Gratias agimus“.

1095. (Ind. 3, pont. a. 7—12. Mart.—8.)

Febr. 1. Florentie (4146) Monasterii S. Petri Puteolensis possessiones et privilegia confirmat. Mittarelli Ann. Cam. III. append. 114. — „Desiderium, quod“.

„ 18. Cremonae (4147) Monasterii S. Aegidii bona, a Raimundo comite Tolosano restituta, confirmat. („Relecta et confirmata in concilio, quod idem papa Placentiae celebravit.“) Gall. Chr. VI. Instr. 182, Baluzii Misc. II. 177, Mansi XX. 808, (Cocqu. II. 79.) — „Notum omnibus“.

Mart. 1-7. In campo apud Placentiam Synodus, in qua constituunt, „ut ad poenitentiam nullo modo recipiantur, qui concubinas dimittere nolint“; ut sine licentia episcopi „nullus presbyter aliquos ad poenitentiam recipiat“; „ut quibuslibet rite ad confessionem venientibus eucharistia non denegetur“; sanctorum patrum de simonia statuta confirmant; ordinationes, a Guiberto ceterisque haeresiarchis excommunicatis (Nicolaitis, Berengianis) factas, rescindunt; praecipunt, „ut pro chrismate et baptismo et sepultura nihil unquam exigatur“; „ut ieiunia quatuor temporum celebrentur 1) in initio quadragesimae 2) in hebdomada pentecostes 3) et 4) in Septembri et Decembri solito more“; „sine titulo factam ordinationem irritam“ faciunt. Acta synodi sunt ap. Mansi XX. 804 sqq. et in Bernoldi Chron. 1095 p. 461. Cf. tabulam ap. Campi Hist. di Piac. I. 370.

In eadem synodo Praxedi (Adelheidi), Heinrici imperatoris uxori e matrimonio dimissae, peccata condonantur; Philippo, Francorum regi, absentiam per legatos excusanti, „induciae usque ad pentecosten (d. 13 Maii)“ conceduntur; Hugoni, archiepiscopo Lugdunensi, sacro munere administrando interdicitur. Bernoldi Chron. 1095.

In eadem synodo Urbanus ad Alexii, imperatoris Graeci „auxilium multos incitavit, ut etiam iureiurando promitterent, se illuc ituros, et eidem imperatori contra paganos pro posse suo fidelissimum adiutorium collaturos“. Bernoldi Chron. 1095.

		1095. (<i>Ind. 3, pont. a. 7—12. Mart.—8.</i>)
Mart.	8.	Placentiae (4148) Monasterium S. Georgii in nigra silva tuendum suscipit, possessiones eius confirmat iuraque constituit, imposito monachis aurei bizantii censu annuo. Schoepflin Als. Dipl. I. 177. — „Desiderium, quod ad“.
"	8.	" (4149) Monasterii Hirsaugiensis protectionem suscipit, et bona iuraque confirmat ea lege, ut monachi singulis annis bizantium aureum palatio Lateranensi persolvant. Besoldi doc. red. 335, Wirtemb. Urkundenb. I. 305, Petri Suev. eccl. 421, Cocqu. II. 80. — „Cum universis“.
"	9.	" (4150) Clero et populo Noviomensi significat, in concilio Placentino „neminem adversus Radbodum, episcopum eorum, aliquid protulisse“. Itaque „cum gratiae suae plenitudine“ eum remittit, causamque ad (Hugonem) „Lugdunensem legatum“ deferri vult. Bouquet Rec. XIV. 712. — „Noverit dilectio vestra“.
"	10.	" (4151) Monasterii S. Petri (in nigra silva) tutelam suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, imposito monachis aurei bizantii censu annuo. Leichtlen Die Zähringer 60, Schoepflin Hist. Zar. Bad. V. 29. — „Desiderium, quod ad“.
"	11.	" (4152) Rotbertum, Flandrensium comitem, hortatur, ut Lambertum, episcopum Atrebatensem, in recuperandis ecclesiae possessionibus adjuvet. Baluzii Misc. II. 135, Bouquet Rec. XIV. 753, D'Achery Spic. III. 423, Mansi XX. 675. — „Pro carissimo fratre“.
(..)	—	(..)
"	12.	" (4153) Gualcherum, electum Cameracensem, hortatur, ne ecclesiae Atrebatensis iura laedat. Baluzii Misc. II. 135, Bouquet Rec. XIV. 753, D'Achery Spic. III. 424, Mansi XX. 675. — „Meminisse te“.
"	14.	" (4154) Guidoni, archiepiscopo Viennensi, scribit haec: „Contra ecclesiae morem absentis tibi pallium contribuimus, privilegium quoque concessimus, in quo tamen legatus tuus id per surreptionem fecit adscribi, quod usque ad tua tempora Gratianopolitanus episcopus possederat“. Episcopum Gratianopolitanum nunciat de pago Salmoriacensi in concilio Placentino reinvestitum esse. Theodori Poenitentiale II. 231, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 363, Bouquet Rec. XIV. 759. — „Necessitati et utilitati“.
"	14.	" (4155) Ecclesiam Burgensem, ab Ildefonso rege ob ecclesiae Aucensis excidium conditam, sedem episcopalem manere iubet. Confinium Burgensis et Oxomensis dioecesium, in synodo Fusellensi praesente sedis apostolicae legato, Richardo cardinali presbytero abbate Massiliensi, constitutum, et ecclesiae Burgensis possessiones confirmat, petente Gomesano episcopo. Florez Esp. sagr. XXVI. 463, Loperaez Corvalan Descr. hist. del ob. de Osma III. 551. — „Claruisse plurimas“.
"	14.	" (4156) Ecclesiae Magalonensis possessiones confirmat. Gariel Ser. I. 125, (Gall. Chr. VI. Instr. 352). — „Piae voluntatis“.
"	16.	" (4157) Monasterii Cluniacensis possessiones confirmat, Hugonisque abbatis successoribus dalmaticae, compagorum, chirothecarum et mitrae usum concedit. Bibl. Clun. 516, Bullar. Cluniac. 23, Cocqu. II. 82. — „Cum omnibus sanctae“.
"	19.	" (4158) Monasterium b. Mariae Pineroliense tuendum suscipit, et eius possessiones ac iura confirmat augetque ea lege, „ut tam pro ipso coenobio quam pro Musinascho unam auri unciam, pro ecclesia vero Montis Genonis duodecim Papiensis monetae nummos“ quotannis persolvant monachi. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 715. — „Ad hoc nos“.
"	31.	" (4159) Ecclesiam b. Petri Guastallensem tuendam suscipit, eiusque bona et iura confirmat. Affò Ist. di Guast. I. 325. — „Iustis votis“.
Apr.	4.	" (4160) Ricardo, S. Romanae ecclesiae cardinali et Massiliensi abbati, eiusque successoribus „in quibusdam monasteriis disponendis, abbatum scilicet ordinationibus atque correctionibus, suas vices committit“. Monasterii possessiones confirmat. Duchesne Hist. des cardinaux François II. 40. — „Iustis votis assensum“.
"	10.	Cremonae Bernoldi Chron. 1095 p. 463: „Chonradus rex, filius Heinrici, domno papae Urbano, Cremonam venienti obviam progreditur eique stratoris officium exhibuit 4 id. Aprilis“. Codex Mus. Britan. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 474: „4 idus Aprilis veniente domno papa Cremonam, rex Chounradus II. obviam procedens stratoris officio usus est“.
"	15.	" Cod. Mus. Brit. l. l.: „17 Kal. Maii fecit (Chounradus rex) sacramento securitatem ei (Urbano) de vita, de membris, de captione, de papatu Romano et regalibus s. Petri tam intra Romam quam extra Romam acquirendis, tenendis ac defendendis contra omnes homines, bona fide, sine fraude et malo ingenio. Tunc papa eum in filium Romanae ecclesiae assumpsit, et, si rex ista, sicut promisit, observaret, coram po-

		1095. (Ind. 3. pont. a. 7—12. Mart.—8.)
		pulo pollicitus est, eum adiuuare ad acquirendum et tenendum et defendendum regnum; et, quando ei deus Romam pro corona venire concesserit, coronam imperii dare et eum in caeteris negotiis adiuuare, salva scilicet ipsius ecclesiae iustitia et decretis apostolicis maxime de investituris. Cf. Bernoldi Chron. 1095 l. l.
Apr.	15. Cremontae	(4161) Ecclesia Arausicana ut post G(uillelmi) episcopi mortem coniungatur cum Tricastinensi ecclesia, statuit. Gall. Chr. I. Instr. 119, Bouquet Rec. XIV. 712, Mansi XX. 809, Coeq. II. 84. — „Ad praesentium“.
Mai.	2. Mediolani	Humbaldum episcopum Autissiodorensem consecrat „VI. nonas Maii“. Ex veteribus monumentis eccl. Autiss. Ruinart in Vit. Urb.; Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 182.
„	16. „	(4162) Monasterii S. Abundii Comensis possessiones iuraque confirmat. Tatti Anali sacri di Como II. 864. — „Desiderium, quod“.
„	21. „	(4163) Clericos regulares a Petro, episcopo Carcassonensi, in tres ecclesias introductos comprobat. (In clausula falso additum est: „an. MLXXXVIII.“) Gall. Chr. VI. Instr. 431. — „Petitionis tuae“.
„	21. Cumis	(4164) Monasterii Lenensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. (Notae chronologicae sunt corruptae.) Zaccaria della badia di Leno 109. — „Piae postulatio voluntatis“.
„	26. Mediolani	(4165) Ecclesiae S. Petri Standalmontensis, a Mathilde comitissa b. Petro traditae, protectionem suscipit, bona confirmat, privilegia instituit, ea lege, ut clerici quotannis denarium aureum, aut quarto quoque anno bisantium, palatio Lateranensi persolvant. Hugo Sacrae antiqu. mon. II. in praefatione, Calmet Hist. de Lorr. Pr. p. 506. — „Desiderium, quod ad“.
„	26. „	(4166) Clericis et laicis in pago Salmoricensi commorantibus praecipit, „ut, (Guidonis) Viennensis archiepiscopi subiectione posthabita, Gratianopolitano deinceps tanquam proprio episcopo obediant“. Theodori Poenitentiale II. 532; Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 364, Bouquet Rec. XIV. 760. — „Quoniam frater“.
Iun.	27. apud Astam	(4167) Ecclesiae Vesontionensis possessiones et privilegia, petente Hugone archiepiscopo, confirmat. (Pro: „apud Ostism“ leg.: „apud Astam“.) Dunod Hist. des Sequanois II. 585. — „Potestatem ligandi“.
Iul.	1. Astae	„Kal. Iulii ann. dom. inc. 1096 (leg. 1095) dedicata est Astensis ecclesia a D. Urbano papa“. Ex vetusto calendario. Ughelli It. sacr. IV. 359.
Aug.	5. Valentiae	Ecclesiam S. Mariae et SS. Cornelii et Cypriani consecrat „nonis Augusti“. V. titulum ap. Ruinart Vit. Urb. p. 191.
„	15. ad S. Mariam ad Podium	„In assumptione ipsius (S. Mariae) pervenit“. Bernoldi Chron. 1095 p. 463. Cf. Chron. Gaufr. ap. Labbé N. B. M. II. 293.
„	15. Apud Aniciom	(4168) Lambertum, episcopum Atrebatensem, ad concilium „in octavis S. Martini (d. 18 Nov.) apud Clarummontem“ celebrandum vocat. Significat, episcopum Cameracensem per nuncios litterasque ecclesiam Atrebatensem sibi vindicasse. (Pro: „XVIII. Kal. Aug.“ legendum: „XVIII. Kal. Sept.“) Baluzii Misc. II. 136, Bouquet Rec. XIV. 754, D'Achery Spic. III. 424, Mansi XX. 694. — „Noverit dilectio“.
(„)	—	(4169) *Raynoldum, archiepiscopum Remensem, venire iubet ad concilium, die 18. Novembris apud Clarummontem habendum. Mandat, ut episcopos suffraganeos, abbates, principes eodem invitet. V. ep. Raynoldi in Baluzii Misc. II. 136, Mansi XX. 693.
„	18. Monasterii Casae-dei	Ecclesiam dedicat SS. Vitali et Agricolae „XV. Kal. Sept.“ Chron. Gaufr. prior. Vos. ap. Labbé N. B. M. II. 293. Cf. infra bullam 4172.
„	18. —	(4170) Parthenonem S. Petri Blaziliensem tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, imposito virginibus solidorum quinque tributo annuo. (Ruinart in Vit. Urb. p. 194 hanc bullam testatur d. 18. Aug. 1095 datam esse). Gall. Christ. Instr. p. 157, Coeq. II. 108. — „Ad haec nos“.
„	23. —	(4171) Canonicorum Cadarcensium et disciplinam regularem et possessiones confirmat. Gall. Chr. I. Instr. 31, Coeq. II. 84. — „Piae postulatio“.
Sept.	1. In monasterio S. Aegidii	V. infra bullam 4174.
„	6. apud burgum S. Aegidii	(4172) Monasterio Casae-dei (ubi se basilicam dedicasse SS. Vitali et Agricolae scribit) privilegia concedit. (Fragmentum). Mabillon Ann. ord. Ben. V. 337. — „Cum omnipotentis dei“.

1095. (Ind. 3, pont. a. 7—12. Mart.—8.)		
Sept. 11.	In castro Tarascone	„III. id. Dec.“ V. narrationem ap. Martene et Dur. Vet. Script. I. 557, Bouquet Rec. XIV. 103.
—	—	(4173) Universos per Gotiam et Provinciam fideles hortatur, ut conferant ad ecclesiam S. Nicolai construendam in praedio, a Stephania comitissa monasterio S. Victoris Massiliensi per ipsum apud Tarasconem tributo. Martene et Dur. Vet. Script. I. 556, Bouquet Rec. XIV. 103. — „Dilectionem vestram nosse“.
Sept. 12.	Avenione	(4174) Monasterii S. Aegidii (ubi se festum S. Aegidii, d. 1. Sept., egisse commemorat) libertatem, privilegia, possessiones confirmat. Gall. Chr. VI. Instr. 184. — „Gratiae supernae“.
„ 15.	„	(4175) Canonicorum Avenionensium disciplinam regularem, possessiones, privilegia confirmat. Gall. Chr. I. Instr. 141, Cocqu. II. 85. — „Piae postulatio“.
„ 19.	Tricastini	(4176) Ecclesiae S. Ruffi Avenionensi privilegia quaedam tribuit, et eius possessiones confirmat. Theodori Poenitentiale II. 614, Gall. Christ. ed. 1. T. IV. 802. — „Desiderium, quod ad“.
Oct. 17.	Matiscone	(4177) *Monasterio S. Petri Matisconensi privilegia multa concedit. V. tabulam ap. Severtium Chronol. hist. II. 119, et ap. Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 376.
„ 18.	Cluniaci	(4178) Ecclesiae Matisconensis bona, petente Landrico episcopo, confirmat. Severtii Chronol. hist. II. 115, Mabillon et Ruinart Ouvr. post. III. 368, (Gall. Chr. IV. Instr. 284). — „Iustus votis“.
(.) —	„	(4179) *Monasterii Cluniacensis privilegia confirmat. V. „De adventu Urbani“ cet. in Baluzii Misc. I. 126.
„ 25.	„	Altare maius basilicae novae consecrat „VIII. Kal. Nov. ind. III.“ V. relationem in Baluzii Misc. I. 126, Bibl. Cluniac. 518, Bullar. Cluniac. 25, Bouquet Rec. XIV. 100.
Oct. Nov.	Augustoduni	V. tabulam in Gall. Chr. IV. Instr. 83: „Urbanus, cum Galliarum partes quam plurimas permeasset, ad usque urbem Hedunorum pervenit“.
(Nov.) —	Silviniaci	„fere per octo dies moratur“. V. placitum ap. Mabillon Ann. ord. Bened. V. 655.
(.) —	„	(4180) Guarnerio, Pontionis filio, sub excommunicationis poena praecipit, ut Lambertum, episcopum Atrebatensem, in itinere ad synodum captum dimittat. „Rex enim Francorum“ inquit „non solum venire ad nos alios non prohibet, verum etiam omnibus suae potestatis episcopis et abbatibus venire ad concilium licentiam dedit“. Baluzii Misc. II. 137, Bouquet Rec. XIV. 754, D'Achery Spic. III. 425, Mansi XX. 695. — „Venerabilem fratrem“.
(.) —	„	(4181) Richerio, archiepiscopo Senonensi, mandat, commoneat Guarnerium, Pontionis filium, ut episcopo Atrebatensi libertatem reddat. Baluzii Misc. II. 137, Bouquet Rec. XIV. 754, D'Achery Spic. III. 425, Mansi XX. 695. — „Audivimus Guarnerium“.
Nov. 13.	apud Monticulum	(4182) Monasterio Silviniacensi, praesente Durantio episcopo Arvernensi, privilegia quaedam concedit, et eius possessiones confirmat. Bullar. Cluniac. 29, Bibl. Clun. 309. — „Quoniam supernae“.
„ 18-28.	Claromonte	Synodus generalis, in qua constituunt de pace domini, de itinere Hierosolymitano, de clericorum disciplina, de simonia, de investitura, de bonis ecclesiarum, de decumis, de poenitentia, de ieiunio, de eucharistia, de episcoporum rebus cet. Permulta actorum fragmenta sunt ap. Mansi XX. 815—920. Cf. Wilh. Tyr. L. I. c. 14 sqq.; Goffridi Vindoc. ep. L. II. 29 in Sirmondi opp. III. 471; Fragm. hist. monast. novi Pictav. ap. Martene Thes. III. 1220, Willelmi Malmebir. Gest. reg. Angl. L. IV. ed. Hardy II. 524.
„ 19.	apud Arverniam	In eadem synodo excommunicatur Philippus, rex Francorum. Bernoldi Chron. 1095 p. 464; Chron. Andegav. 1095 ap. Labbé N. B. M. I. 281.
„ 21.	ap. Clarummontem Arverniam	(4183) Decernit, „ut abbas Anianensis Petrus in medio concilii ante Magalonensem episcopum (Gothofredum) veniens, in manu eius obedientiam debitam promittat ecclesiae Magalonensi de ordinationibus et consecrationibus et iudiciis“. Baluzii Misc. II. 119, Mansi XX. 910. — „Cum apud“.
„ 26.	„	(4184) Iuliaci villae praeposituram eripi canonicis Engolismensibus vetat. Gall. Chr. II. Instr. 449, Mansi XX. 919. — „Officii nostri“.
„ 28.	In Claromontensi concilio	(4185) *Parthenoni S. Mariae Santonensi privilegia concedit. Ruinart. vit. Urb. p. 219.
		Privilegia Atrebatensia confirmantur. V. Baluzii Misc. II. 134, D'Achery Spic. III.

		1095. (<i>Ind. 3, pont. a. 7—12 Mart.—8.</i>) 426, Mansi XX. 670. — Concilium eodem die concluditur, v. Gesta Atreb. ap. Baluz. Misc. II. 137 et Mansi XX. 695.
Nov.	29. apud Clarum montem Arvernicae	(4186) Monasterii Anbechiensis, a Gerardo episcopo Cameracensi conditi, bona confirmat. Gall. Chr. III. Instr. 17, Miraei Opp. dipl. III. 22, Cocqu. II. 85. — „Officii nostri nos“.
„	29. „	(4187) Monasterii SS. Petri et Pauli et S. Gisleni Cellensis possessiones, petente Gerardo, episcopo Cameracensi, confirmat. Reiffenberg Monuments VIII. 334. — „Iustis votis assensum“.
„	29. „	(4188) Monasterium S. Dionysii de Nogento, a Gaufrido comite oblatum b. Petro, manere sub monasterio Cluniacensi iubet, et eius possessiones ac privilegia confirmat. Bullar. Cluniac. 26, (Bibl. Cluniac. 544.) — „Sicut irrationabilia poscentibus“.
„	29. „	(4189) Guigoni comiti, clero et populo Gratianopolitano significat, se in concilio pagum Salmoriacensem Hugoni episcopo restituisse, „et quamdiu Viennensis archiepiscopus huic diffinitioni obedire contempserit, tam ipsum episcopum quam Gratianopolitanam ecclesiam ab eius obedientia subtraxisse“. Theodori Poenitentiale II. 534, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 365, Bouquet Rec. XIV. 761. — „Querelam venerabilis“.
„	29. „	(4190) *Monasterii Molismensis tutelam suscipit, petente (Roberto) episcopo Lingonensi. Ruinart vit. Urb. p. 230.
„	30. „	(4191) Clero populoque Cameracensi nunciat, „in concilio apud Clarum montem Arvernicae celebrato“, Manassem episcopum confirmatum, et Gualcherium ecclesiae invasorem deiectum esse. Baluzii Misc. II. 175, Bouquet Rec. XIV. 715, Mansi XX. 917. — „In concilio apud“.
Dec.	1. „	(4192) Richerium, archiepiscopum Senonensem, primatui Hugonis, archiepiscopi Lugdunensis, obsistentem, die octavo generalis concilii, donec obediret, et pallio et suffraganeorum obedientia privatum esse, testatur. Archiepiscopum Rotomagensis, nisi intra menses tres ad obedientiam redierit, eadem poena affectum iri edicit. Marca de primatu 3, Marcae dissert. tres 262, Gall. Chr. IV. Instr. 11, Bouquet Rec. XIV. 715, Mansi XX. 828, (Cocqu. II. 86.) — „Ex apostolicae“.
„	3. monasterium Celsiniarum	„III. nonas Decembris dedicat“. Ex necrologio Celsin. ap. Ruinart vit. Urb. p. 231 et ap. Bouquet Rec. XIII. 727.
„	5. ap. Privatam oppidum	(4193) Ecclesiam S. Iacobi Compostellanam manere sedem episcopalem iubet. Dalmachium episcopum et eius successores „nulli praeter Romano metropolitano subiectos“ a pontificibus Romanis consecrandos esse statuit. Ecclesiae possessiones confirmat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 21. — „Veterum synodalium“.
„	5. ap. Brivatam oppidum	(4194) Hugoni abbati et fratribus Cluniacensibus concedit, „ut nulli deinceps episcoporum facultas sit, pro altaribus et ecclesiis sive decimis, quas ante interdicta sua vel papae Gregorii possederint, seu post adquisiverint, gravamen aliquod aut molestiam irrogare“. Bullar. Cluniac. 26, Bouquet Rec. XIV. 716. — „Sedis apostolicae benignitas“.
„	7. ap. oppidum S. Flori	(4195) Parthenonis Marciniacensis possessiones et privilegia „pro Hugonis Cluniacensis abbatis dilectione“ confirmat. Bullar. Cluniac. 22, Bibl. Cluniac. append. p. 86. — „Ad hoc nos“.
„	7. „	(4196) Monasterii Celsiniacensis a sese consecrati possessiones ac privilegia confirmat. Baluzii Misc. II. 175. — „Ad hoc nos“.
(„)	— Auriliaci	V. Breve chron. Auriliac. ap. Mabillon Vet. anal. p. 350.
„	21. Userchiaie	„festo S. Thomae“. Chron. Gaufr. Vosiens. ap. Labbé N. B. M. II. 293.
„	23. Lemovicis	Pervenit. Narratio ap. Labbé N. B. M. II. 294 et ap. Mansi XX. 921: „X. Kal. Ianuarii venit in hanc civitatem Lemovicensem“. Cf. Chron. Gaufr. Vosiens. ap. Labbé N. B. M. II. 293.
„	25. apud Lemo- vicas	„Christi nativitatem celebrat“. Narratio ap. Labbé N. B. M. II. 294, Mansi XX. 921. Bernoldus in Chron. 1095 p. 464 Urbanum perperam narrat Arelatis hoc die fuisse.
„	29. „	Cathedralem ecclesiam S. Stephano dedicat „altera die, quae est post festum Innocentium“. Chron. Gaufr. Vosiens. ap. Labbé I. I.
„	29. „	(4197) Ademaro, episcopo, Engolismensi, mandat, ut monachos S. Eparchii, donec obediant abbati Angeriensi, haberi pro excommunicatis iubeat. Bouquet Rec. XIV. 717. — „Carissimus noster in“.

			1095. (Ind. 3, pont. a. 7—12. Mart.—8.)
Dec.	29.	ap. Lemovic- cas	(4198) * Ansculfo, abbati Angeriacensi, monasterium Baziacense regendum tradit. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 361.
"	30.	"	„Die vero VI. nativitatibus, quae fuit dominica, ad monasterium S. Martialis venit“. Narratio ap. Labbé N. B. M. II. 294 et ap. Mansi XX. 921.
"	31.	"	In monasterio S. Martialis dedicat basilicam regalem „secundo Kal. Ian.“ Narratio ap. Labbé N. B. M. I. I. et ap. Mansi XX. 922. Cf. Chron. Gaufr. Vosiens. ap. Labbé I. I.
"	31.	"	(4199) * (Geraldo) Cadurcensi et aliis vicinis episcopis scribit contra eos, qui monasterii Figiacensis possessiones invaserant. Ruinart Vita Urb. p. 236.
			1096. (Ind. 4—25. Sept.—5, pont. a. 8—12. Mart.—9.)
Ian.	2.	ap. Lemovic- cas	(4200) Monasterii Tutelensis possessiones iuraque confirmat. Baluzii Hist. Tutel. 437. — „Piae postulatio voluntatis“.
"	6.	"	„Ibique“ (i. e. in monasterio S. Martialis, quo venerat die 30 Dec. 1095) „diebus octo permanens“. Narratio ap. Labbé N. B. M. II. 294 et ap. Mansi XX. 921.
"	10.	In monaste- rio Carro- fensi	Ecclesiae altare consecrat „IV. id. Ianuar. feria sc. V.“ V. Notitiam de dedic. ap. Martene Thes. I. 272, ap. Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 384, Bouquet Rec. XIV. 102.
"	13.	Pictavis	„Festivitate S. Hilarii“. Chron. Malleacense 1096 ap. Labbé N. B. M. II. 213.
"	27.	"	Monasterium novum dedicat „sexto Kal. Febr.“ Chron. Malleac. 1096 I. I. — Ruinart in Mabill. et Ruin. Ouvr. posth. III. 238 hanc dedicationem contendit ad „XI. Kal. Febr.“ (22. Ian.) revocandam esse.
(Febr.)—		In monaste- rio Glanna- foliensi	(in dioecesi Angedavensi). V. bullam Urbani d. d. 21 Mart. 1097 ap. Gattula Hist. Cas. 298, Cocqu. II. 95, in qua sic legitur: „Contigit, cum — in Gallias transissemus, nos locum illum visitasse“ cet.
"	6.	Andegavi	(4201) Ecclesiae Remensis suffraganeus hortatur, ut Manassi, in locum Rainoldi demortui archiepiscopi suffecto, obediant. Baluzii Misc. II. 138, Bouquet Rec. XIV. 717. — „Defuncto venerabili“.
"	6.	"	(4202) Clerum, ordinem, milites et plebem Remensem hortatur, ut Manassi electo archiepiscopo fidem praestent. Baluzii Misc. II. 139, Bouquet Rec. XIV. 718. — „Affectionis quidem“.
"	6.	"	(4203) Manassi electo archiepiscopo Remensi gratulatur. Monet, „caveat prorsus et vigilet, ne regiae superbiae qualibet inconstantia subiciatur“. Adiutorium pollicetur. Baluzii Misc. II. 139, Bouquet Rec. XIV. 718. — „Omnipotenti deo“.
"	10.	"	Ecclesiam S. Nicolai dedicat „4 id. Febr.“, Annal. S. Albini Andegav. 1095 (1096) ap. Pertz M. G. Scr. III. 168. „In Septuagesima“, Hist. Andeg. fragm. ap. D'Achery Spicil. III. 234.
"	10.	"	(4204) Philippo, episcopo Catalaunensi, ecclesiam s. Nicolai in silva Lugolli commendat, ut fratres „sub dispositione Rodulfi Viridunensis abbatis quiete et stabiliter faciat permanere“. Gall. Chr. X. Instr. 158, Bouquet Rec. XIV. 719. — „Frater iste, lator“.
"	11.	"	„III. id. Febr.“ Chron. Andegav. 1096 ap. Labbé N. B. M. I. 281.
"	12.	"	V. tabulam in Baluzii Misc. III. 19, Mansi XX. 927: „firmata est haec charta in superiori camera Gaufridi Andegavensis episcopi per impositionem manus Urbani II. papae, pridie idus Februarii, anno — nono ordinationis Urbani“.
"	14.	ap. Sableu- lium	(4205) Monasterii S. Nicolai Andegavensis a sese consecrati possessiones confirmat; quique dedicationis die monasterium adierint, iis „iudicii pro peccatis accepti partem septimam remittit“. (Post: „XVI. Kalendas“ sine dubio excidit: „Martias“). Theodori Poenitentiale II. 612. — „Religiosis desideriis dignum“.
(,,)	—	Cenomannis	„Per triduum“. Actus pontif. Cenomann. ap. Mabillon Vet. anal. p. 312. Cf. Notitiam ap. Martene et Dur. Vet. Script. I. 562. — Hist. Andegav. fragm. ap. D'Achery Spic. III. 234: „unde (Andegavis) discedens Cenomanim venit“.
"	26.	In monaste- rio Vindoci- nensi	„IV. Kal. Martias Crucifixum consecrat“, Chron. Andegav. 1095 (1096) ap. Labbé N. B. M. I. 289. Cf. Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 386. — Ibidem „per undecim dies“ moratur; v. Goffridi abbatis Vindoc. ep. L. I. 18 in Sirmondi Opp. III. 433; cf. earund. epist. L. II. 7. p. 449.
Mart.	3.	In Maius-mo- nasterium	Pervenit. Textus de dedicatione ap. Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 387: „apud nos diebus septem repausato, octava demum adventus sui die dedicavit basilicam“, (id quod constat die 10 m. Martii factum esse).
"	4.	Turonis	(4206) Hugonem Suessionensem, Lambertum Atrebatensem, Philippum Catalaunen-

1096. (*Ind. 4—25. Sept.—5, pont. a. 8—12. Mart.—9.*)
sem, Gerardum Morinensem, ceterosque ecclesiae Remensis suffraganeos iterum hortatur, ne ullam officii partem in Manasse archiepiscopo electo deserant, utque vocati ad faciendam consecrationem accedant. Baluzii Misc. II. 139, Bouquet Rec. XIV. 719. — „*Scriptimus nuper*“.
- Mart. 9. In littore Li-
geris „*pridie (ante 10 Mart.), quae fuerat dies dominica, adit gradum ligneum sibi ad loquendum populo praeparatum, et super eum cum archiepiscopis et episcopis et cardinalibus stans, diutissime populo infinito, qui ob hoc ipsum undequaque sitienter convenerant, sollemniter exhortationis verbum facit*“.
- „ 10. In Maiore-
monasterio „*Textus de dedica-
tione ap. Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 887, Bouquet Rec. XIV. 99.*
- „ 14. Turonis in
castello S. „*(4207) Canonici ecclesiae S. Martini Turonensis ne processione suscipere legatos
apostolicos debeant, statuit. Mansi XX. 656, Launoii Opp. III. II. 42, Bouquet
Rec. XIV. 719, Cocqu. II. 87. — „Notum fore*“.
- „ 16-22. Turonis in
monasterio „*Synodus „in tertia hebdomada quadragesimae“, in qua Urbanus „iterum suorum
praeteritorum statuta conciliorum roborat*“.
- „ 20. S. Martini
Turonis „*Bernoldi Chron. 1096 p. 464. Cf.
Mansi XX. 925.*
- „ 20. „ (4208) Monasterio Cluniacensi Bainsonum (dioec. Suession.), patrimonium suum, con-
fert. Corroborat monasterii S. Petri Bainsonensis possessiones et immunitatem,
„*praeter annuos solidos viginti*“, inquit „*qui ex praecedentium episcoporum et
patris praedecessoris mei consensu constituti sunt, Suessionensibus canonicis per-
solvendi*“.
- „ 20. „ Bullar. Cluniac. 25, Gall. Chr. X. Instr. 104, Bouquet Rec. XIV. 720,
(Miraei Opp. dipl. I. 669). — „*Et religionem*“.
- „ 21. „ (4209) Monasterii Trenorchiensis tutelam suscipit, et bona iuraque confirmat. Iuenin
Nouv. hist. de Tournus. Pr. p. 136, Cocqu. II. 87. — „*Piae postulatio*“.
- „ 21. „ V. tabulam in Baluzii Misc. III. 19, Mansi XX. 928: „*Haec sanctio facta est in
Turonensi concilio, apostolico viro missam celebrante XII. Kal. April.*“
- „ 21. „ (4210) Monasterii S. Vincentii Metensis possessiones ac privilegia confirmat. Calmet
Hist. de Lorr. I. Pr. p. 507. — „*Piae postulatio voluntatis*“.
- „ 23. „ „*In media quadragesimae in ecclesia b. Martini more Romano corona palmarum se
coronat*“.
- „ 23. „ Chron. Turonense ap. Martene Vet. Scr. V. 1013, Bouquet Rec. XII.
466. Cf. Hist. Andegav. fragm. ap. D'Achery Spic. III. 234.
- „ 23. „ (4211) Monasterii S. Bertini Sithiensis tutelam suscipit, bonaque confirmat. Collect.
des Cartulaires III. 214, (Miraei Opp. dipl. III. 21). — „*Piae postulatio
voluntatis*“.
- „ 24. „ (4212) Monasterium Marbacense tuendum suscipit privilegiisque donat. Grandidier
Hist. d'Als. II. 164; Würdtwein Nov. subs. dipl. VI. 265, Gall. Chr. V. Instr.
474. — „*Religiosis desideriis*“.
- „ 25. „ (4213) *Monasterii Corbeiensis (dioec. Ambian.) privilegia confirmat. Mabillon Ann.
ord. Ben. V. 372.
- „ 29. Pictavis (4214) Ecclesiae S. Martini Turonensis clericos ad vitandam simoniam hortatur,
eorumque possessiones et privilegia confirmat. Mansi XX. 658, Launoii Opp.
III. II. 49, Cocqu. II. 88. — „*Bonorum omnium*“.
- „ 30. „ (4215) Inter monachos Cormeriacenses et canonicos b. Martini Turonensis contro-
versiam ita diiudicat, ut electi abbates Cormeriacenses deinceps „*de b. Martini
sepulchro baculum sumant*“.
- „ 30. „ (Subscripterunt episcopi 13.) D'Achery Spic. I. 650, Mansi XX. 926, Bouquet Rec. XIV. 721, Cocqu. II. 88. — „*Querelam de*“.
- „ 30. „ (4216) Archiepiscopis et episcopis per Gallias constitutis significat, se fratres mona-
sterii S. Martini Turonensis „*secundum antiqua Romanorum pontificum privilegia
in speciales apostolicae sedis filios assumpsisse*“.
- „ 31. in monasteri- „*Launoii Opp. III. II. 59. —
o S. Maxentii „Beatum confessorum*“.
- (.) — (4217) *Gerardo, novo abbati monasterii S. Mauri Glannafoliensis, „*amplissimum pri-
vilegium concedit*“.
- (.) — (4218) Richerio, archiepiscopo Senonensi, et ceteris Francorum episcopis, scribit, ac-
cepisse se, quosdam eorum professos esse, „*se nequaquam a regis societate ab-
stenturos, immo etiam regem ipsum ab excommunicationis vinculo soluturos,
quamquam feminam illam non dereliquit*“.
- „*Ostendit haec: „nobis sane et omnibus,
qui Turonis nobiscum convenerunt, liquido patuit, nullam solvendi, quem nos
ligavimus, fraternitati vestrae suppetere potestatem*“.
- „*Praecipit, ut ad concilium,
„in octavis apostolorum Petri et Pauli“ (6 Iulii) Arelatis agendum, veniant.*

		1096. (Ind. 4—25. Sept.—5, pont. a. 8—12. Mart.—9.)
		Mansi XX. 665, Bouquet Rec. XIV. 722, Cocqu. II. 108. — „Auditum est apud“.
Apr.	7. apud Angeli- acum	(4219) Monasterii-novi Pictaviensis a sese consecrati possessiones ac privilegia confirmat. Martene Thes. I. 267, (Gall. Chr. II. instr. 357). — „Ad hoc nos“.
„	12. Sanctonis	(4220) Monasterii S. Martialis Lemovicensis abbates ab abbatibus Cluniacensibus creandos esse statuit. Possessiones et privilegia monasterii confirmat. Baluzii Misc. II. 178, Bullar. Cluniac. 27. — „Ad sollicitudinem“.
„	13. „	„Pascha“. Chron. Malleacense 1096 ap. Labbé N. B. M. II. 213; Hist. Andegav. fragm. ap. D'Achery Spic. III. 234.
„	14. „	(4221) Canonicorum Remensium consuetudines confirmat. Marlot Metr. Rem. II. 214, (ubi hanc bullam legimus Sanctonis datam esse), Bouquet Rec. XIV. 725, Gall. Chr. X. 33. — „Petitionem vestram“.
„	14. „	(4222) *Monasterii S. Albini Andegavensis possessiones confirmat. Ruinart Vita Urb. p. 255.
„	14. „	(4223) *, „Refert, quae in conventu apud Hilarium habito statuta sint occasione controversiarum, quae inter canonicos S. Hilarii et monachos Monasterii-novi Pictaviensis in prioratu S. Nicolai degentes exortae fuerant“. Ruinart Vit. Urb. p. 255.
„	20. „	In ecclesia S. Eutropii altare consecrat „dominica in albis“. Ex „veteri notitia ab auctore aequali conscripta“. Ruinart vit. Urb. p. 256.
—	—	(4224) Monasterii Angeriensis possessiones, in his ecclesiam Buriacensem, confirmat. Bouquet Rec. XIV. 724. — „Quia disponente domino“.
Mai.	1. Burdegalae	Ecclesiam dedicat „anno 1016 (leg. 1096) videlicet Kalendis Maii“. V. relationem ap. Ruinart vit. Urb. p. 257.
(„)	— Neraci	Ecclesiam SS. Petri et Nicolai consecrat. V. relationem ap. Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 401.
„	7. Leiraci	(4225) *Monasterio Cluniacensi cellam S. Michaelis de Monte-alto asserit. Ruinart Vita Urb. p. 258.
„	7. Tolosae	(4226) Isnardo Tolosano, Simoni Aginnensi, Gerardo Cadurcensi, Raymondo Lactorensi episcopis mandat, ut in possessionibus Moissiacensis monasterii recuperandis operam ponant. Baluzii Misc. II. 179, Gall. Chr. I. 40, Cocqu. II. 89. — „Fraternitatem vestram“.
„	13. apud Moysi- acum	(4227) Monasterio Cluniacensi asserit monasterium S. Orientii Ausciense, cuius de coemeterio privilegium confirmat. Bullar. Cluniac. 28, Bouquet Rec. XIV. 322. — „Apostolicae sedis sollicitudo“.
„	23. Tholosae	(4228) Hugoni, abbati Cluniacensi, et eius successoribus monasterium Bellilocense regendum tradit. Bibl. Cluniac. 525, Bullar. Cluniac. 24, Bouquet Rec. XIV. 721. — „Belli-loci monasterium“.
„	24. „	ecclesiam S. Saturnini consecrat „IX. Kal. Iunii“. Chron. Tolosan. 1096 ap. Bouquet Rec. XII. 373.
Iun.	11. Carcasson- nam	„III. id. Iunii, IV. feria, ingressus, missam ibidem celebrat; etiam ecclesiae b. Nazarii saxa benedicit“. Ex ms. cod. reg. 5256, Bouquet Rec. XIII. 727.
„	13. Carcassonae	„subsequenti feria VI. super altare b. Mariae sanctique Salvatoris missam celebrans, sermonem facit, cimiterium salis aspersione absolvit“. Ex ms. cod. reg. 5256 l. l.
„	15. „	„et sic quinque diebus nobiscum commoratus — discessit“. Ex ms. cod. reg. 5256 l. l.
„	24. In monaste- rio S. Pontii Tomeriansi	(4229) *Ecclesiae Pampilonensis privilegia et dioecesim, petente Petro de Roda episcopo, confirmat. Ruinart vita Urbani p. 260.
„	28. Magalonem	pervenit „in vigilia apostolorum Petri et Pauli“. Series episcoporum Magalon. ap. Labbé N. B. M. I. 799.
„	29. Magalouen- sem	insulam consecrat „secunda die adventus sui, scilicet dominica“. Ser. episc. Magal. ap. Labbé l. l.
Iul.	2. Magalone	discedit. V. Ser. episc. Magalou. ap. Labbé l. l.: „intravit Magalonem (d. 28 Iunii) ibique stetit per quinque dies“.
(„)	— ap. Montem- pessulanum	„ad petitionem regis“ de Guilielmo electo Parisiensi tractat, et Ivoni, episcopo Carnotensi, concedit, „ut, si Parisiensis ecclesia illum sibi ordinari et consecrari postulaverit, Richerius, archiepiscopus Senonensis, ante festum S. Remigii (ante 1 Oct.) ei manum imponat“. V. Ivonis ep. 50, Opp. II. 23.
„	6. Nemausi	ecclesiam b. Mariae consecrat „pridie nonas Iulii“. V. tabulam in Hist. de Languedoc II. Pr. p. 341.
„	—	Concilium, in quo sanciunt, 1) ne episcopi ecclesias vel decimas, monasteriis da-

		1096. (<i>Ind. 4—25. Sept.—5, pont. a. 8—12. Mart.—9.</i>)
		tas, mortuis seu mutatis clericis, redimi pecunia cogant, neu monachi „in parochialibus ecclesiis, quas teneant, absque episcoporum consilio presbyteros collocent“; 2) ut monachis fungi sacerdotali officio liceat; 3) qui episcopum, abbatem, vel archidiaconum, vel presbyterum ceperint, 4) qui res defuncti episcopi invaserint, 5) laici, „qui oblationem ecclesiae, sepulturam, decimam, aut terram sanctuarii tenuerint“, et 6) qui „ecclesias, vel earum bona hereditaria successione possideant“, excommunicentur; 7) „clericus vel monachus, qui ecclesiasticum de manu laici susceperit beneficium“, removeatur; 8) ne sacerdotes „nisi canonico degradentur iudicio“, utque, si „ad ditioem migraverint ecclesiam“, utramque amittant; 9) ut „qui publice consanguineas vel adulteras ducant, excommunicentur“; 10) ne „raptores, qui in rapiendo mortui fuerint absque canonica poenitentia, sepeliantur“; 11) ut „presbyteri fornicarii degradentur“; 12) ne „puellulae usque ad duodecim annos nubant“; 13) ne quis „habeat licentiam retrahere beneficium, a se vel ab antecessoribus suis ecclesiis collatum, et nec clericos nec monachos in curiam suam ad saeculare cogat venire iudicium“; 14) ne „episcopus alterius recipiat excommunicatum“; 15) ne monachi „recipiant ad sepulturam, aut ad quodlibet divinum officium excommunicatos aut raptores aut interdictos“. Acta concilii habentur ap. D'Achery Spicil. I. 628, Mansi XX. 933.
Iul.	9. ap. Nemausum in ecclesia s. Mariae	(4230) In concilio, abolito Gregorii VII. praecepto, monasteria Figiacense et Conchense uniri vetat. Utrumque monasterium gubernari a proprio abbate iubet. („Actum in concilio cet., Datum apud vallem Flavianam, in monasterio s. Aegidii, idibus Iulii.“) Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 448, Bouquet Rec. XIV. 723, Gall. Chr. I. Instr. 44, Cocqu. II. 90. — „Cum pro negotiis“.
„	11. Nemausi	In concilio. V. Narrationem ap. Baluzium Misc. I. 127, Mansi XX. 940: „actum est hoc apud praefatum concilium V. id. Iulii“.
„	12. „	In concilio. V. tabulam ap. D'Achery Spic. I. 629 et Mansi XX. 937: „Facta et confirmata charta in Nemausensi concilio, a domno papa Urbano II. celebrato, septima feria, IV. id. Iulii“.
„	14. „	(4231) Petente Hugone abbate Cluniacensi, monasterii S. Martini de Campis Parisiensis privilegia et possessiones confirmat. Félibien Hist. de Paris III. 52, Bullar. Cluniac. 29. — „Piae postulatio voluntatis“.
„	15. ap. vallem Flavianam in monast. S. Egidii	(4232) Ecclesiam Burgensem sub sedis Romanae ditionem subiungit, Gomizonisque episcopi Burgensis et Bernardi archiepiscopi Toletani de possessionibus quibusdam controversiam dirimit. Florez Esp. sagr. XXVI. 464, Loperraez Corvalan Descr. hist. del ob. de Osuma III. 552. — „Postquam apud“.
„	16. „	(4233) Monasterii Rivipollensis possessiones ac privilegia confirmat. Marca Marca Hisp. 1198, Aguirre Conc. V. 18, (Cocqu. II. 90.) — „Apostolicae sedis“.
„	17. „	(4234) Monasterii Balneolensis bona iuraque confirmat. Marca Marca Hisp. 1200, (Cocqu. II. 91.) — „Apostolicae sedis“.
„	19. „	(4235) Parthenonem Iuveniensem tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat, imposito virginibus monetae Virdunensis argenteorum sex censu annuo. Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 508, Hontheim Hist. Trev. I. 447, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 658, Cocqu. II. 92. — „Apostolicae sedis auctoritate“.
„	20. „	(4236) * „Causam inter canonicos ecclesiae S. Saturnini et Isnardum, Tolosae episcopum, in concilio Nemausensi agitatam, fuse exponit“. Ruinart Vita Urbani p. 269—270.
„	22. ap. Avenionem in monasterio S. Andreae	(4237) Privilegiorum abdicationem, a Raimundo, Tolosanorum ac Rutenensium comite et Provinciae marchione, in concilio Nemausensi monasterii S. Aegidii gratia factam, confirmat. Sancit, „ne quis ulterius archiepiscopus aut episcopus adversus eandem ecclesiam audeat excommunicationis aut interdictionis proferre sententiam“. D'Achery Spic. I. 630, Bouquet Rec. XIV. 723, Mansi XX. 938, Hist. de Languedoc II. Pr. p. 342, Cocqu. II. 93. — „Sicut iniusta“.
„	22. ap. montem Andaonis	(4238) (In monasterio S. Andreae) Ecclesiae S. Saturnini Tolosanae iura confirmat et amplificat. Baluzii Misc. II. 179. — „Sicut iniusta“.
„	23. „	(4239) * (In monasterio S. Andreae) Monasterii S. Andreae Avenionensis protectionem suscipit, et privilegia confirmat. Ruinart vita Urbani p. 270.
„	27. —	(4240) Colomanno, regi Hungariae, susceptum regnum gratulatur. De vitando Wiburto monet; iam enim schismatis auctorem, Henricum imperatorem, publicis ignominii expositum, ab ipso filio exsecratum, amisisse „per dei misericordiam et iudicium principalem illam regni sui partem, per quam Romanae ecclesiae in-

			1096. (<i>Ind. 4—25. Sept.—5, pont. a. 8—12. Mart.—9.</i>) cubabat“. Querit, liceatne sibi Odilonem, S. Aegidii abbatem, aliosque legatos in Hungariam mittere. Ménard Hist. de Nismes I. Pr. 15, Fejér C. D. H. II. 13. — „Audientes“.
Iul.	30.	ap. Cabellium	(4241) *Monasterii Montis-maioris privilegia et possessiones confirmat. Ruinart vita Urbani p. 271.
Aug.	5.	Aptae-Iuliae	basilicam S. Eusebii „nonis Augusti“ dedicat. „Ex domesticis instrumentis eius loci“, Ruinart vit. Urbani p. 271.
„	7.	ap. Forum Cholcherii	(4242) G(ebhardo), episcopo Constantiensi, mandat, ut monachos Schafhusenses et Raitenbuchenses ad concordiam cogat. Hos affici interdicto iubet, nisi monachum quendam intra dies 30 illis restituerint. Pez Thes. anecd. VI. i. 297. — „Inter Scafusensium“.
(„)	—	—	(4243) O. praeposito et M. decano Raitenbuchensi praecipit, nisi abbati Schafhusensi intra dies 30 satisfecerint, ut sacris se abstineant. Pez Thes. anecd. VI. i. 298. — „Iam dudum“.
Sept.	9.	aput Asten	(4244) Monasterium Fructuariense tuendum suscipit, et eius possessiones ac iura confirmat. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 720. — „Cum universis“.
„	14.	ap. Mortarium	prope Papiam „exaltationem s. crucis celebrat“. Bernoldi Chron. 1096 p. 464.
„	19.	Papiae	(4245) Bononiensium fidem laudat. B(ernardum) episcopum commendat. Omnibus, qui bello Hierosolymitano interfuerint, peccatorum veniam proponit; sed clericos monachosque ininsum episcoporum et abbatum, novosque maritos inuivitis uxoribus inire belli societatem vetat. Savioli Ann. Bol. I. ii. 137. — „Bonitati vestrae“.
Sept. Oct.		Mediolani	V. Landulphi iun. hist. Med. c. 28 ap. Muratori R. It. Scr. V. 497.
Oct.	14.	Cremonae	(4246) *Monasterio S. Basoli privilegia concedit. Ruinart Vita Urbani p. 274.
„	16.	„	(4247) Parthenonis S. Iohannis Cremonensis bona confirmat, imposito monialibus denariorum 12 censu annuo. Muratori Ant. It. V. 809. — „Desiderium, quod“.
c. Nov.	—	Prope Lucam	Robertum, Normanniae comitem, Guilielmi regis Anglorum filium, et Stephanum Blesensem ac Robertum, Flandriae comitem, eorumque socios, in Palaestinam tendentes, bonis omnibus prosequitur. Fulcheri Carnot. Hist. Hieros. ap. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 820; Willelmi Malmesb. gesta reg. Angl. L. IV. ed. Hardy II. 536.
Dec.	25.	Romae	„nativitate domini“. Bernoldi Chron. 1097 p. 465.
—	—	„	(4248) Alexio, imperatori Constantinopolitano, cruciferos commendat. Quibus Boamundum scribit „se comitem adiunxisse cum septem millibus delectae iuventutis Italicae, relicta fratri rerum omnium cura, quocum diu bello contendisset“. Mansi XX. 660, Bouquet Rec. XIV. 724. — „Cum statutum“.
—	—	—	1088—1097.
—	—	—	(4249) Gerardo, episcopo Tarvanensi, scribit, „canonum contemptores excommunicandos esse et damnandos“. (Fragmentum.) Ivonis decr. IV. c. 219. — „Canonum contemptores“.
—	—	—	1097. (<i>Ind. 5—25. Sept.—6, pont. a. 9—12. Mart.—10.</i>)
Ian.	9.	Laterani	(4250) Monasterii Cluniacensis libertates et privilegia confirmat augetque. Bibl. Clun. 520, Bullar. Cluniac. 30, Cocqu. II. 93. — „Cum omnium fidelium“.
—	—	„	Synodus. V. epistolas insequentis.
—	—	—	(4251) Clero et ordini, nobilibus et plebi Trani consistentibus scribit, se „nuper“ in synodali concilio Bisantio eorum archiepiscopo permisisse, ut Nicolaum Peregrinum in sanctorum numero referret. Acta SS. Iun. T. I. 249. — „Cum largiente domino“.
—	—	—	(4252) Hugonem, (archiepiscopum Lugdunensem), sedis apostolicae legatum, laudat propter consilia in Vapincensem et Diensem episcopos capta. Nunciat, se electum Lemovicensem non probasse, „sed adhuc sententiam pro Cluniacensis abbatis postulatione distulisse“. Quae de Aurelianensi et Bellovacensi episcopis egerit, rata habet. Precibus eius de clericis Senonensibus se satisfacturum, „si clerici pro electi sui causa ad ipsum forte pervenerint“. Mandat, ut „pro causa Cluniacensis monasterii de duce Burgundiae, de Aimone Borbonensi congruentem iustitiam exequatur“. Haec addit: „De statu nostro nobiscum deo gratias age, quia usque ad Urbem cum com. M. pacifice venimus, Urbem honestissime cum procedentium stipatione frequentissima introivimus; Urbem ipsam maiori iam ex parte habemus; synodum Laterani sollemniter celebravimus; cives nobis et regiones omnes

		1097. (<i>Ind. 5—25. Sept.—6, pont. a. 9—12. Mart.—10.</i>) sacramentis astringimus“. Baluzii Misc. II. 180, Bouquet Rec. XIV. 728. — „Quod de Guapicensi“.
Mart. 4.	Beneventi	(4253) *Petro Aragonensium et Pampilonensium regi ceterisque earum regionum fidelibus ecclesiam Pampilonensem commendat. Ruinart Vita Urbani p. 282.
„ 21.	apud Terracina	(4254) Oderisio, cardinali ecclesiae Romanae et abbati monasterii Casinensis a sese consecrato, monasterium Glannafoliense, monachis Fossatensibus adjudicatum, restituit. Gattula Hist. Cas. 298, Mansi XX. 928, Cocqu. II. 95. — „Pater et princeps“.
„ 27.	Laterani	(4255) Monasterii Casinensis possessiones ac privilegia confirmat. Gattula Hist. Cas. 149, Cocqu. II. 97, Margarini Bull. Cas. II. 119. — „Praeter generale“.
Apr. 17.	„	(4256) Hugoni abbati et fratribus Cluniacensibus concedit, „ne cellarum eorum fratres pro vicinarum dioecese interdicione vel excommunicatione divinatorum officiorum suspensionem patiantur“. Praeterea iis permittit, „ut ad chrisma conficiendum sive oleum benedicendum quem maluerint catholicum episcopum advocent“. Bullar. Cluniac. 28. (Mém. et doc. de la société de la Suisse Rom. III. 430). — „Quoniam abundante“ „Quum abundante“.
„ 18.	—	(4257) *Ecclesiae Arvernensis privilegia et possessiones confirmat, „statuitque, ut eius ecclesiae antistes in ordinatione metropolitani Bituricensis primum locum obtineat“. Ruinart Vita Urbani p. 285.
„ 29.	Romae	(4258) Raimundo, archiepiscopo Ausciensi, „per Romanam ecclesiam noviter ordinato“, mandat, ut violati ecclesiae b. Orientii coemeterii poenas a clericis suis petat. Bullar. Cluniac. 28, Bouquet Rec. XIV. 725, Gall. Chr. I. Instr. 161. — „Cum in Ausciensi“.
Iun. 4.	Laterani	(4259) Hugoni, archiepiscopo (Lugdunensi), sedis apostolicae vicario, de Guidonis archiepiscopi Viennensis arrogantia scribit. Quem eo processisse, „ut et Romanensem abbatiam a se interdictam reinvaderet, et Gratianopolitano episcopo (Hugoni) ecclesias restitutas sine iudicio reauferret“. Mandat, poenas ab archiepiscopo repetat. Haec addit: „In episcoporum mutationibus hactenus nimis lenes Gallicanorum petitionibus condescendimus; deinceps autem id penitus praecaveri praecipimus“. Theodori Poenitentiale II. 535, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 366, Bouquet Rec. XIV. 761. — „Quam arroganter“.
Nov. 6.	„	(4260) Bertrandum, ex episcopo Nemausensi archiepiscopum Narbonensem factum, confirmat, pallioque donat. Ecclesiae Narbonensis privilegia corroborat. Gall. Chr. VI. Instr. 26, Marcae diss. tres 353, Bouquet Rec. XIV. 727, Cocqu. II. 81. — „Potestatem ligandi“.
— —	—	(4261) (Goffredo), archiepiscopo Aquensi, praecipit, ut (Bertrandi) archiepiscopi Narbonensis primatum observet. Marcae dissert. tres 355, Bouquet Rec. XIV. 728. — „Frater noster Narbonensis“.
— —	—	(4262) Hu(goni, archiepiscopo Lugdunensi,) apostolicae sedis vicario, mandat, cogat archiepiscopum Aquensem, ut primati, archiepiscopo Narbonensi, obediat. Marcae dissert. tres 355, Bouquet Rec. XIV. 728. — „Frater noster Narbonensis“.
Sept. Dec.	Albani	(4263) Ecclesiae Verulanae possessiones, petente Alberto episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. I. 1390, Cocqu. II. 99. — „Iustis votis“.
Dec. 25.	Romae	„nativitate domini“. Bernoldi Chron. 1098, p. 465.
— —	Laterani	(4264) Ecclesiae S. Mariae Buronensis protectionem suscipit, bona confirmat, privilegia constituit, imposito fratribus bizantii aurei censu annuo. Petri Suev. eccl. 212. — „Sicut irrationabilia“.
— —	—	(4265) Manassae, archiepiscopo Remensi, episcoporum de abbate S. Remigii iudicium rescissum nunciat. Marlot Metr. Rem. II. 221, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 381, Bouquet Rec. XIV. 726. — „Abbatis S. Remigii“.
		1097 — 1098.
Apr. 17.	Laterani	(4266) B(ernardo), episcopo Bononiensi, commendat fratres quosdam ab haereticis invite ordinatos. Savioli Ann. Bol. I. n. 138. — „De ordinationibus“.
		1098. (<i>Ind. 6—25. Sept.—7, pont. a. 10—12. Mart.—11.</i>)
Mart. 14.	Laterani	(4267) *Iarentoni, abbati S. Benigni Divionensis, asserit monasterium S. Vigoris Baiocense, ab Odone episcopo donatum. Ruinart Vita Urbani p. 292.
„ 26.	„	(4268) Udalrico, abbati monasterii S. Michaelis, quod Rodulpho et Lanzoni abbatibus subveniat, gratias agit. Concedit, ut circa ecclesiam novam coemeterium consti-

		1098. (<i>Ind. 6—25. Sept.—7, pont. a. 10—12. Mart.—11.</i>)
		tuat. Mabillon de re dipl. 590, Baluzii Misc. III. 61; De l'Isle Hist. de S. Mihiel 457. — „Benignitati tuae“.
Mai. 28.	Romae	„Pascalem sollempnitatem celebrat“. Bernoldi chron. 1098 p. 465.
Apr. 3.	Laterani	(4269) Monasterii S. Martini Wiblingensis tutelam suscipit, et privilegia auget, annuo bizantii aurei tributo monachis imposito. Wirtemb. Urkundenb. I. 308, Gerbert H. N. S. III. 34. — „Religiosis desideriis“.
„ 6.	„	(4270) Ecclesiae Urgellensis bona, petente Odone episcopo, confirmat. Marca Marca Hisp. 1207, Aguirre Conc. V. 20, (Cocqu. II. 101). — „Iustis votis“.
„ 24.	„	(4271) Landulfo, praeposito ecclesiae S. Ambrosii Mediolanensis, asserit „altaris maioris oblationes et ceterorum altarium, quae intra parietes ecclesiae b. Ambrosii statuta sunt vel statuuntur“. Giulini Mem. d. Milano IV. 542. — „Pastoralis officii“.
Mai. 7.	„	(4271a) Ecclesiae Iesu Nazareni (Montis-Aragonensis) possessiones confirmat. (Fragmentum). Aynsa Fundacion de Huesca 455.
„ 11.	„	(4272) Ecclesiam Oscitanam, Sarracenis ereptam et a Petro rege Aragonensi reformatam, „totius parochiae, quae nunc Iaccensi ecclesiae subdita est, et ipsius Iaccensis ecclesiae caput“ constituit. Possessiones ac iura ecclesiae confirmat. Petro episcopo eiusque successoribus ecclesiam Lasien. (al. Hasien) a Sancio comite ecclesiae Romanae oblatam, ea lege tradit, ut „censum annum Lateranensi palatio auri unciam dimidiam persolvant“. Aynsa Fundacion de Huesca 531, Aguirre Conc. V. 19, Mansi XX. 702, Cocqu. II. 99. — „Miserationibus domini“.
— —	(„)	(4273) *Wilielmo, regi Angliae, scribit, „ut res Anselmi (archiepiscopi Cantuariensis) liberas in regno suo faciat ac de suis omnibus illum revestiat“. V. Eadmeri Hist. novorum L. II. p. 51.
c. Iun. —	ante Capuam	V. Eadmeri vit. S. Anselmi p. 21, et Hist. novorum L. II. p. 51; Gaufredi Malaterrae Hist. Sic. L. IV. c. 27 ap. Muratori R. It. Scr. V. 601.
„ —	Aversae	V. Eadmeri Hist. novorum L. II. p. 51.
„ —	Beneventi	V. Gaufredi Malaterrae hist. Sic. L. IV. c. 27 l. 1.
Iul. 5.	Salerni	(4274) Rogerio, comiti Calabriae et Siciliae, pollicetur, se „omni vitae eius tempore, vel filii eius Simonis, vel alterius, qui legitimus eius haeres extiterit, nullum in terra potestatis eorum praeter voluntatem aut consilium eorum legatum Romanae ecclesiae statuturum esse“; eorumque arbitrio permittit, quot quique episcopi et abbates ad concilia futura accedant. Gaufr. Malaterr. Hist. Sic. IV. c. 29 ap. Muratori R. It. Scr. V. 602, Mansi XX. 659, Pirri Sic. sacr. I. 496. — „Quia prudentiam“.
„ 20.	„	(4275) Alphano, archiepiscopo Salernitano, eiusque successoribus Acherontinae et Consentinae provinciarum primatum asserit, petente Rogerio duce. Ughelli It. sacr. VII. 393, Cocqu. II. 101, (Bullae huius fragmentum legitur ap. Mansi XX. 664). — „Singularare semper“.
Sept. —	„	(4276) Brunonis et Lanuini (eremitarum) possessiones, concessas a R(ogerio) comite et Iohanne, episcopo Scyllacensi, confirmat. Ughelli It. sacr. IX. 427. — „Quia igitur“.
„ —	Beneventi	V. Leonis narrationem ap. Gattula Hist. Cas. 54, ex qua Urbanum apparet mense ante concilium Barensis versatum Beneventi esse.
Oct. 3.	Barium	Pervenit „tertia die intrante mense Octubr.“ Anon. Barens. chron. 1099 Ind. VII. ap. Muratori R. It. Scr. V. 155.
„ —	Barii	Concilium episcoporum 185, „per unam ebdomadam“ celebratum, in quo Anselmus, archiepiscopus Cantuariensis, „Graecos, in processione spiritus sancti, utpote quem a patre, non a filio procedere astruunt, errantes, confutat“. Eadmeri vit. S. Anselmi p. 21, cf. Eadmeri Hist. novor. L. II. p. 53, Willelmi Malesb. Gest. pont. Angl. L. I. ap. Savile R. A. Scr. 126 ^b , 127, Leonis narrationem ap. Gattula H. Cas. 54, Anonym. Bar. chron. 1099 Ind. VII. l. 1., Florentii Wigorn. chron. ed. Thorpe II. 43, Lupum Protosp. ap. Pertz M. G. Scr. V. p. 63, Mansi XX. 947.
„ 10.	„	(4277) Consecrato Gerlando episcopo, fines restituae ecclesiae Agrigentinae confirmat. Pirri Sic. sacr. I. 695, Mansi XX. 951. — „Omnipotentis dei“.
„ —	Beneventi in monasterio S. Sophiae	V. Leonis narrationem ap. Gattula Hist. Cas. 55, Urbani ep. ap. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 666 et bullam ibid. 665, ac Paschalis II. bullam ap. Mansi XX. 1132—1133, ex quibus liquet Urbanum post concilium Barensis adisse Beneventum.

			1098. (<i>Ind. 6—25. Sept.—7, pont. a. 10—12. Mart.—11.</i>)
Oct.	—	Sinuessae	V. Paschalis II. bullam ap. Mansi XX. 1132—1133.
”	—	in S. Germani	oppido. V. Paschalis II. bullam ap. Mansi XX. 1132—1133.
Nov.	1.	—	(4278) Fratribus S. Huberti Andaginensibus scribit, dolere se, Theodericum abbatem ab Otberto, „pseudoeписcopo“ Leodiensi, expulsus, Wiredumque iis obrusum esse. Permittit, „ut si in monasterio secundum regulam b. Benedicti et apostolicam veritatem vivere non valeant, ad quodcumque voluerint monasterium secedant“. Wiredum excommunicatum nunciat. („In sollempnitate omnium sanctorum formata et data“.) Chron. S. Huberti Andag. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 624, Martene Coll. IV. 1013, Robaulx Chron. de S. Hubert 322, Bouquet Rec. XIV. 733. — „Audivimus et auditum“.
(„)	—	—	(4279) Clerum populumque Leodiensem hortatur, ut aut Obertum episcopum, „Henrici complicem et Guiberti“, expellant, aut obedientiam eius abiciant. Sub excommunicationis poena interdicat, ne Wiredo, invasori monasterii S. Huberti Andaginensis, communicent. Theoderico abbati datam licentiam esse, „ut a schismaticis conversos, qui ad ipsam confugerint, a vinculo excommunicationis absolvat“. Chron. S. Huberti Andag. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 624, Martene Coll. IV. 1013, Robaulx Chron. de S. Hub. 323, Bouquet Rec. XIV. 732. — „Dolemus pro vobis“.
”	3.	Ceperani	(4280) A(nsoni), Beneventanorum domino, mandat, „ut Casinensi abbati et eius fratribus de S. Sophiae monasterio vice sua iustitiam faciat“. Gattula Hist. Cas. 55, Access. 712, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 666, Mansi XX. 949. — „Cum nuper“.
Dec.	1.	—	(4281) Monasterium S. Cucuphatis Octoviense tuendum suscipit, eiusque possessiones ac iura confirmat, annuo morabatini unius tributo monachis imposito. Marca Marca Hisp. 1203, Cocqu. II. 103. — „Piae postulatio“.
”	8.	Romae apud b. Petrum	(4282) Monasterio Casinensi cellam Cinglensem adiudicat. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 665, Gattula Access. 710, Cocqu. II. 102. — „Ex officii nostri“.
”	25.	Romae	„nativitate domini“. Bernoldi Chron. 1099 p. 466, Eadmeri Hist. novorum L. II. p. 55.
—	—	—	(4283) Manassi, archiepiscopo Remensi, scribit haec: „quamvis clericorum Noviomensium litteras de Tornacensis ecclesiae coniunctione falsas ex parte non ambigamus, non enim in vita tantum — Rabbodi unitatem ipsarum ecclesiarum sanxeramus et authentica tantum Noviomensium privilegia rata manere decreveramus, nil tamen ad praesens super hac re vel mutandum vel stabilendum duximus“. Baldricum, electum Noviomensem, commendat. Baluzii Misc. II. 144, Bouquet Rec. XIV. 733. — „Quamvis clericorum“.
—	—	—	c 1098.
—	—	—	(4284) B(ernardo), abbati Maioris-monasterii, admissa in ordinationis primordiis peccata condonat; „hanc autem ei poenitentiam indicit, ut de cetero commissorum fratrum saluti vigilantius ac ferventius instare non desinat“. Baluzii Misc. II. 181, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 272, Bouquet Rec. XIV. 734. — „Sic apud bonos“.
—	—	—	1088—1099.
—	—	—	(4285) N. (Hartwigi), archiepiscopi Magdeburgensis, litteras desiderat. „Cave“ inquit „ne collum tuum Pharaoni subdatur“. Udalar. Bab. cod. n. 182 ap. Eccard Corp. hist. II. 202, Mansi XX. 711. — „Indolis tuae“.
—	—	—	(4286) *Hartmannum, abbatem Gottwicensem, „Gebehardo Constantiensi episcopo in apostolica legatione adiutorem constituit“. Vita Altmanni episcopi Pat., Acta SS. Aug. T. II. 376.
—	—	—	(4287) *Monasterii Gottwicensis privilegia, rogante Hartmanno abbate, confirmat. Vita Altmanni ep. Pat., Acta SS. Aug. T. II. 376.
—	—	—	(4288) Monasterium S. Salvatoris Schaffhusense tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, ea lege, ut monachi „auri unciam quotannis Lateranensi palatio persolvant“. Udalarici Bab. cod. n. 177 ap. Eccard Corp. hist. II. 198, Mansi XX. 706. — „Cum universis“.
—	—	—	(4289) Rodulphum comitem docet, „nulli saecularium domino potestatem in clericos habere licere“. (Fragmentum.) Ivonis decr. VI. c. 408, Mansi XX. 659. — „Nosse te volumus“.
—	—	—	(4290) Hugoni, archiepiscopo Lugdunensi, permittit, ut paroeciae suae clericos, ab

1088—1099.

- aliis episcopis canonicè ordinatos, recipiat. Mansi XX. 677. — „Lugdunensis parocchie“.
- — — (4291) Ebredunensi, Vapincensi et Diensi episcopis mandat, ut „iuratos milites Hugoni (al. Wigoni), ne ipsi, quamdiu excommunicatus sit, serviant, prohibeant; qui si sacramenta praetenderint“ inquit „moneantur, oportere deo magis servire quam hominibus“. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XV. qu. 6. c. 5. — „Iuratos milites“.
- — — (4292) Hugoni, episcopo Gratianopolitano, respondet haec: „Extraordinaria pollutio, non nisi in naturalibus admissa vel saepius reiterata citra maritalem affectum, non videtur matrimonium impedire, quamvis ipsa sit criminosa et damnabilis“. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XXXV. qu. 2 et 3. c. 11. — „Extraordinaria pollutio“.
- — — (4293) Hugonem, abbatem Cluniacensem, petente comitissa Flandrensi, hortatur, ut monasterii S. Bertini Sithiensis curam suscipiat. Bullar. Cluniac. 28, Bouquet Rec. XIV. 737. — „Iustis precibus ministerium“.
- — — (4294) Monasterii S. Petri Crispiniensis bona confirmat. Gall. Chr. III. Instr. 26, Miraei Opp. dipl. II. 1140. — „Iustis votis assensum“.
- — — (4295) * „Coenobium Generense in Guasconia in ius et proprietatem apostolicae sedis recipit et privilegio communit, sub annuo censu II. unciarum auri“. Centii Camerarii lib. cens. ap. Muratori Ant. It. V. 885.
- — — (4296) Monasterii Latiniacensis tutelam suscipit iuraque confirmat, imposito monachis auri unciae censu annuo. Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 401. — „Piae postulatio voluntatis“.
- Iul. 14. — (4297) Rotgerio, abbati Suessionensi, concedit, ut parochianis monasterii ecclesiis regulares claustris clericos (canonicos) praeficiat. Mansi XX. 677. — „Iustis votis“.
- — — (4298) Canonicam ad Plebem martyrum (Ulciensem) tuendam suscipit, eiusque privilegia confirmat. Ulciensis eccl. chart. p. 1. — „Desiderium, quod“.
- — — (4299) Bernardo, archiepiscopo Toletano, remittit quendam „ab exorcista usque ad sacerdotium nullum ordinem se accepisse confessum“. Huic ut unius anni poenitentiam iniungat, mandat; qua peracta „omnes ordines illi restitui vult“. Baluzii Misc. III. 8, Mansi XX. 701. — „Literarum praesentium“.
- — — (4300) Petrum, episcopum Iaccensem, ne monasterium S. Ioannis Pinnense iniuriis afficiat, hortatur. Martinez Hist. de S. Iuan de la Peña 235. — „Cum monasticæ religionis“.
- — — (4300a) Oscitani et Iaccensis episcopatum confinium, petente Petro episcopo Oscitano, confirmat. Aynsa Fundacion de Huesca 530. — „Misericordiae mater“.
- — — (4301) Petronium, episcopum Legionensem, ex matre non legitima editum, „ab huius peccati vinculo absolvit“. Gratiani decr. I. D. 56 c. 14. — „Quia simpliciter“.
- — — (4302) Mathildae, „unicæ b. Petri filiae“, mandat, episcopum Mantuanum praesente episcopo Regino hortetur, ut ecclesiam S. Floriani monasterio S. Benedicti (Paddironensi) restituat. Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat., Docum. p. 273, Margarini Bull. Cas. II. 118, Bacchini Dell' ist. del mon. di Benedetto append. p. 45. — „Conquestus est“.
- — — (4303) Clero et populo Salernitano „Lanzonem presbyterum, qui ecclesiam S. Mariae per manum laicam invaserit, officio et beneficio interdictum“ nunciat. Mansi XX. 660. — „Lanzonem presbyterum“.
- — — (4304) Godino, antistiti Uritano, mandat, ut sedem episcopalem, in urbem Uriam quondam translata, Brundisio urbi reddat. (Fragmentum.) Ughelli It. sacr. IX. 30. — „Quia vobis“.
- — — (4305) Vitali presbytero (Brixiensi) ita scribit: „eos, qui ecclesiam emerunt, si persona talis fuerit, quam vita commendet, videlicet ut in canoniis vel monasteriis regulariter vivat, in sui honoris officio misericorditer condendendo ministrare concedimus“. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. I. qu. 5 c. 2. — „Eos, qui ecclesiam“.
- — — (4306) Vitali, presbytero Brixiensi, respondet, „et baptismum esse, si instante necessitate femina puerum in nomine trinitatis baptizaverit, et spiritualium parentum filios vel filias, ante vel post compaternitatem genitos, posse legitime coniungi, praeter illam personam, per quam compadres sint effecti“. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XXX. qu. 3 c. 4. — „Super quibus consulti“.
- — — (4307) Vitali, presbytero Brixiensi, haec scribit, „quod autem uxor cum marito in baptisate simul non debeat suscipere puerum, nulla auctoritate reperitur prohi-

1088—1099.

- bitum; sed ut puritas spiritualis paternitatis ab omni labe et infamia conservetur immunis, dignum esse decernimus, ut utrique insimul ad hoc aspirare minime praesumant. Quia vero piaculare flagitium commisit, qui duabus commatribus velut duabus sororibus nupsit, magna poenitentia sibi debet iniungi“. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XXX. qu. 4. c. 6. — „Quod autem uxor“.
- — — — — **Romae** (4308) Lucio, praeposito ecclesiae S. Iuventii apud Ticinum, respondet: 1) „vendere ecclesiasticam rem simoniacum esse“; 2) „obedire deo oportere magis quam hominibus“; 3) „ordinationes et reliqua sacramenta a criminosis exhibita, si schismate vel haeresi ab ecclesia non separentur, sancta et veneranda esse“. Mansi XX. 660, Cocqu. II. 109, (Gratiani decr. C. I. qu. 3. c. 8). — „Salvator praedixit“.
- — — — — (4309) Ecclesiae S. Trinitatis in loco, qui Pons Guinizeli dicitur, (a Liprando sacerdote Mediolanensi conditae) privilegia instituit ea lege, ut clerici „Mediolanensis monetae nummos sex quatuor annis Lateranensi palatio persolvant“. Landulphi iunior. hist. Med. c. VIII. ap. Muratori R. It. Scr. V. 479, Cocqu. II. 108. — „Statuimus ecclesiam“.
- — — — — (4310) Populo S. Vincentii (Vulturvensis) scribit de schismaticorum et haereticorum sacramentis. (Fragmenta). Mansi XX. 714. — „Si adulteri“.
- — — — — (4311) Permittit, ut Iordani principis filia, infantula Rainaldo, Rodeli filio, invitae matre et parentela, desponsata, alii viro nuptum detur. (Fragmentum). Ivonis decr. VIII. c. 23, Gratiani decr. C. XXXI. qu. 2. c. 1. — „Si verum esse“.
- — — — — (4312) Edicit haec: „Nullus episcopus clericos suos, nisi forte quibus ecclesiasticarum rerum dispensatio commissa fuerit, sibi iurare compellat“. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XXII. qu. 5. c. 23. — „Nullus episcopus“.
- — — — — (4313) Docet, „publicam legem esse, quae a sanctis patribus scripta sit; legem vero privatam, quod instinctum sit sancti spiritus, in corde scribi“. Gratiani decr. C. XIX. qu. 2. c. 2, Mansi XX. 714. — „Urbanus papa“ „Duae sunt“.
- — — — — (4314) Canonicis regularibus quibusdam scribit de canonicorum disciplina restituenda. (Fragmentum.) Pez Thes. anecd. II. II. 247, Mansi XX. 712. — „Oportet nos“.
- 1095—1099.**
- — — — — (4315) Ecclesiae b. Udalrici et Affrae Neresheimensis tutelam ea lege suscipit, „ut unius aurei census annuus Lateranensi palatio persolvatur“. Wirtemberg. Urkundenbuch I. 304. — „Sicut irrationabilia“.
- 1096—1099.**
- — — — — (4316) Bernardum, archiepiscopum Toletanum, quum legatio Hispanica Ricardo (abbati Massiliensi) adempta sit, ad agendum impellit. Episcopum S. Iacobi Compostellanum (Didacum Pelaiz) vinculis solutum in integrum restitui vult. Mandat, scribat, cui committendam legationem putet. Mansi XX. 697, Aguirre Conc. V. 14, Mabillon et Ruinart Oubr. posth. III. 351. — „Semper te“.
- — — — — (4317) *Monasterii S. Salvatoris Caroffensis protectionem suscipit, et privilegia confirmat; de altaris consecratione a se facta commemorat. Labbé N. B. M. II. 757.
- — — — — (4318) Ecclesiae S. Quintini Bellovacensi addicit Arnellam terram, a Guillelmo, episcopo Parisiensi, collatam. Gall. Chr. X. Instr. 249, Bouquet Rec. XIV. 734. — „Et commissi“.
- 1097—1099.**
- Febr. 8. Laterani (4319) *Mittit „litteras in gratiam monachorum S. Andreae Viennensis, quos et eorum baiulos in tantum vexaverat Guido, eiusdem urbis archiepiscopus, ut etiam ex iis nonnullos in carcere retineret“. Ruinart Vita Urb. p. 292.
- Mart. 14. „ (4320) *Ivoni Carnotensi et Ramulfo Santonensi episcopis scribit „in gratiam monachorum Vindocinensium, quos ab omni episcoporum subiectione immunes esse declarat“. Ruinart Vita Urbani p. 292.
- „ 26. „ (4321) Heriprandum, praepositum Modoetianum, ad tuendam ecclesiam Inginensem hortatur. Frisi Mem. st. di Monza II. 45. — „Prudentiam tuam“.
- „ 31. Romae (4322) Monasterii Vindocinensis libertatem confirmat. Gofridi abb. Vindoc. epist. L. II. 27 in Sirmondi Opp. III. 468—469, Ivonis Opp. II. 183, Launoi Opp. III. I. 373. — „In Arvernensi concilio“.
- Apr. 24. Laterani (4323) Manassae, archiepiscopo Remensi, et ceteris per Franciam tam archiepiscopis

1097—1099.

		quam episcopis significat, Philippi Francorum regis nuncium „de illius mulieris (Bertradae) culpa satisfacisse“; „iuravit enim“ inquit „quod rex mulierem illam, postquam in manu nostra refutavit, nunquam eam carnaliter habuerit“. Statuisse se, „ut rex de episcopis et regni primatibus usque ad festivitatem omnium sanctorum (d. 1 Nov.) aliquot ad se dirigat, qui hoc ipsum, quod nuncius iuravit, debeant affirmare“. Interdictum, ab archiepiscopo Lugdunensi regi irrogatum, dissolvit. D'Achery Spic. III. 431, Bouquet Rec. XIV. 729, Mansi XX. 87. — „Carissimi filii“.
		(4324) Hugoni, abbati Cluniacensi, significat, „in Romana nuper synodo“ se decrevisse, ut monasterium S. Germani Autissiodorensis, ab abbate in concilio Nemausensi sibi „refutatum“, ei committeretur. Mandat, ut monasterii curam suscipiat. Baluzii Misc. II. 177, Bullar. Cluniac. 24, Bouquet Rec. XIV. 736. — „In Nemausensi“.
		c. 1099.
		(4325) Sedem episcopalem Barbastrensem, petente Petro episcopo, confirmat. De la Canal España sagr. XLVI. 245. — „Miserationibus domini“.
		1099. (Ind. 7, pont. a. 11—12. Mart.—12.)
		(4326) Ingelrannum, episcopum Laudunensem, hortatur, ut fratribus b. Remigii (Remensibus) altare Corbiniacense restituat. Mansi XX. 678, Bouquet Rec. XIV. 736, Gall. Chr. X. Instr. 190. — „Quanto familiarius“.
		(4327) „Synodum in tertia hebdomada Romae celebrandam post pascha missis literis usquequaque denunciatur“. Bernoldi Chron. 1099 p. 466.
Ian. 25	Laterani	(4328) Monasterium Blaubeurense, rogatu Adelheidis comitissae, tuendum suscipit, imposito monachis bizantii unius censu annuo. Besoldi doc. red. 565, Wirtemb. Urkundenb. I. 313, Gall. Chr. V. Instr. 512, Cocqu. II. 105. — „Sicut irrationabilia“.
Mart. 26.	„	(4329) Monasterii S. Blasii in nigra silva siti protectionem suscipit et privilegia confirmat. Gerbert Hist. Nigr. Silv. III. 36. — „Piae postulatio“.
„ 26.	„	(4330) Monasterii S. Pauli in Carinthia, ab Hartwico archiepiscopo Magdeburgensi et Engelberto comite et Hadewic eius coniuge et eorum filiis b. Petro oblato, protectionem suscipit, possessiones confirmat, iura constituit, imposito monachis aurei bizantii censu annuo. Hormayr Arch. f. Geogr. 1820 p. 303. — „Piae postulatio voluntatis“.
Apr. 14.	„	(4331) *Monasterii Anianensis tutelam suscipit, bonaque confirmat. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 406.
„ 19.	Romae in porticu b. Petri	(4332) Monasterium S. Saturnini, prope annem Valeriae situm, tuendum suscipit, eiusque privilegia et possessiones ea lege confirmat, ut monachi singulis annis unam argenti libram palatio Lateranensi persolvant. Marca Marca Hisp. 1208, Cocqu. II. 105. — „Piae postulatio“.
„ 13.	„	(4796) Clericis Florentinis sub poena praecipit, ut vetere ecclesiae cathedralis more „tam in dominicis diebus, quam in praecipuis festivitibus in processionibus et in officio maioris missae usque ad perfectum evangelium conveniant“. Ughelli It. sacr. III. 88, Mansi XX. 1052. — „Antiquum morem“.
		1102 — 1116.
Ian. 27.	Lateranis	(4797) Lanuino (Turris priori) permittit, ut „in ecclesia illa iuris eremi, quae apud Scyllacium sita est, monasterium constituat“. Mabillon Ann. ord. Bened. V. 456. — „Quoties a fratribus“.
		1107 — 1116.
Dec. 27.	Romae	(4798) O(berto), episcopo Leodiensi, praecipit, ut quam occupaverit „in castello Bullionis partem Remensis parochiae“ Radulfo archiepiscopo restituat, „aut de ea iudicio Catalaunensis et Tullensis episcoporum Remensi ecclesiae iustitiam exsequatur“. Martene Coll. II. 624. — „Confratris nostri Radulfi“.
		1108 — 1116.
Mart. 20.	Laterani	(4799) Reinhardum, episcopum Halberstadensem, laudat, quod partheniorum quorundam disciplinam restituerit. Mabillon Ann. ord. Bened. V. 625, Martene et Dur. Vet. script. I. 637. — „Quaedam monasteria“.
		1109 — 1116.
Oct. 27.	Romae	(4800) A(delgato), archiepiscopo Magdeburgensi, mandat, ut (Gerhardum), electum Merseburgensem, iniuste expulsum, Roma redeuntem, restituat, eiusque causam aut canonicè iudicet, aut ad sese deferat. Hahn Coll. mon. I. 121, (Udalr. Bab. cod. n. 276 ap. Eccard Corp. hist. II. 277.) — „Veniens ad“.
„ 27.	„	(4801) Clerum populumque Merseburgensem de superiore ad Adelgotum epistola certiore facit. Hahn Coll. mon. I. 121, Udalr. Bab. cod. n. 275 ap. Eccard Corp. hist. II. 277. — „Lator praesentium“.
		1112 — 1116.
Mart. 23.	Lateranis	(4802) Fratribus Savigniensiibus permittit, ut, interdicto in universam paroeciam prolato sacris libere operentur. Martene Thes. I. 336. — „In nemore“.
		1116. (Ind. 9—1. Sept.—10, pont. a. 17—14. Aug.—18.)
Ian. 29.	Laterani	(4803) Monasterium Fabariense ab episcopi Basileensis potestate liberat, et bona eius confirmat. Eichhorn Ep. Cur. C. Pr. 46. — „Sicut iniusta petentibus“.
Mart. 3.	„	(4804) Clero populoque Florentino nunciat, archidiaconum eorum et Ioannem S. Laurentii, Petrum S. Petri, Rambaldum S. Stephani priores, socios conspirationis in G(odifredum) episcopum, dignitatibus privatos esse. Ughelli It. sacr. III. 90, Mansi XX. 1053, Cocqu. II. 115. — „Iam dudum“.
„ 6.	Laterani in ecclesia S. Salvatoris	Concilii die prima („secunda feria tertiae ebdomadae quadragesimalis, 2 non. Mart.“) agitur de lite inter Grosulanum et Iordanem, electos archiepiscopos Mediolanenses. Ekkehardi Chron. 1116 p. 250.
„ 7.	„	Concilii die secunda de eadem lite Mediolanensi agunt „sequenti die“. Ekkh. Chron. I. I.

		1116. (<i>Ind. 9—1. Sept.—10, pont. a. 17—14. Aug.—18.</i>)
Mart.	8.	Laterani in ecclesia S. Salvatoris
		Concilii die tertia („quarta feria“) de controversia inter episcopum Lucensem et Pisanos agitur; et privilegium Heinrico regi datum, a Paschali „condemnatur sub perpetuo anathemate“. Ekkeh. Chron. l. l., cf. Gerhohi libr. de aedif. dei ap. Pez Thes. anecd. II. n. 411.
„	9.	—
		„Quinta feria papa in concilio non sedit, multis et maxime regis negociis per domnum Cluniacensem, Iohannem Caietanum et Petrum Leonis et Urbis praefectum caeterosque illius partis fautores impeditus“. Ekkeh. Chr. 1116 p. 251.
„	10.	Laterani
		Concilii die quarta („sexta feria“) Paschalis „investituram ecclesiasticarum rerum a manu laica rursus excommunicat sub anathemate dantis et accipientis“; deinde „quidquid Cono Praenestinus ceterique cardinales episcopi, legati apostolici, Romanae sedis et sua auctoritate fecerunt, probaverunt, confirmaverunt, probat et confirmat; quidquid damnaverunt, damnat“. Ekkeh. Chron. l. l.
„	11.	„
		Concilii die quinta caque postrema („sabbato“) Iordanus archiepiscopus Mediolanensis sancitur, Grosulanus episcopus Savonensis restituitur. Ekkeh. Chron. l. l., Landulphi iun. hist. Med. c. 29 ap. Muratori R. It. Scr. V. 498. (Cf. Petri Chron. mon. Cas. p. 790, Falc. Benev. 1116 p. 90.)
„	14.	„
		(4805) Ecclesiae Augustodunensis possessiones, petente Stephano episcopo, confirmat. Gall. Chr. IV. Instr. 88, Cocqu. II. 153. — „Iustis votis“.
„	14.	„
		(4806) Gozeranno, archiepiscopo Lugdunensi, et eius successoribus Lugdunensis, Rotomagensis, Turonensis et Senonensis provinciarum primatum asserit. Bouquet Rec. XV. 59 (Mansi XX. 1073). — „Caritatis bonum est“ („Idcirco“).
„	20.	„
		(4807) Ecclesiae S. Pancratii Hadmerslebensis tutelam suscipit, iuraque confirmat. Leuckfeld. Ant. Halb. 704, et Ant. Walkenr. II. 209. — „Desiderium, quod ad“.
„	21.	„
		(4808) Dominico, monasterii S. Facundi Sahagunensis abbati, „ligandi ac solvendi potestatem super burgenses S. Facundi“ concedit, qui „tempore cum inter regem Alfonsum, regis Sancii filium, et Urracam reginam, Aldefonsi regis filiam, bellum vehemens et diutinum emersisset“, et abbatem et monasterium variis iniuriis affecerint. Escalona Hist. de Sahagun 514. — „In pastorum specula“.
„	22.	„
		(4809) Monasterii S. Tiberii bona iuraque confirmat, imposito monachis aurei unius censu annuo. Gall. Chr. VI. Instr. 316. — „Iustis votis assensum“.
„	22.	„
		(4810) Monasterii S. Facundi Sahagunensis possessiones quasdam et privilegia confirmat, imposito monachis duorum solidorum censu annuo. Escalona Hist. de Sahagun 513. — „Apostolice sedis auctoritate“.
„	24.	„
		(4811) Sedem episcopalem Vesontionensem ex synodi sententia iubet in ecclesia b. Stephani permanere. Bouquet Rec. XV. 59, Mansi XXI. 149, Cocqu. II. 154. — „Inter S. Stephani“.
Apr.	3.	ap. b. Petrum
„	„	e Lateranensi
„	„	Romae
„	11.	Albae
		„secunda feria“ paschatis. Pandulph. Pisan. p. 358. palatio effugit. V. Pand. Pisan. l. l. et Annales Romanos ap. Pertz M. G. Scr. V. 477. in monasterio Clivi Scauri. V. Annales Romanos p. 477.
„	13.	„
		(4812) Monasterium S. Archangeli de Morfisa Neapolitanum tuendum suscipit eiusque bona et privilegia confirmat, petente Gregorio archiepiscopo. Ughelli It. sacr. VI. 94, Cocqu. II. 155. — „Piae postulatio“.
„	13.	„
		(4813) Monasterium Nantense iubet abbati Vabrensi ad tempus subiacere. Gall. Chr. I. Instr. 61, Bouquet Rec. XV. 61. — „Ex illius boni viri“.
—	—	ap. Setium
Mai.	23.	ap. Transtiberim
		castrum. V. Falcon. Benev. 1116 p. 90.
„	23.	„
		(4814) Oldegarium, abbatem S. Ruffi, electum episcopum Barcinonensem, a monasterii regimine solvit, eique praecipit, ut episcopatum suscipiat. Bosonem, presbyterum cardinalem, in Hispaniam legatum mittit. Acta SS. Mart. T. I. 485, Risco Esp. sagr. XXIX. 468, Salazar Anamnesis II. 100. — „Cum pastoralis officii“.
„	23.	„
		(4815) Raymundum, Barcinonensem marchionem, Bisuldunensem et Provinciae comitem, post victoriam in Balearibus insulis partam bellum contra Mauros ac Moabitans in Hispania et contra Tortosam parantem, cum uxore et filiis tuendum suscipit „sub triginta morabatinorum censu annuo“. Martene et Dur. Vet. script. I. 636, Salazar Anamnesis II. 99, Puiades Cronica VIII. 197, Diago Hist. de Barcel. 160 ^b , Bouquet Rec. XV. 61. — „Devotioni tuae“.
„	24.	„
		(4816) Archiepiscopis, episcopis et abbatibus per Angliam commendat Anselmum, S. Sabae abbatem, missum, „ut cum iis synodales deberet celebrare conventus“. Haec addit: „Super b. Petri eleemosyna colligenda segnius vos hactenus egisse

			1116. (<i>Ind. 9—1. Sept.—10, pont. a. 17—14. Aug.—18.</i>) cognovimus; praecipimus, ut eam deinceps studiosius et sine dolo Romanae ecclesiae transmittere debeatis“. Wilkins Conc. I. 377. — „Licet vos religiosos“.
(Mai.)	—	—	(4817) *Henrico, Anglorum regi, significat, se Anselmo (abbati S. Sabae) „vices apostolicas in Anglia administrandas“ tribuisse. V. Eadmeri Hist. novor. L. V. p. 91.
Iun.	18.	—	(4818) *B(ernardo) Toletano et M(auritio) Bracarensi archiepiscopis, atque Al(fonso) Tudensi, Ie(ronimo) Salmanticensi, T. reginae et baronibus eius P. Gunçalviz, E. Muniz, E. Gusendiz significat, se ecclesiam Lamegensis, Gonsalvo episcopo Colimbriensi abiudicatam, Hugoni episcopo Portugalensi addixisse. Ribeiro Dissert. IV. i. 157.
Iul.	19.	Priverni	(4819) Episcopis suffraganeis, abbatibus, prioribus, clero, regi, principibus et populo Hierosolymitanae ecclesiae significat, Arnulfum patriarcham, cui legatus suus officio pontificali interdixisset, a sese restitutum pallioque donatum esse. Rozière Cartulaire du saint sépulcre 11. — „Pro sedandis ecclesiae“.
Oct.	25.	ap. Transtiberim	(4820) Robertum, abbatem Vizeliacensem, vetat iniuriis affici. D'Achery Spic. II. 505, Bouquet Rec. XV. 61, Mansi XX. 1030. — „Et divinarum et“.
Nov.	23.	„	(4821) Ecclesiam S. Policarpi, a monachis Crassensibus vindicatam, monasterio Electensi addicit. Gall. Chr. VI. Instr. p. 107, Hist. de Languedoc II. Pr. p. 397. — „Frequens ad apostolicam“.
„	23.	Romae	(4822) Clericis Augustensibus scribit, Herimanno episcopo episcopale officium „ante quinquennium“ (leg. „decennium“) interdictum esse, „quia et a suo id temporis legato, bonae memoriae Richardo Albano episcopo, invitatus et sua praeceptione praemonitus“ statuta die ad se non venisset. Negat, se „ex illo tempore unquam interdicti remissionem ei fecisse“. Udalscalci narrat. in Canisii lect. III. n. 12, (Mansi XX. 1009.) — „Pro querelis quibusdam“.
(„)	—	—	(4823) Arnaldo (leg. Adelberto), archiepiscopo Moguntino, mandat, ut de episcopo Augustensi (Herimanno) iudicium faciat. Udalscalci narrat. in Canisii lect. III. n. 12, (Mansi XX. 1009.) — „Super caetera horrenda“.
Dec.	2.	ap. Transtiberim	(4824) Monasterium S. Bartholomaei (dioec. Pennensis) tuendum suscipit eiusque possessiones ac privilegia confirmat. Anecdota Ughelliana 390. — „Ad hoc in“.
„	21.	„	(4825) Canonicos S. Mariae in portu Ravennatis praecipit, ut „institutionis canonicae regulam“ a Petro canonico „tam ex sanctorum patrum auctoritate, quam religiosorum virorum exemplis et morum honestate conceptam“, observent. Bull. Lat. 6, Petri Damiani Opp. IV. 175, Rubei Hist. Rav. p. 321. — „Hanc institutionis“.
„	22.	„	(4826) Ecclesiae b. Mariae in Portu Ravennatis possessiones ac privilegia confirmat. Fantuzzi Mon. Rav. IV. 237. — „Ad hoc in“.
—	—	Rome ap. S. Paulum	(4827) Ecclesiam S. Pancratii Backnangensem rogatu Hermanni marchionis tuendam suscipit et eius possessiones confirmat, ea lege, ut aureus unus quotannis Lateranensi palatio persolvatur. Wirtemb. Urkundenb. I. 343. — „Devotionem tuam“.
			1116?
Oct.	8.	Viterbii	(4828) Monasterii S. Bertini Sithiensis disciplinam Cluniacensem libertatemque confirmat. Collection des Cartulaires III. 251. — „Quae religionis“.
„	15.	transTiberim	(4829) Fratres S. Frigidiani Lucenses afflictos consolatur. De vitanda sacrilegorum societate addit. Baluzii Misc. IV. 586. — „Multae tribulationes“.
			1100—1117.
Iun.	29.	Beneventi	(4829 a) Monachos S. Aegidii hortatur, ut disciplinam Cluniacensem religiose servant. Baluzii Misc. III. 10, Mansi XX. 1070. — „Monachorum status“.
			1101—1117.
Mart.	13.	—	(4830) „H(ermann) Augustensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Latoris praesentium causa penes nos diligentius indagata est. Frater etiam noster, H. venerabilis abbas, eandem causam in ipsa vestrae ecclesiae congregatione cum religiosis monachis ac prudentibus viris se diligenter examinasse suggestit. Itaque cum ex ipsis clerici confessione tum ex supradicti abbatis suggestione cognovimus, quia idem clericus, cum inter languorem iam sensu destitutus desperaretur, neque sponte neque scienter monachico habitu est indutus, sed mox in se reversus ipsum habitum adversatus est, et a praedecessore tuo atque a congregatione Augustensis ecclesiae litteris repetitus, beneficium et praebendam eiusdem recepit ecclesiae. Cum igitur ita se causae huius series habeat, tam fratribus nostris, quam nobis

1101—1117.

visum est, eundem clericum nullo propter haec iustitiae debito compellendum, ut in monasterium revertatur. Tua itaque fraternitas non eum ulterius inquietet. Nuncios quidem tuos post huius adventum quinque dierum induciis sustinimus, sed cum nullus ad nos veniret, hunc in pace dimisimus. Dat. III. id. Martii“. Ex schedis Pertzii. — „Latoris praesentium“.

1117. (Ind. 10, pont. a. 18—14. Aug.—19.)

Ian. 1.	Transtyberim	(4831) Episcopo Comensi praecipit, ne clericos S. Fidelis iniuriis afficiat. Tatti Ann. di Como II. 866. — „Licet in ecclesiarum“.
Febr. Mrt. Mart. 12.	In Casinensi Capuae	monasterio. V. Petri Chron. mon. Cas. p. 791. (4832) Canonicorum Curiensium bona, petente Guidone episcopo, confirmat Hormayr Sämmtl. Werke II. Urkundenb. p. 49, Mohr Cod. dipl. I. 153. — „Iustis votis assensum“.
„ 16.	Beneventi	(4833) *Monasterii Miciacensis possessiones confirmat. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 2.
„ 24.	„	(4834) Episcopis Angliae et Henrico regi scribit, cognovisse se ex Radulfo, archiepiscopo (Cantuariensi), de legatione per Herebertum, episcopum Norwicensem, ab iis ad sese missa. Legatos ob valetudinem non advenisse. Negat, se ecclesiae Cantuariensis privilegia aut imminuturum, aut imminui passurum. Eadmeri Hist. novor. L. V. p. 91, Willelmi Malmesb. Gest. pont. Angl. L. I. ap. Savile R. A. Scr. p. 131 ^b , Wilkins Conc. I. 376, Mansi XX. 1011. — „Veniente ad nos“.
Apr. —	„	Synodus, in qua Mauritius, archiepiscopus Bracarenensis, excommunicatur. Falco Benev. 1117. Cf. Gelasii II. epistolam ap. Mansi XXI. 166, Annal. Benev. 1117 p. 184.
„ 1.	„	(4835) Canonicis Augustensibus significat, se Herimanni episcopi causam iudicio Widonis, episcopi Curiensis, permisisse, „si episcopus vester“ inquit „de rerum ecclesiasticarum et de perversae conversationis vita emendationem fecerit et de aliis, quae obiecta sunt, tertia episcoporum vel quinta presbyterorum manu se purgaverit, restitutionem interdicti sibi officii consequatur“. Udalscalci narrat. in Canisii lect. III. n. 13, Mansi XX. 1009. — „Diu est quod“.
„ 4.	„	(4836) Albino abbati et canonicis S. Mariae de Bosco (de Rota) capellam b. Nicolai Credonensem asserit. Baluzii Misc. III. 18, Bouquet Rec. XV. 62. — „Quia vos ad“.
„ 5.	„	(4837) „Confirmat concordiam inter Fontebraldenses moniales et Gualterium abbatem Nantoliensem, qui locum Tuitionis ab omni calumnia quietum dimittit sub lege census annui“. Pavillon vie de Robert d'Arbrissel pr. p. 623, teste Bréquigny Tabl. chron. II. 441 et 460.
„ 5.	„	(4838) Henricum, regem Anglorum, hortatur, ut (Turstanum) electum Eboracensem, „sine iudicio ab ecclesia sequestratum“, restituat. Nec Cantuariensia neque Eboracensia privilegia violari vult. Eadmeri Hist. novor. L. V. p. 92, Wilkins Conc. I. 376, Rymer Foedera I. 9, (Willelmi Malmesb. Gest. pont. Angl. L. III. ap. Savile R. A. Scr. 156, Wharton Angl. sacra I. 70, Mansi XX. 1012). — „Nos auctore deo“.
(„) —	(„)	(4839) R(adulpho), archiepiscopo Cantuariensi, praecipit, ne a (Thurstano) electo Eboracensi professionem exigat, neve consecrationem ei denegat; alioquin se a suffraganeis eundem consecrari iussurum. Monast. Anglic. III. 143. — „Quanto amplius“.
„ 13.	„	(4840) Ecclesiae Carnotensi concessum a Ludovico Francorum rege privilegium confirmat, petente Gaufrido episcopo. Collection des Cartulaires II. 270, Bouquet Rec. XV. 62. — „Quae a saecularibus“.
„ 20.	„	(4841) Antonio, praeposito S. Petri ad Oratorium de Capistrano, presbytero cardinali, privilegia tribuit. (Fragmentum. Pro 1177 leg. 1117). Ughelli It. sac. IX. 506.
„ 23.	„	(4842) „Danorum regi. Legimus in apostolo Paulo: non est potestas nisi a deo. Tunc vero recte potestas agitur, cum ad deum respicitur, a quo datur. Tu ergo fili ad deum semper intendas, ut sicut a deo potestatem accepisti, ita ei placere semper per eius gratiam valeas, ecclesias et sacerdotes domini gratanter et humiliter venereris, pupillis et viduis opem tue protectionis impendas. Iustitiam efficaciter exerceas et iustitiae repugnantes tua comprimas potestate. Nec a quibuslibet iniquis ecclesiarum bona diripi patiaris, quia sacrilegii crimen est, et eorum culpa te respicit. Nec enim debent aliquorum violentia diripi, que pro multorum sunt concessa salute. In his et aliis nequitiis coercendis regni tui debes ponti-

		1117. (<i>Ind. 10, pont. a. 18—14. Aug.—19.</i>) ficibus adiutor et cooperator existere. Tunc enim bene mundus regitur, cum sacerdotali auctoritati potestas regia comitatur, sacerdotes enim in Christi ecclesia oculi sunt. Quos sequi concedet populum, quia et virtute domini corpus eius illuminatur. Ipsis profecto convenit veritatem domini nuntiare, ut sponsam domini castam illibatamque custodiant. Unde scire te volumus, quia de presbyterorum et diaconorum castitate et illi et nos verbum mutare non possumus. Dominica namque sententia est: Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentis in manibus vestris, ut casti simus corpore et luceamus operum claritate. Si qui autem veritati resistere moliantur, et sacerdotali ministerio commonendi et regia sunt potentia coercendi. Tue igitur potestati confratres nostros Lundensem metropolitanum et alios regni Danorum episcopos commendamus, ut eis et obedientiam reverenter exhibeas et adiutorium efficaciter sumministres, ut et temporalem gloriam pacifice per dei gratiam optinere et ad eternam salutem mereamini feliciter pervenire. Dat. Benev. VIII. Kal. Maii. („Ex Reg. Paschalis II. libro XVIII. cap. XXI.“). E Cod. Vatic. Ottobon. N. 3057 dedit W. Giesebrecht.
		(4843) F(riderico), archiepiscopo Coloniensi, scribit, ex eius litteris quum regem cognovisset ab eo excommunicatum esse, se quoque regis communionem abstinuisse. „Ipse autem“ inquit „sive propter hoc, sive propter aliud ignoramus, Romam venit, seditionem in populo concitavit, excommunicatos ab ecclesia in communionem suscepit, b. Petri fideles impugnavit et impugnare non desinit, patrimonium b. Petri, quae potuit occupavit, alia devastationi exposuit; ad apostolorum limina et ad nostram praesentiam venientes, positus in via custodibus, capiuntur, bonis suis exspoliantur, nec liberum habere transitum permittuntur.“ Hortatur, ut ecclesiae Romanae auxilium ferat. Pez Thes. anecd. VI. i. 300, Mansi XX. 1084. — „Significavit nobis“.
	In Campaniam	„rediens, Pillanumque in maritimis oppidum S. Silvestri in sui ditionem convertit“. Pandulph. Pisan. 359.
	Anagninam	se confert „autumno instante“. Pandulph. Pisan. p. 359.
Apr. 20.	Anagninae	(4844) Ecclesias S. Petri de Nurki, S. Nicolai de Nugubii, S. Heliae de Setin, in Turritana et Empuritana parocciis sitas, earumque possessiones invadi vetat, petente Gunnario domnicello. (Pro: „a. 1113“ legendum esse: „a. 1117“, patet ex ind. 10 et pont. a. 18.) Gattula Hist. Cas. 425. — „Devotionem tuam“.
	„	(4845) Monasterii Sublacensis possessiones quasdam confirmat. Margarini Bull. Cas. II. 131. — „Cum universis“.
Oct. 1.	„	(4846) „Rogerio comiti Siciliae. Ante Sarracenorum invasionem Siciliae insula Romanae ecclesiae adeo familiaris fuit, ut semper in ea Romani pontifices et patrimoniorum suorum curatores et suae vicis representantes habuerint. Patri autem tuo divina gratia prerogativam contulit, ut suo et suorum labore et sanguine Sarraceni ab eadem insula pellerentur, et in ea dei ecclesiae restituerentur. Unde, sicut in tuis litteris suggestisti, antecessor meus patri tuo legati vicem gratuita benigne, tate concessit. Nos quoque tibi post ipsum eius successori concessimus, ea videlicet ratione, ut si quando illuc ex latere nostro legatus dirigitur, quem profecto vicarium intelligimus, quae ab eo gerenda sunt, per tuam industriam effectui mancipentur. Sic enim in ecclesia seculares potestates dispositas legimus, ut quod ecclesiastica humilitas minus valet, secularis potestatis suae formidinis rigore perficiat. Nam personarum ecclesiasticarum seu dignitatum iudicia nusquam legimus laicis vel religiosis fuisse commissa. Porro episcoporum vocationes ad synodum, quas unquam sibi legatus aut vicarius usurpavit? quod aliquando singularibus, aliquando pluralibus litteris per quoslibet solet nuncios fieri. Cognosce fili carissime modum tuum et datam tibi a domino potestatem, noli contra dominicam erigere potestatem. Sic enim a domino Romane ecclesiae potestas concessa est, ut ab hominibus auferri non possit. Disce in comitatu tuo bonorum imperatorum exempla, ut ecclesias non impugnare studeas sed iuvare, non iudicare aut opprimere episcopos, sed tamquam dei vicarios venerari. Quae a patre tuo nobilis memoriae R(ogero) comite ecclesiae data sunt, per te nullatenus minuantur, sed potius augeantur. Noli deum precedere sed sequaris, quia eo duce non offendes, sed vite lumen habebis. Hec tibi tamquam filio carissimo precipio, hec moneo; si, ut spondes, obedieris et obtemperaveris, tuam profecto salutem obtemperabis. Omnipotens dominus suo te beneplacito dirigat, conservet atque custodiat. Dat.

		1117. (<i>Ind. 10, pont. a. 18—14. Aug.—19.</i>) Anagninae Kal. Octobris“. („Ex Reg. Paschalis II. libro XVIII. cap. III.“). E cod. Vatic. Ottobon. N. 3057 dedit W. Giesebrecht.
Nov. 30.	Trevaenae	(4847) Gerardum, episcopum Engolismensem, afflictum consolatur, monetque „ut preces et gemitus effundat et id ipsum per universas parochias suas fieri praecipiat, quatenus deus ecclesiam suam respiciat et persecutionum aestus cessare praecipiat“. Interdictum, abbati Rotonensi illatum, confirmat. De litteris ad comitem suis significat. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 634, Morice Mém. p. s. à l'hist. de Bret. I. 536, Bouquet Rec. XIV. 194. — „Fraternitati vestrae compatitur“.
„ 30.	„	(4848) Conanum, Britannorum comitem, hortatur, cogat monachos Rotonenses, ut Bellam-insulam monachis Kemperlegiensibus restituant. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 634, Morice Mém. p. s. à l'hist. de Bret. I. 536, Bouquet Rec. XIV. 194. — „Nosse debes fili“.
Dec. 16.	Praeneste	ecclesiam dedicat. V. titulum in Petrini mem. Prenest. 402, Ughelli It. sacr. I. 198.
„ 21.	„	(4849) Guillelmum, comitem Nivernensem, a vexando monasterio Vizeliacensi dehortatur. D'Achery Spic. II. 505, Bouquet Rec. XV. 63, Mansi XX. 1030. — „Non parva“.
„ 21.	„	(4850) Daimberto, archiepiscopo Senonensi, et Hugoni Nivernensi, Stephano Augustodunensi, Ioceranno Lingonensi, Hugoni Autissiodorensi episcopis mandat, ut monasterium Vizeliacense protegant. D'Achery Spic. II. 506, Mansi XX. 1031, Bouquet Rec. XV. 63. — „Ex fundatoris“.
„ 24.	„	„nativitatis domini vigiliis“. Pand. Pisan. p. 359.
— —	—	1099 — 1118.
— —	—	(4851) Archiepiscopo (Spalatio) explicat, cur legati sui pallium deferentes sacramentum ab eo exegerint. Saxonum et Danorum exemplum ad imitandum proponit, quorum metropolitas affirmat et idem iuramentum praestare, et legatos apostolicos honorifice tractare, et ad apostolicam sedem non tertio quoque anno, sed quotannis legare. (Epistola est perperam inscripta alias: „Poloniensi archiepiscopo“, alias: „Panormitano archiep.“ alias: „N. Polonorum archiep.“ cet.) Card. de Arag. ap. Muratori R. It. Scr. III. i. 366, Augustini Tarr. Opp. IV. 25, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 261, Mansi XX. 984, Fejér C. D. H. II. 32. — „Significasti frater“.
— —	—	(4852) R(othoni) priori S. Frigidiani Lucensis gratias agit, quod „in unitate ecclesiae firmiter perseveret“. Petit, „ut si qua forte scandala emergere viderit, sibi significet“. Baluzii Misc. IV. 587. — „Dilectioni tuae gratias“.
— —	—	(4853) Canonicis S. Frigidiani Lucensibus de famae eorum celebritate scribit, eosque hortatur, ne desinant in virtute proficere. Baluzii Misc. IV. 585. — „Benedictus dominus“.
— —	—	(4854) Canonicos b. Martini Lucenses ad colendam cum S. Frigidiani canonicis pacem hortatur. Baluzii Misc. IV. 585. — „In negotiis vestris“.
— —	—	(4855) Rothernem, priorem S. Frigidiani Lucensis, miratur disciplinam ecclesiae S. Floridi nondum restituisse. Praecipit, ut „proxima b. Martini festivitate“ ad sese veniat, quo die et clericos illius ecclesiae et episcopum (Castellanum) affore nunciat. Baluzii Misc. IV. 584. — „Provisioni tuae“.
— —	—	(4856) Rothernem priorem et canonicos ecclesiae S. Frigidiani Lucensis hortatur, ut tentationibus inimicis que fortiter resistent. Baluzii Misc. IV. 584. — „Qui vos pro“.
— —	—	(4857) *Monasterii Gottwicensis privilegia confirmat, petente Hartmanno abbate. Vita Altmanni ep. Pat., Acta SS. Aug. T. II. 376.
— —	—	(4858) Hartmanno, abbati Gottwicensi, „litteras mittit, in quibus eum et sibi subditos a communione excommunicatorum prohibet“. (Fragmentum). Vita Altmanni ep. Pat., Acta SS. Aug. T. II. 376. — „Coelum et terra“.
— —	—	(4859) Monasterium S. Trinitatis Norwicense ab Herberto episcopo conditum, sedemque episcopalem a Theodfordensi oppido Norwicum translata confirmat. Monast. Anglic. I. 410. — „Officii nostri“.
— —	—	(4860) Monasterii Andrensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Ioanne, episcopo Tarvannensi. D'Achery Spic. II. 794. — „Piae postulatio voluntatis“.
— —	—	(4861) Ecclesiae Viennensis privilegia et possessiones confirmat, petente Guidone archiepiscopo. Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. 76, Mansi XX. 1046. — „Potestatem ligandi“.

1099—1118.

- (4862) B. ecclesiae Bellilocensis abbati concedit, „ut sacratum eius ecclesiae cimiterium ad omnium tam clericorum quam laicorum Lochensis castri hominum sepulturam ceteris postpositis singulare sit“. Gall. Chr. ed. 1. T. IV. 152. — „Iustis votis assensum“.
- (4863) Canonicis S. Martini ita scribit: „primitiae, decimae et oblationes in solis ecclesiarum bonis praecipue numerantur; quicumque igitur eas per potestatem saecularem obtinet, contra domini et ss. patrum nititur institutiones; quinimmo et qui accipit et qui tradit, raptor et sacrilegus iudicatur“. (Fragmentum). Augustini Tarr. Opp. IV. 350, Mansi XX. 1074. — „Causa Carpen.“ „Caeterum primitiae“.
- (4864) Docet haec: „In omni negotio principalis persona, dicens veritatem de re sibi nota, rectissime habenda est pro teste; cui adhibito uno efficiuntur duo testes, adhibitis duobus efficiuntur tres“. (Fragmentum). Augustini Tarr. Opp. IV. 98, Mansi XX. 1074. — „In omni“.
- (4865) Decernit ita: „novum genus exactionis est, ut clerici a clericis frugum decimas vel animalium exigant; illi profecto clerici, qui a clericis spiritualium minorum labores accipiunt, decimas eis debent“. (Fragmentum.) Augustini Tarr. Opp. IV. 185, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 250, Mansi XX. 1074, XXII. 332. — „Novum genus“.
- (4866) Qui „non permittant ecclesias regulariter ordinari“, eos docet sacrilegos esse. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. I. qu. 1 c. 125, Mansi XX. 1072. — „Sunt quidam“.
- (4867) „Altare et decimas per pecuniam dare et spiritum sanctum vendere“, simoniam esse scribit. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. I. qu. 3 c. 14, Mansi XX. 1072. — „Altare et“.
- (4868) Praecipit haec: „abbatibus, qui neque sub episcopo, neque sub metropolitano, neque sub primate, neque sub patriarcha sunt, nullus prorsus episcoporum episcopalia quaelibet administret“. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XVIII. qu. 2 c. 18, Mansi XX. 1072. — „Abbatibus, qui“.
- (4869) Decernit ita: „nullus laicorum ecclesias vel ecclesiarum bona occupet vel disponat“. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XVI. qu. 7 c. 18, Mansi XX. 1072. — „Nullus laicorum“.
- (4870) „In potestatem proprii episcopi ecclesias reduci et ab ipso ordinari“ iubet. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XVI. qu. 7 c. 19, Mansi XX. 1072. — „Sicut domini“.
- (4871) „Monachis, sive clericis communiter viventibus decimas de laboribus seu nutrimentis propriis extorqueri“ vetat. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XVI. qu. 1 c. 47, Mansi XX. 1072. — „Decimas a populo“.
- (4871a) Statuit haec: „sicut morienti concedatur iudicium rerum suarum facere quicumque loco sibi placuerit, sic iustum est, sui corporis licentiam habere eligenti sepulturam in quocumque loco voluntas extiterit sive in monasteriis sive in aliis (religiosis) locis“. Mansi XXII. 404, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 256, Augustini Tarr. Opp. IV. 178. — „Volumus et iuxta“.

1101—1118.

- (4872) Lanuino (Turris priori) de opera monasteriis ecclesiisque reparandis data gratias agit. Mandat, ut inter episcopum Miletensem et monachos S. Angeli pacem componat. Capialdi Mem. d. chiesa Milet. 145, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 456. — „Religionis tuae sinceritas“.
- (4873) Lanuino, Turris priori, scribit, gaudere se, „quoniam“ inquit „quod fractum fuerat, consolidatum, et quod dissolutum fuerat, audivimus alligatum; cavete ergo, ne iterum vos satanas circumveniat; nolite de ieiuniis et orationibus praesumere“. (Fragmentum.) Mabillon Ann. ord. Ben. V. 446. — „Repletum est gaudio“.

1104—1118.

- (4874) Victori, episcopo Bononiensi, mandat, videat, ne monachi abbatesque episcopalia iura sibi arrogent, „videlicet poenitentiam, remissionem peccatorum, reconciliationem, decimas et ecclesias“. Gratiani decr. C. XVI. qu. 1 c. 9, Savioli Ann. Bol. I. II. 146, Mansi XX. 1073. — „Pervenit ad“.

			1105—1118.
—	—	—	(4875) Monasterium Othoniense eiusque possessiones confirmat, Nicolao rege et Hubaldo episcopo per litteras petentibus. Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 244. — „Illustris filii nostri“.
			1107—1118.
—	—	—	(4876) Conrado, archiepiscopo Salzburgensi, mandat, quaestionem instituat, num Pavo, monasterii S. Emmerammi Ratisponensis abbas, canonicè deiectus sit. (In hac et duabus, quae sequuntur, epistolis codicem Vindobon. pro „Innocentius“ praebere: „P(aschalis)“, ac pro „Henrico Ratisponensi episcopo“: „Ar(twico) Ratisp. ep.“, monet Wattenbach in Pertz Archiv X. 491). Tegnagel Vet. mon. 383, Mansi XXI. 418. — „Postquam fraternitati“.
—	—	—	(4877) In Ar(twicum), episcopum Ratisponensem, invehitur, quod et litteras suas contempserit, neque ad „synodalem conventum“ venerit vocatus. Interdicit ei officio episcopali, nisi Pavonem S. Emmerammi abbatem intra dies 20 in integrum restituerit. Tegnagel Vet. mon. 384, Mansi XXI. 419. — „Nos ecclesiae“.
—	—	—	(4878) Conrado, archiepiscopo Salzburgensi, significat, se (Artwico) episcopo Ratisponensi, propter spretas litteras suas per abbatem S. Emmerammi missas, officio episcopali, donec satisfaceret, interdixisse. Tegnagel Vet. mon. 384, Mansi XXI. 418. — „Sicut tua“.
			1109—1118.
—	—	—	(4879) Pontio, abbati Cluniacensi, scribit, in celebranda eucharistia „per se panem, per se vinum“ esse dandum. Mansi XX. 1013. — „Scribens ad“.
			1115—1118.
—	—	—	(4880) Ecclesiae S. Quintini concessum a Lamberto, episcopo Noviomensi privilegium, ut bona quaedam, „remota personatus difficultate, quieta deinceps in b. Quintini possessione permaneant“, confirmat. (Fragmentum). Colliette Mém. du Vermandois II. 157. — „Confratrem nostrum“.
			1118. (<i>Ind. 11, pont. a. 19.</i>)
Ian.	6.	Praeneste	„epiphaniis“. Pandulph. Pisan. 359.
„	14.	per Transtiberim	ad castellum S. Angeli venit „octavo die“ ante obitum. Annales Romani p. 477.
„	21.	Romae ap. castellum S. Angeli	moritur. Petri Chron. mon. Cas. p. 792, Falco Benevent. 1117, p. 91: „XII. Kal. Febr.“ Annales Romani p. 477. et 478: „in vigilia beatorum Vincentii et Anastasii“. — Apud Pand. Pisan. 359 perperam legitur „XV. Kal. Febr.“ Annal. Benev. 1117 p. 184: „mense Februario die 8“, Annales Besuenses 1118 ap. Pertz M. G. Scr. II. 250, et Chron. Fossae novae 1118 ap. Muratori R. It. Scr. VII. 868: „XI. Kal. Febr.“

THEODERICUS antipapa. 1100.

			1100.
Sept.	—	In basilica S. Petri	eligitur et consecratur a Wibertinis post Wiberti mortem. Annales Romani ap. Pertz M. G. Scr. V. 477: „Huius (Paschalis II.) temporibus in hac civitate Romana tres pontifices helecti ac consecrati fuerunt a clero et populo, qui ex parte Clementis pontifici fuerunt: videlicet episcopus S. Rufine, in basilica b. Petri clam noctis tempore helegerunt et consecraverunt et in sede posuerunt“. Hunc fuisse Theodericum illum, de quo dicitur in Pandulphi Pisani vita Paschalis II. ap. Muratori R. It. Scr. III. i. 355, sequentia docent. De mense v. infra.
„	30.	(Romae)	concilium habuisse videtur. Namque haec reperimus in Annal. Besuens. ap. Pertz M. G. Scr. II. 250: „a. 1101 (l. 1100). Hoc anno obiit Wibertus (m. Sept. a. 1100, v. supra Wiberti regesta), successit et conciliabulum . . con . . . 2 Kal. Octobr. . . .“.

—	—	Roma	1100. digreditur. Annales Romani l. l.: „set non fuit ausus manere in civitate; egressus de hac urbe, ut pergeret ad regem —“
Dec.?	—	—	capitur a Paschalis II. fidelibus. Annales Romani l. l.: „a fidelibus pontifici Paschalis comprehensus“. Pandulph. Pisan. l. l.: „post centesimum quintum electionis suae diem a fidelibus captus“.
„	—	Romam	ad Paschalem II. mittitur. Annal. Romani l. l.
„	—	In Cavense	monasterium includitur. Annal. Romani l. l.: „statim eum in Apuliam misit apud monasterium S. Trinitatis, quod situm est in Cava, ibique monachus effectus est“. Pandulph. Pisan. l. l.: „Theodericus apud S. Trinitatem in Cava heremiticam vitam addiscere patrum iudicio adiudicatus“.

ALBERTUS antipapa. 1102.

Fbr. Mart.	In basilica apostolorum	1102. eligitur. Annales Romani ap. Pertz M. G. Scr. V. 477: „Alter vero, scilicet episcopus Savinensis, elegerunt eum in basilica apostolorum“. — Annus intelligitur ex Ekkehardi chron. univers. 1102 ap. Pertz M. G. Scr. VI. 223: „Imperator Henricus Romam se profecturum, ac generale concilium circa Febr. Kalendaras inibi convocaturum condixit, quatinus tam sua, quam domini apostolici causa canonicè ventilata, catholica inter regnum et sacerdotium confirmaretur unitas. Constat tamen, nec ipsum venisse, nec nuncia dignitati apostolicae subiectionem profitentia misisse. Nec hoc latet, quod alterum papam ipsi domno Paschali superponere, si fieri posset, conatus sit, nec profecerit“. Cf. supra in Paschalis II. regestis synodum post d. 12 Mart. a. 1102 celebratam.	
„	„	In basilicam S. Marcelli	perducitur. Annal. Romani l. l.: „Hoc autem (sc. electio Alberti) cum ostensum esset per civitatem, concursus factus est populorum atque tumultus. Inter quos insimul fuerunt fideles pontifici Paschalis. Illi vero, qui adversarii erant pontifici, metu perculti cum helectum eorum perrexerunt ad basilicam S. Marcelli apud Iohannem, Ocdoline filium, qui in eius erat auxilio. Ubi erat Romanus cardinalis, qui favebat eius parti. Set clerici, qui eum sequebantur, plures ex illis verberati et expoliati fuerunt“.
„	„	Lateranum	ad Paschalem II. abstrahitur. Annal. Romani l. l.: „ad ultimum data pecunia a pontifice dicto Iohanni Ocdoline, sefellit ei, ac dimisit illum in eorum potestate. Illi vero, qui ex parte pontifici erant, confestim apprehenderunt eum, et tulerunt pallium de collo eius, et turpiter extraxerunt eum de dicta ecclesia, ac posuerunt illum retro post unum equitem. Cum festinatione duxerunt eum Lateranum, ubi pontifex manebat“. Albertum eodem die et electum et captum esse, tradit Pandulph. Pisan. in Vit. Paschalis ap. Muratori R. It. Scr. III. i. 355.
„	„	In turrem Aversae	retruditur. Annal. Romani l. l. concluditur in monasterium S. Laurentii. Annal. Romani l. l.: „non multo post misit eum in Apulea apud monasterium S. Laurentii, quod situm est in Adversa; ibi monachus effectus est“. Pandulph. Pisan. l. l.: „Albertus apud S. Laurentium Aversae retrudi — adiudicatus“.

MAGINULFUS (SILVESTER IV.) antipapa. 1105—1111.

Nov. 18.	In basilica b. Mariae Rotundae	1105. eligitur. Chron. Fossae novae 1105: „Marchion (Wernerus) venit Romam, consentientibus quibusdam Romanis, et elegit Adanulphum (l. Maginulphum) in papam Silvestrum ad S. Mariam Rotundam infra octavam S. Martini“ (18 Nov.).
----------	--------------------------------	--

		1105.
		Annal. Leodiensis 1105 ap. Pertz M. G. Scr. IV. 29: „Maginulfus, qui et Silvester, in sede apostolica substituitur; Rainerius (Paschalis II.) a quibusdam damnatur“. Sigeberti Chronica 1105 ap. eund. VI. 368: „Excerptum epistolae directae Heinricho imperatori a Guarnerio, p̄ncipe Anthonitano: „„Quidam Romanae ecclesiae clerici, qui pro religiosis et sapientibus habebantur, qui etiam Hildebrando papae, Odardo et Rainerio familiariter adhaeserant, relicta eorum secta, ad satisfactionem s. ecclesiae venerunt, — quia Rainerum papam pollutum esse symoniaca heresi compertum habebant. Preminebat inter Romanos quidam Maginolfus archipresbyter; cum etiam hic zelo dei accensus contestaretur publice, Rainerum esse hereticum, tunc vero omnes fere Romani conclamabant, Rainerum ut symoniacum esse deponendum, Maginolfum vero, ut veritatis testem, esse substituendum in sede apostolica“. Annales Romani ap. eund. V. 477: „Tertius, scilicet Maginulfus, archipresbyter S. Angeli; cui posuerunt nomen Silvester. Unde facta est (rectius: erat) coniuratio magna atque seditio tam de equitibus, quamque et peditibus, et elegerunt eum in basilica b. Mariae, que dicitur Rotunda, clerici ac layci, qui adversarii erant pontifici. Maiores vero, qui in hac coniuratione fuerunt, isti sunt: heredes Stephani Ocdonis cet., qui miserunt legatos ad marchionem Guarnerium, qui erat ex parte Heinrichi regis, ut cum festinatione in eorum veniret auxilio. Ille vero cum festinatione Romam perrexit cum aliquantis militibus Teutonicorum. Mox pontifex ut audivit, egressus de patriarchio Lateranensi (inter d. 11 et 14 m. Novembris, v. supra Paschalis II. regesta) ad insulam Licaonium in ecclesia b. Iohannis“. Pandulphi Pisani vita Paschalis II. ap. Muratori R. It. Scr. III. i. 355: „Eligitur et tertius Maginulfus nomine; hic — gravem in ecclesia calcem impressit“. Cf. supra Paschalis II. ep. 4515. (In variis errat Ekkehardus, in cuius chronico ap. Pertz M. G. Scr. VI. 234 sic legimus ad an. 1106: „Werinherus, quidam ex ordine ministerialium regis, qui marchae, quae in partibus est Aquinae, praeerat, collectis iudicumque per Italiam copiis, corruptis quoque multa pecunia Romanis nonnullis, dum dominus apostolicus Beneventanis immoratur finibus, quendam pseudoabbatem de Farfara kathedrae S. Petri imposuit et ipsum papam Caesaris sub vocabulo Silvestri appellari voluit“.)
Nov. 18.	Laterani	consecratur. Annales Romani l. I.: „Mox tota coniuratione insimul coadunati, cum dicto marchione Guarnerio perrexerunt cum praenominato Maginulfo ad patriarchium Lateranense. Ibi eum consecraverunt Romanum pontificem“. Cf. supra Paschalis II. ep. 4515.
„ 20.	Roma	discedit, Paschali II. „intra urbem“ revertente. V. supra Paschalis ep. 4515. Annales Romani p. 478: „Pecunia vero dicto Maginulfo deficiente, tota illa coniuratio eum reliquit“. Pandulph. Pisan. l. I.: „miser amisit urbem“.
— —	Tibure	Annal. Romani l. I.: „Non multo post dictus Guarnerius marchio eum secum duxit ad Hosmum. Sed dum pergerent, dictus Maginulfus mansit in civitate Tiburtina cum aliquantis militibus modicum tempus“. Sigeberti chron. 1105: „At Maginolfus et insidias hominum et onus apostolici honoris fugiens in munitissimum locum se contulit. Berto vero caput et rector Romanae militiae eum inde extraxit et ad Warnerum, principem Anconae, in Tiburtinam adduxit; et sic electus, 4 Non. Novembris (?) in sedem apostolicam promotus et Silvester quartus appellatus est“.
— —	ad Hosmum	1106? (Auximum?) se confert. Annales Romani l. I.
— —	Hosmi	1110. Annales Romani l. I.: „et postmodum sic profectus est ad Hosmum, et mansit ibi usque ad adventum regis“.
c. Apr. 12.	in prata Neronis	1111. ab Heinricho V. rege deiicitur, post pacem cum Paschali II. factam. Annales Romani l. I.: „Qui rex, postquam finem fecit cum dicto Paschali pontifice, eum in prata Neronis deposuit, quia ipse Maginulfus tunc erat in castra“. Abdicationis verba leguntur in Pertz Archiv X. 464: „Hec est abrenuntiatio, qua patrum refutavit, qui iniuste rapuit: „„Ego Monoegealdus abrenuntio omni errori,

1111.

maxime quem in apostolicam sedem presumpsi, et promitto fidem et oboedientiam deo digno et catholico papae Paschali“.

„Post hec dictus marchio (Guarnerius) pietateque commotus et in tali necessitate nec eum relinquare voluit, duxit secum, et mansit apud eum usque dum ex hac vita subtractus est“. Annales Romani l. 1.

GELASIUS II. 1118—1119.

†In Gelasii bullis solent haec verba addi: „Ego Gelasius ecclesiae catholicae episcopus, signum manus meae: Deus (al. Dominus) in loco sancto suo“ (4885, 4888, 4889, 4890, 4892, 4895, 4896, 4897, 4898, 4900, 4901, 4904, 4907, 4908, 4909).

Subscripserunt: ep. Ostiensis Lambertus inde a d. 21 Mart. 1118

„Portuensis Petrus

„Sabinensis Crescentius

presb. card. tit. apostolorum Hugo inde a d. 21 Mart. 1118

„ „ „ S. Balbinae Guido

„ „ „ S. Laurentii in Damaso Deusdedit

„ „ „ S. Susannae Petrus inde a d. 21 Mart. 1118.

diac. card. S. Adriani Petrus

„ „ SS. Cosmae et Damiani . Petrus

„ „ S. Georgii Rossemannus

„ „ S. Mariae (in via lata) . Romualdus

„ „ S. Mariae in Aquiro . Comes

subdiaconus cardinalis et abbas S. Laurentii foris muros Amicho die 26 Sept. 1118.

Datae bullae sunt p. m. Chrysogoni S. R. E. diaconi cardinalis.

1118. (Ind. 11—1. Sept.—12, pont. a. 1.)

Ian. 24. Romae in monasterio, quod Palladium dicitur
 „ 24. In domum Laterani
 Febr. 21. „
 Mart. 1. „
 „ 1. ad domum Vulgarium
 „ 2. In ecclesia b. Mariae Tiberim
 „ 2. „
 „ — Portum
 „ — ad castrum Ardeae
 „ 3. Ardeae
 „ 3. Portum mare
 „ — 4. Terracinensi
 „ 5. Caietam
 „ 9. Caietae

eligitur „in vigilia conversionis b. Pauli apostoli“. Annales Romani ap. Pertz Mon. G. Ser. V. 478. Locum indicat Pandulph. Pisan. in vit. Gelasii ap. Muratori R. It. Scr. III. i. 382.

Cencii Frangipani electus abstrahitur, deinde liberatur. Pand. Pisan. l. 1. p. 384. V. Pand. Pisan. l. 1.

(4881) A. priori ecclesiae S. Frigidiani Lucensis commendat V., ecclesiae Lateranensis priorem. Muratori R. It. Scr. III. i. 384, Baluzii Misc. IV. 587. — „Sicut ipsi“.

Annales Romani p. 478: „mansit in patriarchio Lateranensi usque in diem Veneris ante quadragesimam“.

fugit „in nocte ipsa“, qua Henricus imperator Romam ingreditur. Pandulph. Pis. p. 384. — Hanc noctem intercessisse inter d. 1 et 2 Martii, patet ex Falcon. Benevent. 1118 ap. Murat. R. It. Scr. V. 91: „Henricus — noctis silentio Romam ingreditur mensis Martii secundo die ingrediente“.

„super fluvium Tiberis — in regione S. Angeli — manet tota die sabbati“. Annales Romani p. 478.

„nocte“ intrat. Ann. Romani l. 1., cf. Pand. Pis. p. 385, Falcon. Benevent. 1118 p. 91, Petri Chron. mon. Cas. ap. Pertz M. G. Ser. VII. 792. pervenit. Pand. Pis. l. 1.

S. Pauli Ardeae „de nocte“ portatur ab Hugone presb. card. Pand. Pis. l. 1.

in castro S. Pauli „die altero“. Pand. Pis. l. 1.

„nocte“ reducitur. Pand. Pis. l. 1.

ingreditur. Pand. Pis. l. 1.; cf. Falc. Ben. 1118, Petri Chron. mon. Cas. l. 1.

ripae „die tertio vix applicat“. Pand. Pis. l. 1.

„in (die) quarto“ pervenit. Pand. Pis. l. 1.

presbyter ordinatur „die sabbati“ (quatuor temporum Martii). Ann. Rom. p. 478.

		1118. (<i>Ind. 11—1. sept.—12, pont. a. 1.</i>)
Mart. 10.	Caietae	Consecratur „die dominico“. Annales Romani p. 478. Cf. Land. iun. c. 33. p. 503, Falc. Benev. 1118 et Pandulph. Pis. 389, cuius verba: „infra Kal. Martii“ certe vitiosa sunt. Card. Arag. in vit. Gelasii ap. Muratori R. It. Scr. III. i. 418, consecrationem perperam tradit Capuae factam esse.
(„)	—	(4882) Clerum et populum Romanum collaudat, quod „communicare tenebrarum operibus noluerint“. Audivisse se, „familiarem suum, Mauritium Bracarensem archiepiscopum“, ab imperatore constitutum papam esse. Quem ne sequantur, monet. Baluzii Misc. I. 145, Mansi XXI. 168. — „Dilectionis vestrae“.
„	15.	(4883) Iordano, archiepiscopo Mediolanensi, scribit de expulso fratre Landulpho restituendo. Land. iun. c. 35. ap. Muratori R. It. Scr. V. 505. — „Frater iste“.
„	16.	(4884) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, clericis, principibus et ceteris per Galliam fidelibus significat, se post susceptum pontificatum egredi Roma coactum ab imperatore esse. Quo facto quum hic ab ipso postulasset, „ut iuramento pacis certitudinem faceret“, se ita respondisse; „de controversia, quae inter ecclesiam et regnum est, vel conventioni, vel iustitiae libenter adquiescimus, et vel Mediolani vel Cremonae in proxima b. Lucae festivitate (18. Oct.) fratrum nostrorum iudicio, qui a deo sunt indices in ecclesia constituti; et quoniam dominus imperator a nobis securitatem quaerit, nos verbo et scripto ista promittimus“. Imperatorem, simul atque responsum acceperit, „die videlicet post electionem nostram quadagesimo quarto“, solis Guibertinis adiuvantibus, archiepiscopum Bracarensem nominasse pontificem Romanum. Ad ulciscendam ecclesiam hortator. („Pro „XVII. Kal. Febr.“ legendum est „XVII. Kal. Apr.“ In codice, quo est Bouquet Rec. XV. 223 usus, praebetur: „III. id. Mart.“). Eadmeri Hist. novor. L. V. p. 93, Simeon. Dunelm. De gest. reg. 1118 ap. Twysden H. A. Scr. I. 239, Willelmi Melmesb. Gesta reg. Angl. L. V. ed. Hardy II. 664, Baluzii Misc. I. 143, Mansi XXI. 166, Aguirre Conc. V. 40. — „Quia vos Romanae“.
„	21.	(4885) Oldegarium, episcopum Barcinonensem, ecclesiae Tarraconensi praeficit, eique pallium tribuit. Acta SS. Mart. T. I. 487, Florez Esp. sagr. XXV. 221, Puiades Cronica VIII. 218, Cocqu. II. 156. — „Tarraconensis civitatis“.
„	25.	(4886) Bernardo, archiepiscopo Toletano, Hispaniarum primati, scribit de Mauritio, archiepiscopo Bracarensi, ecclesiae Romanae invasore excommunicato. Mandat, ut ecclesiae Bracarensi alium episcopum praeficiendum curet. Muratori R. It. Scr. III. i. 390, (Mansi XXI. 167.) — „Non latere“.
„	25.	(4887) Bernardo, primati Toletano, et ceteris Hispaniarum episcopis mandat, „ut ad electionem in Bracarensi ecclesia faciendam operam praebent“. Baluzii Misc. I. 144. — „Non latere“.
Apr. 7.	Capuae	Heinricum imperatorem et Burdinum antipapam excommunicat. V. infra ep. 4891; cf. Ekkehardi Chron. 1118 ap. Pertz M. G. Scr. VI. 254, Petri Chron. mon. Cas. p. 792.
„	9.	(4888) Monasterii SS. Petri et Pauli et S. Gisleni Cellensis possessiones quasdam, petente Burcardo, episcopo Cameracensi, confirmat. Reiffenberg Monuments VIII. 339. — „Piae postulatio voluntatis“.
„	12.	(4889) Monasterii Cluniacensis possessiones, petente Pontio abbate, confirmat. Bibl. Clun. 572, Bullar. Clun. 38, Muratori R. It. Scr. III. i. 390, Duchesne Hist. des card. Franç. II. 69, Mansi XXI. 171, Cocqu. II. 157. — „Cluniacensis monasterii“.
„	12.	(4890) Monasterii SS. Petri et Pauli et S. Gisleni Cellensis possessiones quasdam confirmat. Reiffenberg Monuments VIII. 341. — „Piae postulatio voluntatis“.
„	13.	(4891) C(ononem), episcopum Praenestinum, sedis apostolicae legatum, certio rem facit de archiepiscopo Bracarensi („qui Burdinus a Normannis dicitur“) papa per imperatorem constituto. Haec addit: „Sane nos cum fratribus nostris et episcoporum collegio in praeterito palmarum die (7 Apr.) regem ipsum cum idolo suo excommunicavimus“. Quae vulgari iubet. Udalr. Bab. cod. n. 293 ap. Eccard Corp. hist. II. 296, Bouquet Rec. XV. 224, Mansi XXI. 173. — „Iamdudum nostras“.
„	14.	„festivitatem paschalem celebrat“. Pandulph. Pisan. p. 390, Petri Chron. mon. Cas. p. 792.
„	18.	(4892) Bernardo, monasterii S. Sophiae Beneventani abbati, privilegium concedit de aqua ex Calore flumine ducenda. Muratori R. It. Scr. III. i. 390, Anecdota Ughelliana 497, (Cocqu. II. 157). — „Religiosa loca“.

		1118. (Ind. 11—1. Sept.—12, pont. a. 1.)
—	—	S. Germani V. Pand. Pisan. p. 391.
—	—	In Casinensi monasterio. V. Pand. Pisan. p. 391 et Petri chron. mon. Cas. p. 792.
—	—	In terra Petri Chron. mon. Cas. p. 792: „per plurimos dies in hac terra moratus est“. —
	Laboris	Annales Romani p. 478: „egressus inde (i. e. Caieta) perrexit Benevento (?) moratusque est ibi usque ad festivitatem apostolorum (29 Iunii)“.
Iun.	16.	Ferentini (4893) D(idacum), episcopum Compostellanum, hortatur, ut „Romanae ecclesiae, multis aggravatae multisque distractionibus fatigatae, memoriam habeat, et tam eius (ecclesiae Romanae) quam suis opportunitatibus subveniat“. Commendat P. cardinalem et Petrum thesaurarium. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 259. — „Licet gravioribus“.
„	29.	Romam proficiscitur. Annales Romani p. 478.
Iul.	5.	Romae (in basilica b. Mariae secundicherio in ripa apud heredes Stephani Oedonis). Hoc die Gelasius pervenisse Romam videtur ex Annal. Romanis p. 479: „altero die fuit octava fest. apost. Petri et Pauli“. — Cf. Pand. Pis. p. 397.
„	6.	„ in basilica b. Pauli sacra procurat „octava fest. apost. Petri et Pauli“. Annales Romani p. 479.
„	23.	„ (4894) („ap. S. Petrum“?) Abbati monachisque Terrae-maioris praecipit, ut quae Paschalis papa inter eos et episcopum Civitatemensem (prov. Benevent.) constituerit, negligere desinant. Ughelli It. sacr. VIII. 271, Muratori R. It. Scr. III. i. 396. — „Cum super“.
Aug.	7.	„ (4895) Gualtero, archiepiscopo ecclesiae Ravennatis, ad fidem reversae, iura vetera restituit, palliumque donat. Savioli Ann. Bol. I. ii. 165, Muratori R. It. Scr. III. i. 396, Gattula Hist. Cas. 370, Rubei Hist. Rav. 321, (Mansi XXI. 168). — „Unitati divinae“.
„	11.	„ (4895 a) „R. ecclesie Springersbacensis preposito et eius fratribus salutem et apostolicam benedictionem. Questionem inter vos de b. Augustini regula emersisse audivimus, quoniam quedam in ea scripta sunt, videlicet de officiis, de labore manuum et de ieiunio, que non possunt in nostris provinciis adimpleri. Quibus in rebus competens moderatio adhibenda est. Ea enim, que ad mores bonos pertinent, divina cooperante gratia, observanda sunt. Ea vero, que de officiis ab eodem doctore scripta sunt, quia et in Romana et in ceterarum ecclesiarum consuetudine discrepant, observari non possunt; sicut in beati quoque Benedicti regula quedam de huiusmodi observationibus scripta sunt, que nostris temporibus per monasteria longe aliter sunt, neque tamen propter hoc monachorum professio creditur infirmari. Praecipimus ergo, ut officiorum celebrationes apud vos iuxta communem catholice ecclesie consuetudinem observentur. Sane opus manuum et ieiunium secundum loci qualitatem et personarum facultatem exerceatur, sed intus quoque communis regularium fratrum consuetudo custodiatur. Ab excommunicatorum participatione qualiter abstinendum sit, sanctorum patrum nos instruunt sanctiones. Si qui tamen fragilitate aliqua vel iniquorum violentia eorum communicatione se maculaverint, indicta competenti penitentia prioris arbitrio absolvantur. — Pro nostra et Romane ecclesie tribulatione fraternitas vestra indesinenter apud omnipotentem Dominum intercedat. Dat. Rome 3 idus Augusti“ Ex cop. Quixii dedit Wattenbach. — „Questionem inter vos“.
Aug. Spt.	„	in ecclesia quadam procurat sacra, factaque a Frangipanis irruptione, effugit. Pandulph. Pisan. p. 397.
„	„	S. Pauli ecclesiae adiacentes. V. Pandulph. Pisan. p. 398.
		ducem Apuliae, principem Capuae ac ceteros barones et capitaneos terrae in hominum et fidelitatem nostram recepimus, inde in Apuliam et usque Barum descendentes pacem et treugam dei per totam illam terram statuimus. Post haec ad Urbem reversi, b. Petri ecclesiam visitavimus et in ea presbyterorum, diaconorum ordinationes fecimus, et ad Lateranense palacium honorifice redeuntes, dominicae nativitatis festum (25 Dec. 1120) celebravimus; in quo nimirum palatio secure nunc permanemus ⁴ . Hortatur, ut ad sese veniat. Borgia Breve ist. del dom. temp. append. p. 47. — „Quia speciali te ⁴ “.
Febr. 11.	ap. S. Petrum	(5035) Monasterio Affligemensi assertit ecclesiam Bornhemiensem. (Pro: „III. Febr.“ certe legendum est: „III. id. Febr.“) Miraei Opp. dipl. I. 171, (Cocqu. II. 173). — „Quae religionis“.
Mart. 4.	Laterani	(5036) Episcopatus Mutinensis fines, ecclesiaeque bona, petente Dodone episcopo, confirmat. Muratori Ant. It. V. 351, Tiraboschi Mem. Mod. II. 91, Savioli Ann. Bol. I. n. 169, (Ughelli It. sacr. II. 117.) — „Sicut iniusta poscentibus“.
„ 14.	„	(5037) A. priori S. Frigidiani Lucensis significat, „placuisse fratribus suis episcopis et cardinalibus, ut regulares canonici, qui a Paschali papa in Lateranensi ecclesia constituti, postea persecutione cogente cesserint, nunc, quiete reddita, in locum ipsum reducantur“ ⁴ . Hortatur, ut redeuntibus subveniat. Baluzii Misc. IV. 587. — „Placuit fratribus“.
„ 29.	„	(5038) Monasterii S. Clementis Piscariensis possessiones et privilegia confirmat. Chron. Casaur. ap. Muratori R. It. Scr. II. n. 881, Cocqu. II. 175. — „Apostolicae sedis“.
„ 30.	„	(5039) Praedium Beurbergense, ab Ottone illustri viro de castro Iring, ibi monasterium aedificaturo, ecclesiae Romanae oblatum, tuendum suscipit ea lege, ut quarto quoque anno „alba cum amiciis suis Lateranensi basilicae b. Laurentii persolvatur“ ⁴ . Mon. Boic. VI. 403, (Hund II. 135, Mansi XXI. 211, Cocqu. II. 176). — „Devotionem tuam“.
„ 30.	„	(5040) Ecclesiae S. Mariae et S. Walburgis Furnensis tutelam suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. (Significatio temporis est corrupta). Miraei Opp. dipl. III. 33. — „Iustis votis assensum“.
Apr. 10.	Romae	V. infra ep. 5041.
„ —	ante Sutrium	Burdinum antipapam obsidet. „Octavo vero die illius obsidionis Sutrini dederunt eum (Burdinum) in potestate Calixti pape et Romanorum“, Annales Romani ap. Pertz M. G. Scr. V. 479; Cf. Falc. Benev. 1121 p. 97, Petri chron. mon. Cas. p. 796, Ekkehardi Chron. 1121 ap. Pertz M. G. Scr. VI. 256.
a. Apr. 23.	Sutrii	V. Falc. Benev. 1121 p. 97, apud quem Burdinus legitur iam die IX. Kal. Maias perductus Romam esse.
Apr. 27.	„	(5041) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus prioribus et caeteris tam clericis quam laicis b. Petri fidelibus per Gallias constitutis significat, se, festis diebus paschalibus (10 Apr.) Romae celebratis, Sutrium urbem tamdiu obsidisse, quoad Burdinus antipapa et ipsa urbs tradita sibi sint. Baluzii Misc. I. 146, Willelmi Malmesb. Gest. reg. Angl. L. V. ed. Hardy II. 666, Simeon. Dunelm. de gest. reg. 1121 ap. Tvvysden H. A. Scr. I. 243, Rogeri de Hoveden Annal. ap. Savile R. A. Scr. 273 ^b , Bouquet Rec. XV. 238, Mansi XXI. 280. — „Quia dereliquit“.
Mai. 9.	Laterani	(5042) Monasterii SS. Iohannis et Martini Berchtesgadensis privilegia confirmat, annumque aurei tributum monachis imponit. Hund II. 157, Fejér C. D. H. II. 64, Mansi XXI. 212. — „Praeceptum domini“.
„ 18.	Albae	(5043) Monasterii Trenorciensis privilegia quaedam confirmat. Iuenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 148, Mansi XXI. 205, Cocqu. II. 176. — „Venerabilia et“.
„ 18.	„	(5044) Monasterii Trenorciensis possessiones iuraque confirmat. Iuenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 149, Mansi XXI. 206. — „Venerabilia et“.
„ 29.	ap. Castrum Arenarium	(5045) G(alterum), episcopum Magalonensem, iam „Augusto praeterito“ per litteras admonitum, iterum hortatur, ut iudicet inter fratres S. Sepulcri Hierosolymitani et monachos Anianenses, de ecclesia Salvatoris de Rubo litigantes. Rozière Cartulaire du saint sépulchre 73. — „Pro ecclesia Salvatoris“.
(„) —	„	Chron. Fossae novae 1121: „Calixtus papa cum Romanis et maxima gente venit super Arenariam, sed, fallaciter hoste suo proeliante, vacuus revertitur“.
Iun. 14.	in territorio Palinensi	(5046) Canonicorum Veronensium bona et iura confirmat. Ughelli It. sacr. V. 772. — „Sicut iniusta“.

1121. (Ind. 14—1. Sept.—15, pont. a. 2—9. Febr.—3.)		
Iun. 21.	in territorio Tiburtino	(5047) D(idacum), archiepiscopum Compostellanum, hortatur, ut Colimbriensem et Lucensem et Minduniensem episcopos, mandatis eius reluctantes, ad obedientiam cogat; sed Bracarensis ecclesiae libertatem servari vult. Monet, ut ante d. 24 Iunii a. 1122 nuncios ad sese mittat. P. canonicum et capellanum ecclesiae Compostellanae commendat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 336. — „Dignitatem et“.
„ 21.	„	(5048) D(idaco), archiepiscopo Compostellano, scribit, „Giraldi, qui consanguineam prioris coniugis duxerit, matrimonium esse dirimendum. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 381. — „Frater iste“.
„ 21.	„	(5049) Atoni Arelatensi, (Fuleoni) Aquensi, Berengario Narbonensi archiepiscopis et Galterio episcopo Magalonensi mandat, ut Ildefonsum comitem et eius socios, nisi monasterio S. Aegidii intra dies 40 satisfecerint, excommunicent. Ménard Hist. de Nism. I. Pr. 30, Bouquet Rec. XV. 239. — „Abbatis et fratrum“.
„ 22.	„	(5050) Raimundo Uceticensi, (Amelio) Tolosano, Iohanni Nemausensi episcopis mandat, ut in Ildefonsum comitem, nisi intra dies quadraginta monasterio S. Aegidii satisfecerit, excommunicationis sententiam promulgent. Ménard H. d. Nism. I. Pr. 30, Bouquet Rec. XV. 239. — „Quot mala“.
„ 22.	„	(5051) Raimundum de Baucio, Guillelmum de Sabrano, Elesiarium de Castrias, Raimonem de Castlar et Guillelmum Rainoardi, Ildefonsii comitis socios, sub excommunicationis poena ab iniuriis in S. Aegidii monasterium dehortatur. Ménard Hist. de Nism. I. Pr. 30, Bouquet Rec. XV. 240. — „Relatum nobis est“.
„ 22.	„	(5052) Burgenses monasterii S. Aegidii iuramento, quod vi coacti Ildefonso comiti praestiterint, solvit. Ménard Hist. d. Nism. I. Pr. 30, Bouquet Rec. XV. 240. — „Nulli vestrum“.
„ 22.	„	(5053) Ildefonsum comitem, proposita excommunicationis poena, admonet, ut inimicitias in S. Aegidii monasterium deponat, eique de ablatis bonis ex Atonis Arelatensis et Berengarii Narbonensis archiepiscoporum et Galterii episcopi Magalonensis iudicio satisfaciatur. Ménard H. de Nism. I. 29, Bouquet Rec. XV. 239. — „Raimundus, filius“.
(„) —	(„)	(5054) *Pelagio, archiepiscopo Bracarensi, praecipit, „ut honorem b. Iacobi in Portugalia, quem praedecessor eius M(auritius) Bracarensis archiepiscopus a Compostellano archiepiscopo habuerit in praestimonium et quem ipse violenter retineat, redintegret“. V. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 340.
„ 24.	Farfae	„in nativitate S. Iohannis“. V. narrationem „de casibus infaustis monast. Farfensis“ ap. Muratori Ant. It. VI. 293.
„ —	„ —	(5055) *(Alpheradam) parthenonis S. Mariae Capuani abbatissam reprehendit, quod „secundis transactis terminis“ ad iudicium non venerit. Minatur, se, nisi veniat aut legatos mittat, ecclesiam Cinglensem monasterio Casinensi restitutum esse. V. Petri chron. mon. Cas. L. IV. c. 70 p. 797.
Iul. 5.	Laterani	(5056) D(idaco), archiepiscopo Compostellano, Guidonem militem, ad S. Iacobum iter facientem, commendat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 339. — „Miles iste“.
„ 6.	„	(5057) Fratrum ecclesiae S. Sepulcri Hierosolymitanae disciplinam regularem et possessiones confirmat. Rozière Cartulaire du saint sépulcre 15. — „Praeceptum domini“.
„ 6.	„	(5058) Archiepiscopo Caesariensi et ceteris episcopis, abbatibus, prioribus per Hierosolymitanam provinciam constitutis, B(alduino) regi, principibus, baronibus, clero et populo scribit, se Guarmundo patriarchae pallium misisse. Rozière Cartulaire du saint sépulcre 14. — „Defuncto venerabili“.
„ 6.	„	(5059) Guarmundo, patriarchae Hierosolymitano, mandat, ne ecclesiae S. Sepulcri „cantorem et succentorem in domibus suis quasi seculariter manere, et ad libitum per quamcumque personam de divinatorum officiorum celebratione praecipere“ sinat. Rozière Cartulaire du saint sépulcre 72. — „In dominici sepulcri“.
„ 24.	Aversae	(5060) Marco clerico (Veneto) scribit, ex P(etri) episcopi Portuensis, legati sui, litteris se cognovisse, eum possessiones suas b. Petro „sub censu annuo unius bizantii“ obtulisse. Laudat pietatem eius mittitque fundamentorum condendae ecclesiae lapidem primum. Cornelii Eccl. Ven. V. 158, Ughelli It. sacr. V. 1238. — „Carissimus et“ „Clarissimus“.
Sept. 5.	Salerni	„quinto die intrante m. Septembris“. Falco Benev. 1121 p. 97.

		1121. (<i>Ind. 14—1. Sept.—15, pont. a. 2—9. Febr.—3.</i>)
Sept. 15.	Salerni	„Romualdum diaconum cardinalem archiepiscopum Salerni consecrat mense Septembris mediante“. Falco Benevent. 1121 p. 97.
Oct. 4.	Melfiac	(5061) Berengario, archiepiscopo Narbonensi, et Iohanni Nemausensi et Galterio Magalonensi episcopis mandat, commoneant sub excommunicationis et interdicti poena Ildefonsum comitem, ut Hugonem S. Aegidii abbatem, quem captum eurare monasterium coegerit, et iuramento solvat, et redire in monasterium sinat. Ménard H. d. Nism. I. Pr. 30, Bouquet Rec. XV. 236. — „Relatum nobis est“.
7.	„	(5062) B(osoni) presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mandat, hortetur Ildefonsi regis filiam, Urracam reginam, ut Didacum, archiepiscopum Compostellanum, e custodia emittat, et castella illi ablata restituat; eamque, nisi intra dies 40 obdierit, convocatis episcopis excommunicari, ac totam eius terram affici interdicto iubet. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 341. — „Saepe tibi“.
7.	„	(5063) B(ernardo), archiepiscopo Toletano, apostolicae sedis legato, eadem, quae Bosoni cardinali epistola superiore, mandat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 342, Salazar Anamnesis II. 479. — „Egregiae memoriae“.
7.	„	(5064) Archiepiscopos et episcopos Hispaniae de superioribus ad Bosonem cardinalem et Bernardum archiepiscopum Toletanum litteris certiores facit, iisque praecipit, ut utriusvis iussu Urracam reginam excommunicent, terramque eius interdicto afficiant. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 343. — „Quotiens nova“.
7.	„	(5065) Urracae reginae sub poena praecipit, ut Didacum, captum archiepiscopum Compostellanum, sine mora dimittat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 344. — „Nisi gravissimam“.
7.	„	(5066) Il(defonso), Hispaniarum regi, significat, se ex morbo convaluisse, et „infra Urbem et extra Urbem, necnon et per totam Italiam fideles ecclesiae sibi unitos esse“. Mandat, ut ad liberandum Didacum, archiepiscopum Compostellanum, a matre eius, Urraca regina, captum, omne studium convertat. Frequentes litteras poscit. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 345. — „Omnipotenti deo“.
Nov. 3.	Mantiae	(5067) Bernardo, archiepiscopo Toletano, eiusque successoribus primatum per universa Hispaniarum regna addicit, ecclesiaeque Toletanae privilegia confirmat. Mansi XXI. 215, Aguirre Conc. V. 43. — „Postquam supernae“.
„ 3.	„	(5068) Bernardum, archiepiscopum Toletanum, constituit vicarium legatumque apostolicum universae Hispaniae, exceptis Bracarensi et Emeritana provinciis. Mansi XXI. 216, Aguirre Conc. V. 44. — „Pro bonitate“.
„ 3.	„	(5069) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, praepositis et ceteris tam clericis quam laicis per Hispanias constitutis praecipit, ut Bernardo, archiepiscopo Toletano, Hispaniae primati, vicario legatoque apostolico, obtemperent. Mansi XXI. 216, Aguirre Conc. V. 45. — „Notitiam vestram“.
„ 3.	„	(5070) Ovetensi et Legionensi episcopis praecipit, ut archiepiscopo Toletano, Hispaniae primati, obediant. Mansi XXI. 216, Aguirre Conc. V. 44. — „Praedecessor noster“.
Nov. Dec.	in littore S. Euphemie	„applicat“. V. Chron. Trium Tabernarum ap. Ughelli It. sacr. IX. 364.
Dec. 9.	Neocastri	(5071) Ludovici Francorum regis rogatu Noviomensis et Tornacensis episcopatum unitatem confirmat. Marlot Metr. Rem. II. 277, Miraei Opp. dipl. II. 1157, Bouquet Rec. XV. 242. — „Patres tui“.
„ 23.	Catanzarii	(5072) Ecclesiae Miletensis privilegia, petente Gaufrido episcopo, confirmat. (Pro „Laterani“ sine dubio legendum est: „Catanzarii“). Capialdi Mem. d. chiesa Milet. 145, Bisogni Hipp. 84, Ughelli It. sacr. I. 951. — „Officii nostri“.
„ 28.	„	(5073) Testatur, se „reformandae pacis causa inter Guglielmum ducem Italiae et Rogerium Siciliae comitem partes Calabriae adventasse, et (apud) Neocastrum praefata causa per quindecim dies moram fecisse et inde per Catanzarium reditum habuisse, ibique ecclesiam dedicasse et caput et dignitatem episcopatus totius parochiae et pertinentiae Trium Tabernarum ipsi ecclesiae concessisse“. Ughelli It. sacr. IX. 367. — „Notum sit omnibus“.
—	—	(5073 a) *(Alpheradam) parthenonis S. Mariae Capuani abbatissam vituperat, quod „tribus iam terminis constitutis“ ad sese non accesserit. Praecipit, ut „infra viginti dies“ ecclesiam Cinglensem monasterio Casinensi restituat. V. Petri chron. mon. Cas. L. IV. c. 70 p. 798.

(Ian.) —	Crotone	1122. (<i>Ind. 15—1. Sept.—1, pont. a. 3—9. Febr.—4.</i>) Synodus, in qua ecclesiae Catacensis parocia confirmatur. Chron. Trium Tabernarum ap. Ughelli It. sacr. IX. 364.
Ian. 15.	Tarenti	(5074) A(lexandro), Scotorum regi, exprobrat, quod suis litteris de regni eius episcoporum insolentia et T(hurstani) archiepiscopi Eboracensis negotio non obedierit. Praecipit, „ut regni episcopos sese invicem consecrare absque metropolitani licentia nullatenus permittat“. Monast. Anglic. III. 146 et 147, Wilkins Conc. I. 481. — „Pro episcoporum“.
„ 15.	„	(5075) I(ohanni), episcopo Glascuensi, praecipit, ne professionem exhibere T(hurstano), archiepiscopo Eboracensi, recuset. Monast. Anglic. III. 147. — „Eborum ecclesiae“.
„ 15.	„	(5076) Universis per Scotiam episcopis praecipit, ut Thurstano, archiepiscopo Eboracensi, obtemperent. Wilkins Conc. I. 481. — „Nostris iamdudum“.
„ 28.	Botenti	(5077) Monasterii S. Germani de Pratis Parisiensis protectionem suscipit, bonaque confirmat. Bouillart Hist. de St. Germain des Prez Pr. p. 35. — „Piae postulatio voluntatis“.
— —	—	(5078) * (Alpheradam) parthenonis S. Mariae Capuani abbatissam hortatur, ut quae abstulerit ecclesiae Cinglensi bona restituat, ipsamque ecclesiam Casinensi monasterio reddat. Quod nisi intra viginti dies fecerit, fore ut a muneris administratione removeatur, et ecclesia Cinglensis interdicto afficiatur. V. Petri chron. mon. Cas. L. IV. c. 70 p. 798.
Febr. 19.	—	(5079) Henrico „regi, consanguineo suo“, scribit, se „dolere valde, quia visitare eum apostolicae salutationis alloquio non audeat“. A(zzonem), episcopum Aquensem, utriusque consanguineum, mittit, ut rex „et voluntatem suam plenius recognoscat, et a nimietate duritiae respiscat“. „Nihil“ inquit „Henrice, de tuo iure vendicare sibi quaerit ecclesia; nec regni nec imperii gloriam affectamus; obtineat ecclesia, quod Christi est, habeat imperator, quod suum est; si nos audire volueris, cum temporalis regni et imperii fastigio etiam aeterni regni gloriam consequeris, quodsi stultorum adulationibus adhaeseris, nec honorem deo et ecclesiae debitum reddideris, per religiosos et sapientes viros ecclesiae dei non sine laesione tua curabimus providere, quoniam sic esse diutius non valebimus“. Neugart Cod. D. Al. II. 50. — „Dolemus valde“.
„ 23.	Beneventi	„Septimo die Kal. Mart.“ Falco Benev. 1121 p. 97.
Mart. 10.	Laterani	(5080) Monasterii S. Petri Mellicensis protectionem suscipit, privilegiaque confirmat, rogante Reginmaro, Passaviensi episcopo. Schramb Chron. Mell. 67, Hueber Austria 7. — „Officii nostri nos“.
„ 19.	„	(5081) Ecclesiam S. Ioannis Vesontionensem perpetuo manere sedem episcopalem iubet. Inenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 142, Bouquet Rec. XV. 242, Mansi XXI. 199, Cocq. II. 177. — „Decessorum statuta“.
„ 24.	„	(5082) Monasterii S. Mariae Reichenbacensis protectionem suscipit, bona confirmat, privilegia constituit, imposito monachis aurei unius censu annuo. Ried Cod. dipl. Rat. I. 180, Mon. Boic. XXVII. 5. — „Pie postulatio voluntatis“.
„ 24.	„	(5083) Monasterii S. Mariae Zwifaltensis protectionem suscipit privilegiaque confirmat, imposito monachis aurei unius censu annuo. Wirtemb. Urkundenb. I. 353 Hess Mon. Guelf. 185, Crusii Annal. Suev. II. 330, Petri Suev. eccl. 916. — „Religiosis desideriis“.
„ 24.	„	(5084) * Monasterium SS. Petri et Pauli Echenbrunnense confirmat. Lang Regesta I. 119.
„ 25.	„	(5085) Monasterium S. Mariae Gottesanense „sub censu annuo unius Spirensis monetae denarii“ tuendum suscipit, et eius bona ac privilegia confirmat. Wenck Hess. Landesg. I. Urkb. 287. — „Officii nostri nos“.
„ 27.	„	(5086) Monasterii S. Salvatoris Milstadiensis protectionem suscipit iuraque confirmat. Hormayr Arch. f. Geogr. 1820 p. 329. — „Comperimus nobilem“.
Apr. 4.	„	(5087) Ecclesiae Lucensis privilegia quaedam, rogante Benedicto episcopo, corroborat. Memorie e doc. IV. II. append. 132, Baluzii Misc. IV. 157. — „Omnipotentis deo“.
Mai. 1.	„	(5088) Monasterium S. Mariae Prataliense tuendum suscipit eiusque bona confirmat, imposito monachis aureorum duorum tributo annuo. Orsato Hist. d. Pad. 295. — „Ex venerabilis“.
„ 9.	—	(5089) Monasterii Salvatoris et S. Bonifacii Fuldensis possessiones ac privilegia confirmat, petente Erlolfo abbate. Dronke Cod. dipl. Fuld. 378, Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. 170. — „Dum universis per“.

		1122. (<i>Ind. 15—1. sept.—1, pont. a. 3—9 Febr.—4.</i>)
Mai. 16.	Laterani	(5090) Monasterio S. Remigii Remensi matricem S. Martini ecclesiam cum dimidia villae S. Remigii parte, et monasterio Montis maioris alteram villae partem cum capella S. Mariae addicit. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 644. — „Quae iudicii veritate“.
„ 16.	„	(5091) R(ódulfo) archiepiscopo Remensi mandat, ne praebendam ecclesiae SS. Timothei et Apollinaris sinat ab abbate S. Remigii donari aut vendi, atque ut Robertum, priorem ecclesiae S. Oricoli, removeat, neu monachos ecclesiae S. Mariae Registetensis „de choro vel de processionibus expelli“ patiat. Mabillon de re diplom. 598, Bouquet Rec. XV. 236. — „Gaudemus de te“.
Iun. 25.	„	(5092) Ottonem, comitem palatinum, collaudat, quod in exercitu regis, quum caperetur Paschalis II., militasse eum poeniteat. Hortatur, construat ecclesiam in b. Petri potestate ponendam. A(zzonem) episcopum Aquensem, in Germaniam missum, commendat. Mon. Boic. X. 233, Hund III. 440. — „Dolere te“.
„ 25.	„	(5093) Archiepiscopum Dolensem, eiusque suffraganeos, et abbates atque alios ecclesiarum praelatos per eandem provinciam constitutos, de concilio generali in proxima Quadragesima Romae celebrando certiores facit, eosque iubet „dominica, qua oculi mei canitur“ (d. 18 m. Martii a. 1123) in Urbe esse. Martene Thes. III. 885, Morice Mém. de Bret. I. 541, Bouquet Rec. XV. 245, Mansi XXI. 255. — „Pro magnis“.
— —	—	(5094) *Raynullo comiti sub excommunicationis poena praecipit, ut intra dies 20 ecclesiam Cinglensem monasterio Casinensi restituat. V. Petri Chron. Cas. I. IV. c. 70 p. 798.
— —	—	(5095) Ottoni archiepiscopo, et clero populoque Capuano interdictum Cinglensi ecclesiae et monasterio S. Mariae impositum, abbatissamque A(lpheradam) deiectam atque excommunicatam nunciat. Gattula Hist. Cas. 49. — „Noverit dileccio“.
Sept. 16.	Berulis	(5096) Monasterii Casinensis possessiones iuraque confirmat. Gattula Hist. Cas. 335, Margarini Bull. Cas. I. 13. — „Omnipotenti deo“.
„ 18.	Anagnia	(5097) Monasterium S. Salvatoris Lutevense tuendum suscipit, et eius bona ac iura confirmat. Gall. Chr. VI. Instr. 277. — „Religiosis desideriis“.
(„) —	(„)	(5098) *T(arasiae) reginae Portugalensi praecipit, ut quem ceperit, Pelagium, archiepiscopum Bracarensem, „usque ad proximum b. Iacobi apostoli et Thomae festum liberum cum hominibus et rebus suis quietumque dimittat, alioquin ex tunc in eam et fautores eius excommunicationis sententiam dat et in tota terra eius divina officia praeter infantium baptisma et morientium poenitentias interdicat“. V. Calixti epist. in Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 380.
„ 24.	„	(5099) D(idaco), archiepiscopo Compostellano, mandat, hortetur T(arasiam), reginam Portugalensem, ut P(elagium) archiepiscopum Bracarensem secundum litteras suas e custodia dimittat. Quod nisi statuto tempore fecerit, reginae excommunicationem terraeque eius interdictum promulgari iubet. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 380. — „Pervenit ad nos“.
Oct. 21.	Laterani	(5100) Petro, creato abbati Cluniacensi, gratulatur. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 79, Bouquet Rec. XV. 246. — „Filiorum nostrorum“.
„ 21.	„	(5101) Monachos Cluniacenses de captis detrimentis consolatur. Petrum electum abbatem probat. Monet, ne quis „occasione Pontii olim abbatis audeat scandalum suscitare; nam ipse“ inquit „monasterium ipsum per quamdam virgam b. Petro absque ulla recuperationis spe in perpetuum refutavit“. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 79, Bouquet Rec. XV. 247. — „Quia nos in pastorem“.
Nov. 12.	„	(5102) Monasterii b. Martini Bernriedensis tutelam suscipit, bona confirmat, iura statuit, ea conditione, ut fratres tertio quoque anno „Albam cum cingulo et amictu beato Petro in Lateranensis palatii capella persolvant“. Hund II. 149, Mon. Boic. VIII. 319, Mansi XXI. 211, Cocqu. II. 181. — „Religiosis desideriis“.
„ 22.	„	(5103) Monasterii S. Eustachii (Nervesini) possessiones et privilegia confirmat, imposito monachis sex solidorum denariorum Venetorum censu annuo. Muratori Ant. It. V. 815. — „Officii nostri“.
Dec. 13.	„	(5104) Heinrico, glorioso Romanorum imperatori augusto, gratulatur, quod „nunc tandem ad ecclesiae gremium“ redierit. Legatos suos apud eum morantes commendat. Imperatorios legatos ad sese mitti vult „ita instructos, ut iuxta promissum regalia in integrum ecclesiae Romanae restituant“. Gratias agit „pro nepote suo, Metensi episcopo“. Cocqu. II. 180, Mansi XXI. 280. — „Omnipotenti domino“.

		1122. (<i>Ind. 15—1. Sept.—1, pont. a. 3—9. Febr.—4.</i>)
Dec. 28.	Laterani	(5105) Monasterii S. Mariae Pineroliensis possessiones quasdam confirmat. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 754. — „Iustis votis“.
„ 28.	„	(5105a) Monasterii S. Mariae Pineroliensis libertatem et privilegia confirmat. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 756. — „Cum universis“.
— —	—	c. 1122.
— —	—	(5106) *(Ottoni) archiepiscopo Capuano mandat, ut a clericis, qui monasterium Capuanum, Casinensibus monachis subiectum, iniuriis affecerint, poenas petat. V. Petri mon. Cas. L. IV. c. 72 p. 799.
		1120—1123.
Dec. 24.	Laterani	(5107) Berengario, episcopo ForoIuliensi, mandat, compellat Troandum militem, ut monasterio Lerinensi ablatam villam restituat. De Adelberto et Raimundo, quae eandem villam combusserint, poenas peti vult. Bouquet Rec. XV. 247. — „Filius noster Petrus“.
		1123. (<i>Ind. 1—1. Sept.—2, pont. a. 4—9. Febr.—5.</i>)
Ian. 8.	—	(5108) *Xenodochii S. Iohannis Hierosolymitani possessiones et privilegia confirmat. Bosio Ist. della mil. di S. Gio. I. 48.
„ 28.	Romae	Ecclesiam S. Agnetis dedicat. V. titulum in Baronii Annal. 1123 n. III.
— —	—	(5109) *Monachos Casinenses hortatur, ut Oderisio electo abbati pareant. V. Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 78 p. 802.
Febr. 10.	Laterani	(5110) Monasterii S. Euphemiae, in latere moptis qui Dignus dicitur siti, possessiones confirmat, privilegiaque constituit. Margarini Bull. Cas. II. 136. — „Divinis praeceptis“.
„ 10.	„	(5111) Ecclesiae S. Mariae Carpensis, ab Astulpho Longobardorum rege conditae, libertatem, possessiones, privilegia confirmat. Muratori Ant. It. V. 821, Tiraboschi Mem. Mod. II. 95. — „Commissa nobis“.
„ 19.	„	(5112) Ecclesiae S. Rudperti Salzburgensis disciplinam canonicam, a Chunrado archiepiscopo institutam, possessionesque confirmat. Hanszii Germ. Sacr. II. 942. — „Iustis terram inhabitantibus“.
„ 26.	„	(5113) Ecclesiam S. Caesarii Wilzacaensem tuendam suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, ea lege ut canonici bisantium aureum quotannis palatio Lateranensi persolvant. Muratori Ant. It. V. 257. — „Officii nostri“.
Mart. 6.	„	(5114) Monasterii S. Mariae Vangadicensis possessiones et privilegia confirmat. Mittarelli Ann. Cam. III. append. 292. — „Officii nostri“.
„ 6.	„	(5115) D(idaco) archiepiscopo Compostellano scribit, se ex episcopi Lucensis nunciis comperisse, eum in legatione apostolicae sedis exercenda ab improbis quibusdam impediri. Quapropter ei legationem iterum asserit. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 385. — „Perspectis Lucensis“.
„ 6.	„	(5116) Ecclesiam S. Mariae Cremonensem tuendam suscipit, canonicorumque bona ac privilegia confirmat. Muratori Ant. It. V. 247. — „Officii nostri“.
„ 16.	„	(5117) Monasterii Lenensis tutelam suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Zaccaria Della badia di Leno 111. — „Piae postulatio voluntatis“.
„ 18.	Romae in ecclesia Lateranensi	Concilii generalis initium. Cf. supra ep. 5093. Chronica de Mailros 1123 ap. Fell R. Angl. Scr. p. 164: „Calixtus papa tenuit Romae concilium XV. Kal. Apr.“ Bern. Guid. vit. Calixti ap. Muratori R. It. Scr. III. i. 421: „anno d. 1124 (leg. 1123) XV. Kal. Apr. celebrata est magna synodus Romae“.
„ 19.	Laterani	(5118) Theobaldi Blesensium comitis decretum de regularibus canonicis substituendis in locum seclarium canonicorum ecclesiae b. Mariae Blesensis comprobatur. Gall. Chr. VIII. Instr. 421. — „Bonis religiosorum“.
„ 26.	„	(5119) Monachorum Usenhovensem transmigrationem in monasterium Schirense probat. Monasterii huius protectionem suscipit, bona confirmat. iura constituit. Mon. Boic. X. 447, Hund III. 310. — „Omnibus nos debitores“.
„ 27.	In ecclesia Lateranensi	Concilium generale, in quo edicunt 1) ne quis „per pecuniam in ecclesia dei ordinetur vel promoveatur“; 2) ne „a suis episcopis excommunicati, ab aliis episcopis abbatibus et clericis in communionem recipiantur“; 3) ne quis, „nisi canonice electus“, episcopus consecratur; 4) ne quis „archidiaconus, aut archipresbyter, sive praepositus, vel decanus, animarum curam vel praebendas ecclesiae sine iudicio vel consensu episcopi alicui tribuat“; 5) „ordinationes, quae a Bor-

1123. (*Ind. 1—1. Sept.—2, pont. a. 4—9. Febr.—5.*)

dino haeresiarcha, postquam a Romana ecclesia sit damnatus, quaeque et a pseudoepiscopis, per eum postea ordinatis, factae sint, esse irritas indicant; 6) sanctiunt haec: „nullus in praepositum, nullus in archidiaconum ordinetur, nullus in decanum (?), nisi presbyter vel diaconus ordinetur“; 7) „presbyteris, diaconibus et subdiaconibus concubinarum et uxorum contubernia interdunt, et aliarum mulierum cohabitationem praeter matris, sororis, amitae, materterae, aut alius huiusmodi, de quibus nulla iuste valeat oriri suspicio“; 8) statuunt, „ut laici nullam de ecclesiasticis rebus aliquid disponendi habeant facultatem“; 9) principes et alios laicos, si „dispositionem seu dominationem vel possessionem ecclesiasticarum rerum sibi vindicaverint“, pro sacrilegis haberi iubent; 10) consanguineorum matrimonia vetant; 11) „Beneventum, b. Petri civitatem, invadi aut violenter teneri“ vetant; 12) „iis, qui Hierosolymam proficiscuntur et ad christianam gentem defendendam efficaciter auxilium suum praebuerint“, peccatorum veniam concedunt, eorumque „domos, familias atque omnia bona“ violari vetant; 13) „eos, qui vel pro Hierosolymitano vel pro Hispanico itinere cruces sibi in vestibus posuisse noscuntur et postea dimisisse, cruces iterate assumere et viam ab instanti pascha usque ad proximum pascha sequens“ iubent; 14) „Porticanorum habitatorum sine heredibus morientium bona“ invadi vetant; 15) „oblaciones de altari b. Petri, et Salvatoris, et S. Mariae rotundae, ecclesiae S. Nicolai Barenensis, S. Aegidii sive de aliis omnium ecclesiarum altaribus sive crucibus, a laicis auferri“ vetant; 16) homines falsae monetae noxios et 17) eos, qui „Romipetas et peregrinos apostolorum limina et aliorum sanctorum oratoria visitantes, capere seu spoliare, et mercatores novis teloniorum et pedaticorum exactionibus molestare praesumpserint“, excommunicari iubent; 18) „unctiones et visitationes infirmorum et publicas missas monachis interdunt“; 19) „die resurrectionis leviticam et sacerdotalem fieri ordinationem“ iubent et 20) „ut mane dominico, continuato ieiunio sabbati, possit fieri ordinatio“, permittunt. Concilii canones ap. Pertz M. G. Leg. II. 182, cf. Mansi XXI. 301: „anno 1123, ind. L, VI. Kal. Apr.“; cf. ibid. p. 282. (De alio quodam Calixti concilio dici ap. Land. ian. c. 36 p. 506, recte monet Mansi l. l. p. 298).

In eodem concilio constituunt 21) de treuga non diffringenda; 22) de presbyteris per episcopos in parochialibus ecclesiis constituendis; 23) „servitium, quod monasteria aut eorum ecclesiae a tempore Gregorii VII. episcopis fecere, concedunt; possessiones ecclesiarum et episcoporum tricennales, abbates vel monachos habere omnimodis prohibent“; 24) „ecclesias cum bonis suis, tam personis, quam possessionibus, clericos videlicet, ac monachos, eorumque conversos, aratores quoque tutos et sine molestia esse statuunt“; 25) „alienationes, quae specialiter per Ottonem, Guidonem, Hieremiam seu forte Philippum ubilibet de possessionibus Ravennatis exarchatus factae sunt, damnant; generaliter autem omnium per intrusionem seu canonicè electorum alienationes quocumque modo factas, nec non personarum ordinationes, ab eisdem sine communi consensu clericorum ecclesiae, sive per simoniam itidem factas, irritas indicant“. V. Mansi XXI. 284, can. XIII., XVIII., XIX., XX., XXII., cf. ibid. p. 299.

In eodem concilio indicant inter Pisanos et Iannenses, de episcoporum Corsicanorum consecratione litigantes. Caffari Annal. Genuens. ap. Muratori R. It. Scr. VI. 255. Cf. infra bull. 5138.

- | | | |
|-----------|----------|---|
| Mart. 28. | Laterani | (5120) In generali concilio Chonradum, olim episcopum Constantiensem, sanctorum ordinibus ascribit. Duemgé Reg. Bad. 127, Mansi XXI. 289. — „Fratres vestri“. |
| „ 28. | „ | (5121) Girberto episcopo obedire omnes ad sedem Parisiensem pertinentes clericos et abbates iubet. Decernit, „ut si aliquis ecclesiae Parisiensis clericus ad episcopatus fuerit honorem promotus et alterius ecclesiae gubernacula beneficiaque susceperit, illius, de qua assumptus est, ecclesiae privetur canonica“. Balazii Misc. III. 14, Theodori Poenitentiale II. 616, Bouquet Rec. XV. 248, Mansi XXI. 210. — „Apostolicae administrationis“. |
| „ 30. | „ | (5122) Ex concilii generalis sententia decernit, ut monachi S. Macharii Burdigalenses ad obsequium Androni, monasterii S. Crucis abbatis, revertantur, baculumque pastorale, quod a legato suo Gerardo, episcopo Engolismensi, fraude impetraverint, frangatur. Gall. Chr. II. Instr. 312, Cocqu. II. 183. — „Intervos et“. |

		1123. (<i>Ind. 1—1. Sept.—2, pont. a. 4—9. Febr.—5.</i>)
Mart.	30.	Laterani (5123) Monasterii S. Bertini Sithiensis tutelam suscipit, et privilegia quaedam confirmat. Collection des Cartulaires III. 262. — „Sicut iniusta poscentibus“.
„	30.	„ (5124) Iohannem, Morinorum episcopum, hortatur, ut monasterii S. Bertini Sithiensis possessiones tneatur, prospiciatque, „ut abbatis erogatio penes Alchiacum de praefato monasterio fiat“. Collection des Cartulaires III. 294. — „Beati Bertini“.
„	30.	„ (5125) Monasterio S. Crucis Burdigalensi ecclesiam S. Macarii asserit. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 98. — „Inter vos et“.
„	31.	„ (5126) Augustensibus praecipit, ut H(ermann) episcopo, Roma revertenti, studiosissime obsequantur. Khamm Hier. August. I. (P. I. Cath.) 198. — „Matrem suam“.
„	31.	„ (5127) Ecclesiae Monopolitanae libertatem et possessiones, petente Nicolao episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. I. 963. — „Sicut iniusta“.
—	—	(„) (5128) Hamburgensibus commendat Adelberonem archiepiscopum, a sese consecratum, pallioque donatum. Lappenberg Hamb. Urk. I. 126. — „Desideriis vestris“.
Apr.	2.	„ (5129) Petrum, ex episcopo Scyllacino Panormitanum archiepiscopum factum, pallio ornat. Ecclesiae possessiones ac iura confirmat. Pirri Sic. sacr. I. 82, Cocqu. II. 184. — „Iustis votis“.
„	2.	„ (5130) Monasterii Senoniensis possessiones confirmat. (Fragmentum). Gall. Chr. XIII. Instr. 488.
„	3.	„ (5131) Reginsdorfense, Michiaelfeldense, Ensdorfense, Uraugiense et Pruefeningense monasteria, ab Ottone episcopo constructa ecclesiaeque Bambergensi collata, tuenda suscipit eorumque possessiones confirmat. Mon. Boic. XXIV. 10, Ussemann Ep. Bamb. C. Pr. 72, (Mansi XXI. 193). — „Bonis fratribus“.
„	3.	„ (5132) Monasterium S. Benedicti Cremense, coenobio Casinensi subiectum, tuendum suscipit, ac bona eius confirmat. Gattula Hist. Cas. 285. — „Religiosis desideriiis“.
„	3.	„ (5133) Parthenonem S. Salvatoris et S. Iuliae Brixiensem tuendum suscipit, eiusque possessiones ac privilegia confirmat. Margarini Bull. Cas. II. 137. — „Quae a praedecessoribus“.
„	3.	„ (5134) Ecclesiae S. Deodati possessiones confirmat. Eglise de S. Diez 377, teste Bréquigny Table chron. II 515.
„	4.	„ (5135) Monasterio S. Gisleni asserit altaria nonnulla a Burcardo, episcopo Camera-censi, concessa. Reiffenberg Monuments VIII. 348. — „Omnibus ecclesiis et“.
„	5.	„ (5136) Altari ecclesiae S. Stephani Metensis asserit beneficia quaedam ab episcopis collata. Meurisse Hist. de Metz 414. — „Quae a fratribus“.
„	6.	„ (5137) Inter ecclesias S. Iohannis et S. Stephani Vesontionenses controversiam diiudicat. „Privilegium de maternitate“, a Paschali II. canonicis S. Stephani datum, Anserico archiepiscopo vel episcopo Lausannensi tradi iubet. Persan Recherches 365, Mansi XXI. 202, Cocqu. II. 186. — „Discordiam, quae“.
„	6.	„ (5138) Ecclesiae Pisanae de consecratione episcoporum Corsicanorum privilegium testatur ultimo concilii Lateranensis die damnatum esse. Ughelli It. sacr. IV. 855, Mansi XXI. 290, Cocqu. II. 184. — „Quot mutationes“.
„	9.	„ (5139) Litteris ad Petrum, episcopum Segoviensem, pristina ecclesiae eius, Saracenis ereptae, iura restituit, petente „nepote suo rege Illefonso“. Colmenares Hist. de Segovia 110. — „Cunctis sanctorum“.
„	11.	„ (5140) Monasterio S. Victoris Massiliensi monasterium S. Salvatoris Quiriacense asserit. (Fragmentum). Hist. de Languedoc II. Pr. p. 424.
„	15.	„ (5141) Ecclesiae Papiensis privilegia, petente Bernardo episcopo, confirmat. Spelta Hist. di Pavia 287. — „Iustis votis“.
„	26.	„ (5142) Amedeo, episcopo Maurianensi, praeposituram ecclesiae S. Mariae Secusiensis ac de ipsa civitate Secusia ius parochiale concedit. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 751. — „Omnium quidem“.
Mai.	6.	Romae Ecclesiae S. Mariae in Cosmidin altare consecrat. V. titulum ap. Muratori R. It. Scr. III. i. 379 not. 15, et in Baronii Annal. 1123 n. III et IV.
„	8.	Laterani (5143) Monasterii S. Georgii Veneti libertatem, privilegia, possessiones confirmat, imposito monachis aureorum duorum tributo annuo. Cornelli Eccl. Venet. VIII. 217, Ughelli It. sacr. V. 1204, Cocqu. II. 187. — „Piae postulatio“.
„	15.	„ (5144) Monasterium S. Mariae Glastoniense tuendum suscipit, eiusque bona confirmat. Wil. Malmesb. de antiqu. Glast. eccl. ap. Gale Hist. Brit. Scr. I. 334, Cocqu. II. 187. — „Religiosis desideriiis“.
—	—	Magentiae Chron. Foss. novae 1123: „Calixtus papa iterum et iterum congregato exercitu post alia castra, quae expugnavit, cepit Magentiam et Baro capite truncatus est uxor-

		1123. (<i>Ind. 1—1. Sept.—2, pont. a. 4—3. Febr.—5.</i>) que illius et filii expositi, qui interfecerant apud Pipernum Crescentium, comitem domini papae. Idem fecit Aqueputiae. monasterio. V. Petri chron. mon. Cas. L. IV. c. 80 p. 803.
Sept. 12.	In Casinensi Beneventi	(5145) Monasterii omnium sanctorum Barensis possessiones, libertatem, privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. VII. 618, Cocqu. II. 188. — „Sicut iniusta“.
„ 30	„	(5146) Ludovico Francorum regi commendat P(etrum) presbyterum cardinalem, legatum suum. Reginam, Philippumque, regis filium, et Stephanum cancellarium salutat. D'Achery Spic. III. 478, Bouquet Rec. XV. 240, Mansi XXI. 210. — „Concessam tibi“.
Oct. 12.	„	(5147) Richardo, praeposito Springirsbacensi, et eius fratribus privilegia quaedam tribuit. In tabular. Confluentino. Ex schedis Pertzii.
Nov. 10.	Tarenti	(5148) Provinciae Vesontionensis episcopis suffraganeis et abbatibus ecclesiam S. Iohannis sedem episcopalem commendat. Addit, se S. Stephani canonicis praecipisse, ut „maternitatis privilegium“, a Paschali II. acceptum, sibi redderent. Mansi XXI. 202, Cocqu. II. 186, Bouquet Rec. XV. 241. — „Postquam nos“.
„ 29.	In burgo S. Fabiani	(5149) Archiepiscopum Bracarensem, et Colimbriensem, Portugalsensem, Tudensem, Auriensem, Vallibriensem, Lucensem, Astoricensem, Avilensem, Salmanticensem episcopos, et abbates ac praepositos per Emeritanam et Bracarensem provincias constitutos hortatur, ut Didaco, archiepiscopo Compostellano, vicario suo, obediunt. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 394. — „Antiqua sedis“.
		1119 — 1124.
— — —	— — —	(5150) Episcopis, abbatibus, plebanis, canonicis ac capellanis et ceteris per Europam fidelibus nuncium Raimundi, praepositi xenodochii Hierosolymitani, commendat. Udalr. Bab. cod. n. 358. — „Iustitiae ratio“.
— — —	— — —	(5151) Ecclesiae Bracarensis iura possessionesque confirmat, petente Pelagio archiepiscopo. Mansi XXI. 193, Aguirre Conc. V. 43. — „Bracarensem metropolim“.
— — —	— — —	(5152) Stephanum, episcopum Oscitanum, rogat, ut expulsus episcopum Barbastrensem in integrum restituat. (Fragmentum). Aynsa Fundacion de Huesca 318, Acta SS. Iun. T. IV. 134. — „Tu ipse frater“.
— — —	— — —	(5153) Episcopo Pampilonensi scribit, excommunicatum fuisse Stephanum, episcopum Oscitanum, propterea quod Raimundum, episcopum Barbastrensem, expulisset, neque ad sese accessisset. Verum petente Aragoniae rege communionem ei restitutam esse. (Fragmentum). Aynsa Fundacion de Huesca 319, Acta SS. Iun. T. IV. 135. — „In Oscitanum“.
— — —	— — —	(5154) Benedicto, episcopo Lucensi, et eius successoribus usum pallii concedit. Ughelli It. sacr. I. 819. — „Et charitatis“.
— — —	— — —	(5155) Monasterii Andrensis tutelam suscipit, et possessiones iuraque confirmat. D'Achery Spicil. II. 797. — „Iustis votis assensum“.
		1120 — 1124.
Iul. 6.	Romae	(5156) A. priori S. Frigidiani Lucensi et eius fratribus commendat Blasium, eorum fratrem, ex ecclesia Lateranensi „pro temporis importunitate“ ad eos revertentem. Baluzii Misc. IV. 587. — „Fratrem vestrum“.
		1121 — 1124.
Ian. 9.	Laterani	(5157) B(erardo), episcopo Matisconensi, officium episcopale interdicat, donec ab iniuriis in monasterium Cluniacense destiterit sibi que de inobedientia satisfecerit. Martene Thes. I. 350, Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 38, Bouquet Rec. XV. 237. — „Quae b. Petri“.
„ 25.	„	(5158) E. (Conrado), archiepiscopo Salzburgensi, commendat A. presbyterum, ab episcopo Augustensi ordinatum. Udalr. Bab. cod. n. 333 ap. Eccard Corp. hist. II. 337, Mansi XX. 1228. — „Frater iste“.
Mart. 30.	„	(5159) Omnibus in ecclesia Compsana sepeliendis peccatorum omnium absolutionem concedit. Ughelli It. sacr. VI. 810. — „Quoniam Compsanae“.
Apr. 2.	„	(5160) Omnes episcopos, reges, comites, principes ceterosque dei fideles excitat ad bellum contra paganos Hispaniae. „Omnibus“ inquit „in hac expeditione constanter militantibus eandem peccatorum remissionem, quam orientalis ecclesiae defensoribus fecimus, — benigne concedimus“. Oldegarium, archiepiscopum Tarraconensem, exercitui adiungit vicarium suum. Martene et Dur. Vet. script. I. 650,

		1121—1124.	Diago Hist. de Barcel. 173 ^b ; Acta SS. Mart. T. I. 488, Aguirre Conc. V. 45, Puades Cronica VIII. 236, Salazar Anamnesis II. 95, Mansi XXI. 217, Cocqu. II. 179. — „Pastoralis officii“.
Apr. 6.	Romae	(5161)	Goffrido, abbati Vindocinensi, affirmat, se privilegia eius servari velle. Sirmondi Opp. III. 407, Bouquet Rec. XV. 238, Mansi XXI. 195. — „Et tuae in“.
		1122—1124.	
Apr. 22.	Laterani	(5162)	Attoni, archiepiscopo Arelatensi, et Raimundo comiti Barcinonensi et Gaufrido Porceletto significat, Ildefonsum comitem, ob expulsos monasterii S. Aegidii abbatem monachosque et ob invasa monasterii bona, a sese excommunicatum, terramque eius interdicto affectam esse. Hortatur, ut monachis auxilium ferant. Hist. de Languedoc II. Pr. p. 421. — „Beati Aegidii“.
22.		(5163)	Galterio, episcopo Magalonensi, Bernardo vicecomiti Biterrensi, aliis nunciat, Ildefonsum comitem sociosque excommunicatos esse, quod, Hugone abbate et fratribus expulsis, monasterium S. Aegidii occupasset. Ménard H. de Nism. I. Pr. p. 31, Bouquet Rec. XV. 244. — „Beati Aegidii“.
22.		(5164)	Episcopo Rossellano, praecipit, ut vexare monasterium Alboïense desistat. Ughelli It. sacr. III. 663. — „In nostra“.
Mai. 14.		(5165)	Monasterii Hugeshovensis protectionem suscipit, possessiones confirmat, iura constituit, imposito monachis auri bizantii censu annuo. (Signa temporis sunt corrupta). Wuerdtwein nov. subs. dipl. VII. 36, Grandier Hist. d'Als. II. 237, Schoepflin Als. Dipl. I. 194. — „Ad monumentum“.
Aug. 26.		(5166)	Iohanni, episcopo Glascuensi, scribit, se, „Alexandri regis Scotorum precibus inclinatum, ei aliquanti temporis inducias dedisse, quatenus infra praefixi diei terminum ad obedientiam (hurstani) Eboracensis archiepiscopi rediret“; sed relatum sibi esse, eum archiepiscopi obsequium omnino subterfugere. Praecipit, ut intra dies 30 officium praestet. Monast. Anglic. III. 145 (et 146). — „Multis dilecti“ („Dilecti filii“).
Oct. 11.		(5167)	A. priori S. Frigidiani Lucensis et eius fratribus Ursum, quondam Lateranensis ecclesiae priorem, ob valetudinem ad eos revertentem, commendat. Mandat, ut fratres quatuor Lateranensi ecclesiae mittant, „quorum unus aliis pernoscat praeesse, alii vero reliquos fratres dulci moralitate et religione studeant informare“. Baluzii Misc. IV. 588. — „Frater Ursus“.
		1123—1124.	
Febr. 19.	Laterani	(5168)	Ludovico, Francorum regi, significat, Robertum episcopum Atrebatensem, in generali concilio a Burchardo episcopo Cameracensi in ius vocatum, cum eius litteris ad sese venisse. Haec addit: „per quasdam nobis est litteras nunciatum, Cameracensem episcopum, ad nos pro executione sui negotii venientem, ab imperatore usque ad mutuum, quod cum eo sumus habituri, colloquium fuisse detentum, ideoque in alterius partis absentia eandem causam discutere non valuimus; in colloquio illo bonum, quod operati fuimus, tibi significare curabimus“. Adelaidi reginae, nepti suae, et eius filii Philippo, Ludovico, Henrico, suis nepotibus, salutem ascribit. Baluzii Misc. III. 14, Bouquet Rec. XV. 250, Mansi XXI. 217. — „Venientem ad nos“.
25.	„	(5169)	Episcopum Rossellanum vituperat, quod contra praecipitum suum iniurias monasterio Alboïensi inferre pergat. Ughelli It. sacr. III. 662. — „Miramur“.
—	—	(5170)	Monachis Cluniacensibus praecipit, ne amplius de Pontio cogitent, qui abbatia se abdicaverit, utque Petro abbati obediant. (Fragmentum). V. Honorii II. bullam ap. Mansi XXI. 340. — „Zelum inter“.
—	—	(5171)	Pontio praecipit, ne abbatiam Cluniacensem, „in manu sua sine recuperationis spe refutatam“, molestiis afficiat. (Fragmentum). V. Honorii II. bullam ap. Mansi XXI. 340. — „Tibi praecipimus“.
		1124. (Ind. 2—1. Sept.—3, pont. a. 5—9. Febr.—6.)	
Ian. 3.	Laterani	(5172)	Ecclesiae S. Ioannis (Vesontionensi) remissas a Raynaldo Burgundiae comite consuetudines in villa Tussiac, vulgo marascalciam et canariam vocatas, referri vetat. D'Achery Spic. III. 479, Bouquet Rec. XV. 249. — „In apostolicae sedis“.

		1124. (Ind. 2—1. Sept.—3, pont. a. 5—9. Febr.—6.)
Febr. 6.	Laterani	(5173) Ecclesiae S. Mariae Letonensis possessiones et privilegia confirmat. De la Canal España sagr. XLV. 300. — „Pii religiosorum fratrum“.
Mart. 22.	„	(5174) Inter Obertum episcopum Cremonensem et eius canonicos discordiam componit. Muratori Ant. It. V. 225. — „Nec capud“.
Apr. 5.	„	(5175) Monasterium S. Mariae (cui ipse montis Angelorum [Engelberg] nomen imponit) tuendum suscipit, privilegiisque donat ea lege, ut „aureum pondus Turicensis monetae singulis annis ad altare S. Petri a patre monasterii“ persolvatur. Gerbert Hist. nigr. silv. III. 52, Gall. Chr. V. Instr. 515. — „Veniens ad nos“.
„ 11.	„	(5176) Monasterium S. Benedicti Bifurcense tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, imposito monachis duorum aureorum tributo annuo. Mittarelli Ann. Cam. III. app. 301, Cianfogni mem. ist. 202, Lami Eccl. Flor. Mon. III. 1777. — „Divinis praeceptis“.
„ 13.	„	(5177) Ottonis episcopi de stipendiariis ecclesiae Bambergensis mansi aliisque de rebus statuta sancit. Ludewig Scr. R. G. I. 433, Ussermann Ep. Bamb. C. Pr. 74, Mansi XXI. 194. — „Sanctorum patrum“.
„ 13.	„	(5178) *Monasterii Dervensis privilegia confirmat. Bouquet Rec. XV. 250 in annot. d.
„ 14.	„	(5179) Ioceranno Lingonensi, Hatoni Trecensi, Ebaldo Catalaunensi, (Ricino) Tullensi episcopis monasterium Dervense commendat. Bouquet Rec. XV. 250. — „Venerabilia loca“.
Mai. 26.	„	(5180) Ecclesiae S. Frigidiani Lucensis privilegia confirmat. Bull. Lat. 7. — „Quae salubri“.
„ 26.	„	(5181) B(enedictum) episcopum et canonicos ecclesiae Lucensis rogat, concedant fratribus S. Frigidiani, ut altera paschae die sacra sollempniter procurent. Episcopo mandat, ut inter S. Frigidiani et S. Angeli canonicos iudicium faciat. Baluzii Misc. IV. 589. — „Bonorum virorum“.
Iun. 23.	„	(5182) Didaco, archiepiscopo Compostellano, concedit, ut „Emeritana civitas, quae nunc ab impia Sarraconorum tyrannide possideatur, Compostellanae civitati, sicut suae metropoli, perpetuis maneat subiecta temporibus“. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 402. — „Potestatem ligandi“.
„ 24.	In territorio Ortensi	(5183) M(unioni), episcopo Salmanticensi, significat, se „dignitatem Emeritanae metropolis Compostellanae ecclesiae perpetuis temporibus possidendam contulisse“. Praecipit, ut metropolitae D(idaco), archiepiscopo Compostellano, obediatur. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 409, Avila Hist. de Salamanca 112. — „Quoniam in Hispaniarum“.
„ 24.	„	(5184) G(undisalvo), episcopo Colimbriensi, quae superioribus litteris, eadem iisdem verbis scribit. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 410.
„ —	„	(5185) Archiepiscopis ceterisque ecclesiasticis ordinibus per Galliam Germaniam et Franciam constitutis nunciat, Willelhum, episcopum Praenestinum, missum esse, „ut si qui sint episcopi non consecrati consecret, et si qua sint alia huiusmodi ecclesiasticorum negotiorum minus perfecta, in omnibus inoffensa fraternitate consummet“. Gesta Godefridi arch. Trev. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 201. — „Mittimus ad vos“.
Aug. 26.	Laterani	(5186) Gaufrido Carnotensi, Ioanni Aurelianensi, Stephano Parisiensi episcopis mandat, observent hanc I. presbyteri cardinalis sententiam: ut ubicunque Guillelmus, Roberti comitis filius, fuerit, sacra intermittantur, donec comitis Andegavensis filiam e matrimonio dimiserit. D'Achery Spic. III. 479, Bouquet Rec. XV. 251, (Mansi XXI. 214). — „Sicut omne“.
Sept. 27.	„	(5187) Monasterii Rastedensis protectionem suscipit et eius bona ac iura confirmat, imposito monachis duarum unciarum auri censu annuo. Lappenberg Hamb. Urk. I. 127. — „Cum pia desiderium voluntatis“.
Oct. 11.	„	(5188) Monasterii S. Bertini Sithiensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat. Collection des Cartulaires III. 292. — „Equitatis et iustitiae“.
„ 16.	„	(5189) Monasterium S. Mariae Pomposianum tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat. Muratori Ant. It. V. 823. — „Equitatis et iustitiae“.
„ 29.	„	(5190) Monasterii S. Benigni Divionensis privilegia ac possessiones confirmat. Pérard Recueil 216. — „Sicut in humani“.
Nov. 10.	„	(5191) Ecclesiae S. Stephani Divionensis disciplinam canonicam possessionesque confirmat. Pérard Recueil 100 (et 218). — „Ad hoc universalis“.
„ 24.	„	(5192) Monasterii S. Nicolai Buttenburgensis protectionem suscipit, bonaque ac pri-

			1124. (<i>Ind. 2—1. Sept.—3, pont. a. 5—9. Febr.—6.</i>) vilegia confirmat, petente Ioanne, Morinensi episcopo. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 214, Miraci Opp. dipl. I. 524. — „Ad hoc universalis“.
— —	—		(5193) * (Jordanum) principem Capuanum hortatur, ne monasterii Casinensis terram devastet. V. Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 82 p. 804.
Dc. 13-14.	Romae		Moritur. Utro die decesserit, inexploratum. Simeon. Dunelm. De gest. reg. Angl. 1124 ap. Twysden H. A. Ser. I. 251: „obiit idus Dec.“ (13 Dec.). Pandulphi Pisani vit. Calixti p. 419: „sepultus est Laterani — in festivitate S. Luciae virg.“ (13 Dec.). — Emort. mon. Casin. ap. Muratori R. It. Scr. V. 76, Necrol. Casin. ap. eund. VII. 947, Chron. Fossae novae 1124 ibid. p. 868, Annal. Cavens. 1125 ap. Pertz M. G. Scr. III. 191: „obiit XIX. Kal. Ianuar.“ (14 Dec.). — Falco Benevent. 1124 p. 101: „duodecimo die stante (leg. intrante) mensis Decembris migravit ad dominum“. — Card. Aragon. vit. Cal. p. 421: „defunctus est — XIV. (l. XIX.) Kal. Ianuar.“
BURDINUS (GREGORIUS VIII.) antipapa. 1118—1121.			
†Una, quae superest, Burdini bulla (5194) est data p. m. Petri S. R. E. cancellarii.			
			1118. (<i>Ind. 11, pont. a. 1.</i>)
Mart. 8.	Romae in ecclesia b. Petri		Eligitur et consecratur, praesente Heinrico imperatore, „in die Veneris de quatuor tempora, que sunt de mense Martio“, Annales Romani ap. Pertz M. G. Scr. V. 478. Landulf. iun. c. 32 ap. Muratori R. It. Scr. V. 502 praebet: „septimo idus Martii“, et Chron. Fossae novae 1118 ap. eund. VII. 868 revocat consecrationem ad diem 10 m. Martii.
„ 9.	„		„Altera die — de clero coram imperatore et pluribus Romanis ad ordines promovet“.
Apr. 12.	Laterani		Land. iun. c. 32, p. 503.
Iun. 2.	Romae		(5194) Monasterii S. Petri Uscensensis tutelam suscipit, et libertatem possessionesque confirmat. Baluzii Misc. I. 145. — „Cum per dei“.
Iul. 6.	ap. b. Petrum		Heinricum imperatorem coronat „die s. pentecostes“. Petri Chron. mon. Cas. p. 792. sacra procurat „octava festivitatis apost. Petri et Pauli“. Annales Rom. p. 479.
			1120—1121.
	14.		(6421) P(etro) Bituricensi, S(anson) Remensi, En(gelbando) Turonensi, G(aufredo) Burdigalensi, Hu(goni) Rotomagensi archiepiscopis, et G(aufrido) Carnotensi, M(anassi) Aurelianensi, G(isleberto) Pictaviensi, G(uillelmo) Cenomanensi, U(gerio) Andegavensi, A(lano) Redonensi, I(oanni) Aletensi, B(ernardo) Namnetensi, T(heobaldo) Parisiensi, M(anassi) Meldensi, G(osleno) Suessionensi, H(enrico) Trecensi, G(irardo) Sagiensi, A(lgato) Constantiensi, R(ichardo) Abrincensi, R(otrodo) Ebroicensi, Miloni Morinensi, Bartholomaeo Laudunensi, T(heoderico) Ambianensi, O(doni) Bellocacensi episcopis mandat, ut ecclesiarum Maiori-monasterio subiectarum presbyteros obedire abbati iubeant. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 708, Bouquet Rec. XV. 449. — „In generalibus conciliis“.
	18.		(6422) Decanos per Bonnsis ecclesiae archidiaconatum constitutos G. praeposito obtemperare iubet. Günther Cod. dipl. Rhen. Mosel. I. 340. — „Sicut obedientes“.
	18.		(6423) Monasterii S. Theoderici protectionem suscipit bonaque confirmat. Marlot Metr. Rem. II. 358. — „Piae postulatio voluntatis“.
	20.	Catalauni	(6424) Monasterii S. Dionysii privilegia ac possessiones confirmat. Doublet Hist. de St. Denys 494. — „Cum omnibus ecclesiis“.
	20.		(6425) Monasterii S. Remigii Remensis protectionem suscipit, bonaque confirmat.

			1148. (<i>Ind. 11—25. Sept.—12, pont. a. 3—18. Febr.—4, 1147—25. Mart.—1148.</i>) Marlot Metr. Rem. II. 359, Varin Archives adm. de Reims I. i. 321. — „Officii nostri nos“.
Apr.	23.	in territorio Trecensi ap. Brennam	(6426) Compositionem factam inter abbatissam S. Petri Remensis et abbatem S. Nicassii confirmat. Martene Coll. II. 627. — „Causarum diffinitiones“.
„	24.	ap. Claramvallem	(6427) Monasterii S. Mariae Bassofontensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 151, (Camuzat Promptuarium 365 ^b .) — „Quoties illud a“.
„	26.	„	(6428) Ecclesiae Buciliensis protectionem suscipit, disciplinamque Praemonstratensem et possessiones confirmat. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 336. — „Piae voluntatis affectus“.
(„)	—	„	(6429) Monasterii Theloniensis protectionem suscipit, disciplinamque Praemonstratensem ac bona confirmat. Vie de S. Norbert 134, teste Bréquigny Table chron. III. 145.
„	27.	In territorio Lingonensi	(6430) Alphonso, Hispaniarum regi, de sua erga eum voluntate scribit. Commemorat, se „petitiones eius pro expeditione contra infidelium tyrannidem facienda libenter admisisse“. Hortatur, „ut a querimonia desistat, in eo videlicet, quod a Portugallensium duce ipsum aliquid recepisse, vel illi etiam concessisse opinatus sit, unde iura regni eius debeant imminui“. Docet, episcopum Bracarensem, qui obedire primati Toletano nolisset, suspensionis sententia affectum esse. Episcopum Cauriensem propter ecclesiae inopiam a sese retentum esse. Rosam auream per P. episcopum Segoviensem mittit. Gratias agit, quod episcopos interesse concilio Remensi voluerit. Mansi XXI. 672, Aguirre Conc. V. 64. — „In pastorum specula“.
„	29.	Lingonis	(6431) Sugerio, abbati S. Dionysii, mandat, ut Abbatis-villae priorem ecclesiae S. Genovefae abbatem praeficiat, eique octo fratres ecclesiae S. Martini de Campis adiungat. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 415, Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 501, Bouquet Rec. XV. 449, Mansi XXI. 637. — „Officii nostri nos“.
„	29.	„	(6432) Canonicos ecclesiae S. Genovefae de superiore epistola certiores facit. Praecipit, ut priorem Abbatis-villae et fratres S. Martini de Campis honeste recipiant; quorum „sustentationi beneficium decanatus, et praebendas Silvanectensis episcopi et Gregorii diaconi cardinalis et Autissiodorensis thesaurarii deputat“. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 501, Bouquet Rec. XV. 450, Mansi XXI. 637. — „Quisquis catholicae“.
Mai.	5.	Bisuntii	Ecclesiam S. Ioannis consecrat „3 non. Mai“. Martyrol. Vesont. in Act. SS. Iun. T. I. 699.
„	7.	„	(6433) Hugoni, episcopo Autissiodorensi, concedit, ne S. Germani abbas ab abbate Cluniacensi posthac per baculum investiat. Gall. Chr. XII. Instr. 122, Bouquet Rec. XV. 450. — „Postquam controversia“.
„	7.	„	(6434) Ecclesiae S. Sepulcri Hierosolymitanae protectionem suscipit bonaque confirmat. Rozière Cartulaire du saint sépulcre 42. — „Incomprehensibilis et“.
„	—	in montanis	Iurensibus, inter Pontem-Arleium et villam Iuniam. V. Petri venerab. epist. L. VI. ep. 43 in Bibl. Cluniac. 947.
„	14.	Lausaniae	(6435) Ecclesiae ad Plebem martyrum (Ulciensis) protectionem suscipit, possessionesque confirmat. Hist. Patr. Mon. Script. 398, (Ulciensis eccl. chartar. p. 5). — „Piae postulatio“.
„	17.	„	(6436) Monasterii Bellelagiensis protectionem suscipit, bonaque confirmat. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 217. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„	20.	„	(6437) H(umberto), archiepiscopo Vesontionensi, P. decano et capitulo S. Stephani mandat, ut ab Aymone, ecclesiae Biliacensis ad ecclesiam Balmensem pertinentis presbytero, qui adversus excommunicationem a sese prolatam sacra procuraverit, poenas petant. Ecclesiae Balmensi ablata ab eodem reddi iubet. Bullar. Cluniac. 60, Bouquet Rec. XV. 481. — „Ex parte Cluniacensium“.
„	27.	—	(6438) Monasterii Rüeggisbergensis protectionem suscipit possessionesque confirmat. Solothurner Wochenblatt 1829 p. 555, teste Stettler Regesten der Klöster von Bern p. 11.
Iun.	16.	Vercellis	(6439) Sugerio, abbati S. Dionysii, scribit haec: „praecipit, quod pro religione monastica in ecclesia S. Genovefae dedisse meminimus, pro bono pacis, si regulares canonicos eiusdem ecclesiae canonicis, salvis eorum praebendis, receperint, immutamus; praecipientes, ut beneficia, quae monachis, si in praefata ecclesia fuissent suscepti, duximas deputanda, canonicis ipsis deputentur. Duchesne H.

		1148. (<i>Ind. 11—25. Sept.—12, pont. a. 3—18. Febr.—4, 1147—25. Mart.—1148.</i>) Fr. Scr. IV. 502, Bouquet Rec. XV. 451, Mansi XXI. 638. — „Cum dominus ac“.
Iun. 23.	Papiae	(6440) *Monasterii Clarae-vallis Mediolanensis possessiones confirmat. Giulini Mem. di Mil. V. 478—479.
„ 30.	„	(6441) Alberoni, archiepiscopo Trevirensi, et (Alberoni), episcopo Virdunensi, et Metensis Tullensisque ecclesiarum archidiaconis mandat, Mathaeum ducem sub excommunicationis poena admoveat, ut castrum prope Tullum aedificatum destruat. Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 334, Hontheim Hist. Trev. I. 561, Bouquet Rec. XV. 451. — „Quemadmodum sancta“.
Iul. 7.	Cremae	(6442) Episcopatus Cremonensis ecclesias iubet Oberto episcopo obtemperare. Ughelli It. sacr. IV. 604, Zacharias Crem. ep. ser. p. 115. — „Ad hoc sancti“.
„ 7.	Cremonae	(6443) Monasterium Tollense tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat. Campi Hist. di Piac. I. 544. — „Quoniam sine verae“.
„ 7.	„	(6444) Ecclesiae Ulciensi ecclesiam b. Mariae Secusiensem a sese addictam esse testatur. Ulciensis eccl. chartar. p. 18. — „Ne oblivionis“.
„ 9.	Brixiam	pervenit „VII. id. Iulii“. Fragmentum ap. Zaccaria Della badia di Leno 30 n. 7.
„ 15.	Brixiae	(6445) Universo clero Romano praecipit, ut Arnaldi schismatici errores vitent; quod nisi fecerint, eos tam officiis quam beneficiis ecclesiasticis privatum iri denunciat. Mansi XXI. 628, Manrique Ann. Cist. II. 116. — „Fallax et invidus“.
„ 21.	„	(6446) Ecclesiam S. Ambrosii Mediolanensem tuendam suscipit eiusque possessiones confirmat. Giulini Mem. di Mil. V. 592. — „Quotiens illud“.
„ 29.	„	(6447) Parthenonis S. Mauritii Mediolanensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat. Muratori Ant. It. V. 563. — „Pia postulatio“.
„ 31.	„	(6448) Canonicis ecclesiae S. Antonini Placentinae praecipit, ut „infra triginta dies chrisma et oleum ad opus capellae de Roncalia a Ioanne electo (episcopo) et a Placentina ecclesia humiliter postulent“. Campi Hist. di Piac. I. 545. — „Universitati vestrae“.
Aug. 13.	„	ad S. Petrum in Oliveto pervenit „Idibus Augusti, propter infirmitatem“. Fragmentum ap. Zaccaria Della badia di Leno 30 n. 7.
„ 20.	„	(6449) Ecclesiae S. Salvatoris Venetae tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat. Cornelii Eccl. Ven. XIV. 93. — „Religiosam vitam“.
„ 24.	„	(6450) Gerardum, episcopum Bononiensem, laudat, quod consules populumque Bononiensem induxerit, ut Nonantulanis succurrerent contra Mutinenses. Nunciat, se Reginos ac Parmenses, ne Mutinensibus subvenirent, dehortatum esse, Mutinamque urbem sede episcopali in perpetuum privasse. Savioli An. Bol. I. n. 216. — „Super eo, quod“.
„ 29.	„	in ecclesia S. Petri in Oliveto „Africanum archiepiscopum“ consecrat „IV Kal. Sept.“ Fragmentum ap. Zaccaria Della badia di Leno 30. n. 7.
Sept. 8.	„	(6451) Parthenonem S. Salvatoris et S. Iuliae Brixensem tuendum suscipit, eiusque bona ac privilegia confirmat. Margarini Bull. Cas. II. 167. — „Cum omnibus“.
„ 8.	Brixia	discedit „VI id. Sept.“ Fragmentum ap. Zaccaria Della badia di Leno 30. n. 7.
„ 9.	Lenense	S. Benedicti monasterium consecrat „altera die“. Fragmentum ap. Zaccaria l. l.
„ 9.	ap. Leonense monasterium	(6452) Ecclesiae S. Mariae Brixensis protectionem suscipit canonicorumque possessiones confirmat. Gradonici Pont. Brix. 205. — „Aequitatis et iustitiae“.
„ 13.	Aparme	(6453) Heinricho, episcopo Moraviensi, commendat G(uidonis) diac. card., legati in Poloniam missi, negotia tam ibidem, „quam in alia terra illa, quae noviter luce Christianae fidei est perfusa“, efficienda. Boczek C. D. M. I. 251, Theineri disqu. crit. 211. — „Quia de fratrum“.
—	—	(6454) Sugerium, abbatem S. Dionysii, laudat, quod statum ecclesiae S. Genovefac ordinaverit; cuius „thesaurum et instrumenta, quae adhuc per seculares canonicos detineantur, abbati et fratribus assignari“ iubet. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 508, Bouquet Rec. XV. 452, Mansi XXI. 640. — „Quoniam ad religiosorum“.
Oct. 18.	Pisis	altare S. Pauli consecrat „15 Kal. Nov.“ V. titulum ap. Tronci Mem. di Pisa 79—80.
„ 19.	„	(6455) *Monasterium S. Mariae in Arena Vratislaviense confirmat. Stenzel Scr. R. Sil. II. 164 not. 1.
Nov. 9.	„	(6456) Iohanni, electo Placentino, graviter praecipit, ut „usque ad octavas epiphaniae (18 Ian. 1149) Moysen Ravennatem archiepiscopum adeat, et ab eo tamquam metropolitano proprio consecrationem accipiat“. Muratori R. It. Scr. II. i. 208. — „Nobis non exstat“.

			1148. (<i>Ind. 11—25. Sept.—12, pont. a. 3—18. Febr.—4, 1147—25. Mart.—1148.</i>)
Nov.	9.	Pisis	(6457) Clerum populumque Placentinum iubet metropolitae, archiepiscopo Ravennati, parere. Muratori R. It. Scr. II. i. 208. — „Sicut obediens“.
„	10.	„	(6458) Moysi, archiepiscopo Ravennati, eiusque successoribus asserit ius consecrandorum episcoporum Placentinorum. Rubei Hist. Rav. 332, Ughelli It. sacr. II. 215, Mansi XXI. 665. — „Dilecti filii“.
„	11.	„	(6459) Ecclesiam S. Mariae Lunensem, petente Gotifredo episcopo, tuendam suscipit eiusque bona confirmat. Ughelli It. sacr. I. 845. — „In eminenti“.
„	13.	„	(6460) Monasterii Camaldunensis possessiones confirmat, a Ieronimo, episcopo Aretino, concessas. Mittarelli Ann. Cam. III. app. 446. — „Locorum venerabilium“.
„	15.	„	(6461) Parthenonis S. Hilari protectionem suscipit, et possessiones ac privilegia confirmat. Lami Del. erud. 1737 p. 213. — „Quoniam sine vero“.
„	18.	„	(6462) Parthenonem S. Martini Agellensem tuendum suscipit, eiusque disciplinam, possessiones, privilegia confirmat. Muratori Ant. It. V. 997. — „Prudentibus virginibus“.
(„)	—	„	(6463) H(ugoni) Autissiodorensi et G(oslono) Suessionensi episcopis et Sugerio, abbati S. Dionysii, mandat, si H. magister post appellationem ad apostolicam sedem factam episcopus Atrebatensis electus sit, ut electionem rescindant. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 510, Bouquet Rec. XV. 452, Mansi XXI. 641. — „Dilectus filius noster L.“
„	22.	ap. S. Geminianum	(6464) Monasterii S. Mariae Morronensis tutelam suscipit possessionesque ac iura confirmat. Mittarelli Ann. Cam. III. app. 447, Muratori Ant. It. III. 1163. — „Religiosis desideriis“.
„	23.	„	Ecclesiam dedicat „IX. Cal. Dec.“ V. titulum ap. Coppi annali di Sangimignano p. 52.
„	29.	Sene	(6465) Monasterii Scotorum S. Iacobi Ratisponensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat. Ried I. 219. — „Quociens illud a“.
„	30.	Viterbii	„III Kal. Ianuarias“. Epist. Wibaldi ap. Martene Coll. II. 327.
			1148?
—	—	—	(6466) Sugerio, abbati S. Dionysii, scribit, se post nunciorum eius adventum de ecclesia S. Genovefae responsurum esse. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 515, Bouquet Rec. 453, Mansi XXI. 641. — „Quoniam sicut literarum“.
—	—	—	(6467) Sugerio, abbati S. Dionysii, affirmat, se non diffidentia ei Hugonem, episcopum Autissiodorensis, „in denunciatione sententiae suae adiunxisse, sed ut S. Genovefae seculares canonici in eo specialiter invidiae causas non habeant exercere“. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 515, Bouquet Rec. XV. 457, Mansi XXI. 642. — „Notum sit discretioni“.
—	—	—	(6468) Sugerium, abbatem S. Dionysii, rogat, ut Hugoni canonico S. Victoris ad sese reversuro „equitaturam unam et expensas, quae pro ipsa et eius sessore in reditu sufficiant, largiatur, et abbati ac fratribus S. Genovefae iniungat, ut de redditibus decanatus viginti quinque libras Proviensium Hugoni restituant“. Hugonem, episcopum Autissiodorensis, ei adiunctum esse scribit, „ut causae inimicitiarum secularium canonicorum ecclesiae S. Genovefae contra eum minuerentur“. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 516, Bouquet Rec. XV. 457, Mansi XXI. 642. — „De dilectione tua“.
			1149. (<i>Ind. 12, pont. a. 4—18. Febr.—5, 1148—25. Mart.—1149.</i>)
Ian.	1.	Viterbii	(6469) Wibaldo abbati et capitulo Corbeiensi significat, se archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis per regnum Teutonicum constitutis mandasse, ut „quamdiu Henricus, quondam Corbeiensis abbas, in suae pravitatis proposito perduraret, eum in suis ecclesiis nequaquam reciperent“. Martene Coll. II. 293. — „Quantum sit necessarium“.
„	2.	„	(6470) Rodulphi, episcopi Hortani, et canonicorum maioris ecclesiae controversias diiudicat. Ughelli It. sacr. I. 736. — „Ne oblivionis“.
„	15.	„	(6471) Petri, praepositi Ulciensis, cum clericis S. Mariae Secusiensibus litem dirimit. Ulciensis eccl. chartar. p. 17. — „Quoties aliqua“.
„	18.	„	(6472) Hugoni abbati S. Augustini Cantuariensi praecipit, ut „tamdiu monasterium eius a divinis officiis absteineat, quamdiu post interdictum, a Theobaldo archiepiscopo prolatum, ibi fuerint indebite celebrata“. Archiepiscopo permissum esse, ut

		1149. (<i>Ind. 12, pont. a. 4—18. Febr.—5, 1148—25. Mart.—1149.</i>) (Silvestrum) priorem et Willelmum excommunicatos absolveret. Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. Scr. II. 1808. — „Antiquus humani generis“.
Ian. 31.	Viterbii	(6473) Heremi Fontis-Avellani protectionem suscipit et possessiones iuraque confirmat. Mittarelli Ann. Cam. IX. 28. — „Piae postulatio voluntatis“.
Febr. 8.	„	(6474) Monasterii S. Petri Mutinensis bona confirmat, haec praefatus: „Mutinensium contumaciam et graves excessus, quos diu contra mandata sedis apostolicae commiserunt, communicato consilio fratrum nostrorum tam cardinalium quam aliorum episcoporum, Mutinensem ecclesiam in perpetuum episcopali dignitate privavimus et ipsius parochiam per vicinos episcopatus divisimus; monasterium b. Petri in ius et proprietatem S. R. ecclesiae reservavimus“. Muratori Ant. It. IV. 185. — „Sicut devoti“.
Mart. 1.	„	(6475) Heinrici, episcopi Moraviensis, valetudinem commiseratur. De rebellibus in gratiam cum eo reversis gratulatur. Boczek C. D. M. I. 243. — „Cum de statu“.
„ 3.	„	(6476) Heinrico, episcopo Moraviensi, mandat, absolvat L(adislaum), ducem Poloniae, a L. (Iacobo) iam defuncto archiepiscopo Gnesnensi, quod „collecta Saracenorū multitudine terram Christianorum invasisset“, excommunicatum. (Pro „V non. Maii“ leg. „V non. Martii“.) Boczek C. D. M. I. 245. — „Sicut ad vestram“.
„ 17.	„	(6477) Clero et populo de Lemos, de Sarria, de Flamoso, de Paramo, de utraque Neira, de Navia, de Suarna, de Buron, de Balonga, de Aviancos, de Camba, de Elma praecipit, quum M. episcopus Ovetensis ecclesias eorum episcopo Lucensi restituerit, ut huic obediant. Risco España sagr. XLI. 307. — „Cum ecclesiae vestrae“.
„ 25.	„	(6478) Heinrico, episcopo Moraviensi, epistolae latoris apud ducem negotia commendat. Boczek C. D. M. I. 244. — „Lator praesentium pro“.
Apr. 8.	Tusculani	(6479) Archipresbyteris decem dioecesis Mutinensis significat, se ecclesias eorum A(Iberio), episcopo Regino, concessisse, quum propter Mutinensium contumaciam paroecias civitatis inter episcopatus vicinos divisisset, quibusdam ecclesiis sibi reservatis. Tiraboschi Mem. Mod. III. 21. — „Sicut per partes“.
„ 10.	„	(6480) Monasterii S. Petri Salzburgensis privilegia, petente Eberhardo archiepiscopo, confirmat. (Pro „Trecis“ leg. „Tusculani“.) Nov. chron. S. Petri Salz. 223. — „Ad hoc ecclesiae“.
„ 30.	„	(6481) G(uidoni) abbati Bonavallensi, praecipit, ut fratres Vallis-magnae in ordinem Cisterciensem recipiat. Gall. Chr. VI. Instr. 322, Hist. de Languedoc II. 511. — „Quoniam sanctae“ „Quando sanctae“.
„ 30.	„	(6482) G. Cuxanensi, Bisuldunensi, Balneolensi, Gerensi, Vabrensi, Castrensi et S. Savini abbatibus praecipit, ut G(uillelmo) abbati Massiliensi a sese confirmato obediant. Martene et Dur. Vet. Script. I. 803. — „Dilectum filium“.
Mai. 3.	„	(6483) Conrado marchioni respondet, se ad eius voluntatem archiepiscopo Magdeburgensi mandata dedisse. A., praepositum Misnensem, eiusque canonicos commendat. Schöttgen Gesch. Conr. d. Grossen 309, Schannat Vind. lit. II. 77. — „Litteras nobilitatis“.
„ 16.	„	(6483 a) (Hugonem) Senonensem et (Hugonem) Rotomagensem archiepiscopos hortatur, ut parochianos suos, qui damna et iniurias ecclesiae Parisiensi intulerint, ad satisfaciendum cogant. Collection des Cartulaires IV. 226.
„ 20.	„	(6484) H(ugoni), archiepiscopo Viennensi, mandat, iudicet inter Petrum, abbatem Cluniacensem, et (Henricum), episcopum Eduensem, de ecclesiis Poloniacensibus litigantes. Bullar. Cluniac. 62, Bouquet Rec. XV. 453. — „Controversiae, quae“.
— —	—	(6485) Hugoni abbati S. Augustini Cantuariensi concedit, ut, sublato interdicto, inde a die 1 m. Augusti sacra in monasterio procurentur. Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. Scr. II. 1809. — „Obedientia et“.
— —	—	(6486) Theobaldo, archiepiscopo Cantuariensi, exprobrat, quod (Silvestrum) priorem et Willelmum monachum S. Augustini nondum absolverit; quod fieri iubet. Reprehendit eum, quod „homines eiusdem monasterii pro participatione excommunicatorum praeter ecclesiasticam poenam ad redemptionem coegerit“; praecipit, ut expressam pecuniam reddat. Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. Scr. II. 1809. — „Quoniam personam“.
„ 14.	Tusculani	(6487) (Hugoni) archiepiscopo et capitulo Turonensi respondet, se litteras ad excommunicatas Dolensem et Briocensem ecclesias non putasse mittendas. Excommunicationis sententiam, ab archiepiscopo in eas prolatam et in concilio Remensi a

			1149. (<i>Ind. 12, pont. a. 4—18. Febr.—5, 1148—25. Mart.—1148.</i>) sese confirmatam, valere iubet, donec ad ecclesiae Turonensis obedientiam redierint. Martene et Dur. Vet. Scr. I. 812, Bouquet Rec. XV. 453, Mansi XXI. 690. — „Litteras vestras“.
Iun.	24.	Tusculani	(6488) Conradum Romanorum regem, Hierosolyma redeuntem, de acceptis calamitatibus consolatur. Scribit, „postquam eum ad Longobardiae partes incolumem pervenisse acceperit, sicut per Hartvicum, Bremensem archiepiscopum, et Anshelmum, Havelbergensem episcopum, ei significaverit“, se ad eum legatos misisse, „qui siquidem“ inquit „in Tusciam usque progressi, ex quo te ad Teutonicas partes pertransiisse noverunt, ad nostram praesentiam redierunt“. Mittit Franconem, per quem de regni statu instrui cupit. Ottonis Fris. Gest. Frid. L. I. c. 61, ap. Muratori R. It. Scr. VI. 694, Martene Coll. II. 357, Mansi XXI. 629. — „Cum in hoc mundo“.
Iul.	8.	„	(6489) H(ugoni), archiepiscopo Senonensi, eiusque suffraganeis mandat, ut congreseu facto pertinaces regni perturbatores excommunicent. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 523, Bouquet Rec. 454, Mansi XXI. 643. — „Quanta devotione“.
„	8.	„	(6490) Sugerium, abbatem S. Dionysii, iubet molestias fortiter ferre. Significat de litteris ad archiepiscopos et episcopos de perturbatoribus regni missis. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 523, Bouquet Rec. XV. 453, Mansi XXI. 643. — „Litteras, quas nobis“.
„	15.	„	(6491) Sugerio, abbati S. Dionysii, haec nunciat: „Rex Siciliae suis literis intimavit, sibi relatum fuisse, quod Ludovicus rex Franciae in regno suo applicisset, et versus Siciliam tenderet, obviaturus reginae, putans eam ex partibus Barbariae illuc advenisse“. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 522, Bouquet Rec. XV. 454, Mansi XXI. 642. — „Benedictus deus, qui“.
Sept.	7.	„	(6492) Sororibus Fontis-Ebraldi respondet, se de dedicanda abbatisa M(athilde) quod petierint facturum. Gall. Chr. II. Instr. 362, Bouquet Rec. XV. 455. — „Sicut ex litterarum“.
Oct.	5.	„	(6493) Conrado, Romanorum regi, respondet, se Thiebald, eius capellano, praeposituram Xantensem ea lege asseruisse, ut eam, quam ante habuisset, praeposituram deponeret. Henrico, iuniori regi, salutem ascribit. Martene Coll. II. 867. — „Litteras excellentiae tuae“.
„	10.	„	(6494) B(ermundo), episcopo Biterrensi, mandat, ut T., nobili viro Hierosolymis redeunti, capellae in palatio construendae licentiam concedat. Martene Thes. I. 412, Hist. de Languedoc II. 521, Bouquet Rec. XV. 455. — „Nobilis vir“.
„	21.	„	(6495) Serloni, abbati Savigneiensi, concedit, ut „tam de personis, quam de rebus monasteriorum ei subiectorum, iuxta Cisterciensium fratrum constitutionem disponendi et ordinandi habeat facultatem“. „Prohibet, ut nulli post factam in eisdem locis professionem liceat, se ab eius vel successorum subiectione subtrahere“. Martene et Dur. Vet. Script. I. 813, Neustria pia 684. — „Cum omnibus ecclesiasticis“.
„	24.	„	(6496) Henrico, episcopo Moraviensi, consulenti respondet: 1) clericos gradu deictos non esse restituendos; 2) qui non ordinatus sacra procuraverit, eum ut laicum principi terrae ad poenam esse tradendum; 3) non licere sororii viduam ducere. Addit de clerico quodam, bigamiae accusato, nisi „septima manu sui ordinis expurgari“ possit, removendo. Mittit „bonum electuarium“, quo valetudini suae consulat. Boczek C. D. M. I. 261. — „Litteras fraternitatis tuae“.
„	25.	„	(6497) Henrico, archiepiscopo Moguntino, mandat, ut „tam per se quam per episcopos suffraganeos circumvagationes pseudo-nunciorum“, qui „sub nomine suo discurrant et indebitis exactionibus fideles ecclesiae fatigare praesumant, studiose ac diligenter attendat, et si aliquis ad manus eius vel suffraganeorum devenerit, et praecipue Ildebrandinus, quondam lacincti diac. card. serviens, capi faciat“. Denis Cod. manuscr. I. III. 2871. — „Pervenit ad aures“.
„	25.	„	(6498) Universis fratribus Fontebraldensibus praecipit, „ut Fontebraldensi abbatisae et priorissae obediant, sanctimonialium claustra nequaquam ingredi absque licentia attentent, nec ad commune capitulum convenire negligant“. Niquet Hist. de l'ordre de Fontevraud 379, teste Bréquigny Table chron. III. 168.
Nov.	6.	„	(6499) Monasterii S. Lucii Curiensis protectionem suscipit, bonaque confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 65, Mohr Cod. dipl. I. 159. — „Iustis religiosorum desideriis“.
„	7.	„	(6500) Sugerio, abbati S. Dionysii, nunciat, se A. et Her. clericis Meldensibus communionem reddidisse. Mandat, ut inter eos et Goslinum accusatorem iudicium

		1149. (<i>Ind. 12, pont. a. 4—18. Febr.—5, 1148—25. Mart.—1149.</i>) exerceat; „si vero“ inquit „Goslinus in probatione defecerit, septima manu sui ordinis purgationem praedictorum clericorum suscipias et eos ab infamia immunes publice nuncies“. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 527, Bouquet Rec. XV. 456, Mansi XXI. 644. — „Fili nostri A.“
Nov. 28.	Laterani	(6501) Cunrado, Romanorum regi, scribit de electione praepositi Xantensis a sese confirmata. Memorat, „quanta Arnoldus, archiepiscopus Coloniensis, circa officium suum superbiendo commiserit; unde“ inquit „in concilio, quod Reimis celebravimus, excisionis sententiam pertulisset, nisi, regiae parcentes absentiae, detrimentum aliquod regno eventurum exinde putavissemus“. Regis precibus commotus, archiepiscopo „usque ad dominicam, qua cantatur: Ego sum pastor bonus (30 Apr. 1150) inducias concedit“. Henricum, iuniorem regem, salutat. Martene Coll. II. 371, Mansi XXI. 684. — „Quantum affectum erga“.
Dec. 19.	„	(6502) Oberti archiepiscopi et ordinariorum ecclesiae Mediolanensis statuta de communi vita servanda et reditu ecclesiae distribuendo confirmat. Giulini Mem. di Mil. V. 594. — „Ad hoc universalis“.
„ 19.	„	(6503) Universis fidelibus, „qui ad annum celebrationem dedicationis ecclesiae b. Frigidiani Lucensis convenerint, ex iniuncta iis poenitentia remissionem 40 dierum indulget“. (Pro: „XIII Ianuarii“ leg.: „XIII Kal. Ian.“) Baluzii Misc. IV. 594. — „Sicut ad vestram“.
„ 29.	„	(6504) Archiepiscopo Bracarensi minatur, nisi ante proximam dominicam in ramis palmarum (9 Apr. 1150) primati Toletano obedientiam exhibuerit, fore ut a muneris administratione denuo removeatur. Mansi XXI. 674, Aguirre Conc. V. 66. — „Quanta sit obedientiae“.
„ 29.	„	(6505) Alphonso, regi Hispaniarum, scribit, ex litteris eius se percepisse, eum ignorare, quibus beneficiis a sese affectus sit. Memorat, se „ecclesiam Compostellanam in deferenda cruce ante metropolitanum speciali praerogativa decorasse“; deque superiore epistola addit. (Pro „XIV id. Ianuar.“ legendum videtur „IV Kal. Ianuar.“). Mansi XXI. 673, Aguirre Conc. V. 65. — „Sicut ex inspectione“.
		1149?
— —	—	(6506) Sugerium, abbatem S. Dionysii, inter R. sacerdotem et S(tephanum) archidiaconum iudicem constituit. Illum qui verberaverint, eos excommunicari iubet. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 528, Bouquet Rec. XV. 442, Mansi XXI. 645. — „Quidam sacerdos R.“
— —	—	(6507) H(ugoni), archiepiscopo Senonensi, de superiore epistola significat. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 528, Bouquet Rec. XV. 442, Mansi XXI. 645. — „Quidam sacerdos tuus“.
— —	—	(6508) Sugerio, abbati S. Dionysii, mandat, iudicet inter Petrum et Iozelinum, canonicum Meldensem. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 532, Bouquet Rec. XV. 455, Mansi XXI. 645. — „Pro controversia et“.
		1145—1150.
— —	—	(6509) Fratrum S. Laudi Rotomagensium disciplinam canonicam confirmat, petentibus Hugone archiepiscopo et Algaro, episcopo Constantiensi. (Fragmentum.) Neustria pia 805. — „Religiosis desideriis“.
		1150. (<i>Ind. 13—25. Sept.—14, pont. a. 5—18. Febr.—6, 1149—25. Mart.—1150.</i>)
Ian. 23.	Laterani	(6510) Archiepiscopum, episcopos et alios ecclesiarum praelatos per Poloniam constitutos reprehendit, quod excommunicationis et interdicti sententiam, a G(uidone) diacono cardinali in W(ladislai) ducis adversarios prolatam, non observaverint; monet, ut respiciant. Martene Coll. II. 406, Mansi XXI. 685. — „Quod vos benedictionis“.
„ 30.	„	(6511) Monasterii S. Martini Anhusani protectionem suscipit, bonaque ac iura confirmat, petente Gerardo, episcopo Augustensi. Besold Doc. red. 204, Petri Suv. eccl. 92. — „Cum omnibus venerabilibus“.
Mart. 19.	„	(6512) Episcopo Castellano (Veneto) scribit, sanctum esse patrum auctoritate, ut decimarum „una pars episcopo, alia clero, tertia pauperibus, quarta ecclesiae sartis tectis“ debeat; quare fratribus S. Salvatoris debitam decimarum partem assignandam curet. Ughelli It. sac. V. 1240. — „Quod decimarum“.
Apr. 14.	„	(6513) Monasterio S. Benedicti Placentino oratorium b. Petri, in territorio Tauri-

			1150. (<i>Ind. 13—25. Sept.—14, pont. a. 5—18. Febr.—6, 1149—23. Mart.—1150.</i>) nensi situm, a fratribus Vallumbrosanis posthac incolendum, ita confert, ut annuus aurei unius census pontificibus Romanis persolvatur. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 801, Campi Hist. di Piac. II. 351. — „Quociens illud“.
Apr.	14.	Laterani	(6514) Ecclesiam S. Laurentii Ianuensem tuendam suscipit, canonicorumque possessiones confirmat. Ughelli It. sacr. IV. 863. — „Officii nostri“.
„	20.	„	(6515) Ordinis Fontis-Ebraldi statuta confirmat, „et praecipit, ut abbatissae ibi consecrandae a „dioecesano episcopo benedictionem accipiant, si eam sine molestia et gratis exhibere voluerit; alioquin ad id alium episcopum vocent“. Pavillon Vie de Robert d'Arbrissel Pr. p. 631, teste Bréquigny Tabl. chronol. III. 154.
„	25.	„	(6516) Sugerio, abbati S. Dionysii, haec scribit: „Immensum pietatis opus, quod Ludovico Francorum regi divina misericordia inspiravit, nos plurimum anxios reddit. Gravem namque Christiani nominis iacturam, quam nostris temporibus ecclesia dei sustinuit, et recentem adhuc effusionem sanguinis tantorum virorum ad memoriam revocantes, grandi timore concutimur. Ceterum devotio praedicti filii aliquantum dolorem mitigat. Sed ne tantum opus nostra occasione remaneat, mandamus, quatinus regis et baronum atque aliorum regni sui animos diligenter studeas perscrutari et si ad tam arduum opus eos promptos agnoveris, consilium et auxilium nostrum, quantum poteris, et remissionem peccatorum, sicut in aliis literis nostris continetur, secure promittas“. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 538, Bouquet Rec. XV. 457, Mansi XXI. 646. — „Immensum pietatis“.
„	28.	Romae ap. S. Petrum	(6517) Sugerio, abbati S. Dionysii, mandat, ut „quidquid de ecclesiae S. Genovefae thesauro per seculares obligatum sit ex quo mutatio ecclesiae ad eorum pervenerit notitiam, de proprio eos redimere cogat; quod vero ante obligatum fuerit, de communi tam regularium quam secularium faciat redimi“. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 537, Bouquet Rec. XV. 457, Mansi XXI. 646. — „Prudentiam tuam latere“.
Mai.	13.	„	(6518) Ecclesiam S. Mariae de Reno tuendam suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat. Trombelli Mem. di Reno 367, Bull. Lat. 33. — „Religiosis desiderius“.
„	23.	„	(6519) Waltero, abbati Walacriensi, concessam ab Hartberto episcopo Ultraiectensi licentiam monasterii in alium locum transferendi confirmat. Miraei Opp. dipl. III. 722, Hugo O. P. A. II. Pr. p. 129, Mieris Charterb. I. 99. — „Sicut iniustus petitionibus“.
„	25.	„	(6520) Canonicis Aurelianensibus praecipit, ut ecclesiam S. Letae Philippo, fratri regis Francorum, reddant, „aut in presentia Hugonis, Altissiodorensis episcopi, ei exinde iustitiam faciant“. Martene Coll. II. 629, Bouquet Rec. XV. 458. — „Ex parte dilecti“.
„	26.	„	(6521) Sugerio, abbati S. Dionysii, mandat, ut Stephanum, archidiaconum Senonensem, „evocet iterum, et si quinta manu sui ordinis super illatis criminibus se poterit expurgare, ipsum ab impetitione R. presbyteri absolutum remittat“. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 539, (Mansi XXI. 647). — „Sacerdos ille R.“
„	27.	Laterani	(6522) Petro praeposito Ulciensi praecipit, ne in ecclesia S. Mariae Secusiensi „umquam amodo quispiam ordinetur, vel recipiatur, nec victus alicui, neque vestitus donum concedatur, nisi, regulari prius habitu sumpto, canonicam vitam professus fuerit“. Ulciensis eccl. chartar. p. 18. — „Cum beatae Mariae“.
Iun.	10.	„	(6523) Monasterii S. Nicolai Andegavensis protectionem suscipit ac bona confirmat. Abbatia S. Nicolai Andegav. 76, teste Bréquigny Table chron. III. 166.
„	19.	Albani	(6524) Sugerium, abbatem S. Dionysii, laudat, quod „pro defectu Orientalis ecclesiae attentam sollicitudinem gerat“; „petitioni eius et aliorum“ ait „qui sibi super causa ipsa scripserint, quamvis gravissimum sibi fuerit propter imbecillitatem personae, in qua omnium vota concurrant, assensum tamen denegare se nequaquam potuisse“. Mandat, ut una cum (Balduino) episcopo Noviomensi in ecclesia Compendiensi „religionem statuatur“. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 542, Bouquet Rec. XV. 458, Mansi XXI. 648. — „Ex eo, quod pro“.
„	22.	„	(6525) Wibaldo, abbati Corbeiensi, mandat, quod scribit H(einrico) episcopo Mindensi antea nequicquam mandatum esse, ut Godeboldum canonicum Everardo ablata reddere cogat. Martene Coll. II. 435. — „Lator praesentium Everardus“.
„	24.	„	(6526) Wibaldum, abbatem Corbeiensem, de binis, quae sequuntur, de certiore facit. Addit hoc: „Coloniensi autem archiepiscopo idcirco nostra scripta non misimus, quia veniens ad nos plenitudinem sui officii minime reportavit“. Martene Coll. II. 436. — „Litteras devotionis tuae“.
(„)	—	(„)	(6527) H(einrico), episcopo Mindensi, scribit, ecclesiam Kaminatensem „pro eo, quod

		1150. (<i>Ind. 13—25. Sept.—14, pont. a. 5—18. Febr.—6, 1149—25. Mart.—1150.</i>) quidam monachus, dum resarciret tecta, casu corruerit et ita sine sanguinis effusione obierit, reconciliandam non esse, nec a divinis debere cessare obsequiis“. Ablata quaedam ecclesiae eiusdem bona repeti iubet. Martene Coll. II. 437. — „Pervenit ad aures“.
(Iun.)	— (Albani)	(6528) H(artvicum), archiepiscopum Bremensem, hortatur, ut Wibaldum, abbatem Corbeiensem, in recuperandis bonis Kaminatensibus adiuvet. Martene Coll. II. 437. — „Episcopalis officii est“.
(„)	— („)	(6529) Conradum, Romanorum regem, „sublimes legatos ex communi consilio principum“ ad sese missurum esse gaudet; „desiderium siquidem nostrum est“ inquit „ut ea inter ecclesiam et regnum, quae a praedecessoribus nostris et tuis statuta sunt, inter nos et maiestatem tuam firmentur“. Monasterii Morbacensis negotium episcopo Lausannensi commissum nunciat. Ottoni, qui nasum clerico praeciderit, communionem reddendam esse negat. Martene Coll. II. 438, Mansi XXI. 686. — „Quod per sublimes“.
Oct.	23. Signiae	(6530) *Monasterii Ebracensis protectionem suscipit bonaque confirmat. Lang Regesta I. 197, Brevis notitia monast. Ebrac. 67.
„	23. „	(6531) *Parthenonis Wechterswinklensis protectionem suscipit. Lang Regesta I. 197.
„	24. „	(6532) Pontio, abbati Vizeliacensi, significat, se de eius negotio ad episcopum Eduensem et ducem Burgundiae litteras dedisse. Praecipit, ut ad Hugonem, episcopum Altissiodorensem, vocatus accedat. Duchesne Hist. des ducs de Bourgogne, preuv. p. 47, D'Achery Spicil. II. 510, Bouquet Rec. XV. 461, Mansi XXI. 657. — „Quid venerabili“.
„	24. „	(6533) Ducem Burgundiae hortatur, ut monasterio Vizeliacensi de illatis damnis satisfaciat, aut ius suum apud Hugonem, episcopum Altissiodorensem, persequatur. D'Achery Spic. II. 510, Bouquet Rec. XV. 460, Mansi XXI. 656. — „Quanto divinae“.
(„)	— („)	(6534) (Henrico), episcopo Eduensi, praecipit, ut, quae homines eius monasterio Vizeliacensi abstulerint, reddi iubeat, aut causam ad Hugonem, episcopum Altissiodorensem, deferat. D'Achery Spicil. II. 509, Bouquet Rec. XV. 460, Mansi XXI. 655. — „Apostolicae sedis clementia“.
(„)	— („)	(6535) Hugoni, episcopo Altissiodorensi, mandat, ut appellatus iudicium faciat inter episcopum Eduensem et monasterium Vizeliacense. D'Achery Spicil. II. 510, Bouquet Rec. XV. 461, Mansi XXI. 656. — „Venerabili fratri“.
Nov.	21. „	(6536) Monasterii S. Quirini Tegernseensis protectionem suscipit bonaque et iura confirmat. Mon. Boic. VI. 169, Hund III. 400, Orig. Guelf. I. 90. — „Commissae nobis apostolicae“.
„	21. „	(6537) E(berhardum), archiepiscopum Salzburgensem, monet, cogat Ottonem palatinum comitem, ut O(toni) episcopo Frisingensi satisfaciat de iniuriis inter missam illatis. C(onradum) abbatem et monachos Tegernseenses commendat. (Epistola haec est Alexandro III. perperam tributa). Pez Thes. anecd. VI. i. 393. — „Ex parte venerabilis“.
„	23. Ferentini	(6538) P. ecclesiae S. Frigidiani Lucensis priorem rogat, mittat fratres, qui regularium canonicorum disciplinam in ecclesiam Montis-belli introducant. Baluzii Misc. IV. 595. — „Aequum est et“.
„	24. „	(6539) Ecclesiam S. Mariae Montebelliensem tuendam suscipit et eius bona ac iura confirmat. Savioli Ann. Bol. I. n. 221, Bull. Lat. 34. — „Officii nostri“.
„	26. „	(6540) Monasterii Raitenbuchensis protectionem suscipit et possessiones ac privilegia confirmat. Mon. Boic. VIII. 13, Hund Metr. Sal. III. 145. — „Commissae nobis“.
Dec.	2. „	(6541) Monasterii Lobiensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Miraei Opp. dipl. II. 1169. — „Commissa nobis“.
„	2. „	(6542) F(ranconi), abbati et universo conventui Lobiensi praecipit, ne „canonicos S. Ursuari in uno choro et in uno refectorio patiantur pariter secum coniedere“, neve ulli „vel laico, vel clerico, nisi monachus aut conversus fiat, praebendam concedant“. Martene Coll. II. 630. — „Pervenit ad apostolicae“.
„	13. „	(6543) Monasterii S. Mariae Compendienseis possessiones confirmat et privilegia auget. Gall. Chr. X. Instr. 121. — „Potestatem ligandi“.
„	15. „	(6544) Ecclesiae Pennensis bona, petente Grimaldo episcopo, confirmat. (Fragmentum). Ughelli It. sacr. I. 1120.
„	19. „	(6545) Ecclesiam Monopolitanam, petente Michaele episcopo, tuendam suscipit eius-

1150. (*Ind. 13—25. Sept.—14, pont. a. 5—18. Febr.—6, 1149—25. Mart.—1150.*)
 que libertatem, possessiones, privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. I. 964. —
 „Et iustitiae“.
- (6546) Godescalco, creato episcopo Atrebatensi, gratulatur. Monet, ut S. Vedasti privilegiorum rationem ducat. Baluzii Misc. II. 169, Bouquet Rec. XV. 467. — „Non est in“.
- c. 1150.
- (6547) Eberhardo, episcopo Bambergensi, et Adamo, abbati Eberacensi, mandat, ut clericos saeculares ab (Henrico) archiepiscopo Moguntino et (Burchardo) episcopo Eichstetensi contra voluntatem b. m. Gebehardi, episcopi Eichstetensis, in ecclesiam Heidenheimensem reductos expellant. Ilungum commendat. Falckenstein Cod. dipl. 30, Mansi XXI. 662. — „Bonae memoriae Gebehardus“.
- (6548) Henricum, archiepiscopum Moguntinum, reprehendit, quod in ecclesiam Heidenheimensem clericos reduxerit. De superiore epistola significat. Falckenstein Cod. dipl. 32, Mansi XXI. 663. — „Quod in ecclesiam“.
- (6549) G(osvino) Cisterciensi et universis abbatibus apud Cistercium congregatis scribit, se, nisi officia obstarent, ad eorum conventum libenter accessurum fuisse. Monet, ut patrum virtutes sequantur. S. Bernhardi Opp. I. 267. — „Optaremus filii“.
- 1145—1151.
- (6550) Sugerio, abbati S. Dionysii, scribit, B(ernardum) abbatem Clarevallensem sibi significasse, comitem Andegavensem fratris sui terram esse invasurum. Hortatur, si censeat ut ipse intercedat, litteras ad sese quam primum mittat. Martene Thes. I. 416, Bouquet Rec. XV. 461. — „Sicut in litteris“.
- (6551) Sugerio, abbati S. Dionysii, commendat Mo. subdiaconum, ut largitate eius liberetur ab aere alieno, studiisque litterarum operetur. Martene Thes. I. 416, Bouquet Rec. XV. 462. — „Dilectionis tuae“.
- (6552) Sugerium, abbatem S. Dionysii, de nepotis eius Iohannis obitu consolatur. Nuncium ut mittat, monet. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 493, Bouquet Rec. XV. 456, Mansi XXI. 636. — „Super obitu filii“.
1151. (*Ind. 14—25. Sept.—15, pont. a. 6—18. Febr.—7, 1150—25. Mart.—1151.*)
- „Quatuor pallia per legatum suum, Iohannem Papirum (Paparo), transmittit in Hiberniam, quo nunquam antea pallium delatum fuerat“. Chronica de Mailros 1151 ap. Fell R. A. Scr. 167.
- Jan. 13. Ferentini (6553) Monasterii Salvatoris et S. Bonifacii Fuldensis privilegia et possessiones confirmat, petente Marchuardo abbate. Dronke Cod. dipl. Fuld. 394, (Schannat Dioec. Fuld. 259). — „Cum omnibus ecclesiasticis“.
- „ 13. „ (6554) *Monasterii Weissenauensis protectionem suscipit. Lang Regesta I. 198.
- „ 24. „ (6555) Monasterium S. Salvatoris Maiellanum tuendum suscipit bonaque eius confirmat, imposito monachis aurei unius censu annuo. Bullar. Vatic. I. 43. — „Iustis religiosorum“.
- „ 26. „ (6556) M(anassi), episcopo Aurelianensi, praecipit, ut aut ecclesiam S. Machuti monasterio Vizeliacensi restituat, aut apud Hu(gonem), archiepiscopum Senonensem, causam dicat. D'Achery Spicil. II. 512, Bouquet Rec. XV. 462, Mansi XXI. 661. — „Ex conquestione dilectorum“.
- „ 26. „ (6557) (Hugoni), archiepiscopo Senonensi, mandat, iudicet inter Pontium, abbatem Vizeliacensem, et M(anassen), episcopum Aurelianensem, de ecclesia S. Machuti litigantes. D'Achery Spic. II. 512, Bouquet Rec. XV. 462, Mansi XXI. 660. — „Dilectorum filiorum“.
- Febr. 10. „ (6558) Ecclesiae Aurelianensis privilegia et possessiones, petente Manasse episcopo, confirmat. Gall. Chr. VIII. Instr. 510. — „Quotiens illud“.
- „ 23. „ (6559) Pontio, abbati Vizeliacensi, praecipit, ut „proximis octavis b. Martini“ (18 Nov.), nisi cum He(nrico) episcopo Eduensi in gratiam redierit, ad sese aut ipse veniat, aut legatos mittat. Aliam rem apud Hugonem, episcopum Altissiodorensem, agi vult. D'Achery Spic. II. 510, Bouquet Rec. XV. 462, Mansi XXI. 657. — „Veniens ad praesentiam“.
- „ 24. „ (6560) Monasterium S. Trinitatis et S. Michaelis Miletense tuendum suscipit et eius

		1151. (<i>Ind. 14—25. Sept.—15, pont. a. 6—18. Febr.—7, 1150—25. Mart.—1151.</i>) possessiones ac iura confirmat, ea lege, ut monachi auri unciam sedi Romanae quotannis pendant. Ughelli It. sacr. I. 952, Pirri Sic. sacr. II. 1259. — „Cum omnibus“.
Febr. 25.	Ferentini	(6561) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ut quaedam ecclesiae Bellovacensis beneficia a militum quorundam iniuriis defendat. Martene Coll. II. 630, Bouquet Rec. XV. 463. — „Catholici regis industria“.
(,,)	(,,)	(6562) Henrico, episcopo Bellovacensi, de superiore epistola significat. Martene Coll. II. 631, Bouquet Rec. XV. 463. — „Litteras et nuntium“.
„ 25.	„	(6563) Hugoni, episcopo Altissiodorensi, et Bernhardo, abbati Clarevallensi, mandat, ut inter Ludovicum, Francorum regem, et eius fratrem Henricum, episcopum Bellovacensem, pacem conciliet. Martene Coll. II. 633, Bouquet Rec. XV. 464. — „Notitiam vestram latere“.
„ 25.	„	(6564) Hugoni, archiepiscopo Rotomagensi, mandat, ut milites ecclesiam Bellovacensem vexantes et excommunicatione et interdicto afficiat. Martene Coll. II. 634, Bouquet Rec. XV. 464. — „Veniens ad praesentiam“.
Mart. 3.	„	(6565) G. rectorem et populum Bononiensem cohortatur, ut habitatores Sancti Casiani et R(udolphum), episcopum Imolensem, ab Imolensium iniuriis constanter defendant. Savioli Ann. Bol. I. n. 224. — „Predecessorum vestrorum“.
„ 7.	„	(6566) Ecclesiam b. Petri Bellovacensem tuendam suscipit et possessiones eius confirmat, petente Henrico episcopo. Gall. Chr. X. Instr. 259. — „Venerabilis in“.
„ 8.	„	(6567) Henrico, episcopo Bellovacensi, per litteras „propria manu scriptas“ respondet haec: „nec in camera nostra, nec alio loco vel tempore, cum de tua illa singulari et secreta petitione nobis locutus fuisti, tibi assensum dedimus“. Monet, ut redire ad ecclesiam festinet. Martene Coll. II. 635, Bouquet Rec. XV. 465. — „Ut responsum super“.
„ 10.	„	(6568) Hugoni, archiepiscopo Rotomagensi, mandat, cogat Hugonem de Gornaco, ut Erquerino, civi Burgensi, libras Bellovacenses 72 et marcas argenti 2 restituat. Martene Coll. II. 635. — „Venerabilis fratris nostri“.
„ 11.	„	(6569) Henrico, episcopo Bellovacensi, episcopalis muneris deponendi licentiam denegat. Martene Coll. II. 636. — „Si semper quotiens“.
„ 15.	„	(6570) Monasterium Michaelsteinense tuendum suscipit, eiusque disciplinam Cisterciensem, a Beatrice abbatissa Quedlinburgensi ibidem institutam, et possessiones ac privilegia confirmat. Leuckfeld Antiqu. Michaelstein. 87, Erath Cod. dipl. Quedl. 88. — „Quoniam sine vero“.
„ 17.	„	(6571) Ecclesiam b. Iohannis Valeiacensem (Carnoti) tuendam suscipit et eius bona legesque confirmat. Gall. Chr. VIII. Instr. 332. — „Quotiens istud“.
„ 20.	„	(6572) Ecclesiam S. Carauni tuendam suscipit et eius bona, iura, leges confirmat. Gall. Chr. VIII. Instr. 334. — „Quoniam sine observantia“.
„ 30.	„	(6573) Monasterii Rotensis patrocinium suscipit et bona iuraque confirmat. Hund III. 268, Mon. Boic. I. 359. — „Quotiens illud“.
„ 30.	„	(6574) Monasterium S. Quirini de Rosis tuendum suscipit, eiusque bona confirmat. Mittarelli Ann. Cam. III. app. 454. — „Quotiens illud“.
Apr. 1.	„	(6575) Roberti, archiepiscopi Acherontini, iura metropolitana confirmat, eumque pallio donat. Ughelli It. sacr. VII. 32. — „In eminentis“.
„ 4.	(,,)	(6576) Parthenonis S. Cyriaci Gernrodensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, imposito sororibus marcae argenti censu annuo. Beckmann Hist. von Anhalt I. 173. — „Officii nostri nos“.
„ 11.	„	(6577) S. Pontii et Crassensi abbatibus praecipit, ne homines a Petro archiepiscopo Narbonensi excommunicatos recipiant, neve inconsulto eodem presbyteros ecclesiis dioecesis eius praeficiant. Marca De concordia sac. II. 193, Bouquet Rec. XV. 465, Mansi XXI. 678. — „Ex conquestione venerabilis“.
„ 15.	„	(6578) Moniales S. Georgii Pragenses de Heinrichi, episcopi Moraviensis, morte consolatur. De altarum ornamentis missis gratias agit. Boczek C. D. M. I. 264. — „Obitus venerabilis fratris“.
„ 21.	„	(6579) Hospitalis S. Blasii Madoetiensis possessiones et privilegia confirmat. Frisi Mem. de Monza II. 61. — „Ad hoc in“.
„ 25.	(,,)	(6580) Parthenonis S. Petri maioris Florentini bona et privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. III. 94, Lami Eccl. Fl. M. II. 1094. — „Religiosis desideriis“.
Mai. 10.	„	(6581) Ecclesiae S. Frigidiani Lucensis possessiones quasdam confirmat. Bull. Lat. 36. — „Quae a fratribus“.
„ 13.	„	(6582) Archiepiscopo Tarraconensi, apostolicae sedis legato, praecipit, ut aut primati

			1151. (<i>Ind. 14—25. Sept.—15, pont. a. 6—18. Febr.—7, 1150—25. Mart.—1151.</i>) Roderico (Raimundo), archiepiscopo Toletano, obediat, aut „proxima dominicae resurrectionis dominica“ (8 April. 1152) ad sese vel ipse veniat, vel legatos mittat. Mansi XXI. 677, Aguirre Conc. V. 67. — „Qualiter obedientia vel“.
Mai.	18.	Ferentini	(6583) Ecclesiam Imolensem tuendam suscipit et eius possessiones confirmat, petente Rodulpho episcopo. Fantuzzi Mon. Rav. VI. 48, Ughelli It. sacr. II. 625. — „In eminenti“.
Iun.	6.	„	(6584) Marsicanorum S. Iohannis et S. Sabinae clericorum de oleo consecrando controversiam diiudicat. Ughelli It. sacr. I. 904, Mansi XXI. 748. — „Ne oblivionis“.
„	6.	„	(6585) Raimundo, archiepiscopo Toletano, scribit, gaudere se, quod I(oannes) archiepiscopus Bracarensis „eum primatem suum humiliter recognoverit“. Monet, ut eundem „tanquam fratrem et coepiscopum fraterna caritate diligat et eius iura integra conservet“. Reprehendit, quod contra privilegia eiusdem episcopi Zamosensem consecraverit; quapropter eum iubet „proxima dominicae resurrectionis solemnitate“ (30 Mart. 1152) ad sese aut ipsum venire aut legatos mittere. Mansi XXI. 676. — „Tunc ecclesia dei“.
„	22.	„	(6586) Monasterii S. Mariae Baumgartenbergensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Kurz Beiträge III. 393. — „Religiosam vitam eligentibus“.
(„)	—	(„)	(6587) (Eberhardo), archiepiscopo Salzburgensi, mandat, iudicet inter abbatem Baumgartenbergensem et (Conradum) episcopum Passaviensem, de possessionibus quibusdam litigantes. Kurz Beiträge III. 388. — „Veniens ad nostram“.
(„)	—	(„)	(6588) (Conradum), episcopum Passaviensem, de mandato, (Eberhardo) archiepiscopo Salzburgensi dato, certiores facit. Kurz Beiträge III. 388. — „Quoniam fraternitatem tuam“.
Sept.	26.	Signiae	(6589) Parthenonem S. Zachariae Venetum tuendum suscipit, eiusque bona confirmat. Corneli Eccl. Venet. XI. 373. — „Apostolici moderaminis“.
Oct.	1.	„	(6590) Monasterii Altenbergensis possessiones confirmat. In tabular. Düsseldorf. Ex schedis Pertzii.
„	27.	Casaemarii	Ecclesiam dedicat „6 Kal. Nov.“ Chron. Fossae novae 1151 ap. Muratori R. It. Scr. VII. 870.
Dec.	11.	Signiae	(6591) Canonicorum Pistoriensium disciplinam regularem, privilegia, possessiones confirmat. Zacharia Anecd. m. aev. 231. — „Quotiens illud“.
„	29.	„	(6592) Monasterii Esromensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Thorkelin Diplom. Arna-Magn. I. 248. — „Quotiens illud a“.
—	—	—	(6593) Theobaldo, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, ut (Silvestrum) electum abbatem monasterii S. Augustini, Roma redeuntem, dedecet. Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. Scr. II. 1811. — „Sicut nuntii tui“.
			1150—1151.
Nov.	16.	Signiae	(6594) O(ttoni), episcopo Frisingensi, mandat, ut monasterium Tegernseense contra O(ttonem) palatinum comitem tueatur. (Haec cum ea quae sequitur epistola Alexandro III. falso ascripta est). Pez Thes. anecd. VI. i. 392. — „Ad nostrum spectat“.
(„)	—	(„)	(6595) (Eberhardo), archiepiscopo Salzburgensi, mandat, ut Ottonem comitem palatinum ablata monasterio Tegernseensi reddere cogat. Pez Thes. anecd. VI. i. 392. — „Ex parte dilecti“.
			1145—1152.
Sept.	22.	—	(6596) A(ndream), archiepiscopum Ragusinum, excusatum habet de voto itineris ad sedem apostolicam, ob valetudinem nondum soluto. Farlati Ill. sacr. VI. 64. — „Cognito fraternitatis“.
			1150—1152.
Aug.	21.	Signiae	(6597) P. ecclesiae S. Frigidiani Lucensis priorem „proximo festo S. Michaelis“ (29 Sept.) ad sese venire iubet, ut eius opera pax ecclesiae S. Mariae novae restituatur. Baluzii Misc. IV. 594. — „Frequenter insinuavit“.
Oct.	5.	„	(6598) Conrado vicario et universo clero Romano scribit haec: „Praeterea quod a vobis statutum est de his, qui alienam praesumunt paroeciam invadere et aliorum paroecianos contra canonum scita recipiunt, nihilominus auctoritatis nostrae assertionem firmatur: ut videlicet quicumque de caetero in huiusmodi praesumptione

1150—1152.		
		comprobatus fuerit, dandi poenitentiam potestatem in ecclesia dei omnino amittat, et ecclesiastico beneficio, quousque per manus pontificis restituatur, simul privetur“ (Fragmentum). Mansi XXI. 690. — „Praeterea quod a“.
		1152. (<i>Ind. 15, pont. a. 7-18. Febr.-8, 1151-25. Mart.-1152.</i>)
Ian.	8.	Signiae (6599) Ecclesiae Coloniensis protectionem suscipit, ac possessiones privilegiaque confirmat, petente Arnaldo archiepiscopo. Lacomblet Urk. I. 255, Manrique Ann. Cist. II. 182, Mansi XXI. 634. — „In eminenti apostolicae“.
„	8.	„ (6600) Gu. praeposito, F. decano, archidiaconibus, prioribus et universo clero ac populo Coloniensi significat, Arnoldum electum Coloniensem cum Wibaldo Corbeiensi, N. Sigeburgensi, T. Campensi abbatibus et Henrico Conradi regis notario a sese benigne receptum esse. Arnoldum et consecratum et pallio impertitum nunciat, eique ut obediant, praecipit. „Iudicium super his, quae laicis concessa sunt, in conspectu Conradi regis apud Coloniam noviter promulgatum“, confirmat. Martene Coll. II. 502. — „Venientem ad apostolicae“.
„ 29.	„	(7149) Henricum, episcopum Bellovacensem, iubet in ea, quam adhuc praestiterit, erga se fide perseverare. Martene Coll. II. 664, Bouquet Rec. XV. 764. — „Inconcussae fidei“.
Dec. 21.	„	(7150) Canonicorum S. Frigidiani Lucensium privilegium confirmat, ut ex eorum numero diaconi cardinales S. Mariae novae eligantur. (Pro „Avenioni“ leg. „Anagninae“). Bull. Lat. 41. — „Ad hoc universalis“.
1160—1161.		
Apr. 26.	Anagninae	(7151) Hugonem, archiepiscopum Panormitanum, Agrigentinis, Mazarensis, Meli-

			1160—1161.
			tensis episcoporum metropolitam confirmat. Pirri Sic. sacr. I. 101. — „Quanto maiorem“.
—	—	—	(7152) W(altero) episcopo Albanensi, vicario suo, (al. archiepiscopo Bituricensi) scribit de poenitentia N. clerico iniungenda, ac de „adolescente, qui mulierem cognoverit et filiam eius post sibi copulaverit“. (Ex registri libro II.) Mansi XXII. 428, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 232, Augustini Tarr. Opp. IV. 30, 253, Decr. Greg. L. I. t. 11. c. 4. — „Ex tuarum litterarum“ „Ex tenore tuarum“ „De adolescente, qui“ „De illo, qui mulierem“.
—	—	—	(7153) Episcopo Verulano scribit, ut „I., qui sororem uxoris suae cognoverit, studeat Hierosolymam destinare“. (Ex registri libro II.) Mansi XXII. 428, Augustini Tarr. Opp. IV. 254. — „Ex relatione I.“.
			1161. (<i>Ind. 9—25. Sept.—10, pont. a. 2—28. Sept.—3.</i>)
Ian.	4.	—	(7154) Morinensibus significat, se Milonis episcopi adversario, ut ecclesia Boloniensis fieret sedes episcopalis student, non esse obsecutum. Gall. Chr. X. Instr. 405, Bouquet Rec. XV. 749 not. a. — „Dilectum filium nostrum“.
„	17.	Anagniae	(7155) Samsonem, archiepiscopum Remensem, laudat, quod Milonem, electum Tarvanensem, interposita a canonicis Boloniensibus ad sese provocatione, consecrare noluerit. Statum ecclesiae Boloniensis immutandum non esse. Milonem a sese, salvo iure ecclesiae Remensis, consecratum nunciat. Marlot Metr. Rem. II. 371, Miraei Opp. dipl. II. 1174, Bouquet Rec. XV. 748. — „Dilecti filii nostri“.
„	17.	„	(7156) Ludovici, Francorum regis, erga ecclesiam Romanam studium collaudat. Memorat de Frederici (imperatoris) in eandem iniuriis; de litteris Hen(rici tit. Nerei et Achillei) et W(illelmi S. Petri ad vincula, presbyterorum) et Odonis (S. Nicolai in carcere Tulliano diaconi) cardinalium ex Gallia ad sese missis. „Voluntatem habemus“ inquit „paci et quieti tuae et regni tuae gubernationi commissi libenter intendere; super his autem, quae nobis propriis litteris tua excellentia indicavit, per Guidonem, Maioris-monasterii monachum, in proximo respondere curabimus“. M(anassi) episcopo Aurelianensi se fautorum. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 595, Bouquet Rec. XV. 766, Mansi XXI. 983. — „Quantum illustres et“.
„	20.	„	(7157) Eberhardum, archiepiscopum Salzburgensem, laudat, quod „in unitate catholicae ecclesiae ac devotione b. Petri et sua permanserit, et minas principis non timuerit“. Ad perseverantiam hortatur. Nunciat haec: „orientalis ecclesia in concilio, Nazareth praesente Ierosolymorum rege sollemniter celebrato, Francorum, Anglorum, Hispaniarum et tota occidentalis ecclesia cum regibus, archiepiscopis, episcopis et toto clero et populo suo schismaticum (Victorem IV.), eiusque principales fautores damnarunt, nosque in patrem spiritualem et summum pontificem receperunt“. Monet, ut „statum ecclesiae ac Teutonici regni, animos quoque et voluntates hominum eiusdem regni propriis litteris sibi indicet“. (In cod. ms. Vindob. pro „Romae“ legi „Anagniae“, me docuit Wattenbach). Tengnagel Vet. mon. 407, Mansi XXI. 1036. — „Ad haereses et“.
„	22.	„	(7158) Ecclesiae S. Cuthberti Radefordensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Monast. Anglic. II. 53. — „Effectum iusta postulantibus“.
„	27.	„	(7158a) Theobaldo, archiepiscopo Cantuariensi, et Hillario, episcopo Cicestrensi, mandat, cogant Robertum de Valoniis, ut monachis S. Albani silvam de Northaga restituat. Matthaei Parisiensis Opp. app. p. 83. — „Dilecti filii nostri“.
Febr.	3.	„	(7159) Henricum, episcopum Bellovacensem, monet, pergat sibi obsequi, et Ludovicum Francorum regem, ut idem faciat, hortetur. G. presbyterum, praebenda Suessionensi privatum, regi commendat. Martene Coll. II. 656, Bouquet Rec. XV. 750. — „Super illa devotionis“.
„	7.	„	(7160) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, aliisque ecclesiarum praelatis Edwardum, quondam Anglorum regem, numero sanctorum confessorum insertum nunciat. Wilkins Conc. I. 434, Mansi XXI. 871 et 1047, Acta SS. Ian. T. I. 302. — „Illius devotionis“.
„	17.	„	(7161) H(ugoni), episcopo Suessionensi, queritur, Fredericum (imperatorem), „positum in insidiis, aditus viarum ita per satellites barbaricae feritatis obstruxisse, quod illi iam non valeant usque ad sese transire, a quibus Romana ecclesia in necessitatibus suis oportuna recipere suffragia consueverit“. De stipendiis antea missis gratias agit; sed monet, ut „ad subventionem ecclesiae et ad solvenda debita quibus prematur, manum adhuc liberalitatis extendat, abbates quoque et alio

		1161. (<i>Ind. 9—25. sept.—10, pont. a. 2—20. sept.—3.</i>) ecclesiarum praelatos ad hoc idem cum omni diligentia exhortetur“. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 611, Bouquet Rec. XV. 756, Mansi XXI. 1003. — „Illa devotionis integritas“.
Febr. 18.	Anagniae	(7162) Henricum, episcopum Bellovacensem, hortatur, ut sibi laboranti aere alieno subveniat. Martene Coll. II. 657. — „Illius devotionis integritas“.
„ 26.	„	(7163) Monasterii SS. Facundi et Primitivi Sahagunensis possessiones et privilegia confirmat. Escalona Hist. de Sahagun 541. — „Apostolicae sedis auctoritate“.
Mart. 6.	„	(7164) Magistro Nicolao significat, se de eo ad Hugonem Senonensem et S(amsonem) Remensem archiepiscopos et Henricum comitem diligenter scripsisse. Martene Coll. II. 658, Bouquet Rec. XV. 757. — „Devotionis tuae constantiam“.
— —	„	(7165) Monasterii Phalempinensis protectionem suscipit, et privilegia confirmat. (Fragmentum). Buzelini Gallo-Flandria 374.
Apr. 7.	„	(7166) Henrici, episcopi Bellovacensis, erga se studium collaudat, et sui „receptionem, quae in concilio in Francia celebrato solemniter facta est, magis quam ei, nulli mortalium imputat“. Hugonem, abbatem Cluniacensem, Octaviani fautorem, excommunicat. Mandat, ut Cluniacum se conferat, et Hugonem aut removeat, aut, si reverti ad fidem constituerit, recipiat, atque „Imarum, schismaticum et haeticum Tusculanum quondam episcopum, capiat vel a monasterio prorsus eiiciat“. Martene Coll. II. 659, Bouquet Rec. XV. 768, Mansi XXI. 1149. — „Illa ardentis caritatis“.
„ 7.	„	(7167) Universis fratribus Cluniacensis monasterii in communione ecclesiae et in ipsius fidelitate et obedientia existentibus nunciat, Henrico, episcopo Bellovacensi, quid mandaverit. Martene Coll. II. 661, Bouquet Rec. XV. 769, Mansi XXI. 1151. — „Sicut Cluniacense“.
„ 8.	„	(7168) H(ilario), episcopo Ciestrensi, et L. abbati Westmonasterii mandat, iudicent inter Riccardum de Anesten et Mabilam de Francevill. Rymer Foedera I. 19. — „Causa, quae inter“.
„ 9.	Laterani?	(7169) Syri, archiepiscopi Iauensis, dignitatem, ab Innocentio II. constitutam, confirmat, eique episcopatum Albigaunensem subiicit et legationem transmarinam (octavo quoque anno obeundam), usumque equi cum nacco albo, crucis dominicae, pallii concedit, cet. Ughelli It. sacr. IV. 867. — „Superna et ineffabilis“.
Iun. 6.	Romae	ap. S. Mariam novam honorifice excipitur. V. infra ep. 7172.
„ 11.	Laterani	V. infra ep. 7172.
„ 12.	„	(7170) Sententiam ab Henrico, patriarcha Gradensi, et Ildebrando, basilicae XII apostolorum presbytero cardinali, legato suo, latam inter Guidonem, priorem ecclesiae S. Salvatoris Venetae, et Dominicum, plebanum S. Bartholomei, confirmat. Cornelii Eccl. Ven. XIV. 97. — „Quociens a fratribus“.
„ 13.	Romae ap. S. Mariam novam	(7171) Ecclesiam Gradensem tuendam suscipit, et eius bona ac privilegia confirmat. Henrico patriarchae crucis palliique ius et archiepiscopatus Iadertini primatum concedit. Cornelii Eccl. Ven. III. 73. — „Apostolicae officium“.
„ 14.	„	(7172) Henrico, patriarchae Gradensi, eiusque suffraganeis, Patavino, Veronensi, Tavisino, Ferrariensi, Vicentino et universis episcopis, abbatibus aliisque ecclesiarum praelatis per Marchiam constitutis nunciat, se „VIII. id. Iunii (d. 6 Iun.) Urbem tenuisse et a clero et populo Romano apud ecclesiam S. Mariae novae solemniter fuisse receptum, sequenti quoque die dominico (11 Iunii) in Lateranensi ecclesia missarum sollempnia celebrasse“. Hortatur, ut fidi sibi maneant. Tengnagel Vet. mon. 399, Mansi XXI. 1036. — „Licet aliquando“.
„ 27.	Praeneste	(7173) Universo capitulo S. Victoris Parisiensis Alexium diaconum suum apud eos morantem commendat. Martene Coll. VI. 241. — „Cum universos Christi“.
„ 30.	„	(7174) Hugoni, episcopo Suesionensi, praecipit, ut secundum privilegia ecclesiae S. Martini Sparnacensis „in ecclesia S. Martini de Montefelici uni de fratribus Sparnacensibus curam animarum committat“. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 593, Bouquet Rec. XV. 770, Mansi XXI. 980. — „Quae a sede apostolica“.
Iul. 2.	Ferentini	(7175) Clerum et populum Salonitanum collaudat, quod Iulium, episcopum Praenestinum, et Petrum S. Eustachii diaconum cardinalem, legatos apostolicos, bene tractaverint. (Petrum) episcopum Narniensem a sese iis praefectum archiepiscopum, pallioque donatum esse. Farlati Ill. sacr. III. 183, Ughelli It. sacr. I. 1015. — „Illa devotionis“.
„ 12.	Praeneste	(7176) Decano et capitulo Dolensi mandat, ut quem elegerint episcopum, et consecrationis accipiendae et obedientiae promittendae causa ad Iod., archiepiscopum

		1161. (<i>Ind. 9—25. Sept.—10, pont. a. 2—20. Sept.—3.</i>)
		Turonensem, mittant. („Ex fine secundi libri quaterno sexto primi voluminis regestorum D. Alexandri papae III.“). Martene Thes. III. 903, Morice Mém. de Bret. I. 645, Bouquet Rec. XV. 771. — „Quanto tempore“.
Sept.	1.	Ferentini (7177) P(etro), archiepiscopo Spalatino, mandat, excommunicet V., qui, ab Eugenio III. deiectus, ecclesiam Chrobatensem (Tininensem) tenere perrexerit, removeatque P., qui, indice P(etro) S. Eustachii diacono cardinali, ecclesiam Traguriensem invaserit. („Dat. VI. Non. Sept.“) Farlati Ill. sacr. III. 184. — „Pater et“.
„	20.	„ (7178) L. archipresbyterum et universos canonicos ecclesiae Pisanae hortatur, „ut pro exaltatione et libertate ecclesiae totis viribus laborent“. „Verbum autem illud secretum“ ait „se in praesentiarum duxisse differendum“. Rogat, ut „pecuniam sub convenientibus usuris, si aliter fieri nequeat, a civibus Pisanis mutuo invenire et acquirere studeant, et Bosoni, SS. Cosmae et Damiani diacono cardinali, illam assignent, ut Manc., Lucano civi, credita pecunia persolvatur“. Ughelli It. sacr. III. 402. — „Super illa“.
„	30.	Terracinae (7179) Ecclesiae S. Mariae novae Romanae, hoc anno a sese consecratae, ecclesiam S. Sebastiani in Catacumba tribuit. Garampi Illustrazione 62, not. 3. — „Iniuncti nobis“.
Nov.	29.	„ (7180) Ludovico, Francorum regi, respondet, se ecclesiae Flaviniacensis causam H(enrici) Bellovacensis et M(auritii) Parisiensis episcoporum arbitrio commisisse. Duchesne H. Fr. Ser. IV. 597, Bouquet Rec. XV. 771, Mansi XXI. 986. — „Litteras celsitudinis“.
Dec.	23.	„ (7181) Henrico, episcopo Bellovacensi, scribit, in suas ad eum et episcopum Parisiensem litteras de negotio ecclesiae Flaviniacensis haec verba: „R. quondam abbas“ irrepsisse, quum idem sabbas restitutus esset. Emendatum igitur litterarum earundem exemplum (quod sequitur) mittit. Martene Coll. II. 656. — „In litteris, quas“.
„	23.	„ (7182) Henrico Bellovacensi, et M(auricio) Parisiensi episcopis mandat, ut de R. abbate Flaviniacensi „tam in civilibus quam in criminalibus accusato“ iudicium faciant. Martene Coll. II. 655, Bouquet Rec. XV. 772. — „Pervenit ad nos, quod“.
„	25.	„ „Nativitate domini“. Marangonis chron. Pisan. 1162 in Archivio stor. Ital. VI. II. 26.
„	—	„iuxta montem Circeium“ („in faucibus Legulae“) censendit „infra octavas nativitatis dominicae“ Cardin. Aragon. vit. Alex. p. 451.
		1162. (<i>Ind. 10—25. Sept.—11, pont. a. 3—20. Sept.—4, 1161—25. Mart.—1162.</i>)
Ian.	—	Plumbini V. Marangonis chron. Pisan. 1162 in Archivio stor. Ital. VI. II. 26.
„	—	Vadae V. Marangonis chron. Pisan. 1162 I. I.
„	—	Livornae V. Marangonis chron. Pisan. 1162 I. I.
„	—	in portu Veneris V. Marangonis chron. Pisan. 1162 I. I.
„	—	in portu Delphini Pipinum episcopum Lunensem consecrat. Margaronis chron. Pisan. 1162 I. I.
„	21.	Ianuam pervenit „in festo S. Agnetis“. Cardin. Arag. vit. Alex. p. 451.
Febr.	9.	Ianuae (7183) Ludovico, Francorum regi, ecclesiam Ferrariensem commendat. Duchesne H. Fr. Ser. IV. 596, Bouquet Rec. XV. 773, Mansi XXI. 985. — „Decet clementiam“.
„	9.	„ (7184) Henricum Bellovacensem et M(auritium) Parisiensem episcopos iudices constituit inter Hugonem, archiepiscopum Senonensem, et D(odonem), abbatem Ferrariensem, de ecclesiis quibusdam litigantes. Martene Coll. II. 665, Bouquet Rec. XV. 774. — „Controversiam, quae inter“.
„	13.	„ (7185) Philippum abbatem fratresque monasterii Praemonstratensis perstantes in fide laudat, monetque, ut „schismaticos ordinis ad veritatem studeant propensius revocare et schisma Octaviani haeresiarcae sub iureiurando abrenunciare“. Contumaces excommunicari iubet. Le Paige Bibl. Praem. 629, Hugo O. Pr. A. I. Pr. p. 21, Bouquet Rec. XV. 774. — „Omnipotenti deo“.
„	22.	„ (7186) Ecclesiam SS. Petri et Ursi Augustensem (prov. Tarantasiensis) tuendam suscipit et eius possessiones ac privilegia confirmat. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 822. — „Religiosis votis“.
„	27.	„ (7187) Frederico praeposito et canonicis ecclesiae Placentinae concedit, ut pro ecclesia S. Iohannis de Viculo, ab Innocentio II. iis tributa, in posterum non dimidiam auri unciam, sed duos tantum molachinos, quotannis sibi suisque successoribus persolvant. Campi Hist. di Piac. II. 358. — „Eos, quos sacrosancta“.

		1162. (<i>Ind. 10—25. Sept.—11, pont. a. 3—20. Sept.—4, 1161—25. Mart.—1162.</i>)
Mart.	16	Ianuae (7188) Eberhardo, archiepiscopo Salzburgensi, mandat, quum „pro facto ecclesiae ab imperatore vocatus, in proximo debeat ad praesentiam illius accedere“, ut imperatoris animum sibi conciliet. „Quod si“ inquit „omnipotens deus ei inspiraverit, quod ad sinum matris vellet ecclesiae redire, nihil temporale nobis contingere posset in seculo, quod acceptius et gratius haberemus“. Tenguagel Vet. mon. 425, Mansi XXI. 1038. — „Anteacta vita“.
„	16.	„ (7188a) Roberto abbati et universo capitulo S. Albani significat, se (Hilario) Cicestrensi et (Willelmo) Norwicensi episcopis mandasse, ut inter eos et (Robertum) episcopum Lincolnensem iudicium facerent. Matthaei Paris. Opp. app. p. 77. — „Cum anno praeterito“.
„	22.	„ (7189) Canonicorum ecclesiae Ianuensis bona et privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. IV. 866.
„	25.	Ianua navi proficiscitur „VIII. Kal. Aprilis“, Marangonis chron. Pisan. 1162 l. l. „In dominica de passione“, Card. Arag. vit. Alex. p. 451.
„	31.	in insulam de Liguris pervenit „in sabbato palmarum“. Cardin. Arag. vit. Alex. p. 451.
Apr.	8.	in insula de Liguris „resurrectionem dominicam“ celebrat. Cardin. Arag. vit. Alex. p. 451.
„	11.	Magalonam venit „sequente quarta feria“. Cardin. Aragon. vit. Alex. p. 451.
„	15.	ap. Montempessulanum „dominica die (post resurr. dom.) in personas Octaviani haeresiarchae ac Friderici, imperatoris dicti, eorumque complicum excommunicationis sententiam solemniter innovat“. Card. Arag. vit. Alex. p. 452.
„	20.	„ (7190) Ludovico, Francorum regi, significat, se Montepessulano a comite S. Egidii et W. de Montepessulano honorifice susceptum esse, et „Trincavillum et nobilem mulierem Herm. de Narbona atque plures alios illius regionis barones ad sese venisse“. Cardinales quosdam ad eum legatos missum iri. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 596, Bouquet Rec. XV. 774, Mansi XXI. 985. — „Firma spes et“.
„	23.	„ (7191) Syri archiepiscopi, canonicorum, consulum, universi cleri et populi Ianuensis erga se studia grate collaudat atque in posterum confirmat. (Annus 1159 est perperam adscriptus). Ughelli It. sacr. IV. 866, Semeria sec. crist. II. 561. — „Quod non prius“.
„	30.	„ (7192) Henrico, electo Remensi, per abbatem Grandis-silvae pallium mittit; eumque hortatur, ut illud, quod abbas et nuncii eius coram mandaverint, apud Ludovicum, Francorum regem, efficiat. Martene Coll. II. 665, Bouquet Rec. XV. 777. — „Quanto amplius effectum“.
„	30.	„ (7193) (Hugonis), episcopi Suessionensis, erga se studium laudat. Nunciat, se Montepessulanum urbem nactum, nuncios ad Ludovicum regem „pro utilitate ecclesiae ac pace regni“ mittere voluisse B(ernardum), episcopum Portuensem, et I, diaconum cardinalem; sed quum ex O(ddone), S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali ad sese reduce „statum terrae illius plenius“ cognovisset, Henrico, archiepiscopo Remensi, et (Godefrido) Lingonensi ac (Amalrico) Silvanectensi episcopis legationem iniunxisse. Quos ut adjuvet apud regem, hortatur. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 594, Bouquet Rec. XV. 775, Mansi XXI. 982. — „Sicut meminisse“.
„	30.	„ (7194) Ludovico, Francorum regi, Henricum, archiepiscopum Remensem, et Lingonensem ac Silvanectensem episcopos, abbatemque Grandis-silvae commendat. Gratias agit, quod Raimundus, comes S. Aegidii, ipsi „magnifice occurrerit, et se ac terram suam exposuerit“. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 599, Bouquet Rec. XV. 776, Mansi XXI. 989. — „Sicut meminisse possumus“.
„	30.	„ (7195) (Adelam) reginam Francorum hortatur, ut Henricum, archiepiscopum Remensem, et Lingonensem et Silvanectensem episcopos atque abbatem Grandis-silvae, legatos suos, Ludovico regi commendet. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 597, Bouquet Rec. XV. 776, Mansi XXI. 985. — „Vivit in sacrosancta“.
Mai.	2.	„ (7196) Monasterium Electense tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat, ea lege, ut monachi argenti libram tertio quoque anno persolvant. Gall. Chr. VI. Instr. 109. — „Piae postulatio voluntatis“.
„	5.	„ (7197) Monasterio Anianensi monasterium Liviniacense asserit. Gall. Chr. VI. (in textu) 841. — „Iustis postulantiis“.
„	9.	„ (7198) Monasterii S. Mariae Salvaneiensis protectionem suscipit. (Fragmentum). Hist. de Languedoc II. Pr. p. 586. — „Religiosam vitam“.
„	17.	„ (7199) O(mnibono), episcopo Veronensi, significat, se „et fratres suos apud Montepessulanum sanos et incolumes commorari et ab archiepiscopis et episcopis, regi-

		1162. (<i>Ind. 10-25. Sept. - 11, pont. a. 3-20. Sept. - 4, 1161-25. Mart. - 1162.</i>)	
			bus et principibus et universa occidentali ecclesia honorari"; atque una cum Senonensi, Turonensi, Aquensi et Narbonensi (a sese consecrato) archiepiscopis et Autissiodorensi, Macloviensi, Nivernensi, Morinensi, Magalonensi et Tolosano episcopis „in die ascensionis dominicae“ (17 Maii) et Octavianum schismaticum et omnes eius complices excommunicasse. Henricum et Wilhelmum cardinales, apostolicae sedis legatos, cum Ebroicensi et Baiocensi episcopis, regis Francorum nunciis, et Bituricensem ac (Re)mensem archiepiscopos a sese exspectari. Mandat, cogat archipresbyterum aliosque, ne excommunicatis Octaviani sociis auxilium ferant contra Brixiensem (episcopum) et T. comitem de Garba. Tengnagel Vet. mon. 434, Bouquet Rec. XV. 778, Mansi XXI. 1039. — „Devotionem, quam“.
Mai.	22.	ap. Montepessulanum	(7200) Monasterii S. Stephani Nivernensis protectionem suscipit, et possessiones iuraque confirmat. Bullar. Cluniac. 69. — „Religiosis desideriis dignum“.
„	22.	„	(7201) Monasterii S. Arnulphi Crispeiensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Bullar. Cluniac. 70. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„	29.	„	(7202) Castri Scuriensis protectionem suscipit. Muratori Ant. It. I. 941. — „Manifestum est“.
Iun.	4.	„	(7203) Ecclesiae S. Eusebii monasterio SS. Laurentii et Hilarii subiectae asserit beneficia, ab Alano episcopo Autissiodorensi collata. Gall. Chr. XII. Instr. 125. — „Iustis petentium“.
„	4.	„	(7204) Ludovico, Francorum regi, respondet, se causam (Henrici) episcopi Augustodunensis et abbatis Flaviniacensis „ad octavas S. Michaelis“ (6 Octobr.) ampliase, interimque ut castrum Flaviniacense in regis potestate esset, decrevisse. Stephanum, subdiaconum suum, mittit. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 598, Bouquet Rec. XV. 778, Mansi XXI. 987. — „Litteras, quas nobis“.
—	—	„	(7205) Monasterium Vizeliacense ab ecclesiae Cluniacensis potestate liberat, „considerans, quam manifeste Cluniacensis ecclesia tempore huius turbationis erraverit et quomodo a pristina religione et honestate corruens ab unitate ecclesiae se fecerit alienam“. D'Achery Spicil. II. 537, Mansi XXI. 1160. — „Sacrosancta Romana ecclesia“.
Iul.	1.	„	(7206) Guillelmo de Montepessulano et eius bonorum protectionem suscipit, eique concedit, „ut nulli omnino liceat, nisi Romano pontifici, vel ei, cui specialiter mandaverit, aut cardinali ab eius latere delegato, personam eius excommunicationis vinculo innodare“. (Perperam additum est: „pontificatus nostri anno IV.“) Gariel Ser. I. 211, Bouquet Rec. XV. 779. — „Considerantes et“.
„	6.	„	(7207) Monasterium de Curia-dei tuendum suscipit, et eius possessiones ac iura confirmat. Gall. Chr. VIII. Instr. 514. — „Religiosam vitam“.
„	8.	„	(7208) Ecclesiae S. Stephani Tolosani protectionem suscipit, canonicorumque possessiones ac privilegia confirmat. Hist. de Languedoc II. Pr. p. 586. — „Sicut iniusta poscentibus“.
„	10.	„	(7209) Ad Ludovici, Francorum regis, litteras, per T. abbatem S. Germani et B. clericum missas, respondet. Duos ex fratribus suis legatos venturos ad eum commendat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 599, Bouquet Rec. XV. 780, Mansi XXI. 988. — „Quam promptae devotionis“.
„	12.	„	(7210) Ecclesiae S. Aniani Aurelianensis protectionem suscipit ac possessiones confirmat. Antiqu. de Saint-Aignan d'Orléans Pr. p. 116, teste Bréquigny Table chron. III. 307.
„	13.	„	(7211) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, „cruce ante se deferendi, regem quoque coronandi liberam concedit facultatem“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 24, ed. Giles II. 43. — „Quanto personam tuam“.
„	14.	„	(7212) Hugoni, episcopo Suessionensi, magistrum P., ecclesiae b. Aniani (Aurelianensis) decanum, nuncium eius, commendat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 593, Bouquet Rec. XV. 781, (Mansi XXI. 981). — „Veniens ad nos dilectus“.
„	14.	„	(7213) Henrico, archiepiscopo Remensi, magistrum P. ecclesiae b. Aniani (Aurelianensis) decanum commendat. Martene Coll. II. 717. — „Veniens ad nos dilectus“.
„	14.	„	(7214) Ludovico, Francorum regi, significat, se (Manassi) episcopo Aurelianensi per litteras praecepisse, ut aut Letoldo, M. capellano, et Adamo canonicis ablata redderet, aut „proximo festo S. Lucae“ (18 Octobr.) ad sese adiret. Duchesne Hist. Fr. IV. 600, Bouquet Rec. XV. 781, Mansi XXI. 990. — „Quam acerbae et“.
„	15.	„	(7215) (Pontio) archiepiscopo Narbonensi, capitulo Arelatensis ecclesiae, et universis utriusque ecclesiae suffraganeis, et (Raimundo) Vivariensi, (Aldeberto) Mimatensi,

		1162. (<i>Ind. 10—25. Sept.—11, pont. a. 3—20. Sept.—4, 1161—25. Mart.—1162.</i>) (Petro) Aniciensi, et (Hugoni) Rutenensi episcopis mandat, ut Guillelmum de Montepessulano et eius bona hominesque et mercatores Montispessulani tueantur. (Aliena manus addidit: „pontif. nostri a. IV“). Gariel Ser. I. 212, Bouquet Rec. XV. 782. — „Piae postulatio voluntatis“. proficiscitur „mense Iunii“ (leg. Iulio“). Card. Arag. Vit. Alex. p. 452.
Iul.	— Monte-pessulano	
”	— Alestae	V. Card. Arag. vit. Alex. p. 452.
”	23. Mimatae	(7216) Henrico, archiepiscopo Remensi, (Milonem), episcopum Morinensem, qui „primus inter occidentales episcopos ad praesentiam suam accesserit et munus consecrationis de manibus suis acceperit“, commendat. Monet, ut Sebrandum clericum, excommunicatum ab eodem episcopo, vitari iubeat. Martene Coll. II. 712, Bouquet Rec. XV. 782. — „Dum universis dei“.
”	24. ”	(7217) H(ngoni), episcopo Suessionensi, mandat, ut Ludovici, Francorum regis, erga se voluntatem confirmet. „Specialiter autem super eo“ inquit „quod disposuit, cum Frederico, dicto imperatore, se colloquium habiturum, eum diligentius ammonere non differas, ut, quia credimus et timemus, colloquium illud tam ecclesiae dei ac nobis ipsis, quam etiam eidem regi ac regno suo multipliciter fieri posse damnosum, ab eo absteineat ac tale penitus propositum derelinquat“. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 595, Bouquet Rec. XV. 782, Mansi XXI. 988. — „Fidei ac devotionis“.
Aug.	1. Brivatae	(7218) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut una cum Ludovico, Francorum rege, Clarum-montem ad sese accedat, ubi de ecclesia Catalaunensi constituatur. Monet, „ut ad disturbance[m] ipsius colloqui, quod cum Frederico, dicto imperatore, idem rex se proposuerit habituram, omnibus modis intendat, et quod nulla ratione huiusmodi propositum habeat complementum, quibuscumque modis potuerit, efficiat et laboret“. Martene Coll. II. 671, Bouquet Rec. XV. 783. — „Illius fervorem devotionis“.
”	— Anicii	V. Card. Aragon. vit. Alex. p. 452.
”	13. ap. Clarum-montem	(7219) Monasterii Populetensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Finestres Hist. de Poblet II. 424. — „Apostolicae sedis auctoritate“.
”	14. Clarum-montem	pervenisse „in vigilia assumptionis b. Mariae“ dicitur ap. Card. Aragon. vit. Alex. p. 452; sed et eam, quae praecedit, bullam.
”	16. ap. Clarum-montem	(7220) (Thomae), archiepiscopo Cantuariensi, mandat, cogat clericos de capitulis Lesedene, Tidringiae et Brachestediae, ut Willelmo, archidiacono Colcestriensi, obediant. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 37. — „Pervenit ad audientiam“.
”	19. ”	(7221) Pacem inter Stephanum episcopum canonicosque Claromontenses et Willelmum comitem compositam probat. Baluze Hist. d’Auvergne II. 65, Bouquet Rec. XV. 784, (Iustel Hist. d’Auvergne Pr. p. 31). — „Ea, quae pro bono“ („Vestris iustis postulationibus“).
(,,)	— Silviniaci	cum Ludovico Francorum rege. V. Hist. Vizeliac. L. IV. ap. D’Achery Spic. II. 539. Cardin. Arag. vit. Alex. p. 452: „ap. Silvanum“ al. „Sylvianum“.
Sept.	9. ap. Dolum	„V id. Sept. altare Crucifixi in honore S. Cosmae consecrat“. Chron. Dolense 1160 (1162) ap. Labbé N. B. M. I. 317.
”	17. ”	(7222) Ludovico, Francorum regi, scribit, „quantas molestias et gravamina in colloquio Frederici, dicti imperatoris, sustinuisset, quantam mentis constantiam et spiritum fortitudinis induisset“, se comperisse. Henricum, Anglorum regem, a sese per (Rogerium), archiepiscopum Eboracensem, et (Rotrodum) Ebroicensem ac (Arnulfum) Lexoviensem episcopos, ut Ludovico „tanquam domino suo vires et auxilium praestaret et studeret in omnibus et per omnia deservire“, admonitum esse. Henrici regis nuncios commendat. „Praefatum regem“ inquit „quem in proxima tertia feria (18 Sept.) ad nostram praesentiam expectamus, ad honorem et fidelitatem tuam inducere curabimus“. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 620, Bouquet Rec. XV. 784, Mansi XXI. 1015. — „Audito per venerabiles“ („Audivimus per“).
”	18. ”	(7223) (Eberhardum), archiepiscopum Salzburgensem, „imperatori et pravitate[m] eius fautoribus viriliter resistentem“ laudat, hortaturque, ne malis cedat. Monet, ut ad sese aut ipse veniat, aut nuncium mittat. Mandat, ut „ad imperatorem Fridericum accedat et ipsum ad unitatem ecclesiae revocare modis omnibus elaboret“. Tegnagel Vet. mon. 438, (Mansi XXI. 1040). — „Quod charissimam“.

		1162. (<i>Ind. 10—25. Sept.—11, pont. a. 3—20. Sept.—4, 1161—25. Mart.—1162.</i>)
Sept. 20.	ap. Dolum	(7224) Monasterii S. Iohannis Kaltenbornenses possessiones privilegiaque confirmat. Thuringia sacra 309, Meckenii Scr. R. G. I. 768. — „Sicut sacrorum“.
” 20.	”	(7225) Parthenonis in monte, qui dicitur Wlrideshasen, protectionem suscipit, et disciplinam, possessiones, privilegia confirmat. Ex schedis Pertzii. — „Religiosam vitam“.
” 22.	”	(7226) Ludovico, Francorum regi, respondet, ad postulationem eius se Odoni, Burgundiae duci, mandasse, ut Flaviniacum castrum aut regi aut (Henrico), episcopo Augustodunensi, „resignet; alioquin sententiam, quam idem episcopus promulgaverit, ratam habiturum, et ipsam a (Godefrido) Lingonensi et (Petro) Cabilonensi episcopis mandasse ratam haberi“. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 619, Bouquet Rec. XV. 785, Mansi XXI. 1015. — „Litteras excellentiae tuae“.
” 24.	”	(7227) Ecclesiae Carnotensis protectionem suscipit et possessiones confirmat, petente Roberto episcopo. Gall. Chr. VIII. Instr. 337. — „Et ordo rationis“.
c. Spt. 29.	Turonum	pervenit „circa festum b. Michaelis“. Card. Arag. vit. Alex. p. 454.
Oct. 14.	Turoni	(7228) Ecclesiam S. Ambrosii Mediolanensem tuendam suscipit eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Oberto archiepiscopo. Frisi Mem. d. Monza II. 63. — „In eminenti sedis“.
” 22.	”	(7229) Monasterii S. Mariae Fontanensis possessiones et privilegia confirmat. D’Achery Spic. II. 578.
” 26.	”	(7230) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut quae per Fusniacensem et de Eleemosyna abbates ab eo petierit, faciat. Commendat „O., filium nobilis viri C. Fraiapanis, de regno Teutonico revocatum“. Martene Coll. II. 677, Bouquet Rec. XV. 786. — „Quanta in devotione“.
” 29.	”	(7231) Excommunicationem ab Udalrico, episcopo Halberstadensi, in praepositum Rodensem sociosque, bonorum ecclesiae Kaltenbornensis invasores, prolatam confirmat. Schöttgen et Kreysig Diplom. II. 698. — „Ecclesiastica sententia“.
Nov. 1.	”	(7232) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut B(ernardum), episcopum Portuensem, suum ad Ludovicum regem legatum, adjuvet. Martene Coll. II. 678, Bouquet Rec. XV. 786. — „Venerabilem fratrem nostrum B.“
” 2.	”	(7233) Ludovico, Francorum regi, B(ernardum), episcopum Portuensem, nuncium suum, commendat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 621, Bouquet Rec. XV. 786, Mansi XXI. 1016. — „Exuberans circa nos“.
” 5.	”	(7234) Monasterii Compendienses possessiones confirmat. Gall. Chr. X. Instr. 125.
” 6.	”	(7235) Ludovico, Francorum regi, monasterium Compendiense commendat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 628, Bouquet Rec. XV. 787, Mansi XXI. 1027. — „Quod tam fiducialiter“.
” 16.	”	(7236) *Parthenonis S. Mariae in silva Nidi-merli protectionem suscipit et possessiones confirmat. Morice Mém. p. s. à l’hist. de Bret. I. 598.
” 16.	”	(7237) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur canonicos Leodienses, ut redditum praebendae S. Lamberti Letoldo, praeposito Aurelianensi, restituant. Martene Coll. II. 679. — „Constitutus in apostolicae“.
” 28.	”	(7238) Henrico, archiepiscopo Remensi, respondet, se (Godescalco) episcopo Atrebatensi scripsisse, „ut quoniam infirmitate gravatus ad propriam administrationem noscatur insufficiens, animae suae consulere et ecclesiae studeat commodius providere“. De „honestata visitatione devotionis eius“ agit gratias. Monet, ut „rumores Teutonicos sollerter inquirens, eos sibi saepius studeat declarare“. Martene Coll. II. 679, Bouquet Rec. XV. 787. — „Dilectum filium nostrum“.
Dec. 8.	”	(7239) Ludovico, Francorum regi, significat, se, quos misisset, Barbadorum eiusque comitem militem benigne recepisse, iisque, ut antea iam Mauricio, episcopo Parisiensi, mandasse, ut de celebrando concilio ad eum referrent. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 621, Bouquet Rec. XV. 787, Mansi XXI. 1017. — „Dilectos filios nostros“.
” 10.	”	(7240) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut excommunicationis sententiam, a (Milone), episcopo Morinensi, prolatam in M(atthaeum) filium comitis Flandrensis et canonicos quosdam seculares, observari iubeat. Martene Coll. II. 680, Bouquet Rec. XV. 788. — „Dum interna consideratione“.
” 18.	”	(7241) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur comitem Flandrensem, ut M(atthaeum), filium suum, qui et „monialem deo dicatam et in abbatissam benedictam“ duxerit, et duobus abbatibus ac fratribus eorum de Bolonia expulsis alios

1162. (*Ind. 10—25. Sept.—11, pont. a. 3—20. Sept.—4, 1161—25. Mart.—1162.*)
 substituerit, ad eiciendos invasores cogat. Martene Coll. II. 681, Bouquet Rec. XV. 788. — „Plena et manifesta“.
- Dec. 20. Turoni (7242) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur praepositum, decanum et universum capitulum ecclesiae Caslatensis, ut W. puero pro praebenda abiudicata „aliquam recompensationem“ concedant. Martene Coll. II. 682. — „Latoris praesentium W.“
20. „ (7243) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit, Ludovicum, Francorum regem, „pro illo Aurelianensi episcopo instanter apud se intercessisse“; qua de re quid ei videatur, quaerit. Hortatur, ut ad sese accedat. Martene Coll. II. 682, Bouquet Rec. XV. 789. — „Corporali quondam“.
23. „ (7244) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut P. militi Hierosolymam profecturo possessiones, invita ipsa uxore adultera, vendendi vel oppignerandi licentiam concedat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 606, Bouquet Rec. XV. 789, Mansi XXI. 996. — „Illos tuam decet“.
23. „ (7245) Henrico, archiepiscopo Remensi, nunciat, „burgenses illos haereticos a sese dure satis receptos esse“. Martene Coll. II. 683, Bouquet Rec. XV. 790. — „Burgenses illos“.
25. „ „Nativitatem domini“ celebrat. Card. Arag. vit. Alex. p. 454.
- „ (7246) Stephani, episcopi Meldensis, iura confirmat. Du Plessis Hist. de Meaux II. 51, (Launoii Opp. III. n. 343). — „In eminenti apostolicae“.
- „ (7247) Ioanni, episcopo Macloviensi, et successoribus eius asserit ecclesiam S. Maclovii in insula, a fratribus Maioris-monasterii affectatam. Morice Mém. p. s. à l'hist. de Bret. I. 607, Bouquet Rec. XV. 791. — „Sicut equum est“.
1163. (*Ind. 11, pont. a. 4—20. Sept.—5, 1162—25. Mart.—1163.*)
- Ian. 9. Turoni (7248) Monasterium S. Mariae et S. Botulphi Thorneyense tuendum suscipit et eius possessiones iuraque confirmat. Monast. Anglic. I. 249. — „Iustis religiosorum“.
- „ 11. „ (7249) Ludovico, Francorum regi, respondet, se „illos, qui in Flandriae partibus haereseis arguantur, nulla ratione voluisse audire, nec aliquatenus auditurum, donec super hoc tam regis quam Henrici, archiepiscopi Remensis, atque aliorum religiosorum consilium plenus habeat“. Martene Coll. II. 684, Bouquet Rec. XV. 792. — „Litteras super negotio“.
- „ 12. „ (7250) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Milonem clericum de Largeriaco et servientes uxoris Bald. militis compellat ad restituenda ea, quae Drogoni diacono et canonico ecclesiae SS. Timothei et Apollinaris abstulerint. Martene Coll. II. 685. — „Veniens ad praesentiam“.
- „ 19. „ (7251) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ut M., qui hanc epistolam deferat, a procerum quorundam iniuriis tueatur. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 611, Bouquet Rec. XV. 792, Mansi XXI. 1004. — „Consuevit semper“.
22. „ (7252) Abbatem de Castro-Landonis hortatur, ut „annualia, quae abbas et fratres S. Victoris Parisiensis in ecclesia S. Salvatoris iam ex longo tempore canonice possidere noscantur, quiete eos permittat possidere, donec cum iis super his componat“. Martene Coll. VI. 232, Bouquet Rec. XV. 793, (Duchesne H. Fr. Scr. IV. 751, Mansi XXI. 1033). — „Iniuncti nobis officii“.
- c. Febr. 6. Parisiis pervenit. Cardin. Aragon. vit. Alex. p. 454: „adveniente autem Septuagesima (leg. quadragesima) colloquium habiturus ad Parisiensem civitatem accessit“.
- Febr. 10. Parisiis (7253) G(uidoni), electo Catalaunensi, mandat, cogat Gaufridum de Ionvilla, ut villam de Curcellis ecclesiae S. Remigii Remensi restituat. Martene Coll. II. 685, Bouquet Rec. XV. 793. — „Dilecti filii nostri“.
11. „ (7254) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, Witterum de Sarnai et comitem de Grandi-prato compellat, ut ablata fratribus S. Remigii reddant. Martene Coll. II. 686, Bouquet Rec. XV. 793. — „Dilecti filii nostri“.
19. „ (7255) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne O. epistolae huius latorem patiatur a „M. Catalaunensi ad immoderatum foenus solvendum contra novi et veteris testamenti prohibitionem cogi“. Martene Coll. II. 686. — „Constitutus in nostra“.
19. „ (7256) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter P. Lapillum et eius socerum, P. Catalaunensem. Martene Coll. II. 687. — „Lator praesentium P.“
27. „ (7257) Episcopis, in quorum diocesis monasteria Fontebraldensia constituta sunt, mandat, „ut quibuslibet diebus dominicis aut festivis munus consecrationis impendant virginibus, quas abbatisa Fontis-Ebraldi praesentaverit, nisi apostoli festivi-

		1163. (<i>Ind. 11, pont. a. 4—20. Sept.—5, 1162—25. Mart.—1163.</i>) tas occurrat“. Niquet hist. de l'ordre de Fontevraud 415, teste Bréquigny Tabl. chron. III. 313.
Febr. 28.	Parisiis	(7258) Universo clero et populo in regno Teutonico scribit, se schismatis oppugnandi causa Eberhardum, archiepiscopum Salzburgensem, legatum in regno Teutonico constituisse. Hansizii Germ. sacr. II. 273. — „In apostolicae sedis“.
Mart. 3.	„	„Portat rosam auream dominica, qua cantatur: Laetare Ierusalem“. V. Hist. Vizeliac. L. IV. ap. D'Achery Spicil. II. 540.
(,,)	(,,)	(7259) Ludovico, Francorum regi, ita scribit: „Ex antiqua Romanorum pontificum institutione noscitur processisse, quod media quadragesima ea dominica, qua cantatur Laetare Ierolyma, consueverunt ipsi florem aureum propriis manibus gestare; flos namque Christum regem exprimit ac designat, qui de se ipso loquitur dicens: Ego flos campi et lilium convallium“. Aurum, ex quo flos factus sit, quid significet, addit. Regi florem tribuit eique bene imprecatur. Radulf. de Diceto Imag. Histor. ap. Twysden H. A. Scr. I. 535, Duchesne H. Fr. Scr. IV. 768, Bouquet Rec. XV. 794, Mansi XXI. 1031. — „Ex antiqua Romanorum“ „Romanorum pontificum“.
„	9.	„
„	9.	„
„	10.	„
„	10.	„
„	11.	„
„	14.	„
„	18.	„
„	18.	„
„	19.	„
(,,)	(,,)	(7269) Capitulo Londinensi significat, se Henrico, Anglorum regi, permisisse, ut (Gilbertus) episcopus Herefordensi ecclesiae Londinensi praeponeretur, „si tamen“ inquit „vos eundem episcopum unanimiter postulaveritis“. Radulf. de Diceto Imag. Hist. ap. Twysden H. A. Scr. I. 534. — „Ex litteris carissimi“.
„	20.	„
„	22.	„
		(7270) Ludovicum, Francorum regem, monet, ut ecclesiam Brivatensem ab iniuriis comitum Alverniae et vicecomitis Polenniacensis tueatur. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 608, Bouquet Rec. XV. 795, Mansi XXI. 1000. — „Ad tuae sublimitatis“.
		(7271) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut excommunicationis sententiam a (Nicolao) episcopo Cameracensi in uxorem comitis Namurcensis prolatam, nisi intra dies 30 ad virum redierit, iterum edat. Martene Coll. II. 690, Bouquet Rec. XV. 795. — „Dilectus filius noster“.

		1163. (<i>Ind. 11, pont. a. 4—20. Sept.—5, 1162—20. Mart.—1163.</i>)
Mart. 24.	Parisiis	Festis diebus paschalibus. Hist. Vexeliac. L. IV. ap. D'Achery Spic. II. 540, Cardin. Arag. vit. Alex. p. 454.
Apr. 6.	"	(7272) Parthenonis S. Spiritus Paraclitensis protectionem suscipit bonaque confirmat, petente Heloisa abbatissa. Abaelardi et Heloisae Opp. 354. — „Ad hoc nobis a“.
" 12.	"	(7273) Monasterii Mortui-maris privilegia confirmat. (Fragmentum). Neustria pia 780. — „Quotiens illud a“.
" 21.	"	Ecclesiae S. Germani altare consecrat. V. tabulam Hugonis abbatis. Gall. Chr. VII. Instr. 71, Bouquet Rec. XIV. 426.
" 22.	"	(7274) Ecclesiam S. Mariae Herivallensem tuendam suscipit, possessionesque eius confirmat. Gall. Chr. VII. Instr. 273.
" 23.	"	(7275) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, se (Godescalco) episcopo Atrebatensi abdicanti „tria altaria, videlicet de Monci, de Remcort et de Mirelmont, ad necessariam vitae sustentationem concessisse“. Martene Coll. II. 1010. — „Sicut nuper“.
" 24.	"	(7276) Ecclesiae S. Genovefae Parisiensis bona et iura confirmat. Gall. Chr. VII. Instr. 241. — „Dominus sapientia“.
" 25.	"	(7277) Ecclesiae Gerboredensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, imposito canonicis unius bizantii censu annuo. Pillet Hist. de Gerberoy 332. — „Quoties illud a“.
" 29.	Carnoti	(7278) Ecclesiae S. Petri Duacensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Miraei Opp. dipl. III. 51. — „Sicut iniusta petentibus“.
Mai. 16.	Turoni	(7279) Ecclesiae Legionensis libertatem, possessiones, privilegia confirmat, petente Iohanne episcopo. Risco-España sagr. XXXV. 421. — „Ad sedem apostolicam“
" 19.	Turoni in ecclesia S. Mauritii	Concilium „cardinalium 17, episcoporum 124, abbatum 414“. Cardin. Arag. vit. Alex. p. 454: „XIV. Cal. Iunii“. Chron. S. Petri vivi 1163 ap. D'Achery Spic. II. 486: „in octavis pentecostes scil. XIV. Cal. Iun.“ Chron. Fisanense 1163 ap. Labbé N. B. M. I. 326: „dominica prima post pentecosten“. Statuunt: 1) ne aut praebendae dividantur aut dignitates permutantur; 2) ne clerici usuram accipiant; 3) ne „quis alicui laico in saeculo remanenti ecclesiam, decimam, oblationem concedat“; 4) excommunicant participes haeresis, quae „in partibus Tolosae dudum emerit, quae paullatim more cancri ad vicina loca se diffundens, per Guasconiam et alias provincias quam plurimos iam infecit“; 5) ne „sub annuo pretio sacerdotes ad ecclesiarum regimen constituentur“; 6) „ne ab omnibus, qui ad religionem transire voluerint, aliqua pecunia requiratur, ne prioratus aut capellaniae quaelibet monachorum aut clericorum vendantur“; 7) ne „decani vel archipresbyteri ad agendas vices episcoporum seu archidiaconorum et terminandas causas ecclesiasticas constituentur sub pretio annuo“; 8) „ut nullus omnino post votum religionis, post factam in aliquo religioso loco professionem, ad physicam legesve mundanas legendas permittatur exire“; 9) „ordinationes factas ab Octaviano et aliis schismaticis et haereticis evacuant“; 10) statuunt de ecclesiarum castrensiu possessionibus. Acta exstant in vita Alex. I. I., Mansi XXI. 1176. In hoc concilio „Alexander papa excommunicat Octavianum scismaticum et Rainaldum Coloniensem electum, archiepiscopum quoque Moguntinum, Hugonem etiam abbatem Cluniacensem cum quibusdam scismatis auctoribus“. Sigeberti contin. Aquicinct. 1162.
" 25.	Turoni	(7280) Ecclesiae S. Ioannis Ambianensis protectionem suscipit, bonaque confirmat. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 694. — „Religiosam vitam eligentibus“.
" 26.	"	(7281) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter fratres S. Remigii et abbatem Dervensem. Canonicos Grandis-prati moneri vult, ut corpus filii comitis eiusdem loci ablatum ecclesiae S. Remigii reddant. Martene Coll. II. 691. — „Ex conquestione abbatis“.
" 26.	"	(7282) Monasterium S. Fidis Horshamense tuendum suscipit et bona eius confirmat. Monast. Anglic. I. 416. — „Religiosam vitam“.
" 26.	"	(7283) Monasterii S. Bertini Sithiensis libertatem bonaque confirmat. Collection des Cartulaires III. 333. — „Iustitiae et rationis“.
(:)	"	(7284) Abbatissae et monialibus de Bourborch praecipit, ne monasterii S. Bertini Sithiensis parochianos „in sepulturam recipiant“. Iperii chron. S. Bertini ap. Martene Thes. III. 654.
" 26.	"	(7285) Ecclesiae S. Mariae Solaepensi ecclesias quasdam asserit. Rymer Foedera I. 23. — „Iustis petentium desideriis“.

1163. (Ind. 11, pont. a. 4—20. Sept.—5, 1162—25. Mart.—1163.)		
Mai. 31.	Turon	(7286) Dominico, monasterii S. Facundi Sahagunensis abbati, „potestatem ligandi atque solvendi in villa S. Facundi“ et mitrae usum concedit. Escalona Hist. de Sahagun 541. — „Cum ex iniuncto“.
Iun. 1.	„	(7287) Hugoni abbati S. Germani Parisiensis concedit, ut Mauricii episcopi proclamatio in concilio Turonensi facta „nullam interruptionem nullumque possit iuri et libertati eius ecclesiae praedictum in posterum generare“. Bouquet Rec. XV. 796. — „Dum venerabilis frater“.
„ 3.	„	(7288) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Ric. de Corberio id facere cogat, quod „dum in habitu fratrum militiae templi militaret“ promiserit, „se ad Cisterciensium fratrum vel aliam districtam religionem transitorium“. Martene Coll. II. 692. — „Pervenit ad audientiam“.
„ 5.	„	(7289) Monasterium S. Salvii Florentinum tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat. Lami Eccl. Fl. M. II. 1233. — „Religiosam vitam“.
„ 5.	„	(7290) Monasterium S. Mariae Sherbornense tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat. Monast. Anglic. I. 425. — „Religiosam vitam“.
„ 5.	„	(7291) Henrico, archiepiscopo Remensi, hoc mandat: „suffraganeos tuos episcopos et universos abbates per tuam provinciam constitutos ad honestas procuraciones nobis et fratribus nostris faciendas exhortari studeas, ut eas hinc ad primum festum b. Iacobi (25 Iulii) honeste possimus utiliterque recipere“. Martene Coll. II. 692, Bouquet Rec. XV. 797. — „Discretionis tuae“.
„ 5.	„	(7292) Henricum, archiepiscopum Remensem, eiusque suffraganeos episcopos et universos abbates et priores per eius episcopatum constitutos ad „honestas procuraciones“ mittendas hortatur. Martene Coll. II. 693, Bouquet Rec. XV. 797. — „Quanto de sinceritate“.
„ 8.	„	(7293) Ecclesiae Genestonensis protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat. Morice Mém. p. s. à l'hist. de Bret. I. 649. — „Piae postulatio voluntatis“.
„ 8.	„	(7294) (Hugoni), episcopo Suessionensi, mandat, hortetur (Mauritium) episcopum Parisiensem, ut aut Odoni sacerdoti ablata restituat, aut cum eodem rem transigat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 592, Bouquet Rec. XV. 797, (Mansi XXI. 979). — „Ex conquestione Odonis“.
„ 9.	„	(7295) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, „ut episcopos suffraganeos suos et abbates atque alias religiosas personas in sua provincia constitutas convocet, et Anselmi quondam archiepiscopi Cantuariensis vita perfecta et miraculorum serie publice declarata, cum consilio et assensu convenientium fratrum super illo canonizando, ipsius fultus auctoritate, procedat“. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 61, Rymer Foedera I. 42, Wharton Angl. sacr. II. 177. — „Constitutus olim“.
„ 10.	„	(7296) Monasterii S. Martini Canigonensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, imposito monachis unius morabatini censu annuo. Marca Marca Hisp. 1334, Aguirre Conc. V. 79. — „Quotiens illud“.
„ 10.	„	(7297) Ludovico, Francorum regi, scribit, comitem Alverniae absolutum nuper esse ea lege, ut et filiam viro et bona ablata ecclesiae Brivatensi restitueret. Nepotem comitis absolutum esse negat. „In eo sumus proposito“ inquit „ut super his, quae gravia tibi cognoscimus, te inconsulto nullatenus procedamus; quod si aliquando inscienter contra id aliquid faceremus, non pigebit nos congrua in melius discretionem reducere, quae tanto principi noverimus displicere“. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 619, Bouquet Rec. XV. 798, Mansi XXI. 1014. — „Dum adhuc Parisius“.
„ 10.	„	(7298) Sententiam, ab A(raldo) quondam abbate S. Benedicti de ecclesia S. Germani latam secundum capitulum ecclesiae b. Aniani contra episcopum Aurelianensem confirmat. Bouquet Rec. XV. 798. — „Causam, quae inter vos“.
„ 11.	„	(7299) Stephano, episcopo Meldensi, concedit, ut Josolius, ecclesiae Resbacensis capellanus ab abbate constitutus, qui contra episcopi interdictum sacra procuraverit, „neque in supradicta, neque in alia qualibet episcopatus ecclesia divina officia praesumat celebrare“. Launoii Opp. III. n. 408. — „Constitutis in praesentia“.
„ 11.	„	(7300) Ad Ludovicum, Francorum regem, cum mandatis quibusdam mittit (Stephanum) episcopum Meldensem et P. Sancti Aniani Aurelianensis decanum. Se Bituricas profecturum nunciat; rogatque, „homines illius loci diligenter admoneat, ut liberum accessum universis, qui illuc voluerint venire, concedant, et sibi et

		1163. (<i>Ind. 11, pont. a, 4—20. Sept.—5, 1162—25. Mart.—1163.</i>) curiae suae debitam reverentiam et honorem impendant“. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 626, Bouquet Rec. XV. 799, Mansi XXI. 1024. — „Quoniam non semper“.
Iun.	12.	Turoni (7301) Monasterii S. Mariae Vitensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 695. — „Quoniam sine verae“.
„	15.	„ (7302) Congregationem Placentinam, a Sigefrido quondam episcopo conditam, insque eligendi archipresbyteri fratribus datum, confirmat. Campi Hist. di Piac. II. 359. — „Fidei et devotionis“.
„	17.	„ (7303) (Pontio) archiepiscopo Narbonensi, (Artaldo) Elenensi et (Pontio) Carcassonensi episcopis praecipit, ne monasterium Crassense iniuriis afficiant. Martene Thes. I. 463, Bouges Hist. de Carcass. 541, Bouquet Rec. XV. 799. — „Relatum est“.
„	19.	ap. Cormarium (7304) Monasterii SS. Facundi et Primitivi Sahagunensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Escalona Hist. de Sahagun 543. — „Ad hoc universalis“.
„	24.	ap. Dolense monasterium (7305) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, ne latorem huius epistolae, ab O(ddone) S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali absolutum, iterum excommunicet. Martene Coll. II. 667. — „Cum praesentium lator“.
„	25.	„ (7306) Monasterii Guixalensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Marca Marca Hisp. 1336, De la Canal Esp. sagr. XLV. 338, Aguirre Conc. V. 81, Yepes Coronica general III. app. p. 27 ^b . — „Piae postulatio voluntatis“.
Iul.	3.	„ (7307) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut O. monachum, qui e monasterio discesserit, in monachorum numerum recipiat. Martene Coll. II. 668. — „Operibus pietatis“.
„	7.	„ (7308) Henrico, archiepiscopo Remensi, de quibusdam civibus Atrebatensibus, „qui multo tempore curiam secuti iustitiam super diffamatione sua instantius obtulerint“, mandat, „ut factum ipsum plenius inquirat et sibi studeat intimare“. Martene Coll. II. 668, Bouquet Rec. XV. 799. — „Fervorem tuae sincerissimae“.
„	11.	„ (7309) Ludovico, Francorum regi, monachos S. Maximini, „quos vitae turpioris conversatio et sui abbatis interemptio diffamassent“, per monasteria divisos, aliosque in eorum locum substitutos nunciat; quos tutelae eius commendat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 628, Bouquet Rec. XV. 800, Mansi XXI. 1026. — „Apostolicae amministrationis“.
„	15.	„ (7310) Ludovico, Francorum regi, per P. capellanum et H. eleemosynarium suum mittit „litteras a nunciis Constantinopolitani imperatoris, qui ad S. Aegidium applicuerant“, allatas; „in quibus continetur“ inquit „quod ex parte eiusdem imperatoris quaedam dictu accommoda et ad utilitatem respicienda nobis tantum et excellentiae tuae deferunt proponenda“. Mitti cupit, qui imperatoris nuncios per Galliam deducant. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 612, Bouquet Rec. XV. 801, Mansi XXI. 1005. — „Dum in mente“.
„	18.	„ (7311) Humberto de Bello-ioco et filius eius comiti Forensi, comiti Matisconensi, Ioceranno Grosso, Hugoni de Berziaco, Hugoni de Sarciaco „et ceteris, qui Cluniacensis ecclesiae pacem iurata conservaverint“, unum poenitentiae susceptae annum remittit. Bullar. Cluniac. 74, Bouquet Rec. XV. 801, (Bibl. Cluniac. append. p. 158). — „Et praesentis vitae“.
„	20.	„ (7312) S(tephanum) abbatem et fratres Cluniacenses hortatur, ut de possessionibus quibusdam transigant cum canonicis b. Mauriti Turonensis, aut „proximo festo b. Lucae“ (18 Oct.) ad sese veniant, aut rem Henrico, archiepiscopo Remensi, decernendam committant. Martene Coll. II. 669. — „Significaverunt nobis“.
„	22.	„ (7313) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, de ecclesia Catalaunensi quum Ludovicum, Francorum regem, dissentire cum eo comperisset, se rem in „festum b. Lucae“ (18 Oct.) distulisse. Hortatur, ut abbati S. Bertini (Sithiensis) „alteram de duabus procurationibus suis remittat“. Martene Coll. II. 670, Bouquet Rec. XV. 802. — „Ex inspectione litterarum“.
„	23.	„ (7314) Ecclesiae Burgensis possessiones libertatemque, petente Petro episcopo, confirmat. Florez Esp. sagr. XXVI. 473. — „Cum ex iniuncto“.
„	26.	„ (7315) Archiepiscopo Toletano praecipit, ne, mortuo archiepiscopo Tarraconensi, „in Tarraconensi provincia in ordinandis ecclesiis nec in electionibus vacantium ecclesiarum faciendis auctoritatem suam interponat, neu ibi aliqua primatiae iura at-

1163. (*Ind. 11, pont. a. 4—20 Sept.—5, 1162—25. Mart.—1163.*)
tentet exercere, donec causa, quae inter ecclesiam eius et illam vertatur, ad ipsius auditorium deferatur“. Marca Marca Hisp. 1338, Aguirre Conc. V. 82, Mansi XXI. 1060. — „Fraternitatis tuae prudentiam“.
- Iul. 26. ap. Dolense monasterium (7316) Canonicos Pampilonenses hortatur, ut intra menses duos episcopum eligant, electumque creando archiepiscopo Tarraconensi praesentent. Marca Marca Hisp. 1338, Aguirre Conc. V. 82, Mansi XXI. 1061. — „Sacrosanctis ecclesiae“.
- „ 26. „ (7317) Monasterii S. Mariae de Eleemosyna protectionem suscipit possessionesque confirmat. Bernier Hist. de Blois Pr. p. 20, teste Bréquigny Table chron. III. 329.
- „ 28. „ (7318) Ad Ludovicum, Francorum regem, mittit W. monachum Morimundensem cum litteris Welfonis ducis, quas ex regno Teutonico ad sese detulerit. Rogat, ut „in eo, quod ex relatione ipsius iuxta earundem litterarum tenorem cognoverit, secundum quod viderit expedire, procedat“. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 624, Bouquet Rec. XV. 802, Mansi XXI. 1021. — „Dilectus filius noster“.
- Aug. 1. Bituricis (7319) H(enrico), archiepiscopo Remensi, mandat, compellat comitem Registetensem, ut ecclesiam Laudunensem vexare exactionibus desinat. Martene Coll. II. 672, Bouquet Rec. XV. 803. — „Ex transmissa nobis“.
- „ 7. „ (7320) *Monasterii Floriacensis privilegia confirmat. (Pro „VII. Kal. Aug.“ leg. „VII. Id. Aug.“) Saussey Annal. Aurel. 201.
- „ 7. „ (7321) Ludovico, Francorum regi, abbatem S. Benedicti super Ligerim (Floriacensem) commendat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 613, Bouquet Rec. XV. 803, Mansi XXI. 1006. — „Dilectum filium nostrum“.
- „ 8. „ (7322) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Petrum et Ric. ab iniuriis Guidonis de Castellione defendat. Martene Coll. II. 673. — „Cum Guido de“.
- „ 20. „ (7323) Ludovico, Francorum regi, significat, unum nunciorum imperatoris Constantinopolitani ap. S. Aegidium valetudine retineri, alteram ad sese accedere. „Quia vero“ inquit „quoddam verbum secretum nobis et tibi tantum habet proponere, voluntatis illius est, quod in aliquo loco praesentes simus, ut verbum pariter audiamus“. Qua de re quid ei videatur, quaerit. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 619, Bouquet Rec. XV. 803, Mansi XXI. 1013. — „Cum ex multis aliis“.
- „ 23. „ (7324) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Gualterio diacono capellaniam de Maccio restitui a canonicis Remensibus iubeat. Martene Coll. II. 673. — „Veniens ad apostolicam“.
- „ 23. „ (7325) Henrico (archiepiscopo Remensi) respondet, militi, „qui in torneamento decesserit, sepulturam ecclesiasticam indulgentiam“ non esse. Martene Coll. II. 674, Bouquet Rec. XV. 804, Mansi XXI. 1074. — „Litteras tuas debita“.
- „ 25. „ (7326) Ludovico, Francorum regi, significat, alterum nunciorum imperatoris Constantinopolitani „illud secretum verbum communiter ipsi et regi propositum“ voluisse. Se vero, ut nuncius antea ad regem accederet, decrevisse, „ne“ inquit „ei occurrere videretis“. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 614, Bouquet Rec. XV. 804, Mansi XXI. 1007. — „Sicut per servientem“.
- „ 28. „ (7327) Henrico, archiepiscopo Remensi, respondet, de electione in ecclesia Catalaunensi facta etsi Ludovico Francorum regi probaverit, se tamen ante diem praestitutam non posse constituere. Martene Coll. II. 674, Bouquet Rec. XV. 805. — „Ex litteris tuae“.
- Sept. 1. „ (7328) Ludovico, Francorum regi, scribit, se eos ecclesiae S. Maximini fratres, qui „illud flagitiosum facinus de abbate suo perpetrassent“, per monasteria dispertisse, in eorumque locum alios substituisse. Quos ut ab adversariorum tueatur iniuriis, rogat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 623, Bouquet Rec. XV. 805, Mansi XXI. 1019. — „Ab excellentis serenitatis“.
- „ 2. „ (7329) H(ugoni), episcopo Snessionensi, scribit haec: „De his, quae nobis P. ecclesiae b. Aniani decanus retulit, de hoc videlicet, quod circa Ludovicum, illustrem Francorum regem, habere dinosceris sollicitudinem, pariter nos habere noveris et cautelam, nec quisquam ad hoc nos inducere poterit, quod collata tibi dignitas seu officium per nos minui debeat vel auferri“. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 593, Bouquet Rec. XV. 806, Mansi XXI. 980. — „Universos ecclesiae filios“.
- „ 4. „ (7330) (Gilberto), episcopo Londinensi, mandat, hortetur Henricum, Anglorum regem, ut ecclesias „sinceriori affectu diligat, manuteneat, atque ad earum libertatem diligentius, quam consueverit, studeat et intendat“. Monet, ne „de cetero carni suae nimiam austeritatem indicat, sed modico vino et temperato utatur et carnis aliquid“. Gilberti Foliot epistolae ed. Giles II. 85. — „Quanto maiorem in“.

		1163. (<i>Ind. 11, pont. a. 4—20. Sept.—5, 1162—25. Mart.—1163.</i>)
Sept.	5.	Bituricis (7331) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ad (Richardum) electum Viridunensem litteras suas deferendas curet, quibus moneatur, ut „filium nobilis viri Fraiapanis de regno Teutonico, ubi cum parentibus suis commoretur, ad se venturum, usque ad regnum Francorum faciat secure deduci“. Martene Coll. II. 675, Bouquet Rec. XV. 806. — „De sinceritatis ac“.
„	8.	(,) Anthelmum, episcopum Bellicensem, consecrat „VI. id. Sept., in nativitate b. Mariae, die dominica“. Vita S. Anthelmi c. III. §. 25, Acta SS. Iunii T. V. p. 233.
„	10.	„ (7332) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut ad locum, quo ipse cum Ludovico Francorum rege conventurus sit, accedat. Haec addit: „non autem locum certum habemus, si apud S. Laurentium vel apud S. Benedictum super Ligerim credimus nos convenire“. Martene Coll. II. 676, Bouquet Rec. XV. 806. — „Fraternitati tuae cognitum“.
„	12.	„ (7333) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Rainerium de Calvo-monte ablata monachis S. Iohannis de Condas reddere cogat. Martene Coll. II. 676. — „Relatum nobis est“.
„	13.	„ (7334) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter fratres S. Remigii et G. de Ioinvilla. Martene Coll. II. 677. — „Causam, quae inter“.
„	13.	„ (7335) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat advocatum de Germiniac, ut erepta monachis S. Remigii reddat. Martene Coll. II. 677. — „Ex transmissa nobis“.
„	30.	Senonas venit „pridie Kal. Oct.“, <i>Annal. S. Columb. Senonens.</i> 1164 ap. Pertz M. G. Scr. I. 108; „in festo S. Hieronymi, quod est II. Kal. Oct.“, <i>Chron. S. Petri Vivi</i> 1163 ap. D'Achery <i>Spicileg.</i> II. 486.
Oct.	1.	Senonis „Kalendis Octobris“. <i>Card. Arag. vit. Alex.</i> p. 455.
„	6.	„ (7336) Monasterii S. Mariae Montis-Rami protectionem suscipit et possessiones ac privilegia confirmat. <i>Yepes Coronica general VII. app. p. 24.</i> — „Religiosis votis“.
„	7.	„ (7337) Monasterii Vallisbonae privilegia confirmat. <i>Manrique Ann. Cist. II.</i> 197.
„	12.	„ (7338) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, moneat per litteras Willelmum, Siciliae regem, ut quia inimici eius se praeparent, et totam intentionem ad hoc dirigant, quod possint terram illius intrare et ipsum crebris vexationibus fatigare, se et terram suam praemuniat“. <i>Episcopum Tropaeensem commendari Willelmo regi cupit. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 625, Bouquet Rec. XV. 825, Mansi XXI. 1022.</i> — „Quoniam regnum Siciliae“.
„	16.	„ (7339) Ludovico, Francorum regi, agit gratias, „quod, audito a nunciis Constantinopolitani imperatoris de honore et reverentia ab eodem imperatore sibi et sanctae Romanae ecclesiae exhibenda, laetitiam non modicam conceperit, iudicans eos de cetero super aliis, quae attulissent, negotiis audiendos“. „De cetero“ inquit „nos, praedictis nunciis quicquid a nobis responsum fuerit, tibi litteris nostris curabimus plenius intimare“. <i>Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 616, Bouquet Rec. XV. 807.</i> — „Illa devotissima excellentiae“.
„	16.	„ (7340) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut Gaufridum militem de Molinons, captum a burgensibus Senonensibus, dimitti iubeat. <i>Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 617, Bouquet Rec. XV. 808, Mansi XXI. 1011.</i> — „Quorumdam nobis est“.
„	26.	„ (7341) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ut angustias fortiter ferat, et „si illi, qui eum appellaverint, forte veniant, per se ipsum, si ei visum fuerit, appellationem ipsam prosequatur“. Promittit, se iura ecclesiae eius tuiturum. Monet, ut „se in Cantuariensem ecclesiam recipiat et, paucis quidem retentis admodum necessariis, ad minus quam poterit per terram illam discurrat, et ut nullius timoris vel adversitatis obtentu, inri et dignitati ecclesiae suae abrenunciare cogatur“. <i>Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 28, ed. Giles II. 4, Mansi XXI. 872.</i> — „Litteras, quas nobis“.
Nov.	9.	„ (7342) Gilberto, episcopo Londinensi, mandat, „quoniam inter Henricum, Anglorum regem, et Anglicam ipsam ecclesiam scintilla cuiusdam indignationis emicuerit, ut ad eam extinguendam iugiter elaboret, et ipsius regis animum in pacis et concordiae statum reducat“. <i>Gilberti Foliot epistolae ed. Giles II. 92.</i> — „Quoniam de honestate“.
„	9.	„ (7343) Magistrum hospitalis domus Hierosolymitanae monet, ne „Petrum, dictum Alamannum, priorem hospitalis domus S. Iohannis Constantinopoleos, qui ibidem in servitio dei, ad honorem quoque carissimi in Christo filii sui Constantinopoli-

		1163. (<i>Ind. 11, pont. a. 4—20. Sept.—5, 1162—25. Mart.—1163.</i>)
		tani imperatoris non modico fuerit tempore commoratus, contra voluntatem et beneplacitum eiusdem imperatoris ab ipso prioratu retrahat, neve ad suam praesentiam revocet“. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 626, Bouquet Rec. XV. 809. — „Ea, quae ad honorem“.
Dec. 16.	Senonis	(7344) W. priorem et fratres ecclesiae Cantuariensis laudat, quod Thomae archiepiscopo „in negotiis ecclesiae ferventer adstant et eius tribulationibus et angustiis compatientes, consilium ei et auxilium libentius ministrent“. Haec addit: „Confidimus, quod ille, in cuius manu corda regum sunt, Henrici Anglorum regis animum circa archiepiscopum mitigabit“. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 69. — „Venerabilis frater noster“.
„ 25.	„	In ecclesia S. Columbae „die natalis domini“. Annal. S. Columbae Senon. 1164 l. l.
„ 31.	„	In ecclesia S. Columbae, cum Ludovico Francorum rege, „solennitate S. Columbae“. Annal. S. Columb. Senon. 1164 l. l.
		1163 — 1164.
Oct. 5.	Senonis	(7345) Abbati S. Remigii Remensi causam T. clerici et cognoscendam et diiudicandam mandat. Martene Coll. II. 693. — „Veniens ad nos T.“
„ 8.	„	(7346) H(ugoni), episcopo Suessionensi, mandat, cogat Gil. et Haugnidim uxorem, ut aut in curia (Amalrici) episcopi Silvanectensis, aut praesente B(artholomaeo), episcopo Bellocacensi, de possessionibus ecclesiae Silvanectensis detentis rationem reddant. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 612, Bouquet Rec. XV. 807, Mansi XXI. 1004. — „Venerabilis frater noster“.
„ 18.	„	(7347) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ut quem Petrus, frater eius, ceperit, hominem ecclesiae S. Mariae de Porta S. Leonis, dimittat, ablataque eidem reddi iubeat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 628, Bouquet Rec. XV. 808, Mansi XXI. 1026. — „Conquesti nobis sunt“.
„ 23.	„	(7348) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ut ad ecclesiae Brivatensis concordiam restituendam bonaque conservanda „a primo consilio non recedat“. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 627, Bouquet Rec. XV. 809, Mansi XXI. 1025. — „Dilecti filii nostri“.
Nov. 5.	„	(7349) Henricum, archiepiscopum Remensem, aegrotare dolet. Litteras poscit. Martene Coll. II. 694, Bouquet Rec. XV. 826. — „Auditu audivimus“.
„ 6.	„	(7350) Ludovico, Francorum regi, scribit, quae per R. priorem S. Medardi petiisset, ea se libenter fecisse. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 616, Bouquet Rec. XV. 827, Mansi XXI. 1010. — „Cum ad officium“.
„ 6.	„	(7351) A Ludovico, Francorum rege, petit, ut in monasterio Ferrariensi, a sese consecrato, „anniversario die consecrationis nundinas constituat; et principibus, baronibus et ceteris de regno prohibeat, ut, his, qui ad nundinas accesserint, si quis iniuriam inferre praesumat, digna poena eum censeant puniendum“. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 618, Bouquet Rec. XV. 809, Mansi XXI. 1012. — „Quanto gloriam et“.
„ 9.	„	(7352) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut priori domus hospitalis, apud Cerelsitae, licentiam concedat itineris in Angliam suo mandatu faciendi. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 606, Bouquet Rec. XV. 810, Mansi XXI. 996. — „Cum dilectum nostrum“.
„ 10.	„	(7353) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut controversiam Adami et Gregorii fratrum diiudicare ab aequo iudice iubeat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 612, Bouquet Rec. XV. 810, Mansi XXI. 1005. — „Decet regiam excellentiam“.
Dec. 5.	„	(7354) Abbatibus S. Remigii Remensis et de Eleemosyna et decano Remensi mandat, ut Remis ante „proximum festum consecrationis domini“ iudicent inter canonicos S. Mauricii Turonensis et fratres Cluniacenses, de praediis quibusdam litigantes. Martene Coll. II. 695. — „Quoniam ex litigiosis“.
„ 6.	„	(7355) Ludovico, Francorum regi, significat, priorem Castrifortis sociosque ob infamiam abbati Burguliensi illatam a (Ioscio) archiepiscopo Turonensi, et (Gaufrido) episcopo Andegavensi, et abbate Maioris-monasterii excommunicatos esse. Monet, ut ecclesiam Burguliensem tueatur. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 607, Bouquet Rec. XV. 811, Mansi XXI. 997. — „Quia de regiae“.
„ 7.	„	(7356) Henricum, archiepiscopum Remensem, iudicem constituit inter St(ephanum), abbatem Cluniacensem, et canonicos b. Mauricii Turonenses de possessionibus nonnullis controversiam habentes. Martene Coll. II. 696. — „Causam, quae inter“.
„ 15.	„	(7357) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut B. clerico crepta a fratre eius

		1163 — 1164.
		et ab Ascelino de Firmitate restitui iubeat. Martene Coll. II. 696. — „Constitutus in praesentia“.
Dec.	25.	Senonis (7358) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut ecclesiam S. Genovefae (Parisiensem) a G., buticularii sui, iniuriis defendat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 625, Bouquet Rec. XV. 811, Mansi XXI. 1023. — „Dilectus filius noster“.
„	25.	„ (7359) Compositionem de praebendis duabus factam inter Hugonem episcopum Suesionensem et eius capitulum confirmat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 592, Bouquet Rec. XV. 812, Mansi XXI. 979. — „Cum inter te et“.
„	25.	„ (7360) Abbates S. Remigii et S. Nicasii Remensis iudices constituit inter Odonem clericum et matrem eius atque Hugonem Fabrum. Martene Coll. II. 697. — „Causam, quae inter“.
		1164. (<i>Ind. 12–25. Sept. — 13, pont. a. 5–20. Sept. — 6, 1163–25. Mart. — 1164.</i>)
Ian.	21.	Senonis (7361) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, significat, se (Rogerō), archiepiscopo Eboracensi, scripsisse, „ut, licet in literis concessionis suae facultatem ei dederit crucem per totam Angliam deferendi, non tamen eam per parochiam Cantuariensem deferre praesumeret, donec causa ipsa iudiciario ordine terminaretur“. Affirmat, „in eisdem literis concessionis hoc: per totam Angliam nulla ratione fuisse appositum; unde ex oblivione potius, quam ex industria contigisse, quod verbum illud postremae literae (quas irritas facit) continerent“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 121, ed. Giles II. 8. — „Querimonias adversus“.
(„)	—	(„) (7362) Rogerum, archiepiscopum Eboracensem, hortatur, ut „sicut nec ante concessionem suam crucis per totam Angliam ante se deferendae in ipso effectu dignitate huiusmodi usus sit, ita ea nimirum non utatur, quousque controversia, quae super hoc vertatur, debitum recipiat complementum“. Epist. S. Thomae ed. Lupus 24, ed. Giles II. 43. — „Pro illa animi“.
(„)	—	(„) (7363) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, et canonicis Eboracensibus scribit, ne archiepiscopus „in provincia Cantuariensis ecclesiae crucem ullatenus deferat, neve ullius appellationis obtentu id aliqua occasione attentet“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 121, ed. Giles II. 44. — „Decet prudentiam vestram“.
„	22.	„ (7364) Ecclesiam S. Mariae de Campo tuendam suscipit, eiusque bona ac privilegia confirmat. (Signa chronologica sunt corrupta). Marca Marca Hisp. 1333, Aguirre Conc. V. 78. — „Effectum iusta postulantibus“.
Febr.	27.	„ (7365) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ut „cautius temporum qualitatem attendens, Henrico Anglorum regi in omnibus et per omnia, salva honestate ecclesiastici ordinis, deferre satagat, et eius sibi gratiam et amore incessanter recuperare intendat“. Nunciat, se regi, ut „quod de antiquis consuetudinibus et dignitatibus conservandis episcopi Angliae promisissent, auctoritate apostolicae sedis confirmarentur“ petenti, non satisfacisse; sed „legationem totius Angliae“ (Rogerō) archiepiscopo Eboracensi petitam per litteras concessisse. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 12, ed. Giles II. 1, (Mansi XXI. 874.) — „Etsi pro animi“.
(„)	—	(„) (7366) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, et omnibus episcopis Angliae praecipit, ut „si Anglorum rex quidquam ab iis aliquo tempore requisierit, quod contra ecclesiasticam libertatem existat, hoc ei facere nullatenus attentent; si autem iam dicto regi super huiusmodi se in aliquo astrictos cognoscant, quod promiserint, nullatenus observent“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 140, ed. Giles II. 9. — „Ad hoc pontificalis“.
(„)	—	(„) (7367) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ne ex legatione Rogero archiepiscopo Eboracensi concessa molestiam trahat; „nuncii nobis“ inquit „ex parte ipsius regis promiserunt, quod nunquam sine conscientia et voluntate vestra eadem literae archiepiscopo Eboracensi redderentur“. Addit, se „ecclesiam eius alienae personae in ecclesiasticis nolle subesse, nec nisi tantum Romano pontifici obedire“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 13, ed. Giles II. 3, (Mansi XXI. 881.) — „Non ob gratiam“ („Novit industria tua“).
Mart.	21.	„ (7368) Henricum, archiepiscopum Remensem, et Henricum, tit. SS. Nerei et Achillei presbyterum cardinalem, hortatur, ut „consilio Francorum regis, donec ista colloquia separentur, se nullatenus subtrahant“. Cardinalem aegrotare dolet. Martene Coll. II. 705, Bouquet Rec. XV. 829. — „De dispositione vestra“.
„	22.	„ (7369) E(berhardo), archiepiscopo Salzburgensi, scribit, se ad G(erhohi) praepositi Reichersbergensis litteras, „in quibus capitula quaedam continebantur, quae, eo et

		1164. (<i>Ind. 12—25. Sept.—13, pont. a. 5—20. Sept.—6, 1163—25. Mart.—1164.</i>) aliis decertantibus; in quaestionibus scrupulorum devenerunt, nil certi super eisdem capitulis duxisse respondendum“. Mandat, faciat, ut „praepositus et caeteri ab huiusmodi ulterius disputationibus, praesertim in publicis conventibus abstineant“. Pez Thes. anecd. VI. l. 398. — „Cum dilectus filius“.
Mart. 22.	Senonis	(7370) Magistri G(erhoi), praepositi Reichersbergensis, pietatem erga ecclesiam Romanam laudat, eumque de superiore epistola certiore facit. Pez Thes. anecd. VI. l. 399. — „Sincerae mentis“.
Apr. 1.	„	(7371) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, peccatum quoddam condonat, eumque hortatur, ne „a missarum celebratione cesset, neve a consecratione sanguinis et corporis domini absteineat“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 40, ed. Giles II. 5, Mansi XXI. 1193. — „Ad aures nostras“.
„ 2.	„	(7372) Stephano, episcopo Meldensi, ius parochiale in villa et monasterio Resbacensi adiudicat. Launoii Opp. IH. II. 408. — „Controversiae inter“.
„ 10.	„	„Feria 6 in parasceve“. Sigeberti cont. Burburg. 1164 ap. Pertz M. G. Scr. VI. 458.
„ 15.	„	(7373) Henrico, archiepiscopo Remensi, de officiis Ar(dicioni) S. Theodori diacono cardinali tributis gratias agit. Haec addit: „per magistrum Od. quaedam de statu Italiae tuae discretionem curavimus intimare, firmam spem fiduciamque tenentes, quod ecclesia dei, inimicis suis humiliatis, optatae in proximo pacis tranquillitate gaudebit“. Martene Coll. II. 708, Bouquet Rec. XV. 831. — „Amorem et honorificentiam“.
„ 17.	„	(7374) Monasterii S. Mariae Stratensis tutelam suscipit bonaque et iura confirmat. Gall. Chr. XI. Instr. 136. — „Cum omaibus“.
„ 17.	„	(7375) Basillii, prioris Cartusiensis, et universorum priorum et fratrum ordinis „institutiones ad observantiam religionis de communi assensu capituli rationabiliter factas“ confirmat. Privil. ord. Cartus. fol. 1 ^b , Nova coll. stat. ord. Cart., append. p. 6. — „Ex rescripto litterarum“.
„ 19.	„	Ecclesiae novae altare SS. Petri et Pauli consecrat „in sequenti anno, XIII. Kal. Maii, in qua die fuerunt octavae dominicae resurrectionis“. Chron. S. Petri Vivi 1163 ap. D'Achery Spic. II. 486.
„ 26.	„	Ecclesiam S. Columbae consecrat „VI. Kal. Maii“. Annal. S. Columbae Senonensis 1164 ap. Pertz M. G. Scr. I. 108; Chron. S. Petri Vivi 1163 ap. D'Achery Spic. II. 486.
Mai. 19.	„	(7376) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Ub., monasterii S. Vasli priorem, ad reddendam Gil. latori huius epistolae pecuniam hortetur. Martene Coll. II. 709. — „Veniens ad nos Gil.“.
Iun. 3.	„	(7377) Monachis S. Petri Carnotensibus privilegia quaedam concedit. Collection des Cartulaires II. 651. — „Statuimus, ut in“.
„ 4.	„	(7378) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut iudicii inter abbates S. Remigii et Dervensem faciendi causa, locum utrique parti opportunum constituat. Martene Coll. II. 709. — „Causam, quae inter“.
„ 5.	„	(7379) Monasterii Vallis-Richeriae protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Neustria pia 826. — „Religiosis votis“.
Iul. 6.	„	(7380) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, „illum auctorem et caput turbationis ecclesiae, R(einaldum, archiepiscopum Coloniensem), videlicet quondam F(ridericum), dicti imperatoris, cancellarium, cum aliunde suus omnimodo disturbetur ingressus, per Flandriam in Teutonicam terram ire disponere“. Monet, ut „praedictum R(einaldum) disturbare satagat, et omnimodis impedire, et ipsum, si possit, capere nulla ratione postponat“. „Nihil enim“ inquit „posses unquam ad praesens efficere, quod nobis et ecclesiae amplius gratum et acceptum existeret“. Martene Coll. II. 710, Bouquet Rec. XV. 818. — „Attendentes illum animi“.
„ 13.	„	(7381) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Guillelmum, „si monachos S. Remigii non habita licentia uxoris cum monasticum habitum induisse constiterit“, absolvat. Martene Coll. II. 710. — „Dum W.“.
„ 18.	„	(7382) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut controversiam Millesendis mulieris et Radulfi de Coci intra dies 30 diiudicet. Martene Coll. II. 711, Bouquet Rec. XV. 818. — „Causam, quae inter“.
„ 26.	„	(7383) Hugoni, episcopo Sussionensi, Rain. archidiaconum Sarisberiensem, Parisiis operam studiis daturum, commendat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 594, Bouquet Rec. XV. 819, (Mansi XXI. 981.) — „Dilectus filius noster“.
„ 30.	„	(7384) Ludovico, Francorum regi, significat, abbatem quandam ex Burgundia venien-

1164. (*Ind. 12—25. Sept.—13, pont. a. 5—20. Sept.—6, 1163—25. Mart.—1164.*)
 tem sibi nunciasset, „quod cum ab R(einaldo, archiepiscopo Coloniensi), quondam cancellario F(rideric), dicti imperatoris, complures operarii iam fuissent conducti et de ipsius mandato in confinio regni operari coepissent, comes Forensis eosdem operarios de loco eiecit“. „Verum“ inquit „quoniam praedictus cancellarius pecuniam multam reliquit, ut, quod prave intendit, ad effectum perducatur, tua interest, habito consilio baronum, factum ipsum, ne ultra procedat, prorsus destruere“. Electo Lugdunensi se mandasse, „ut huic rei nulla ratione assentiat, sed eam satagat disturbare“. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 621, Bouquet Rec. XV. 819, Mansi XXI. 1017. — „Dum multitudinem“.
- Aug. 1. Senonis (7885) Ludovico, Francorum regi, scribit, de lite Franbi, ecclesiae S. Martini Turonensis canonici, et Nicolai burgensis sententiam, a (Willelmo), episcopo Cenomannensi, dictam, ad effectum nondum perductam esse. Utrumque ad regem mittit. Nicolaum commendat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 629, Bouquet Rec. XV. 820, Mansi XXI. 1028. — „Franbus ecclesiae“.
- („) — („) (7886) Upsaliam urbem Scarenensis, Lincopiensis, Strengesensis et Arusensis episcopatum metropolim constituit, et Stephano archiepiscopo „precibus et interventu Caroli, illustris regis Svecorum et Gothorum, episcoporum quoque et Ulfy ducis regni illius“ pallium concedit, eiusque successores ab archiepiscopo Lundensi, „tamquam proprio primati“, consecrandos esse statuit. Liljegren Dipl. Suec. I. 70, Örnhjälms Hist. Sueon. 482. — „Licet omnes“.
- „ 5. „ (7887) Universos episcopos per regnum Sveciae constitutos hortatur, ut metropolitano Stephano, archiepiscopo Upsaliensi, obediant. Liljegren Dipl. Suec. I. 72, Örnhjälms Hist. Sueon. 484. — „Venerabilem fratrem“.
- („) — („) (7888) Henrico abbati et fratribus S. Mariae Vitescolensis asserit ecclesiae locum, ab Eskillo, episcopo Arusiensi, concessum, qui „aliquando errori consensit, qui tamen factum suum in districto examine positus reprobavit“. Memorat, se de ea re „cum Eskillo, Lundensi archiepiscopo, et aliis fratribus suis deliberasse“. Langebek Scr. R. Dan. V. 241. — „Litteris devotionis tuae“.
- „ 6. „ (7889) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut „ad monasterii Trenorciensis onera et debita relevanda, fratres per diversa monasteria dividi, et, quinque vel quatuor ibidem relictis, in debitorum solutionem redditus cedere“ iubeat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 623, Imaña Nouv. hist. de Tournus. Pr. p. 167, Bouquet Rec. XV. 820, Mansi XXI. 1020. — „Cum dilectus filius“.
- „ 11. „ (7890) (Hugoni), episcopo Snessionensi, mandat, hortetur Ludovicum, Francorum regem, ut abbati et fratribus Compendiensiibus hospitale quoddam, si iuris eorum sit, restituat, si minus, concedat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 594, Bouquet Rec. XV. 821, Mansi XXI. 981. — „Quoniam de hospitali“.
- „ 13. „ (7891) Ludovico, Francorum regi, excusat Nicolaum Turonensem, „hominem regiae maiestatis“, qui, iniuria a F. canonico accepta, ad sese refugerit; „sic enim“ inquit „sacrorum canonum sanxit auctoritas, et imperatores, qui antecessores tui fuerunt, et reges Francorum sanxerunt, quod hi, quibus a clericis iniuria irrogatur, eos apud ecclesiasticos iudices debeant solummodo convenire“. Ceterum causam illam scribit arbitrio (Willelmi), episcopi Cenomannensis, a sese permissam fuisse. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 617, Bouquet Rec. XV. 822, Mansi XXI. 1011. — „Quod Nicolaus“.
- „ 18. „ (7892) Ludovico, Francorum regi, agit gratias, quod „triginta fratribus ecclesiae Trenorciensis se promiserit necessaria liberaliter provisurum“. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 626, Bouquet Rec. XV. 823, (Mansi XXI. 1024). — „Affectum et compassionem“.
- „ 18. „ (7893) Abbatibus S. Germani et S. Victoris Parisiensis et priori ac subpriori S. Victoris et Odoni, quondam S. Genovefae abbati, mandat, investigent, num Guillelmus S. Genovefae canonicus, propterea quod ad ipsum sine abbatis et capituli licentia accessisset, „septem diebus in terra cum canibus cibum sumere“ coactus sit. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 752, Martene Coll. VI. 233, Bouquet Rec. XV. 823, Mansi XXI. 1080. — „Significatum nobis est“.
- „ 20. „ (7894) Ludovico, Francorum regi, scribit, „relaxationem, in sexta feria ei factam, taliter distinguendam esse, ut in quadragesima, quae dicitur b. Martini, usque ad adventum domini in sexta feria uno ferculo piscium et vino temperate sumpto utatur; in adventu vero et in maiori quadragesima consuetam abstinenciam semper sexta feria observet“ cet. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 608, Bouquet Rec. XV. 823, Mansi XXI. 999. — „Desiderium et affectum“.

		1164. (<i>Ind. 12—25. Sept.—13, pont. a. 5—20. Sept.—6, 1163—25. Mart.—1164.</i>)
Aug.	21.	Senonis (7395) Fratribus S. Mariae de Valle-crosa locum, qui dicitur Fons-calidus, asserit. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 565. — „Iustis petentium desideriis“.
„	29.	„ (7396) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, ut abbatum S. Remigii et Der-vensis controversiam intra dies 30 disceptet. Martene Coll. II. 711. — „Constitutus in praesentia“.
Sept.	7.	„ (7397) Guillelmum, comitem Nivernensem, et Idam, matrem eius, hortatur, ut pacem servant cum ecclesia Vizeliacensi, eamque a nobilibus et baronibus tueantur. Petrum, subdiaconum suum, mittit. D'Achery Spic. II. 543, Bouquet Rec. XV. 824, (Mansi XXI. 1042). — „Quanto monasterium“.
„	15.	„ (7398) * „Confirmat domum Fontebraldensem et ceteros ordinis conventus“. V. Gall. Christ. II. 1319.
„	24.	„ (7399) Ludovico, Francorum regi, significat, se eius litteras accepisse, mandataque exsecuturum. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 628, Bouquet Rec. XV. 824. — „Litteras excellentiae tuae“.
„	25.	„ (7400) Petentibus Garcia magistro et fratribus Calatravensibus, Calatravam tuendam suscipit, fratrumque leges, bona, privilegia confirmat. Samper Montesa illustr. I. 145, Mascareñas Apolog. hist. 45, Manrique Ann. Cist. II. 400. — „Iustis petentium“.
„	25.	„ (7401) Monasterium S. Mariae Hortense tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat. Manrique Ann. Cist. II. 402. — „Religiosam vitam“.
Oct.	3.	„ (7402) Ludovico, Francorum regi, per P. subdiaconum suum suadet, ut quaedam et regni et ecclesiae causa commutet. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 618, Bouquet Rec. XV. 807, Mansi XXI. 1012. — „Quaedam gravia et“.
„	8.	„ (7403) Ludovico, Francorum regi, significat, canonicos Carnotenses professo esse, se in eligendo episcopo incaute egisse. Quos, ut ad concordiam ante proximas octavas epiphaniae (13 Januar. 1165) redirent, a sese admonitos esse. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 609, Bouquet Rec. XV. 824, Mansi XXI. 1001. — „Dilecti filii nostri“.
„	9.	„ (7404) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, agat secundum litteras (Balduini), Noviomensis et (Amalrici) Silvanectensis episcoporum, qui, num hospitale prope Compendium ipsius monasterii Compendiense esset, quaestionem adhibuerint. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 610, Bouquet Rec. XV. 825, Mansi XXI. 1001. — „Cognita olim tuae“.
„	20.	„ (7405) Ludovico, Francorum regi, respondet, se hospitale Compendiense, quum ipsius arbitrio permisisset controversiam, habita ratione litterarum B(alduini) Noviomensis et (Amalrici) Silvanectensis episcoporum, monasterio Compendiensi addixisse. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 610, Bouquet Rec. XV. 826, Mansi XXI. 1002. — „Illam sincerissimam“.
„	25.	(„) (7406) Ecclesiae S. Mariae Liskensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 30. — „Iustis religiosorum desideriis“.
„	28.	„ Engelramum episcopum Glascensem consecrat „die apostolorum Simonis et Iudae“. Chronica de Mailros 1164 ap. Fell Rer. Angl. Scr. p. 169.
„	30.	„ (7407) Monasterii Reomaensis protectionem suscipit possessionesque confirmat. Hist. Reomaensis monast. 208, teste Bréquigny Table chron. III. 349.
Nov.	26.	„ (7408) Ludovico, Francorum regi, de tutela monasterii S. Maximini adhuc gesta, gratias agit. Monet, ut idem monasterium a Theobaldi, civis Aurelianensis, aliorumque iniuriis defendat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 609, Bouquet Rec. XV. 810, Mansi XXI. 1000. — „Laudabilis propositum pietatis“.
Dec.	13.	„ (7409) Theobaldo priori et fratribus ecclesiae S. Martini de Campis addicit ecclesiam S. Martini de Passo, canonicis S. Martini Turonensibus abiudicatam. Marrier Hist. S. Martini de Campis 355, teste Bréquigny Tabl. chron. III. 349.
„	24.	(„) „convocatis in unum scholasticis et quibusque literatis in ipsa vigilia nativitatis domini usque ad tria, ut fertur, millia vel ultra, cum assentientibus sibi dominis cardinalibus condemnavit et omnino interdixit omnes tropos et indisciplinatas quaestiones in theologia; Parisiensi episcopo praecipit, ut per totam Franciam eas compesceret. Sententia autem de gloria hominis in deum assumpti et in deum nati approbata est ibi coram papa ac roborata conscriptis inde centum quinquaginta et eo amplius auctoritatibus“. Chron. Reicherspergense 1164 ap. Ludewig Scr. Rer. Germ. II. 287.

Dec. 31.	Senonis	1164. (<i>Ind. 12—25. Sept.—13, pont. a. 5—20. Sept.—6, 1163—25. Mart.—1164.</i>) (7410) Ludovico, Francorum regi, F. fratrem, nuncium suum, commendat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 615, Bouquet Rec. XV. 812. — „Dilectum filium, fratrem“.
		c. 1164.
Sept. 10.	—	(7411) Ludovico, Francorum regi, monasterium Compendiense commendat; cui domum hospitem asseri cupit. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 618, Bouquet Rec. XV. 821, Mansi XXI. 1013. — „Ille affectus, quem“.
		1163. 1165.
Apr. 9.	Parisiis	(7412) Abbatis S. Vitoni Viridunensis fidem laudat, eumque ad constantiam hortatur. Martene Thes. I. 455, Bouquet Rec. XV. 796. — „Ex tenore litterarum“.
„ 13.	„	(7413) Compositionem factam inter monachos S. Vedasti et abbatissam S. Mariae Strumensis confirmat. Martene et Dur. Vet. Script. I. 888. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 16.	„	(7414) C. decano et universo capitulo Parisiensi concedit, ut Eugenii III. ad T. quondam episcopum litterae („quod, si in dandis maioriis et aliis beneficiis possent minime convenire, ei liceret eadem ordinare“) „nullum iis in posterum valeant praeiudicium generare“. Collection des Cartulaires IV. 226. — „Ex litteris, quas“.
		1164—1165.
Ian. 1.	Senonis	(7415) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter Robertum militem et O. burgensem. Martene Coll. II. 697. — „Cum causa, quae“.
„ 6.	„	(7416) Henrico, archiepiscopo Remensi, nunciat, A(ndream), episcopum Atrebatensem, de sanandis iniuriis ei factis promississe. Martene Coll. II. 698, Bouquet Rec. XV. 827. — „Cum venerabilis frater“.
„ 7.	„	(7417) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, si (Galterus) Laudunensis et (Balduinus) Noviomensis episcopi ante initium proximae quadragesimae inter abbatissam de Bertolocors et moniales de S. Igniaco non iudicaverint, ut ipse controversiam dirimat. Martene Coll. II. 699. — „Cum causam, quae“.
„ 13.	„	(7418) Monachis S. Vedasti privilegia quaedam concedit. Martene et Dur. Vet. Script. I. 872, Bouquet Rec. XV. 813. — „Congruam officii“.
„ 13.	„	(7419) Magistro F. et ma(gistro) R., Remensi canonico, iam iterum mandat, ut inter Theobaudum Bigotum et Thomam iudicium faciant. Martene Coll. II. 699. — „Super causam, quae“.
„ 13.	„	(7420) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, homines ecclesiae b. Remigii hortetur, ut „abbatem ad extenuanda debita efficaciter adiuvent“. Martene Coll. II. 700. — „Affectus nobis pietatis“.
„ 17.	„	(7421) P(ontium), archiepiscopum Narbonensem, (Adelbertum) Nemausensem, (Raimundum) Ucticensem, (Aldebertum) Mimatensem, (Iohannem) Magalonensem episcopos, „super pedagiorum enormitate tollenda studiosos“ laudat. Addit de sententia, prolata in Bernardum, comitem Melgoriensem, rata habenda. Gariel Ser. I. 213, Bouquet Rec. XV. 813. — „Susceptis literis quorundam“.
„ 20.	„	(7422) Henrico, archiepiscopo Remensi, commendat nuncios ex Oriente „pro elemosynis acquirendis“ missos. Martene Coll. II. 700, Bouquet Rec. XV. 813. — „Qualiter deus orientalem“.
„ 27.	„	(7423) Ad Ludovici, Francorum regis, litteras, ab abbate S. Vincentii Silvanectensis allatas, respondet, se, et regis et Henrici, archiepiscopi Remensis, precibus adductum, (Nicolao) episcopo Cameracensi novam comperendinationem usque ad secundam dominicam proximae quadragesimae largitum esse; quem ante diem nisi „aut nuncium vel litteras de reversione illius“ receperit, fore ut excommunicetur. Rogat, ut quae per abbatem S. Germani petierit, praestet. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 613, Bouquet Rec. XV. 814, Mansi XXI. 1006. — „Veniens ad nos dilectus“.
Febr. 4.	„	(7424) Ludovico, Francorum regi, pollicetur, se P(etro), archiepiscopo Bituricensi, non defore. Magistrum R., b. Germani decanum, a sese benigne receptum esse. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 615, Bouquet Rec. XV. 814, Mansi XXI. 1009. — „Litteras sublimitatis tuae“.
„ 12.	„	(7425) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter abbatem S. Remigii et rusticos de Nongento. Martene Coll. II. 701. — „Cum causa, quae inter“.
„ 13.	„	(7426) Abbatibus S. Remigii Remensis et de Castro S. Theodori et L. decano Re-

		1164—1165.
		mensi mandat, ut abbatis Orbacensis cum Hugone de Igri controversiam dirimant. Martene Coll. II. 701. — „De vestra prudentia“.
Febr. 14.	Senonis	(7427) Abbati S. Remigii Remensis significat, abbates S. Memmii et Omnium-sanctorum inter eum et Odd. presbyterum constitutos iudices esse. Martene Coll. II. 702. — „Causam, quae inter“.
„ 14.	„	(7428) Decano, thesaurario, archidiacono et universo capitulo Remensi mandat, ut (Guidonem), electum Catalaunensem, Henrico archiepiscopo commendat. Bouquet Rec. XV. 815. — „Quorundam est nobis“.
„ 15.	„	(7429) Henricum, (archiepiscopum Remensem), inter P. abbatem S. Remigii et R. vicecomitem Laudunensem facere iudicium iubet. Martene Coll. II. 702, Bouquet Rec. XV. 815. — „Causam, quae inter“.
„ 16.	„	(7430) Ludovicum, Francorum regem, orat, hortetur W(illelmum), Siciliae regem, ut, quem exsilio affecerit, Florium de Camebotta, „unum de maioribus baronibus Calabriae“, in gratiam recipiat. Eundem Florium imperatori Constantinopolitano commendari cupit. Duchesne H. Fr. Ser. IV. 627, Bouquet Rec. XV. 827, Mansi XXI. 1025. — „Ad nostri officii“.
„ 27.	„	(7431) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, excommunicet G. comitem de Roccoio, nisi pecuniam nuncio archiepiscopi Lugdunensis ablatam intra dies 15 restituerit. Martene Coll. II. 703, Bouquet Rec. XV. 816. — „Ex tenore litterarum“.
Mart. 1.	„	(7432) Mauricio, episcopo Parisiensi, significat de annuo unciae auri censu ecclesiae Latiniacensi remisso. Collection des Cartulaires IV. 32. — „In quodam scripto“.
„ 3.	„	(7433) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ut „A. et O. de Bri, cum P. de Glazi gravem guerram et discordiam habentes“, ad faciendam pacem cogat. Duchesne Hist. Fr. Ser. IV. 624, Bouquet Rec. XV. 816, Mansi XXI. 1021. — „Quoniam regiae pietatis“.
„ 11.	„	(7434) Episcopis, in quorum dioecesibus monasteria Fontebraldensia constituta sunt, interdicit, „ne virginibus ad Fontebraldensem ordinem transeuntibus munus benedictionis recusent in solemnitatibus b. virginis, in diebus dominicis, et in festivitibus apostolorum“. Niquet Hist. de l'ordre de Fontevraud 416, teste Bréquigny Table chron. III. 335.
„ 14.	„	(7435) Galtero episcopo et Roberto archidiacono Lingonensi mandat, ne Petro, Hugonis episcopi Suessionensis consanguineo, adimi ecclesiam de Sarrinia sinant. Duchesne Hist. Fr. Ser. IV. 614, Bouquet Rec. XV. 816. — „Admonet nos pastoralis“.
„ 15.	„	(7436) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Henricum militem Deprigi, ut erepta monasterio S. Memmii restituat. Martene Coll. II. 704, Bouquet Rec. XV. 817. — „Ex transmissa nobis“.
„ 17.	„	(7437) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut a Iohanne Baril. ablata R. sacerdoti bona reddi cogat. Duchesne Hist. Fr. Ser. IV. 606, Bouquet Rec. XV. 817, Mansi XXI. 997. — „Exposcit tuae celsitudinis“.
„ 25.	„	(7438) Henrico, archiepiscopo Remensi, fratres Cistercienses commendat. Martene Coll. II. 705, Bouquet Rec. XV. 817. — „Cum ad universos“.
Apr. 3.	„	(7439) Ludovico, Francorum regi, Er. nobilem mulierem de Narbona commendat. Duchesne H. Fr. Ser. IV. 629, Bouquet Rec. XV. 818, Mansi XXI. 1027. — „Ad regiae sublimitatis“.
—	Senonis	1165. (Ind. 13, pont. a. 6—20. Sept.—7, 1164—25. Mart.—1165.)
—	—	(7440) *Abbati S. Bertini Sithiensis concedit, „ut pro causa ecclesiarum, in diversis dioecesibus constitutarum, non teneatur ad synodos episcoporum illorum locorum etiam vocatus accedere“. V. Iperii chron. S. Bert. ap. Martene Thes. III. 656.
„ 13.	„	(7441) Ludovico, Francorum regi, qui P. subdiaconum suum benigne susceperit, gratias agit. Hugonem baronem, regis nuncium, scribit pari modo a sese receptum esse. Convenire cum rege cupit. Duchesne Hist. Fr. Ser. IV. 607, Bouquet Rec. XV. 812, Mansi XXI. 998. — „Rediens ad nos“.
„ 22.	„	(7442) Monasterii Fusniacensis protectionem suscipit, bona confirmat, privilegia auget. Hist. Fusniac. coenobii p. 26, teste Bréquigny Tabl. chron. III. 334.
„ 26.	„	(7443) *Monasterii S. Petri Carnotensis possessiones confirmat. Collection des Cartulaires II. 650.
„ 26.	„	(7444) Ludovico, Francorum regi, mittit imperatoris Constantinopolitani ad Henricum, archiepiscopum Beneventanum, litteras, ex quibus cognoverit, quanta imperator benignitate Ludovici epistolam „olim ad suggestionem suam et fratrum suorum“

		1165. (<i>Ind. 13, pont. a. 6—20. Sept.—7, 1164—25. Mart.—1165.</i>)
		missam susceperit. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 625, Bouquet Rec. XV. 814, Mansi XXI. 1022. — „A memoria nostra“.
Febr.	2.	Senonis (7445) Monasterii Cisterciensis protectionem suscipit possessionesque confirmat. Henriquez Regula 55. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„	4.	„ (7446) * Monasterium S. Crucis Burdigalense tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat, imposito monachis marbotini unius censu annuo. Gall. Chr. II. Instr. 313. — „Piae postulatio voluntatis“.
„	7.	„ (7447) Monasterii Dunensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Miraei Opp. dipl. II. 1315. — „Religiosis votis annuere“.
„	8.	„ (7448) Monasterii Rupensis patrocinium suscipit et bona confirmat. Gall. Chr. XII. Instr. 132. — „Apostolici moderaminis“.
Mart.	1.	„ (7449) Concordiam inter Stephanum, quondam episcopum Parisiensem, et Theobaldum archidiaconum factam confirmat. Collection des Cartulaires IV. 27, Theodori Poenitentiale II. 718. — „Officii nostri debitum“.
„	20.	„ (7450) Monasterii S. Martini Augustodunensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat. Bulliot Essai hist. II. 40. — „Ad hoc universalis“.
„	27.	„ (7451) (Gilberto) abbati Cisterciensi scribit, „occasione abbatis Clarevallensi monasterio praesidentis, qui non eam gratiam et reverentiam in oculis regum et principum promeruerit, quam antecessores eius promeruisse noscantur, ipsi monasterio non modicum derogari et totum ordinem non minimum exinde incommodum sustinere“. Mandat, ut eundem abbatem, nisi voluntate abdicet, adhibitis (Henrico) archiepiscopo Remensi et (Alano) episcopo Altissiodorensi, removeat. Martene Coll. II. 706, Bouquet Rec. XV. 829. — „Dilectionis tuae prudentia“.
Apr.	1.	„ (7452) Henricum, archiepiscopum Remensem, in monasterio Clarevallensi non potuisse mandatum suum exsequi, dolet, ad seque reverti iubet, ut cum eo et cum (Alano), episcopo Altissiodorensi, atque Henrico tit. SS. Nerei et Achillei presbytero cardinali et G(odefrido) quondam episcopo Lingonensi „super facto ipso cautius deliberet“. Martene Coll. II. 1011, Bouquet Rec. XV. 830. — „Quod super verbo“.
„	4.	„ „Pascha“. Card. Arag. vit. Alex. p. 455 et 456.
„	14.	Parisiis (7453) Monasterium S. Sereni Cantumerulense tuendum suscipit bonaque eius confirmat. Gall. Chr. XII. Instr. 271. — „Effectum iusta“.
„	17.	„ (7454) Monasterium S. Walarici tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat. Gall. Chr. X. Instr. 317. — „Quotiens illud“.
„	19.	„ Cum Ludovico, Francorum rege. V. infra ep. 7457.
„	20.	„ (7455) Ecclesiae Parisiensis bona et privilegia confirmat. Collection des Cartulaires IV. 227.
„	21.	Stampis (7456) Henricum, archiepiscopum Remensem, constituit iudicem inter Agnetem abbatissam sororesque S. Glodesindis (Metensis) et monachos S. Theobaldi de Vitreio. (Pro „XI. Kal. Martias“ leg. „XI. Kal. Maias“.) Martene Coll. II. 691. — „Ex conquestione dilectarum“.
„	25.	ap. S. Benedictum super Ligerim (7457) Ludovicum, Francorum regem, sicut „proxima secunda feria, quae praeteriit (d. 19 m. Apr.) Parisiis“ viva voce rogaverat, sic nunc per litteras rogat, ut clerico cuidam unum ex archidiaconatibus Carnotensibus concedat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 625, Bouquet Rec. XV. 832, Mansi XXI. 1023. — „Cum in proxima“.
„	28.	Bituricis (7458) Statuit, „ut in ecclesiis monasterii S. Petri Carnotensis, in quibus est quatuor vel quinque monachorum conventus, capellanis earum nullatenus liceat in maiori altari missarum sollemnium populo celebrare, sed chorum et magnum altare solis monachis reserventur“. Collection des Cartulaires II. 650. — „Nos . . . statuimus“.
„	29.	„ (7459) Theobaldo, nobili viro, ecclesiam Bonaevallensem et Walterum, novum abbatem, commendat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 608, Bouquet Rec. XV. 832, Mansi XXI. 999. — „Religiosa loca et“.
Mai.	7.	„ (7460) Abbatem S. Remigii Remeusem hortatur, ut priori S. Mauritii possessionem quandam restituat. Martene Coll. II. 666. — „Dilectus filius noster“.
„	12.	„ (7461) Monasterium Rigniacense tuendum suscipit et eius possessiones ac iura confirmat. Gall. Chr. XII. 129. — „Religiosis desideriis“.
„	12.	„ (7462) Monasterium Boni-montis tuendum suscipit, eiusque bona ac iura confirmat. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 831. — „Regularem vitam“.

1165. (Ind. 13, pont. a. 6—20. Sept.—7, 1164—25. Mart.—1165.)		
Mai.	13.	Bituricis (7463) Ecclesiae S. Marci Venetae possessiones confirmat. Cornelii Eccl. Venet. X. n. 219. — „Pie postulatio“.
„	15.	„ (7464) Templarios in Lugdunensi et Cabilonensi episcopatibus morantes hortatur, ut cum fratribus Trenorcensibus de decimis quibusdam monasterio subtractis transigent. Iuenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 167. — „Ex parte fratrum“.
„	17.	„ (7465) Ecclesiam S. Satyri tuendam suscipit et eius bona iuraque confirmat. Gall. Chr. II. Instr. 54. — „Desiderium, quod ad“.
(„)	—	(7466) Abbatem et fratres Pontiniacenses, Thomam archiepiscopum Cantuariensem honeste tractantes laudat, eundemque iis commendat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 123, ed. Giles II. 109, Manrique Ann. Cist. IV. 560. — „Fidei et devotionis“.
„	25. ap	Clarum- (7467) Henrico, archiepiscopo Remensi, respondet, se „super Clarevallensis ecclesiae negotio de consilio (Alani) episcopi Altissiodorensis et Henrici tit. SS. Nerei et Achillei presbyteri cardinalis processisse“. „De visitatione“ agit gratias. Martene Coll. II. 713, Bouquet Rec. XV. 833. — „Super Clarevallensis“.
„	26.	„ (7468) Fratribus ecclesiae S. Petri Carnotensis hoc concedit, „ne quis episcopus quempiam de monachis eorum absque evidente et manifesta causa excommunicet, vel ab officio divino suspendat“. Coll. des Cartulaires II. 649. — „Constituimus, ne“.
Iun.	4.	„ (7469) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Walterum monachum Praemonstratensem, praepositum de Gasman, ut compositionem cum Everen, presbytero factam servet, ablataque eidem reddat. Martene Coll. II. 714. — „Veniens ad apostolicae“.
„	5.	„ (7470) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut comitem Nivernensem et eius matrem a vexando monasterio Vizeliacensi deterreat. D'Achery Spic. II. 546, Bouquet Rec. XV. 834, Mansi XXI. 1044. — „Ad regiae serenitatis“.
(„)	—	(„) (7471) Hugoni, archiepiscopo Senonensi, mandat, hortetur comitem Nivernensem eiusque matrem, ut damna monasterio Vizeliacensi illata resarciant; quod nisi fecerint intra dies 20, excommunicatione affici eos iubet. D'Achery Spic. II. 545, Bouquet Rec. XV. 835, Mansi XXI. 1043. — „Ad tuae fraternitatis“.
„	5.	„ (7472) Henrico Eduensi, Galterio Lingonensi, Alano Autissiodorensi et Bernardo Nivernensi episcopis praecipit, ut excommunicationis sententiam, quam archiepiscopus Senonensis protulerit in comitem Nivernensem et matrem eius, observent. D'Achery Spicil. II. 545, Bouquet Rec. XV. 836, Mansi XXI. 1044. — „Ad vestrae fraternitatis“.
„	5.	„ (7473) Guillelmum abbatem et fratres Vizeliacenses de superioribus epistolis certiores facit. D'Achery Spic. II. 546, Bouquet Rec. XV. 836, Mansi XXI. 1045. — „Susceptis litteris vestris“.
„	5.	„ (7474) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Eust., Germundum et Theobaldum, ab episcopo Catalaunensi quondam excommunicatos, nisi ablata Hersendi mulieri restituerint, iterum excommunicet. Martene Coll. II. 714. — „Ex transmissa conquestione“.
„	7.	„ (7475) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut libras 158, si Eustachio, magistro fratrum militiae templi, nondum numeratae sint, latoribus huius epistolae persolvat „pro mutua pecunia“ inquit „quam illis pro necessitatibus ecclesiae Romanae acceptam tenemur exsolvere“. Martene Coll. II. 715, Bouquet Rec. XV. 836. — „Dilectus filius noster“.
„	8.	„ (7476) Gilbertum, episcopum Londinensem, hortatur, una cum Roberto, episcopo Herefordensi, commoneat Henricum, Anglorum regem, „ut in eo, quod excesserit, satisfaciatur, a pravis actibus omnino desistat, Romanam ecclesiam solita veneratione respiciat, nec eam visitare volentes inhibeat, appellationes ad eam factas nullo modo impediatur, Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, ad sedem suam benignius revocet, ecclesias vero et ecclesiasticas personas tam regni, quam terrae suae, nec per se gravet, nec a quoquam gravari patiatur“. Mandat, „ut denarium b. Petri praesentis anni per totam Angliam fideliter recolligi faciat“. Rogat, ut quousque praedictum denarium recolligat, de pecunia sua, vel aliunde mutuo acquisita, ipsi interim studeat utiliter providere, et illam infra proximas Kalendas Augustas sibi transmittat, eandem postea de memorato denario recepturus“. (Pro: „VI. id. Iulii“ leg.: „VI. id. Iunii“). Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 56, ed. Giles II. 96, (Mansi XXI. 877). — „A memoria tua non“.
(„)	—	(„) (7477) Henricum, Anglorum regem, reprehendit, quod „iudicia clericorum a laicorum iudiciis diversa pervertat, et quae sint Iesu Christi, suae potestati usurpet, novas

		1165. (<i>Ind. 13, pont. a. 6—25. Sept.—7, 1164—25. Mart.—1165.</i>) leges ad oppressionem ecclesiarum et Christi pauperum condant, consuetudines etiam, quas avitas vocet, inducat“. Haec addit: „Si autem universa, quae in usus tuos per huiusmodi angarias de bonis ecclesiasticis convertuntur, in refectioe pauperum vel aliis operibus pietatis expenderes, obsequium non magis deo gratum efficeres, quam si, altari quolibet discooperto, aliud cooperires, aut si Petrum crucifigeres, ut Paulum a mortis periculo liberares“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 67, ed. Giles II. 115, Rog. de Hov. ap. Savile R. A. Scr. 286 ^b , Wilkins Conc. I. 443, Mansi XXI. 875. — „Etsi circa nos“.
(Jun.)	(ap. Clarum- montem)	(7478) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, rogat, „quoniam dies mali sint et multa sint pro qualitate toleranda, ut in omnibus suis et ecclesiae agendis se cautum, providum et circumspectum exhibeat, ad gratiam regis Anglorum recuperandam enitatur, et usque ad proximum pascha eundem regem sustineat, ita quod nihil in eum vel terram ipsius usque ad praescriptum studeat exercere“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 68, ed. Giles II. 6, Mansi XXI. 875. — „Quoniam dies mali“.
(„)	(„)	(7479) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, significat, se „sententiam ab episcopis et baronibus Angliae, quoniam ad primam regis citationem sui copiam non fecisset, adversus eum praesumptuose prolatam, in qua omnia mobilia eius abiudicassent“, irritam fecisse. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 76, ed. Giles II. 7. — „Quod minor maiorem“.
Iun.	9. ap. Clarum- montem	(7480) Abbati cuidam mandat, ut inter E. et A. sacerdotem iudicium faciat. (Haec epistola est Henrico, archiepiscopo Remensi, perperam inscripta.) Martene Coll. II. 715. — „Ex litteris tuis, fili“.
„	15. „	(7481) Monasterii Mauziacensis patrocinium suscipit, bonaque et iura confirmat. Gall. Chr. II. Instr. 111, (Bullar. Cluniac. 68). — „Effectum iusta postulantibus“.
„	15. „	(7482) Monasterium b. Illidii tuendum suscipit et possessiones eius confirmat. Gall. Chr. II. Instr. 102. — „Quotiens illud a“.
„	25. „	(7483) Ludovico, Francorum regi, affirmat, R. quondam ecclesiae b. Aniani cantorem, suasoribus omnibus, qui affuissent, fratribus suis, „officio ac beneficio cantorio privatum esse“; quem negat restitui posse. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 624, Bouquet Rec. XV. 837, Mansi XXI. 1021. — „Pervenit ad audientiam“.
„	30. ap. Anicium	(7484) Ludovico, Francorum regi, C. archidiaconum Bituricensem remittit et commendat. De „novis illis, quae de Alemannia nuper venerint“ ita scribit: „confidas, quod ea quae ille persecutor ecclesiae, qui cum ipsa simulatam semper pacem quaesivit, adversum illam provenire credit, in sui ipsius verecundiam redundabunt; sicut enim accepimus et Moguntinus electus serenitati tuae poterit plenius intimare, de tota terra sua non nisi tres absolutum iuramentum praestare potuit cohercere; alii siquidem multi sine ipsius licentia discesserunt, et illi, qui cum conditione iurarunt, iam sunt a conditione apposta absoluti“. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 614, Bouquet Rec. XV. 837, Mansi XXI. 1007. — „Dilectum filium nostrum“.
Iul.	5. ap. Alestam	(7485) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Radulfum presbyterum, a (Guidone) episcopo Catalaunensi excommunicatum ecclesiaeque privatum, nisi ipse episcopus sententiam mutaverit, in integrum restituat. Martene Coll. II. 716. — „Cum olim Senonis“.
„	10. ap. Montem- pessulanum	(7486) Clarembaldo, electo et monacho S. Augustini, denuo praecipit, „ut omni appellatione cessante, Thomae Cantuariensi archiepiscopo et ecclesiae suae professionem faciat“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 122, ed. Giles II. 109. — „Antecessorum nostrorum“.
„	14. „	(7487) Principibus, comitibus, baronibus et universis dei fidelibus significat, „usque adeo feritatem paganorum invaluisse, quod usque ad portas Antiochenae civitatis Saraceni crudeliter debachentur, et quod princeps eiusdem civitatis, multis nobilibus viris et strenuis captis et interfectis, in eorum inciderit potestatem“. Ad defendendam ecclesiam orientalem instigat. Rymer Foedera I. 21. — „Quantum praedecessores“.
„	21. „	(7488) Monasterium Bonifontis tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat. Gall. Chr. I. Instr. 180. — „Religiosis votis annuere“.
„	27. „	(7489) Monasterium S. Danielis Venetum tuendum suscipit, eiusque bona confirmat. Cornelii Eccl. Ven. IV. 189. — „Pie postulatio“.

		1165. (Ind. 13, pont. a. 6—20. Sept.—7, 1164—25. Mart.—1165.)
—	ap. Montem- pessulanum	(7490) *G. de Bouches praecipit, ut quam invaserit, monasterii S. Bertini Sithiensis terram monachis restituat. V. Iperii Chron. S. Bert. ap. Martene Thes. III. 664.
Aug. 1.	"	(7491) Rutenensi et Cadurcensi episcopis mandat, ut de (Willelmi) episcopi canonicorumque Albiensium et monachorum Aureliacensium controversia decident. Baluzii Misc. III. 20, Bouquet Rec. XV. 841. — „Causam, quae“.
" 1.	"	(7492) Monachos Aureliacenses de superiore epistola certiores facit. Baluzii Misc. III. 20, Bouquet Rec. XV. 841. — „Causam, quae“.
" 5.	"	(7493) Ordinis Cisterciensis leges confirmat. Eclaircissement des privileges de l'ordre de Cisteaux 31, Duchesne H. Fr. Scr. IV. 557, Mansi XXI. 959. — „Sacrosancta Romana ecclesia“.
" 6.	"	(7494) Pontio, archiepiscopo Narbonensi, et (Guillelmo), episcopo Biterrensi, mandat, ne Fontem-caldum auferri ecclesiae Vallis-crosae patiantur. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 566. — „Conquestiones dilecti“.
" 6.	"	(7495) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut Thomae, exsulanti archiepiscopo Cantuariensi, „si quem episcopatum aut abbatiam in Gallia interim vacare contigerit, donec pax desiderata donetur, faciat assignari“. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 615, Gilberti Foliot epist. II. 113, Bouquet Rec. XV. 841, Mansi XXI. 1008. — „Qualiter venerabilis in“.
" 8.	"	(Drogonem) archiepiscopum Lugdunensem consecrat „dominica ante festum S. Laurentii“. Ep. S. Thomae ap. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 633.
" 8.	"	(7496) Ioanni episcopo et canonicis Magalonensibus praecipit, ut altare S. Salvatoris et oblationes iubeant a Guillelmo nobili viro et populo Montispessulani restitui priori ecclesiae S. Mariae. (Aliena manu additum est: „pontificatus nostri a. 4.“) Gariel Ser. I. 212, Bouquet Rec. XV. 342. — „Sicut ex litteris“.
" 16.	"	„Sequenti die lunae post assumptionem Mariae“. Hist. Vizeliac. L. IV. ap. D'Achery Spic. II. 550.
" 19.	"	(7497) Ludovico, Francorum regi, W(illelmum) electum Carnotensem commendat. Hortatur, ut in tuenda ecclesia perseveret, neve F(ridericici) „dicti imperatoris“ mandatis commoveatur. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 622, Bouquet Rec. XV. 342, Mansi XXI. 1018. — „Dilectum filium nostrum“.
" 19.	"	(7498) G(uinardi) comitis Ruscionensis patrimonium confirmat. Baluzii Misc. III. 20, Aguirre Conc. V. 82, Bouquet Rec. XV. 843, Mansi XXI. 1061. — „Nobiles et“.
" 19.	"	(7499) Pontio Narbonensi et Hug. Tarraconensi archiepiscopis et (Artaldo) Elenensi et Gerundensi episcopis mandat, ne G(uinardi) comitis Ruscionensis patrimonium invadi a nothis eius fratribus patiantur. Baluzii Misc. III. 20, Aguirre Conc. V. 83, Bouquet Rec. XV. 843, Mansi XXI. 1062. — „Suggestum nobis“.
" 22.	in gradu Mercurii	(7500) Gilleberto, episcopo Londinensi, mandat, ne cesset Henricum Anglorum regem ad conservanda ecclesiarum iura revocare, monereque ut (Thomam), archiepiscopum Cantuariensem, in gratiam recipiat. Addit de denario b. Petri ad abbatem S. Bertini mittendo. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 65, ed. Giles II. 99, Rog. de Hov. ap. Savile R. A. Scr. p. 287, Wilkins Conc. I. 443, Mansi XXI. 877. — „Quod circa ea“.
c. Aug. 22.	—	„Omnem apparatus redeundi ad Urbem facit“. V. infra epist. 7501.
Sept. 10.	ap. Magal- onem	(7501) Henrico, archiepiscopo Remensi, nunciat, se „circa octavas assumptionis b. Mariae (22. Aug.) omnem apparatus redeundi ad Urbem fecisse et ad navem hospitem accessisse“, sed subito galearum Pisanorum adventu perterritum, cum (Conrado) electo Moguntino et Io. Neapolitano et P. cardinalibus Magalonem rediisse. Haec addit: „Pisani galearum comites postmodum asseverarunt, quod nullam offendendi personam nostram voluntatem vel propositum invadendi res nostras habuerunt“. Martene Coll. II. 718, Bouquet Rec. XV. 846. — „Attendentes devotionis“.
Nov. —	Messanae	V. Card. Arag. vit. Alex. p. 457; Romuald. Salern. ap. Muratori R. It. Scr. VII. 206.
" —	Salerni	V. Card. Arag. vit. Alex. l. I., Rom. Salern. l. I.
" 19.	Caietae	(7502) Rogerio, archiepiscopo Rhegiensi, pallium concedit, ac metropolitana eius iura confirmat. (Fragmentum). Ughelli It. sacr. IX. 325.
" 22.	Ostiae	„In festo S. Caeciliae“. Card. Arag. vit. Alex. p. 457.
" 23.	Romam	ingreditur „IX. Kal. Dec.“ V. eam quae sequitur epistolam; et Card. Arag. vit. Alex. p. 457.
" 24.	Laterani	(7503) Henrico, archiepiscopo Remensi, eiusque suffraganeis significat, se „diversa

		1165. (<i>Ind. 13, pont. a. 6—20. Sept.—7, 1164—25. Mart.—1165.</i>) maris pericula et graves hostium et iniquorum incursus evadentem, tandem, a senatoribus populoque Romano devotissime invitatum, IX. Kal. Dec. (23 Nov.) Urbem intrasse“. D'Achery Spic. III. 538, Martene Coll. II. 719, Bouquet Rec. XV. 847, Mansi XXI. 1042. — „A nostra vel“.
Dec. 10.	Laterani	(7504) Clericos in episcopatu Bangoriensi constitutos monet, ut episcopum eligant, quem (Thomas), archiepiscopus Cantuariensis, confirmet. De archidiaconatu addit. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 91. — „Si, quanta detrimenta“.
„ 18.	Romae	Conradum, electum Moguntinum, „in proximo (adde: sabbato ante) natale domini, in diebus quatuor temporum, id est in 15 Kal. Ianuarii in presbyterum et archiepiscopum“ consecrat. Chronicon inc. auct. 1165 in Canisii lect. III. II. 261.
— —	—	(7505) Priorem et fratres Cantuarienses hortatur, ut Thomae archiepiscopi exsultantis inopiae subveniant. Epist. S. Thomae ed. Lupus 124, ed. Giles II. 38. — „Super religione vestra“.
— —	—	(7506) Thomae, archiepiscopi Cantuariensis, „ecclesiasticam sententiam in Richardum de Ivelcestria et Ioannem de Oxenefordia et in omnes alios ecclesiae dei perversores promulgatam“, confirmat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 182, ed. Giles II. 11. — „Quod iuxta officii“.
— —	—	(7507) (Henricum) episcopum Trecensem hortatur, ut quam praeposituram Willelmus, electus Carnotensis, in eius ecclesia tenuerit, eam magistro Herberto concedat, qui „quia (Thomae) Cantuariensi archiepiscopo exsultanti adhaeserit, propter indignationem principis fuerit spoliatus“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 105. — „Commissae tibi ecclesiae“.
— —	—	(7508) Willelmo electo Carnotensi respondet „de causis, quae infra terminum certum decidendae committantur: nisi dies ab apostolico praefixus de communi consensu partium prorogetur, eo transacto mandatum exspirare“. Mansi XXII. 300, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 266, Augustini Tarr. Opp. IV. 49, Decr. Greg. L. I. t. 29. c. 4. — „De causis, quae“.
— —	—	1165?
— —	—	(7509) Robertum, episcopum Herefordiensem, reprehendit, quod Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, metropolitae suo, „in ecclesiae libertate tuenda minus, quam debuisset, adstitisse probetur“. Monet, ut „eidem in negotiis ecclesiae viriliter et constanter assistens, mandata atque praecepta illius devote et fideliter exsequatur“. Haec addit: „praecipimus, ut hoc, quousque memoratus frater noster cum Anglorum rege pacem habeat, quod in proximo, domino auctore, continget, teneas omnino secretum“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 62, ed. Giles II. 92. — „Miramur plurimum, quod“.
— —	—	(7510) Gilbertum, episcopum Londinensem, et ceteros episcopos vituperat, quod „in multis remissi et tepidi et negligentes etiam extiterint“. Mandat, commoneant Henricum, Anglorum regem, „ut ecclesiastica et secularia negotia non confundat, ut (Thomam), archiepiscopum Cantuariensem, in amorem et gratiam suam recipiat et eum cum aliis expulsis ad sedem propriam reducat“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 103, Gilberti Foliot. epist. II. 93. — „Quoniam te virum“.
		1165—1166.
Dec. 7.	Laterani	(7511) Episcopo Palentino praecipit, ut clericos de Portella et Pennafideli, qui contra interdictum archiepiscopi Toletani sacra procuraverint, archiepiscopo satisfacere cogat. Pulgar Teatro clerical II. Prolusion num. V. — „Super discretionem tua“.
„ 12.	„	(7512) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, canonicos Roienses sub interdicti poena hortetur, ut erepta ecclesiae Noviomensi restituant et illata damna resarciant. Martene Coll. II. 721, Bouquet Rec. XV. 848. — „Cum in regno Francorum“.
		1166. (<i>Ind. 14, pont. a. 7—20. Sept.—8.</i>)
Jan. 18.	Laterani	(7513) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, „ut ab eo, cuius nomine, cum in regno Francorum esset, sibi 150 libras, fratribus vero suis aliam summam obtulerit, 100 sibi marcas argenti, si ulla poterit fieri ratione, cum honestate tamen sua acquirat“. Praeterea cupit „de ecclesiis episcopatus sibi honestam subventionem inveniri“. „Tanta namque sunt“ inquit „onera debitorum et creditorum in-

		1166. (<i>Ind. 14, pont. a. 7—20. Sept.—8.</i>)
		stantia, ut nisi ecclesiae dei a tua fuerit modo liberalitate subventum, vix aut numquam nobis statum urbis in ea pace, in qua nunc est, poterimus conservare". Martene Coll. II. 721, Bouquet Rec. XV. 849. — „Integram fidem et".
Ian.	28.	Laterani (7514) Omnibus episcopis Angliae praecipit, ut „super iis, quae ad ecclesiae Cantuariensis iura, dignitates etiam, aut libertates spectare noscantur, se sine conscientia et assensu Thomae archiepiscopi intromittere nullatenus praesumant". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 76, ed. Lupus p. 263, Mansi XXI. 881. — „Tanquam ex iniuncto" „Quamquam ex iniuncto".
"	29.	" (7515) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, hortetur clericos ecclesiae Bangoriensis, ut episcopum eligant; quod nisi fecerint, ipse intra tres menses faciat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 36. — „Si, quanta detrimenta".
"	30.	" (7516) Henrico, archiepiscopo Remensi, in (Thomam) archiepiscopum Cantuariensem officioso, gratias agit; eundem „nunc ope et consilio maxime opus habentem" commendat. Martene Coll. II. 723, Epist. S. Thomae ed. Giles II. 52, Bouquet Rec. XV. 849. — „Inter ceteras divinae".
Febr.	9.	" (7517) Universum clerum et populum Bangoriensem iam iterum hortatur, ut episcopum eligant, a Thoma, archiepiscopo Cantuariensi, consecrandum. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 90. — „Quia ex defectu".
"	22.	" (7518) Henrico, archiepiscopo Remensi, capellanos Laudunenses commendat. Martene Coll. II. 725, Bouquet Rec. XV. 850. — „Decet fraternitatem tuam".
Mart.	18.	" (7519) Monasterium S. Clementis Piscariense tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat. Anecdota Ughelliana 409, Muratori R. It. Scr. II. n. 901. — „Religiosis votis".
Apr.	5.	" (7520) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, et universis Angliae episcopis praecipit, „ne novo regi coronando, si forte hic casus emerit, absque Thomae, Cantuariensis archiepiscopi, vel successorum et ecclesiae Cantuariensis conniventia manum apponere praesumant". Wilkins Conc. I. 459, Epist. S. Thomae ed. Giles II. 45, (Rymer Foedera I. 25.) — „Illius dignitatis et".
"	8.	" (7521) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, et eius successoribus primatum Angliae asserit. (Signa chronica sunt corrupta.) Wilkins Conc. I. 446, Radulf. de Diceto Imag. Hist. ap. Twysden H. A. Scr. I. 540. — „In apostolicae sedis" „Frater in".
"	16.	" (7522) Ecclesiae S. Crucis (Romanae), quae dicitur: in Hierusalem, possessiones confirmat. (Pro 1156 leg. 1166.) Bull. Lat. 42. — „Quoties illud a".
"	24.	" (7523) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, „legationem totius Angliae, excepto episcopatu Eboracensi, concedit, ut ibi vice sua vitia extirpet et virtutes in vinea domini studeat complantare". (Pro „Datum Anagniae VII. id. Octobr.", quae verba sunt librarii ut videntur vitio apposita, legendum esse: „Dat. Laterani VIII. Kal. Maii", docet ea, quae sequitur, epistola.) Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 179, ed. Giles II. 10, Mansi XXI. 878. — „Sacrosancta Romana".
"	24.	" (7524) Episcopis, abbatibus, et aliis ecclesiarum praelatis per totam Angliam extra episcopatum Eboracensem constitutis praecipit, ut Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato constituto, obediant. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 179, ed. Giles II. 80: „VIII. Kal. Maias", Duchesne H. Fr. Scr. IV. 568 et Mansi XXI. 972: „nonas Martii". — „Ex iniuncto nobis".
(,,)	—	(,,) (7525) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, ut in eos, qui in possessionibus et bonis ecclesiae eius, ei aut hominibus eius etiam, violentiam vel iniuriam intulerint, si opportunitatem viderit, ecclesiasticam iusticiam non differat exercere". Haec addit: „Verum de persona regis speciale tibi mandat non damus, nec tamen ius tibi pontificale, quod in ordinatione et consecratione tua suscepisti, adimimus". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 182, ed. Giles II. 12. — „Quoniam ad omnem".
(,,)	—	(,,) (7526) Omnes episcopos Cantuariensis provinciae de superiore epistola certiores facit. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 183, ed. Giles II. 41. — „Quoniam ad omnem".
(,,)	—	(,,) (7527) Cisterciensem et Pontiniacensem abbates et universos fratres ordinis Cisterciensis hortatur, ne Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, „a Pontiniacensi monasterio removeri" patiantur. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 123, ed. Giles II. 110. — „Licet vos eam".

			1166. (<i>Ind. 14, pont. a. 7—20. sept.—8.</i>)
Mai.	1.	Lateranis	(7528) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut Robertum sacerdotem G(eraldo), episcopo Tornacensi, commendet. Martene Coll. II. 734. — „Sicut tua prudentia“
„	3.	„	(7529) (Gilberto) Londinensi et omnibus episcopis Cantiae provinciae praecipit, ut „universos, qui Thomae, archiepiscopi Cantuariensis, clericorum beneficia de mandato regio perceperint, ad eorum integram restitutionem sub anathematis interminatione districtius compellant“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 95, ed. Lupus p. 49. — „Universis oppressis“.
(„)	—	(„)	(7530) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, respondet, se confirmasse interdicti sententiam ab eo prolatam in Iocelinum, episcopum Sarisberiensem, qui, „licet super hoc ad suam audientiam appellasset et dominicam: Ego sum pastor bonus proximo tunc venturam (8 Maii 1166) appellationi suae terminum praefixisset, eadem instante nec venerit, nec ad sese aliquem transmiserit“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 245, ed. Giles II. 13, Mansi XXI. 880. — „Ex literis tuis“.
(„)	—	(„)	(7531) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, scribit, se „concessionem decanatus, per (Iocelinum), episcopum Sarisberiensem, Ioanni de Oxeneford enormiter factam“, rescidisse. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 245, ed. Giles II. 13. — „Ex rescripto literarum“.
„	4.	„	(7532) Episcopatus Mutinensis fines ecclesiaeque possessiones confirmat. (Fragmentum). Tiraboschi Mem. Mod. II. 93.
„	14.	„	(7533) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut quod (Geraldus) Tornacensis et (Milo) Morinensis episcopi de duobus abbatibus Dodoniensibus (Denianensibus) constituerint, observari iubeat. Martene Coll. II. 735. — „Ex litteris fraternitatis“.
„	16.	„	(7534) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ut cum (Iocelino), episcopo Sarisberienensi, qui „non sponte, sed coacte“ videatur peccasse, „mitius agat“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 12, (ed. Lupus p. 238). — „Perlatum est ad“.
„	16.	„	(7535) Rotrodo, archiepiscopo Rotomagensi, et eius suffraganeis scribit, de malis ab Henrico, Anglorum rege, ecclesiae illatis, qui „illi viro scelerato, perfido, et crudeli, et huius schismatis et erroris magistro, Reginaldo (archiepiscopo Coloniensi) communicans, per suos, quos ad Fredericum, dictum imperatorem, transmiserit, occasionem et materiam praestiterit, quod idem Fredericus inductus sit ad illud detestandum et profanum iuramentum, immo periurium faciendum“. Mandat, hortentur regem, ut „Romanam ecclesiam consueta reverentia ac devotione cognoscat, et ecclesias et regni sui ecclesiasticas personas diligat, et Thomam, Cantuariensem archiepiscopum, revocet, iura quoque et bona eius manuteneat et conservet“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 53, (ed. Lupus p. 139). — „Quanta mala et“.
(„)	—	(„)	(7536) * (Bertrando), archiepiscopo Burdigalensi, et eius suffraganeis eadem, quae superiore epistola Rotrodo, mandat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 54, ed. Lupus p. 140.
„	31.	„	(7537) Henrico, episcopo Remensi, mandat, compellat G(alterum), episcopum Laudunensem, ut et R. Belm. canonici matrimonium dirimat, et capellanis Laudunensibus quae abstulerit scripta privilegia apostolica reddat. Martene Coll. II. 737, Mansi XXI. 1075. — „Suggestum est nobis“.
Iun.	24.	„	(7538) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut G., quem post appellationem ad ipsum factam, excommunicaverit, „a curia archiepiscopali, quam in parte suspectam habeat, minime iudicari permittat, sed ipse, (Balduino) Noviomensi episcopo ascito, iudicet“. Martene Coll. II. 738. — „Ex relatione G.“
Iul.	7.	„	(7539) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, et eius suffraganeis H. et W. comites de Vals., qui bona fratrum ecclesiae Pantun occupaverint, excommunicatos nunciat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 35. — „Quoniam nobiles viri“.
„	20.	„	(7540) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat abbatem et fratres S. Petri de Monte, ut „quidquid ultra sortem de suscepto pignore deductis expensis habuerint“ M. Hierosolyma reduci restituant. Martene Coll. II. 739. — „Lator praesentium M.“
Aug.	1.	„	(7541) (Willelmo) episcopo Cenomanensi mandat, iudicet inter Philippum, nepotem Henrici, archiepiscopi Remensis, et Arn. clericum, de libris 50 litigantes. Martene Coll. II. 739, Bouquet Rec. XV. 854. — „Venerabilis frater noster“.
„	25.	„	(7542) Philippi comitis et Elizabethae, filiae comitis Peronae, matrimonium confirmat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 146. — „Quod superna gratia“.

- 1166.** (*Ind. 14, pont. a. 7—20. Sept.—8.*)
- Oct. 19. Laterani (7543) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur abbatem et monachos S. Remigii, ut recipiant Balduinum, qui „cum in quodam monasterio Teutonici regni habitum monasticum suscepisset, ibi propter schismaticorum perfidiam remanere non audeat“. Martene Coll. II. 740. — „Lator praesentium Balduinus“.
- Nov. 9. „ (7544) Henrico, archiepiscopo Remensi, L. priorem S. Remigii commendat. Martene Coll. II. 741. — „Quos honestate morum“.
- „ 11. „ (7545) Monasterium Pontiniacense tuendum suscipit, eiusque bona ac iura confirmat. Martene Thes. III. 1235. — „Regularem vitam“.
- Dec. 1. „ (7546) Episcopis Angliae, qui „propter gravamina, quae (Thomas), archiepiscopus Cantuariensis, Henrico Anglorum regi, ipsis quoque episcopis et regno intulisset, ad suam audientiam appellaverint et proximam adscensionis dominicam (21 Maii 1167) appellationi terminum praefixerint“, significat, se, „utriusque partis laboribus et expensis parcere cupientem, personas de latere suo ad eiusdem regis terram duxisse destinandas cum plenitudine potestatis causam istam et alias, quas expedire cognoverint, audiendi et canonice terminandi“. Haec addit: „Interim autem, si aliquam de personis, quas archiepiscopus excommunicationis sententia innodavit, metu mortis laborare contigerit, eundem ab aliquo vestrum, accepto iuramento, quod nostro super hoc, si convaluerit, debeat parere mandato, vel ab alio religioso et discreto viro absolvi concedimus“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 311, ed. Giles II. 77. — „Ad aures nostras“.
- „ 20. „ (7547) H(enrico), Anglorum regi, respondet, se, ut per Iohannem Cumin. et magistrum Radulfum de Tamewrd. rogaverit, mense Ianuario legatos missurum, qui „casus, quae inter eum et T(homam) Cantuariensem archiepiscopum vertantur, et illam, quae inter eundem archiepiscopum et episcopos regni super appellatione ad ipsum facta moveatur, iudicent“. Nunciat, se archiepiscopo interdixisse, ne eum neve regnum turbet, „donec causae illae debitum sortiantur effectum“; „verum“ inquit „si idem archiepiscopus in te interim aliquam sententiam tulerit, nos eam irritam esse censemus; ad indicium huius rei, literas praesentes, si articulus ingruerit necessitatis, ostendas; alioquin rogamus, ut literas ipsas, aut earum tenorem a nullo sciri permittas, sed eas habeas omnino secretas“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 136, Rymer Foedera I. 25, (Mansi XXI. 891). — „Magnificentiae tuae nuncios“.
- („) — („) (7548) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, significat, se „receptis literis et nunciis Henrici (Anglorum) regis, eum per literas et nuncium suum iterum commonere proposuisse, ut eum sibi reconciliet“. Hortatur, ut regem „quousque huius rei finem videat, patienter sustineat, nec contra ipsum, nec contra quoslibet regni aliquid statuatur“. „Postremo“ inquit „nec tibi deerit auctoritas, si aliter revocari non poterit, tuum libere officium exercere; volumus autem, ut hoc habeas penes te secretum“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 84, ed. Giles II. 8. — „Receptis literis et“.
- — — (7549) Waldemarum, Danorum regem, hortatur, ut fratres ordinis Cisterciensis, in monasterio Wengensi a Suenone, electo Arusiensi, collocatos, tueatur. Monet, ut in devotione b. Petri perseveret et Eskillum, archiepiscopum Lundensem, apostolicae sedis legatum „ad ecclesiam suam devote et honorifice revocet“. Langebek Scr. R. Dan. V. 238. — „Cum audimus, te“.
- — — (7550) Absaloni Roschildensi, Tuconi Burglanensi episcopis, et Radulpho Ripensi ac Suenoni Arusiensi electis mandat, hortentur Waldemarum regem, ut et monasterio Wengensi faveat, et Eskillum, archiepiscopum Lundensem, „ad ecclesiam propriam revocet“. Langebek Scr. R. Dan. V. 239. — „Ex litteris vestris“.
- 1166?**
- — — (7551) Gilbertum, episcopum Londinensem, hortatur, ut „talem se de cetero exhibeat, quod nulli ad ipsum sinistri referantur rumores et iustitia ecclesiastica non possit occasione eius quomodolibet deperire“. Mandat, ut quae (Hilarius) Cies-triensis, et (Rogerus) Wigorniensis episcopi de ecclesia Hardentonensi statuerint, observanda curet, et „denarium b. Petri, qui sibi de Anglia debeatur, ad abbatem S. Bertini sub certo pondere et numero transmittat“. Scribit, Bartholomaeum, episcopum Exoniensem, sibi significasse, se ei denarium de episcopatu suo numerasse; „unde miramur“ inquit „quod eum non habuimus“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 117, ed. Giles II. 100. — „Saepe nobis a“.

			1166?
—	—	—	(7552) Archiepiscopo Bituricensi respondet de „causis matrimoniorum“. Mansi XXII. 427. — „Relatum est et“.
—	—	—	(7553) (Archi)episcopo Strigoniensi respondet, ne simoniace impetratum pallium putet, propterea quod „cum Petrus tit. S. Laurentii in Damaso presbyter cardinalis, tunc vero S. Eustachii diaconus et apostolicae sedis legatus, ut pallium deferret, ad partes illas accederet, Alanus frater eius eidem cardinali equum unum transmiserit“. Augustini Tarr. Opp. IV. 283, Decr. Greg. L. V. t. 3. c. 18, (Mansi XXII. 426). — „Etsi quaestiones tuas“.
			1166—1167.
Ian.	26.	Laterani	(7554) Ioanni, episcopo Magalonensi, mandat, ut „si correctio canonicorum ad capitulum pertineat, capitulum moneat, ut excessus infra triennium (lege: terminum) ab eo praefigendum corrigat; et alioquin ex tunc ipsos corrigere non postponat“. (Aliena manu additum est: „pont. nostri a. 2“). Gariel Ser. I. 205. — „Tua nobis fraternitas“.
„	26.	„	(7555) (Ioanni), episcopo Magalonensi, permittit, ut de canonicis ecclesiae Magalonensis ordinis S. Augustini, qui „non solum infra, verum etiam extra dioecesim, non obtenta licentia nec petita, evagent“, poenas capiat. (Aliena manus ascripsit: „pontificatus nostri a. 2“). Gariel Ser. I. 204. — „Cum sicut exposita“.
„	31.	„	(7556) Bertrandum, archiepiscopum Burdigalensem, apostolicae sedis legatum, laudat, quod sententiam a Bertrando, abbate S. Crucis, in S. Macharii monachos promulgatam, comprobaverit. Gall. Chr. II. 817, Bouquet Rec. XV. 850. — „Sicut ex tuarum“.
Febr.	10.	„	(7557) Abbatem et fratres S. Remigii Remensis iam iterum hortatur, ut Willelmum, salva ordinis disciplina, recipiant et benigne tractent. Martene Coll. II. 723. — „Pro Will. latore“.
„	15.	„	(7558) (Ioanni), episcopo Magalonensi, concedit, ut canonici ecclesiae Magalonensis ordinis S. Augustini „personatus, prioratus et administrationes, quas obtineant, in quibus non sint per electionem capituli instituti, saltem semel in anno in praesentia eius et capituli exhibere teneantur, et super his villicationis suae reddere rationem“. (Perperam additum est „Pont. nostri a. 2“). Gariel Ser. I. 203. — „Ex insinuatione tua“.
„	18.	„	(7559) Stephano, episcopo Meldensi, permittit, „ut, si quando monasterium aliquod eius iurisdictionis vacare contigerit, nec fratres vel sorores in personam potuerint idoneam concordare, fas ei sit, personam illam in abbatem vel abbatissam confirmare, in quam maiorem et saniozem partem capituli noverit convenire“. Theodori Poenitentiale II. 611. — „Pro dissensione fratrum“.
„	20.	„	(7560) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter canonicos Roienses et Robertum presbyterum, qui se queratur ab illis librarum 30 damno affectum esse. Martene Coll. II. 724. — „Significavit nobis Robertus“.
„	20.	„	(7561) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Roberti sacerdotis et canonicorum Roiensium de libris 80 controversiam discernat. Martene Coll. II. 724. — „Lator praesentium Robertus“.
Mart.	1.	„	(7562) Abbati et fratribus Cluniacensibus significat, electionem Geru, abbatis S. Benedicti Padilironensis, „propter itineris difficultatem et schismaticorum saevientium feritatem“ a sese confirmatam esse, salvis iuribus Cluniacensibus. Bullar. Cluniac. 72. — „Venerabilis frater noster“.
„	3.	„	(7563) Abbati S. Remigii Remensis mandat, ut iudicet inter abbatem S. Iohannis de Vineis et eum, quem deiecerit, presbyterum. Martene Coll. II. 725. — „Ex transmissa conquestione“.
„	6.	„	(7564) Henrico, archiepiscopo Remensi, et eius suffraganeis mandat, ut Drogonem „illum schismaticum, Lugdunensis ecclesiae violentum et improbum occupatorem“ excommunicent. Guichardum, archiepiscopum Lugdunensem, commendat. Martene Coll. II. 726, Bouquet Rec. XV. 851. — „Quam graviter et“.
„	10.	„	(7565) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut homines quosdam a (Guidone) episcopo Catalaunensi inique excommunicatos absolvat. Martene Coll. II. 727. — „Suggestum nobis est“.
„	13.	„	(7566) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut controversiam Hugonis clerici et Hescelini clerici de Guisern, nisi M(ilo) episcopus Morinensis disceptaverit, ipse intra dies 40 diiudicet. Martene Coll. II. 728. — „Ex relatione Hugonis“.

		1166—1167.
Mart.	14.	Laterani (7567) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat G(alterum), episcopum Laudunensem, ut Iohannem, nepotem cantoris Duacensis, de praebenda quadam investiat. Martene Coll. II. 728. — „Quoniam frater noster“.
„	14.	„ (7568) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut cantori Duacensi „locum suum, quem in Atrebatensi ecclesia habuerit“, restituat. Martene Coll. II. 729. — „Cum discretio tua“.
„	16.	„ (7569) Decano et canonicis ecclesiae Catalaunensis praecipit, ut „clericos omnes, qui in episcopatu aliis legere voluerint et eos scholasticis instruere disciplinis, id libere et sine omni contradictione efficere permittant“. Martene Coll. II. 730, Bouquet Rec. XV. 851. — „Pervenit ad nos, quod“.
Apr.	18.	„ (7570) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, commoneat canonicos ecclesiae S. Crucis, ut Galterio diacono „praebendam suam non differant integrare“. Martene Coll. II. 731. — „Veniens ad apostolicae“.
„	19.	„ (7571) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur Badar. militem et Nicolaum et Adamum, ut G. huius epistolae latori oppugneratam haereditatem maternam, recepta sorte, restituant. Martene Coll. II. 732. — „Significavit nobis G.“
„	29.	„ (7572) Henrico, archiepiscopo Remensi, nunciat, relatum sibi esse, comitem Tolosanum, precibus et promissionibus Friderici imperatoris adductum, „disposuisse, quod omnes personas ecclesiasticas in terra sibi subiecta morantes, de regno etiam Ludovici Francorum regis aut idolum adorare compelleret, aut proprias sedes relinquere et exsilium cogeret sustinere“. Admoneri regem iubet, ut comitem ab hoc conatu avocet, et expulsam episcopum Gratianopolitanum restituat. Martene Coll. II. 732, Bouquet Rec. XV. 852. — „Quorundam nobis relatione“.
Mai.	14.	„ (7573) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut canonicos S. Petri Braguensis et priorem monasterii de Noviei subire iudicium (Galteri), episcopi Laudunensis, iubeat. Martene Coll. II. 735. — „Causam, quae inter“.
„	15.	„ (7574) Canonicis Pisanis mandat, ut B. quondam canonicum, excommunicatum schismatis defensorem, vident, sed tamen recipiant, si ad virtutem redierit. Ughelli It. sacr. III. 403. — „Iniqua et detestanda“.
„	26.	„ (7575) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Anch. de Waiseiaco et Guiterum de Amboni-villa, et Manassem ac Teob., ut Iob. latori huius epistolae ablata restituant. Martene Coll. II. 736. — „Ex conquestione Iob.“
„	28.	„ (7576) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, indicet inter G. civem Remensem et Simonem Deauratum. Martene Coll. II. 736. — „Ex transmissa nobis“.
—	—	(7577) Electo Caiacensi mandat, ut de Petro Mancovela presbytero iudicium faciat. (Ex registri libro VIII.) Mansi XXII. 432, Augustini Tarr. Opp. IV. 274, Decr. Greg. L. V. t. 1. c. 10 et t. 34. c. 7. — „Cum Petrus“ „Cum P. Manconella“.
—	—	(7578) Episcopo Norwicensi significat, se R. clericum itineris Hierosolymitani voto solvisse. (Ex registri libro VIII.) Mansi XXII. 432, Augustini Tarr. Opp. IV. 200, Decr. Greg. L. III. t. 34. c. 2. — „Venientis ad nos“.
		1167. (<i>Ind. 15—25. Sept.—1, pont. a. 8—20. Sept.—9.</i>)
(Jan.)	—	(Laterani) (7579) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, significat, Wilhelmum tit. S. Petri ad vincula presbyterum et Ottonem S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinalem ad Henricum, Anglorum regem, missos esse, „ut legatione in terra regis cismarina fungantur et specialiter inter eum et regem concordiam et pacem reforment“. Hortatur, ut „si ei non omnia secundum beneplacitum succedant, ad praesens dissimulet“, neve „pro verbo, quod ipse (Ludovico) Francorum regi secundum petitionem eius significet, se a pacis et concordiae bono quodammodo retardet“. Mandat, moneat comitem Flandrensem, ut ipsi „in aliquo liberaliter studeat subvenire“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 309, ed. Giles II. 15, Mansi XXI. 882. — „Quod personam tuam“.
(„)	—	(„) (7580) Henrico, Anglorum regi, commendat Wilhelmum et Ottonem cardinales „cum plenitudine potestatis causas in aliis litteris expressas, et alias, quas expedire videatur, cognoscendi, in terram regis cismarinam legatos destinatos, quibus vices suas in omnibus ita plene commiserit exsequendas, sicut illis vel aliis apostolicae sedis ecclesia Romana committere consueverit“. (Haec adduntur: „Hoc vero transcriptum nulli mortalium reveles, nisi soli magistro Gunterio, quia fidem meam super hoc magistro Galterio ita stricte, ut voluit, dedi“; quae verba Alexander auctori non debentur, sed ab alieno quodam, qui epistolam in Thomae Can-

		1167. (<i>Ind. 15—25. Sept.—1. pont. a. 8—20. Sept.—9.</i>) tuariensis usum occulte descripsit, addita sunt.) Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 310, ed. Giles II. 117, Mansi XXI. 883. — „Magnificentiae tuae petitionibus“.
(Ian.)	— (Laterani)	(7581) Ludovico, Francorum regi, de honoribus Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, tributis gratias agit. Pacis inter eundem et Henricum Anglorum regem componendae causa Willelmum et Oddonem cardinales missos nunciat, qui in Henrici regis „terra cismarina causas emergentes audiant et cognoscant et ibidem apostolicae sedis legatione fungantur“. Pax illa si non convenerit, „nobis“ inquit „omnimodis complaceret, quodsi absque scandalo personarum regni tui fieri posset. ut nos Thomam archiepiscopum specialis honoris praerogativa inter ceteros donaremus et sibi vices nostras committere in illis partibus (Galliae) exsequendas“. Qua de re quid ei videatur, audire cupit. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 378, ed. Giles II. 139, Mansi XXI. 883. — „Inter caetera magnificentiae“.
Ian. 5.	Laterani	(7582) Ecclesiam S. Salvatoris Venetam tuendam suscipit, eiusque privilegia confirmat. Cornelii Eccl. Ven. XIV. 97. — „Ad hoc universalis“.
Mart. 17.	„	(7583) Monasterii S. Savini possessiones confirmat. Gall. Christ. I. Instr. 193. — „Quotiens illud a“.
„ 17.	„	(7584) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, se „in Urbe magnifice satis hucusque existere“. Hortatur, „sibi celerius studeat et efficacius subvenire, — ut inimicis ecclesiae viriliter possit resistere et ecclesiam pristina libertate donare; quod nulla ratione opportunius effici posse, quam si Urbem in fidelitate b. Petri ac sua servare et contra voluntatem inimicorum ibidem poterit permanere“. Rostram fratrem mittit. Martene Coll. II. 731, Bouquet Rec. XV. 852. — „A memoria nostra“.
Apr. 22.	„	(7586) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, significat, se (Henrico) Wintoniensi et (Rogerio) Wigorniciensi episcopis mandasse, ut Hugonem comitem absolvant, sed si absolutus intra dies 40 et canonicis de Pantancia et episcopis non restituerit ablata, iterum excommunicent. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 23, ed. Lupus p. 521. — „Ad tuae discretionis“.
„ 30.	„	(7587) Henrico, archiepiscopo Remensi, praecipit, ut quem „post appellationem et specialem prohibitionem ex parte sua factam“ episcopum Tornacensem consecraverit, „ab officio pontificali faciat omnino cessare, donec ipse et qui eum elegerint, ad sese accedant“. Martene Coll. II. 733, Bouquet Rec. XV. 853. — „Cum sincerissimae“.
Mai. 7.	„	(7588) Willelmo (tit. S. Petri ad vincula presbytero) et Ottoni (S. Nicolai in carcere Tulliano diacono) cardinalibus scribit, post eorum discessum se audiisse, a Ioanne, decano Sarisberiensis, divulgatum esse, „quod ipse, cum episcopos et alias personas ecclesiasticas et saeculares de regno Anglorum a iurisdictione et potestate Thomae, Cantuariensis archiepiscopi, exemerit, iuxta beneplacitum regis et condemnationem (Thomae) intenderet“; quapropter archiepiscopum et Ludovicum, Francorum regem, vehementer commotos esse. Mandat, ut archiepiscopum per litteras consolentur, pacemque inter eum et regem „componere omnimodis intendant, ita quod Thomae et ecclesiae eius antiqua iura et libertates integre et illibate servant; neve in terra regis aliquid, quod magnum sit, faciant, et in regnum eius nulla ratione intrent, nisi archiepiscopus illi primitus integre reconcilietur“. Ioannem de Cumin, qui „omnia rescripta literarum suarum Guidoni Cremensi monstraverit et illi secreta sua detexerit“, puniri iubet. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 338, Epist. Gilberti Foliot ed. Giles II. 54, Mansi XXI. 885. — „Post discessum vestrum“.
„ 31.	Romae ap. S. Mariam novam	(7589) Raimundo, episcopo Brixiano, et eius successoribus asserit ius ad dextram archiepiscopi Mediolanensis in synodis sedendi. Ughelli It. sacr. IV. 544. — „Ex transmissa“.
Iun. 1.	„	(7590) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, indicet inter abbatem S. Remigii et Si. mulierem. Martene Coll. II. 741. — „Causam, quae inter“.
„ 13.	„	(7591) Galdino, archiepiscopo Mediolanensi, mandat, tollat privilegia quaedam a Roberto, quondam archiepiscopo, canonicis Modoetiensibus in iniuriam parthenonis Cremellensis concessa. Giuliani Mem. di Mil. VI. 535. — „Suggestum est“.
„ 17.	„	(7592) (Rogerio), archiepiscopo Eboracensi, mandat, ut ab Henrico, Anglorum rege, „requisitus, coronam Henrico, primogenito filio eius, imponat“. („Dat. R. can. apud s. Mariam novam XV. Kal. Iulii“). Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 309, (Epist. S. Thomae ed. Giles II. 45.) — „Quanto per carissimum“.

			1167. (<i>Ind. 15—25. Sept.—1, pont. a. 8—20. Sept.—9.</i>)
Iun.	27.	Romae ap. S. Mariam novam	(7593) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, O. Rufum nisi (Guido) episcopus Catalaunensis compulerit, ipse cogat, ut Ersendi mulieri solidos 100 persolvat. Pag. sacerdotem et Guillelmum burgensem adigat ad explenda damna eidem mulieri illata. Martene Coll. II. 741. — „Super negligentia“.
„	28.	„	(7594) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit, litteras de Hersende muliere a sese per Milonem clericum olim missas nequaquam fucosas esse. Hortatur, ne Eustachio et Theobaldo, nisi mulieri illi satisfecerint, communionem reddat. Martene Coll. II. 742. — „Ex narratione Milonis“.
Iul.	1.	„	(7595) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, „Urbem ex inscitia et inertia populi adversa sorte fuisse ab inimicis in parte depressam, in quo nimirum ecclesiae statum non potuerit non gravari“. „Verumtamen multo minus“ inquit „quam fama feratur, damnum sustinuit, sicut ex relatione I. et P. clericorum (Iosci) Turonensis archiepiscopi, et (Guillelmi) Carnotensis electi plene cognosces“. Martene Coll. II. 743, Bouquet Rec. XV. 854. — „Dum illam sincerissimam“.
„	—	in Cartularia	custoditur ab Oddone Frangipane. Marangonis chron. Pisan. 1168 in Archivio stor. Ital. VI. n. 49.
Iul.	Aug.	ad radicem	montis Circeii. V. Card. Arag. vit. Alex. p. 459.
„	„	Terracinae	V. Card. Arag. vit. Alex. p. 459.
„	„	Caietae	V. Card. Arag. vit. Alex. p. 459, Romuald. Salern. ap. Muratori R. It. Scr. VII. 208.
Aug.	22.	Beneventi	(7596) Wilhelmo S. Petri ad vincula presbytero et Ottoni S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinalibus, apostolicae sedis legatis, mandat, ut inter Ludovicum Francorum et Henricum, Anglorum regem, pacem componant; sed interdicit, „ne uterque eorum vel alter regnum Anglorum intrare vel in negotiis eiusdem regni tractare et praesertim de consecrationibus episcoporum aliquid unquam efficere, vel ordinare praesumat, nisi prius Thomas, Cantuariensis archiepiscopus, Anglorum regi ex integro reconcilietur“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 364, Epist. Gilberti Foliot ed. Giles II. 57, Mansi XXI. 884 (et 1049). — „Quanta universae dei“.
(„)	—	(„)	(7597) Wilhelmo tit. S. Petri ad vincula presbytero et Ottoni S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinalibus, apostolicae sedis legatis, mandat, ut, quos Thomas, archiepiscopus Cantuariensis, excommunicaverit, si absoluti possessiones ecclesiae Cantuariensis non restituerint, eos „omni dilatione et appellatione cessante, in priorem excommunicationis sententiam reducant“. Epist. Gilberti Foliot ed. Giles II. 56, Epist. S. Thomae ed. p. Lupus 468, Mansi XXI. 887. — „Suggestum est nobis“.
„	31.	„	(7598) Alberto, presbytero cardinali tit. S. Laurentii in Lucina, legato apostolico, significat, se ex eius consilio de „liberando filio Bon de Siponto“ litteras ad Lampridium, archiepiscopum Iaderensem, dedisse. Archiepiscopatum Spalatinum ei oblatum accipi vetat. Farlati III. sacr. III. 188. — „Litteras devotionis“.
Nov.	24.	„	(7599) Henrico, abbati Biburgensi, praecipit, ut abbatiam S. Petri Salzburgensem, a Conrado archiepiscopo monachisque oblatam, suscipiat. Nov. chron. mon. S. Petri Salisb. 241, Pez Thes. anecd. VI. i. 394. — „Dilecti filii nostri“.
„	24.	„	(7600) Monachis Biburgensibus praecipit, ut Henricum abbatem monasterio S. Petri Salzburgensi concedant. Nov. chron. mon. S. Petri Salisb. 241, Pez Thes. anecd. VI. i. 394. — „Dilecti filii nostri“.
Dec.	29.	„	(7601) Ecclesiam Ragusinam tuendam suscipit eiusque privilegia confirmat, petente Tribuno archiepiscopo. Farlati III. sacr. VI. 80. — „In eminenti“.
„	29.	„	(7602) Pullatensem, Suaciensem, Drivastensem episcopos iubet Tribuno, archiepiscopo Ragusino, obtemperare; alioqui eos dignitatibus privatum iri ostendit. Farlati III. sacr. VI. 81. — „Si quanta sit“.
„	29.	„	(7603) Clericis Dulchiniensis et Antibarensis episcopatum praecipit, ne episcopis, a T(ribuno) archiepiscopo Ragusino excommunicatis, obtemperent. Farlati III. sacr. VI. 81. — „Sicut ex“.
—	—	—	(7604) Henrico, Anglorum regi, significat, litteras eius a Clarebaldo electo S. Augustini, Reginaldo archidiacono Sarisberiensis, Simone de Carcere, Henrico de Nothamtune redditas sibi esse. Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, interdictum esse, „ne in regem aut in terram eius vel in personas regni eius, interdicti seu excommunicationis sententiam, donec rex eum in gratiam reciperet, proferre ulla ratione attentaret, aut in aliquo gravare praesumeret“. „Et quoniam“ inquit „litteras illas, quas anno praeterito per nuncios tuos ultimo destinavimus, vi-

			1167. (<i>Ind. 15—25. Sept.—1, pont. a. 8—20. Sept.—9.</i>) ribus de cetero constat carere, si archiepiscopus interim te aut terram tuam vel personas regni in aliquo gravare praesumpserit, praesentes litteras poteris in argumentum nostrae voluntatis ostendere“. Quam rex „in scriptis suis vel legatis varietatem invenerit“, excusat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 630, ed. Giles II. 128. — „Excellentiae tuae nuncios“.
—	—	—	(7605) Hugonem, archiepiscopum Senonensem, reprehendit, quod „absque conscientia et mandato suo (Alani) episcopi Altissiodorensis abrenunciationem receperit“. Concedit tamen, ut W(ilhelmum) in eius locum electum consecret. Augustini Tarr. Opp. IV. 27, Mansi XXI. 1083, Bouquet Rec. XV. 854, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 259. — „Quanta importunitate“ „Quanta opportunitate“.
—	—	—	(7606) Henricum, archiepiscopum Remensem, vituperat, „quod canonicos suos dure nimis et graviter tractet et ad eorum gravamen Francorum regem, fratrem suum, provocaverit, in hoc minus, quam eum decuerit, libertati ecclesiasticae providens“. Martene Coll. II. 934, Marlot Metr. Rem. II. 393, Bouquet Rec. XV. 855. — „Quanto maiori dignitate“.
—	—	—	(7607) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ut canonicis ecclesiae Remensis et gratiam suam et ereptas possessiones reddat. Martene Coll. II. 935, Marlot Metr. Rem. II. 393, Bouquet Rec. XV. 856. — „Inter alia pietatis“.
			1168. (<i>Ind. 1, pont. a. 9—20. Sept.—10, 1167—25. Mart.—1168.</i>)
Ian.	3.	Beneventi	(7608) „Abbatibus et ceteris Latinis, tam clericis quam laicis“ Dyrrhachiensibus commendat T(ribunum), archiepiscopum Ragusinum, legatum ad eos missum, propterea quod cardinales, ad imperatorem Constantinopolitanum euntes, non diu morari apud eos possint. Praecipit, ut Antibarensis et Dulchiniensis episcoporum excommunicatorum aditum defugiant. Farlati Ill. sacr. VI. 81. — „Ne cura“.
Febr.	8.	„	(7609) Ecclesiae Hierosolymitanae possessiones et privilegia, petente Amalrico patriarcha, confirmat. Rozière Cartulaire du saint sépulcre 319. — „Beneficia, quae in“.
„	15.	„	(7610) P(etro) priori et fratribus S. Sepulcri Hierosolymitani scribit, A(malricum) patriarcham a sese per litteras admonitum esse, ut „de rebus vel obedientiis eorum, nisi ab iis fuerit requisitus, se intromittere nulla ratione praesumeret“, atque „ut, cum aliquem in concanonicum voluissent recipere, iis in hoc favorem indulgeat, nec aliquem consortio eorum imponeret“, neu in ecclesia eorum „iis invitis, diversis (personis) praebendas pro beneplacito suo assignaret“. Rozière Cartulaire du saint sépulcre 283. — „Sicut ex relatione“.
„	15.	„	(7611) P(etro) priori et fratribus S. Sepulcri Hierosolymitani significat, se A(malrico) patriarchae praescripsisse, „ut ab iis non nisi tertiam partem cerae, quae ad ecclesiam eorum deferretur, requireret“, ut „si aliquam civitatum intravisset, et in eundo et redeundo ab expeditione ibidem moram fecisset, universas oblationes, quae ad eandem post secundum diem offerrentur, eos permetteret habere“, neu vetaret aut „corpora defunctorum ante altaria eorum deferri“, aut „cruces in die parasceve coram eisdem teneri“. Hospitalarios quoque admonitos nunciat, ne „cum aliquam adversum eos querelam habuerint, decimas iis subtrahere attemptent“. Rozière Cartulaire du saint sépulcre 284. — „Dilectos filios nostros“.
„	15.	„	(7612) P(etrum) priorem et fratris S. Sepulcri Hierosolymitani certiores facit, se litteras ad Hospitalarios dedisse, ne decimas iis denegent, ne „in civitate Ioppen ecclesiam absque consensu patriarchae et eorum de novo aedificare praesumant“, neu „cum Ioppen supposita fuerit interdicto, in ecclesia sua, quae in corpore civitatis consistat, campanas pulsare, excommunicatos vel nominatim interdictos ad divina officia recipiant“. Rozière Cartulaire du saint sépulcre 286. — „Dilectos filios nostros“.
(„)	—	(„)	(7613) Patriarchae Hierosolymitano interdicit, „ne abbates, abbatissas, vel alias personas ecclesiasticas sine assensu et consilio prioris et canonicorum S. Sepulcri instituere, vel destituere praesumat“. Augustini Tarr. Opp. IV. 157, Mansi XXII. 433, Decr. Greg. L. III. t. 10 c. 4. — „Novit plenius“.
Mart.	2.	„	(7614) Ecclesiae S. Sepulcri Hierosolymitanae protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Rozière Cartulaire du saint sépulcre 278. — „Quotiens illud a“.
„	21.	„	(7615) Monasterio S. Walarici asserit ius parochiale castri S. Walarici, episcopo Ambianensi abiudicatum. Guiberti Opp. p. 571. — „Dignum est et“.

		1168. (<i>Ind. 1, pont. a. 9—20. Sept.—10, 1167—25. Mart.—1168.</i>)
Apr. 26.	Beneventi	(7616) Parthenonis S. Victorini Beneventani patrocinium suscipit et bona, libertatem, privilegia confirmat. Ughelli <i>lt. sacr.</i> VIII. 119. — „Quotiens illud“.
— —	(,,)	(7617) Henricum, Anglorum regem, de Thoma, archiepiscopo Cantuariensi, in gratiam recipiendo hortatur; „et deus“ inquit „cui te humiliaveris, personam tuam exaltabit, sicut tibi per (Anthelmum), Bellicensem episcopum, et priorem Carthusiensem, latores praesentium, significamus“. <i>Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 629, ed. Giles II. 126.</i> — „A regiae sublimitatis“.
Mai. 11.	„	(7618) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ut Ioannis (lege Iocelini), episcopi Sarisberiensis, „imbecillitati ac senectuti compatiens, usque ad discessum nunciorum suorum ad Henricum regem missorum, eum in nullo penitus gravet; quemadmodum“ inquit „etiam de ipsius regis et aliorum eiusdem regni personis te interim volumus observare; ceterum si rex in sua duxerit obstinatione persistendum, ex tunc si in regnum et regni personas, tuae iurisdictioni aut metropoli aut legationis iure subditas, ultionis debitae severitatem duxeris exercendam, et tuas et ecclesiae tuae iniurias vindicabis“. <i>Ioanni de Oxeneford decanatum Sarisberiensis a sese assertum nunciat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 317, ed. Giles II. 16.</i> — „Qualiter iam pridem“.
„ 19.	„	(7619) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, scribit, se quondam „timore percussum, ne Henricus Anglorum rex, prout olim fecisset, illi tyranno et flagitioso inimico ecclesiae (Friderico imperatori) aliquo foedere societatis adiungeretur“, ei mandasse, „ut nec in ipsum nec in personas regni aut in regnum interdicti seu excommunicationis vel suspensionis sententiam deberet promulgare, nisi alias suas literas reciperet“. Itaque nisi rex „usque ad initium proximae quadragesimae mandata sua effectui mancipaverit“, concedit, „ut tam in personas, quam etiam in regnum, et in ipsum regem facultatem liberam habeat debitum officii sui exercendi“. <i>Epist. S. Thomae ed. Giles II. 24, (ed. Lupus p. 651, Mansi XXI. 892).</i> — „Ad discretionis tuae“.
„ 19.	„	(7620) Universis episcopis Angliae mandat, cogant „universos illos, qui ecclesias, praebendas, vel alia ecclesiastica beneficia ubicumque per Angliam de manu laica et maxime huius turbationis tempore susceperint, ut ecclesias ipsas, praebendas, vel beneficia cum fructibus inde perceptis resignent“. <i>Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 665, ed. Giles II. 78, Mansi XXI. 889.</i> — „Ad audientiam nostram“.
(,,) —	(,,)	(7621) Ioannem Cumin, proposita excommunicatione, monet, ut quem, „laicali auctoritate sibi vindicare praesumpserit“, archidiaconatum Bathoniensem (Rogerio) episcopo Wigorniensis restituat. <i>Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 666, ed. Giles II. 147.</i> — „Mirabile gerimus“.
„ 20.	„	(7622) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, monet, ut Girardum Puellam, „ad obedientiam et mandatum suum rediturum et schismatica pravitati omnimodis renunciaturum, exhibito iuramento, recipiat, et ab ea, qua teneatur, sententia absolvat“. <i>Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 300, ed. Giles II. 14.</i> — „Significatum est nobis“.
„ 20.	„	(7623) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ut Girardum Puellam, errore deposito, in Galliam „venire permittat, et in regno suo, sicut consuisset, permanere“. <i>Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 301, ed. Giles II. 138.</i> — „Significatum est nobis“.
„ 22.	„	(7624) Henricum, Anglorum regem, dolet cum Thoma, archiepiscopo Cantuariensi, in gratiam nondum rediisse. Haec addit: „Duritiam tuam, sicut hactenus, contra iustitiam et salutem nostram, non duximus ulterius supportandam, nec praefato archiepiscopo os de cetero aliqua ratione claudemus, quin officii sui debitum libere prosequatur, et suam et ecclesiae suae iniuriam ecclesiasticae severitatis gladio ulciscatur“. <i>Priorem de Monte-Dei et fratrem Bernardum de Corilo de sua voluntate latius exposituros. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 632, ed. Giles II. 130, (Mansi XXI. 890).</i> — „Quam paterne et“.
„ 25.	„	(7625) Simoni, priori de Monte-Dei, et Bernardo de Corilo mandat, ut ad Henricum, Anglorum regem „infra duos menses, si citra mare fuerit, insimul accedant, et eundem exhortentur, quod Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, ad ecclesiam non differat revocare“, utque „litteras suas comminatorias eidem tradant“. Si rex audire eos noluerit „litteras suas comminatorias porrigi“ iubet, addique, se archiepiscopo „os de cetero nulla ratione clausurum, nisi rex ante initium proximae quadragesimae“ ad bonam frugem se receperit. Monet, ut haec „diligentius

		1168. (<i>Ind. 1, pont. a. 9—20. Sept.—10, 1167—25. Mart.—1168.</i>) exsequantur, nisi (Anthelmus), Bellicensis episcopus, et prior Carthusiensis, ea, prout ipse illis mandaverit, exsequantur“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 627, ed. Giles II. 113. — „Ad vestrae dilectionis“.
(Mai.)	— (Beneventi)	(7626) Rogerum, episcopum Wigorniensem, ad ecclesiam suam redire cupit. Addit de nunciis ad Henricum Anglorum regem missis; „quod si nos hac vice audire noluerit“ inquit „nos eum de cetero non sustinebimus, nec venerabili fratri nostro (Thomae, archiepiscopo Cantuariensi) potestatem suam adimemus; quare constanter agas, schismaticus iam fere nullus remansit, in ipsius ecclesiae membris diu non poterunt scandala permanere“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 667, ed. Giles II. 107. — „Omnino nobis placeret“.
Mai.	29. Beneventi	(7627) Offredo, electo Cremonensi, possessiones quasdam asserit. Sanclementii Ser. 256. — „Devotionis et fidei“.
—	— („)	(7628) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, „commoto et turbato, quod rex Anglorum ei occasione litterarum, quas ipse illi transmiserit, incessanter insultet, et ab eius se gloriatur iurisdictione subtractum“, sic scribit, „si tenorem litterarum a principio usque ad finem legi fecisset, nihil profecto in eis reperiret, unde nobis aut tibi posset merito insultare“. Addit haec: „regem nunciis et literis a proposito suo paterne et benigne revocare volentes, quod tibi concessimus, nullatenus mutavimus, et in die tibi concessa potestatem tuam libere exercere tibi plenam concedimus facultatem“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 652, ed. Giles II. 25. — „Ex literis tuis te“.
—	— („)	(7629) Ludovico, Francorum regi, scribit eadem iisdem fere verbis, ut superiore ad Thomam archiepiscopum epistola. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 693, ed. Giles II. 141. — „Regiae serenitatis“.
Iun.	9. „	(7630) Monasterium Nonantulanum tuendum suscipit et eius bona ac privilegia confirmat. Tiraboschi St. di Non. II. 284. — „Apostolicae sedis“.
„	9. „	(7631) Monasterii Nonantulani libertatem confirmat. Tiraboschi St. di Non. II. 283. — „Ea, que auctoritate“.
„	12. „	(7632) Gand. Grat. Io. Hard. et ceteris monachis catholicis S. Prosperi Regini praecipit, ut Guidonem abbatem, qui „tectum monasterii, quod plumbeum erat, eruisse dicatur et in gulae voracitate illius precium dissipasse“, qui praeterea „prius dampnate memorie Octaviano heresiarcho et demum Guidoni cremando illud nefandissimum prestiterit iuramentum“, removeant, aliumque abbatem eligant. Muratori Ant. It. VI. 225. — „(Ad notitiam nostram pervenit“.
Iul.	26. „	(7633) Ioannem episcopum et abbatem Catanensem consecrat pallioque ornat, et ecclesiae eius possessiones ac iura confirmat. Pirri Sic. sacr. I. 530, Acta SS. Febr. T. I. 656. — „Sicut beatissimi“.
Aug.	27. „	(7634) (Hugoni) Suessionensi, (Roberto) Ambianensi et (Galtero) Laudunensi episcopis mandat, cogant Mathaeum, Philippi comitis fratrem, et M. quondam abbatisam, ut C(onstantiae) comitissae S. Egidii ablatum comitatum Boloniensem, quem ab Eustachio, quondam filio regis Stephani, „in dotalitium“ acceperit, restituant. Martene Coll. II. 755, Bouquet Rec. XV. 867. — „Dilecta in Christo“.
„	27. „	(7635) Henrico, archiepiscopo Remensi, se excusat, quod eius de episcopo Atrebatensi precibus non satisfecerit. Hortatur, ut suffraganeos benigne tractet, et b. Petri ecclesiarum libertatem servet. Significat, se de sorore eius Constantia, comitis Tolosani uxore, ad Suessionensem, Ambianensem, Laudunensem episcopos scripsisse. Paganum magistrum commendat. Baluzii Misc. III. 76, Martene Coll. II. 753, Bouquet Rec. XV. 866, Mansi XXI. 1066. — „Cum significasses“.
Sept.	12. „	(7636) Monasterii SS. Felicis et Fortunati Vicentini bona et privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. V. 1042, Margarini Bull. Cas. II. 183. — „Religiosam vitam“.
Nov.	9. „	(7637) Monasterium S. Reparatae Marradinum tuendum suscipit eiusque bona et iura confirmat. Ughelli It. sacr. II. 499. — „Quoties illud“.
Dec.	1. „	(7638) Ecclesiae Mortariensis tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat. Bull. Lat. 43. — „Quanto ecclesia“.
„	23. „	(7639) Ecclesiam SS. Hippolyti et Cassiani et S. Iohannis Baptistae Foscanensem tuendam suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat. Muratori Ant. It. VI. 423. — „Pia postulatio“.
„	30. „	(7640) Ecclesiam S. Petri Bononiensem tuendam suscipit et eius bona ac iura confirmat. Savioli Ann. Bol. II. n. 7. — „Effectum iusta postulantibus“.

1168?

(7641) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ut „quantum salvo honore officii sui et libertate ecclesiae fieri poterit, se ipsum Henrico Anglorum regi humiliet, et ad gratiam et amorem eius recuperandum modis omnibus enitatur, neque plus iusto de eo timeat, nec maiores, quam oporteat, securitates requirat“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 19, ed. Lupus p. 455, Mansi XXI. 886. — „Etsi adversitatum et“.

1165 — 1169.

(7642) Regi Scotiae Thomam, exultantem archiepiscopum Cantuariensem, commendat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 89, ed. Giles II. 143. — „Cum illius sincerissimae“.

(7643) Philippo, comiti Flandriae, Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, commendat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 85, ed. Giles II. 145. — „Quanto sincerissimae“.

(7644) Henrico comiti Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, commendat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 90, ed. Giles II. 144. — „Inter ceteras divinae“.

(7645) Ioanni, decano Aurelianensi, Ricardum, capellanum Thomae, archiepiscopi Cantuariensis, commendat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 90, ed. Giles II. 88. — „Dilectus filius noster“.

(7646) Abbati de Claro-Marisco commendat Thomae, archiepiscopi Cantuariensis, sororem et eius liberos. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 91, ed. Giles II. 112. — „Super beneficiis“.

(7647) (Stephano), episcopo Meldensi, et abbati S. Crispini mandat, hortentur Henricum, Anglorum regem, ut Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, „et ecclesiae suae redditus et honores et possessiones ablatas postposita mora restituat et restitui faciat“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 177, ed. Giles II. 102. — „Devotionis ac sinceritatis“.

(7648) Cisterciensi et Pontiniacensi abbatibus et universis Cisterciensis ordinis fratribus interdicit, ne „R. fratri, quoniam (Thomas) Cantuariensis archiepiscopus eum in Angliam pro negotiis ecclesiae destinaverit, poenam infligant“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 111, ed. Lupus p. 141. — „Ad audientiam nostram“.

(7649) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, respondet, (Henrici) episcopi Wintoniensis, ab Henrico Anglorum rege vexati, abdicacionem irritam esse. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 178, ed. Giles II. 10. — „Curam et sollicitudinem“.

1167 — 1169.

- | | | |
|-----------|-----------|---|
| Sept. 10. | Beneventi | (7650) Abbati monachisque Vallis-laureae praecipit, ne archiepiscopo Tarraconensi, apostolicae sedis legato, neve episcopo Barcinonensi obediant, donec finium controversia disceptetur. Marca Marca Hisp. 1351, Aguirre Conc. V. 85, Mansi XXI. 1064. — „Quoniam super iure“. |
| Oct. 5. | „ | (7651) Quibusdam mandat, ut controversiam inter Ricc. et abbatem S. Petri de Montibus, Morandum quoque et filium eius Girardum disceptent. Martene Coll. II. 760. — „Causam, quae inter“. |
| „ 9. | „ | (7652) Henricum, Anglorum regem, hortatur, ne pergat „in Lincolnensi, Bathoniensi, Herefordensi episcopatibus vacantibus necnon in Bangoriensi et Lanelviensi (S. Asaph) liberam electionem prohibere“. „Alioquin“ inquit „manus b. Petri ac nostras a tuo non poterimus gravamine continere“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 499, ed. Giles II. 124, (Mansi XXI. 889). — „Quanto personam tuam“ („Et quidem si“). |
| Nov. 2. | „ | (7653) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat clericum quemdam, ut quam „per violentiam laicalem“ occupaverit, praebendam ecclesiae S. Germani de Montibus B. clerico restituat. Martene Coll. II. 760. — „Veniens ad nos B.“ |
| „ 8. | „ | (7654) Rogero abbati et fratribus monasterii de Ibreio asserit decimas de Doching, ab Henrico, episcopo Wintoniensi, et Gilberto Londiniensi iis adiudicatas. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 107. — „Venerabiles fratres“. |
| „ 9. | „ | (7655) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Giderum de Sarnai, ut occupatas ecclesiae Montis-Falconis possessiones R(ichardo), electo Viridunensi, restituat. Martene Coll. II. 761, Bouquet Rec. XV. 869. — „Ex iniuncti nobis“. |
| „ 11. | „ | (7656) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Uldredi et Ioannis presbyterorum |

		1167—1169.
		de ecclesia S. Mariae controversiam intra dies 15 decernat. Martene Coll. II. 761. — „Significavit nobis dilectus“.
Nov.	12.	Beneventi (7657) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Mainerium presbyterum ablatam Henrico paroeciam reddere cogat. Martene Coll. II. 762. — „Lator praesentium Henricus“.
„	17.	„ (7658) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat (Guidonem), episcopum Catalaunensem, ut P. sacerdoti ablatam ecclesiam restituat. Martene Coll. II. 763. — „Ex conquestione P.“
„	18.	„ (7659) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat S. Andreae de Castello et S. Sepulcri Cameracensis abbates et canonicos S. Gaugerici et Mauassem de Ruminacio, ut infirmis Cameracensibus ablatas decimas reddat. Martene Coll. II. 763, Bouquet Rec. XV. 869. — „Etsi omnes teneamur“.
„	18.	„ (7660) S. Andreae de Castello et S. Sepulcri abbatibus et canonicis S. Gaugerici de superiore epistola significat. Martene Coll. II. 764. — „Conquesti sunt nobis“.
„	19.	„ (7661) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Aegidium presbyterum de Monte Hunoldi, Hu. militem de Warch., alios, cum abbate et fratribus ecclesiae S. Martini Laudunensis litigantes, ad B(artholomaeum) Bellovacensem et (Balduinum) Noviomensis episcopos in ius adire cogat. Martene Coll. II. 765, Bouquet Rec. XV. 869. — „In causis religiosorum“.
„	19.	„ (7662) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut R. diaconum „ad aliquam ecclesiam intitulet“. Martene Coll. II. 766. — „Veniens ad nos R.“
Dec.	1.	„ (7663) *Parthenoni Fontebraldensi asserit „donum quinquaginta librarum redditus super castrum Divionense, ab Eudone duce Burgundiae concessum“. V. Gall. Christ. II. 1319.
„	6.	„ (7664) Universos archiepiscopos, episcopos, abbates, priores et alios ecclesiarum praelatos de tuendo monasterio Rivipullensi hortatur. Marca Marca Hisp. 1350, Aguirre Conc. V. 85, Mansi XXI. 1064. — „Discretionis vestrae“.
„	6.	„ (7665) Henrico, archiepiscopo Remensi, iam iterum mandat, compellat B. comitem de Henou, ut Amelio de Albinacio ablatum feodum reddat. Martene Coll. II. 766, Bouquet Rec. XV. 870. — „Per alia scripta“.
„	6.	„ (7666) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur Iohannem de Machelcurt, ut conventionem cum Amelio factam exsequatur. Martene Coll. II. 767. — „Controversiam, quae inter“.
„	8.	„ (7667) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, nobilem virum Rainaldum de Roseto compellat, „ut Aegidio de Cimai dotalitium uxoris suae et cetera ablata restituat“. Martene Coll. II. 767, Bouquet Rec. XV. 870. — „Rediens Ierosolymis“.
„	10.	„ (7668) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut excommunicationem a (Guidone), episcopo Catalaunensi, prolatam in Rolandum dissolvat, eiusdemque cum Ebruino litem decernat. Martene Coll. II. 768. — „Latore praesentium“.
„	11.	„ (7669) (Ioanni), episcopo Magalonensi, concedit, „ut si aliquis adversus praepositum, vel capitulum, seu quemlibet canonicum ecclesiae eius civilem causam habuerit, ad discretionis eius examen referatur, coram eo tractetur et definiatur; si vero de criminali quaestio mota fuerit, coram eis et capitulo ventiletur et debitum sortiatur effectum“. Alia privilegia addit. (Verba: „pontif. nostri a. 8“ aliena manu addita sunt). Gariel Ser. I. 217. — „Volentes tibi ius“.
„	14.	„ (7670) Ioanni, episcopo Magalonensi, concedit, „ut ecclesia cum hospitali, noviter in Silva Galteri constructa, pure et absolute in eius dispositione consistat“. (Perperam additum est „pont. nostri a. 8“.) Gariel Ser. I. 216. — „Ad conservanda iura“.
„	16.	„ (7671) Henrico, archiepiscopo Remensi, monasterium S. Dionysii commendat. Martene Coll. II. 769, Bouquet Rec. XV. 871. — „Pontificalis officii debitum“.
„	19.	„ (7672) Henrico, archiepiscopo Remensi, de disceptanda Ioannis et Uldredi controversia mandat. Martene Coll. II. 769. — „Suggerente olim nobis“.
„	23.	„ (7673) G(erardo) archiepiscopo Spalatino, legato apostolico, mandat, ut a Sebenicensibus ablata Guoffrido, Bonumiri Sipontini filio, bona restitui cogat. Farlati III. sacr. III. 190. — „E transmissa“.
„	23.	„ (7674) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat ducem de Louvain, ut fratribus hospitalis Hierosolymitani ablatam villam Benten restituat. Martene Coll. II. 771, Bouquet Rec. XV. 871. — „Querelam fratrum hospitalis“.
„	26.	„ (7675) Universis ecclesiasticis in terra ducis Welfonis, quae in Augustensi terra sita

1167—1169.

est, constitutis petente duce permittit, ut quamdiu in unitate catholica perstiterint et Augustensis dictus episcopus (Hartwicus) ecclesiam tenuerit, „ordinationes et consecrationes ecclesiarum et cetera ecclesiastica sacramenta a quocumque voverint catholico episcopo suscipiant“. Mon. Boic. VI. 488. — „Et communi fama“.

1168—1169.

Febr. 28.	Beneventi	(7676) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ne Iohanni de Maleciurt communionem reddat, donec Amelio de Albiniaco satisfecerit. Martene Coll. II. 786. — „Ex relatione Amelii“.
Mart. 7.	„	(7677) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut Petro olim Iudaeo ablatam praebendam restituat. Martene Coll. II. 786. — „Veniens ad nos Petrus“.
„ 12.	„	(7678) Geraldo episcopo et consulibus et universo clero ac populo Tolosano significat, se, Ludovici Francorum regis precibus motum, Tolosam urbem ab interdicto liberasse. Catel Mém. du Languedoc 896, Bouquet Rec. XV. 860. — „Dum fidei et“.
„ 12.	„	(7679) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter militem quemdam et Hugonem servientem. Martene Coll. II. 788. — „Significatum est nobis“.
„ 14.	„	(7680) Henrico, archiepiscopo Remensi, respondet, hortetur Drogonem, canonicum Hamensem, ut in monasterium revertatur; „licet enim“ inquit „regulares viros ad praelationes ecclesiasticas assumptos fuisse persaepe viderimus, numquam tamen legimus vel aliquando audivimus, quod de regulari canonico quisquam fuerit secularis effectus“. Martene Coll. II. 791. (Marlot Metr. Rem. II. 396, Colliette Mém. du Vermand. II. 416, Bouquet Rec. XV. 859.) — „Devotionis et sinceritatis“.
„ 14.	„	(7681) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat W. de Carten., ut G. sacerdoti solidos 75 persolvat. Martene Coll. II. 791. — „Conquestus est nobis“.
„ 15.	„	(7682) T(heobaldo), episcopo Placentino, mandat, ut terram de Burneto canonicis ecclesiae S. Antonini restituat. Campi Hist. di Piac. II. 360. — „Ex transmissa“.
„ 15.	„	(7683) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne Iohannem clericum et ecclesiae Laudunensis canonicum privari hereditate patiat. Martene Coll. II. 792. — „Nihil est, quod“.
„ 17.	„	(7684) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut Ha. sacerdoti beneficium impertiat. Martene Coll. II. 792. — „Veniens ad nos H.“
„ 17.	„	(7685) Episcopo Morinensi et abbati S. Quintini de Monte, mandat, ut R. S. Nicolai de Ribomonte et P. Humolariensem abbatem et abbatissam de Monasteriolo et G. militem de Brenoth in gratiam reconciliet. Martene Coll. II. 793. — „Cum inter dilectos“.
„ 20.	„	(7686) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur E. sacerdotem de Monte Bunoldi et Hu. de Warch et G. de Chamelsi, cum fratribus S. Martini (Laudunensis) litigantes, ut Ambianensis et (Balduini) Noviomensis episcoporum iudicium subeant. Martene Coll. II. 795. — „Ex parte dilectorum“.
„ 22.	„	(7687) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Willelmo, decano Suessionensi, praebendam quandam, vel invito Hugone episcopo, assignet. Martene Coll. II. 795, Bouquet Rec. XV. 874. — „Dilectus filius noster“.
(„) —	(„)	(7688) (Hugonem), episcopum Suessionensem, de superiore epistola certiolem facit. Martene Coll. II. 796, Bouquet Rec. XV. 874. — „Ex relatione dilecti“.
„ 22.	„	(7689) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat presbyterum de Basauchis et Castellana ac filium eius Nicolaum, ut Alberto sacerdoti „de iniuriis irrogatis satisfaciant, et illata damna resarciant“. Martene Coll. II. 797. — „Lator praesentium Albertus“.
„ 22.	„	(7690) Alberto sacerdoti ecclesiam S. Remigii de Augeio cum capella de Cersolio asserit. Martene Coll. II. 798. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 23.	„	(7691) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur abbatem et fratres Branenses, ut B. presbytero libras 20 Proviensium restituant. Martene Coll. II. 799. — „Conquestus est nobis“.
„ 23.	„	(7692) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat G. et eius servientes, ut ecclesiam S. Iohannis de Vineis vexare desinant. Martene Coll. II. 799. — „Ad audientiam nostram“.
„ 28.	„	(7693) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat canonicos de Monte, ut

1168—1169.

- Her. latori huius epistolae ablata restituat. Martene Coll. II. 800. — „Lator praesentium Her.“
- Mart. 31. Beneventi (7694) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne decanum et canonicos Suessionenses, quoniam sedem apostolicam adierint, ab (Hugone) episcopo affici iniuriis sinat. Martene Coll. II. 800, Bouquet Rec. XV. 875. — „Cum universis in“.
- „ 31. „ (7695) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut R. praecentori ecclesiae Suessionensis altare, quod (Hugo) episcopus ei abstulerit, reddat. Martene Coll. II. 801, Bouquet Rec. XV. 875. — „Cum dilectus filius“.
- „ 31. „ (7696) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Iosbertum de Monte et Petrum de Nantolio, ut erepta Radulpho de Cuphies restituant. Martene Coll. II. 802. — „Conquestionem Radulphi“.
- „ 31. „ (7697) Abbatissae et sororibus Burburgensibus addicit capellaniam, Manassi presbytero abiudicatam. Martene Coll. II. 802. — „Cum dilectus filius“.
- „ 31. „ (7698) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur abbatem fratresque Praemonstratenses, ut nobili viro A. de Villers ablatis agros restituant. Martene Coll. II. 805. — „Ex transmissa nobis“.
- Apr. 3. „ (7699) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, moneat canonicos Laudunenses, ut P. canonico „expensas necessarias, quas de mandato eorum ad sedem apostolicam veniendo fecerit, restaurent“. Martene Coll. II. 805. — „Aequum et rationabile“.
- „ 4. „ (7700) Statuit, „ut qui in ecclesia Carnotensi de cetero canonicandi fuerint et ibidem mansionarii non extiterint, XL solidos tantum de singulis annis percipiant“. Theodori Poenitentiale II. 429. — „Sicut scriptum“.
- „ 5. „ (7701) Canonicis Spalatinis permittit, ut canonicus quidam, ecclesia propria privatus quod propter capitis dolorem in ecclesia semel non legisset, in pristinum restituitur. Farlati III. sacr. III. 191. — „Litteras, quas“.
- „ 5. „ (7702) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Gauses Mauceriensem et monachos de Novieis, ne canonicis Braguensibus redditum de March auferant. Martene Coll. II. 806. — „Notum sit fraternitati“.
- „ 7. „ (7703) Abbatem S. Remigii Remensem hortatur, ut Walando clerico „in scholis Parisius liberaliter et honeste provideat et beneficium ipsum per duo convenientia tempora anni ei faciat commode assignari“. Martene Coll. II. 807, Bouquet Rec. XV. 861. — „Invitat nos et“.
- „ 11. „ (7704) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut abbatissam Burburgensem „canonica disciplina corripiat, quod iuvenes capellanos affectet habere“. Martene Coll. II. 807. — „Venit ad apostolicae“.
- „ 11. „ (7705) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat decanum S. Laurentii de Roseto, „ut assiduum in ecclesia faciat mansionem, vel decanatum omnino dimittat“. Martene Coll. II. 808. — „Significatum est nobis“.
- „ 12. „ (7706) Petro abbati et fratribus Vallis-laureae permittit, si ante festum assumptionis (15 Aug.) archiepiscopi Tarraconensis et episcopi Barcinonensis de finibus controversia non dirimatur, in fundum ab episcopo Barcinonensi oblatum transmigrant. Marca Marca Hisp. 1351, Aguirre Conc. V. 85, Mansi XXI. 1063. — „Ex litteris dilecti“.
- „ 12. „ (7707) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut aut inter abbatem S. Petri Catalaunensis et Walterum clericum iudicium intra dies 30 faciat, aut episcopi Ambianensis arbitrio causam permittat. Martene Coll. II. 808. — „Ex tenore quarundam“.
- „ 23. „ (7708) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Hu. burgensem et M. uxorem eius, ut G. clerico ablatam domum reddant. Martene Coll. II. 809. — „Querelam G.“.
- „ 29. „ (7709) Henricum, archiepiscopum Remensem, constituit iudicem inter G. Siclinensis ecclesiae canonicum et Galterium magistrum. Martene Coll. II. 809. — „Causam, quae inter“.
- „ 30. „ (7710) Ambianensi et (Stephano) Meldensi episcopis mandat, ut Henrici, filii Roberti comitis, fratris Ludovici Francorum regis, et Bald. canonici de Noviomensis ecclesiae cancellaria controversiam decernat. Martene Coll. II. 810, Bouquet Rec. XV. 861. — „Ex parte Henrici“.
- Mai. 10. „ (7711) Monasterii S. Benedicti super Padum privilegia quaedam confirmat. Cornelii Eccl. Ven. X. iv. 203. — „Sicut ex quodam“.
- „ 11. „ (7712) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat de investigandis puniendisque iis,

		1168—1169.
		qui Garini Blanci in Apuliam profecti „domum de nocte intrantes uxorem et filium eius occiderint, et res ipsius et uxoris clam rapientes, domum incendio concremarint“. Martene Coll. II. 810. — „Horrendum et immensum“.
Mai.	16.	Beneventi (7713) Toti capitulo S. Trinitatis Cantuariensis praecipit, ut quem Thomas archiepiscopus iis praefecerit, priorem accipiant. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 37. — „Quoniam ecclesia vestra“.
„	26	„ (7714) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat canonicos Arienses, ut monasterio S. Vedasti, quod Philippus comes Flandrensis abstulerit, caput b. Iacobi restituant. Martene Coll. II. 811, Bouquet Rec. XV. 861. — „Perlatum est ad“.
„	30.	„ (7715) O. abbati Ursicampi et F. decano Remensi scribit de fratrum duorum, quorum uxores sint consanguineae, non dirimendis matrimoniis, „quoniam tolerabilius est“ inquit „esse coniunctos contra hominum statuta, quam quod deus coniunxit separare“. Martene Coll. II. 812, Mansi XXI. 1076. — „Ad audientiam nostram“.
Iun.	1.	„ (7716) Chaiialisio comiti ceterisque Phariensis insulae nobilibus sub excommunicationis poena imperat, ut Martinum episcopum, senectute confectum, iusto debitoque honore prosequantur. Farlati III. sacr. IV. 242. — „Insinuatum“.
„	2.	„ (7717) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Angult. de Aiteio, ut Lod. de Buren, Hierosolymam ituro, de homine eius interfecto satisfaciat. Martene Coll. II. 813. — „Ex relatione nobilis“.
„	3.	„ (7718) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Henricum de Magno-prato, ut quae Aprili de Manso Hierosolymam profecturo abstulerit, restituat. Martene Coll. II. 813, Bouquet Rec. XV. 862. — „Ex relatione nobilis“.
„	3.	„ (7719) Henrici, archiepiscopi Remensis, arbitrio causam Gaufridi clerici Ambianensis permittit. Martene Coll. II. 814. — „Constitutus in praesentia“.
„	4.	„ (7720) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne ecclesiam Wistri a canonicis S. Symphoriani Berengario clerico concessam per abbatem auferri patiatur. Martene Coll. II. 815. — „Ex parte canonicorum“.
„	12.	„ (7721) Canonicis Pisanis significat, V. et M. presbyteros, qui „Malincasam“ (i. e. Benincasam) reliquissent, excommunicatione solutos esse, sed Villano communionem non esse redditam. Ughelli It. sacr. III. 403, Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 27. — „Ex litteris dilectorum“.
„	16.	„ (7722) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit de Hugonis militis uxore, auctoribus falsis testibus dimissa, viro reddenda. Martene Coll. II. 815. — „Ex tenore quarumdam“.
„	18.	„ (7723) Roberto, ecclesiae Catalaunensis archidiacono, et abbati S. Memmii mandat, iudicent inter Milonem clericum et Herbertum ecclesiae S. Mariae custodem. Martene Coll. II. 816. — „Significatum est nobis“.
„	22.	„ (7724) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit, ut eos, qui ecclesiae Braguensis, fratribus Silvae-maioris subiectae, praeposituram praebendasque abstulerint, nisi comoniti ab episcopo Suessionensi et abbate S. Remigii ablata restituerint, excommunicet. Martene Coll. II. 818, Bouquet Rec. XV. 862. — „Dilecti filii nostri“.
Iul.	10.	„ (7725) Compositionem inter Dominicum et Heimardum atque Theodericum et filiam eius a Rod(ulpho) episcopo Ferentinensi factam confirmat. Martene Coll. II. 745. — „Cum inter vos et“.
„	14.	„ (7726) Henrico, archiepiscopo Remensi, iam iterum praecipit, compellat canonicos Praemonstratenses „ad observandam sententiam, quam piac memoriae B(alduinus) quondam Noviomensis episcopus super controversia inter eos et canonicos Hamensis ecclesiae protulerit“. Martene Coll. II. 746, Bouquet Rec. XV. 864. — „Quia confidimus plurimum“.
„	15.	„ (7727) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur Philippum, comitem Flandrensem, ut monasterio S. Vedasti ablatas S. Iacobi reliquias restituat. Martene Coll. II. 747, Bouquet Rec. XV. 864. — „Significatum nobis est“.
„	20.	„ (7728) Decano et capitulo Parisiensi praecipit, ut Philippum, (Stephani) episcopi Meldensis nepotem, canonicum Parisiensem, de praebenda quadam investiant. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 758, Bouquet Rec. XV. 878, Mansi XXI. 1031. — „Quantum venerabili fratri“.
„	30.	„ (7729) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, ne Milonem de Thebio eiusque

1168—1169.

- filium elemosyna quadam privari sinat. Martene Coll. II. 751. — „Ex transmissa nobis“.
- Aug. 5. Beneventi (7730) P(etro) priori et universo ecclesiae Dominici Sepulcri Hierosolymitani conventui scribit, A(malricum) patriarcham atque A(malricum) regem non debere impediri, quominus ecclesiae Ioppensi „dignitatem quathedralem et cetera, quae paganorum iamdudum violentia et occupatione perdidit, oportunitate nunc habita, reddant“. Attamen admonitum a sese patriarcham esse, ut „dignam honestamque iis recompensationem inveniatur“. Rozière Cartulaire du saint sépulcre 291. — „Litteras devotionis“.
- „ 11. „ (7731) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter Fulconem de villa Aleran et Milonem. Martene Coll. II. 752. — „Causam, quae inter“.
- „ 15. „ (7732) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat ducem de Lovain, ut villam de Bechehem, ab Henrico, quondam episcopo Leodiensi, fratribus hospitalis Hierosolymitani assertam, quam iis abstulerit, reddat. Martene Coll. II. 752, Bouquet Rec. XV. 865. — „Ex transmissa nobis“.
- „ 27. „ (7733) Canonicos Pisanos propter schismatis oppugnationem collaudat, monetque, studeant, ut „Malincasa“ (Benincasa) expellatur, Villanusque archiepiscopus revocetur. Qui cum schismaticis communicent, eos ipsos schismaticos habendos esse. Dolet archiepiscopum de quibusdam lenius iudicasse. Ughelli It. sacr. III. 402. — „Litteras devotionis“.
- „ 28. „ (7734) Ugoni, archiepiscopo Ianuensi, monasterium Gallinariae insulae concedit. Ughelli It. sacr. IV. 871. — „Nulli amplius“.
- „ 29. „ (7735) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut fratribus castri de Dampere coemeterium, nisi iam a (Guidone) episcopo Catalaunensi acceperint, ipse tribuat. Martene Coll. II. 755. — „Dilecti filii nostri“.
- Sept. 4. „ (7736) Interdicti sententiam, a Leonate abbate Piscariensi in clericos de terra Sansonesca promulgatam et ab I. episcopo Signiensi confirmatam, ratam facit. Muratori R. It. Scr. II. n. 1013. — „Ex continentia“.
- „ 6. „ (7737) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut quem excommunicaverit, Paganum militem absolvat. Martene Coll. II. 756. — „Veniens ad nos dilectus“.
- „ 6. „ (7738) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Rad. de Curteio, H. comitem Grandis-prati, alios, ut ablata monasterio S. Remigii restituant. Martene Coll. II. 757, Bouquet Rec. XV. 868. — „Conquestionem abbatis et“.
- „ 6. „ (7739) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Stephanum et quosdam alios in villa Insula habitantes, ac fratres hospitalis Hierosolymitani cogat abbati fratribusque S. Remigii satisfacere; praeterea ut iisdem „possessiones et beneficia, quae schismatici de regno Alemanniae in provincia eius noscantur habere, assignet“. „Illud autem“ inquit „memoriter teneas, quod non omnes de regno Alemanniae schismatica sunt pravitate respersi, sed quidam eorum nobis devoti existunt“. Martene Coll. II. 757, Bouquet Rec. XV. 868. — „Dilecti filii nostri“.
- „ 6. „ (7740) Quibusdam mandat, ut inter En. priorem de Valle S. Petri et fratres de Tenallii iudicium faciant. Martene Coll. II. 758. — „Quotiens inter viros“.
- „ 14. „ (7741) Canonicis Pisanis mandat, ut proposita excommunicatione interdicant, ne quis ab intruso ac schismatico monasterii Sextensis abbate beneficia accipiat. Ughelli It. sacr. III. 405, Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 29. — „Qualiter inturgescit“.
- „ 17. „ (7742) Henrico, archiepiscopo Remensi, causam Marbelini et Belot. matris eius diiudicandam mandat. Martene Coll. II. 759. — „Venientes ad apostolicae“.
- „ 23. „ (7743) Episcopo Furconiensi et canonicis Pennensibus, Valvensibus, Teatinis praecipit, ut sententiam excommunicationis vel interdicti in clericos quosdam a Leonate, abbate Piscariensi, latam, observent observarique a Riccardo, Leonatis fratre, cogant. Muratori R. It. Scr. II. n. 1013. — „Significavit nobis“.
- „ 24. „ (7744) Parochianos ecclesiae S. Salvatoris Venetae laudat, quod decumas solverint; monetque, ut in solvendis iis pergant. Cornelli Eccl. Ven. XIV. 100. — „Dilecti filii“.
1169. (*Ind. 2—25. Sept.—3, pont. a. 10—20. Sept.—11, 1168—25. Mart.—1169.*)
- Ian. 4. Beneventi (7745) Ecclesiam S. Salvatoris Venetam tuendam suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat. Cornelli Eccl. Ven. XIV. 100. — „Ad hoc universalis“.
- „ 30. „ (7746) Monasterii Cavensis protectionem suscipit et possessiones privilegiaque con-

		1169. (Ind. 2—25. Sept.—3, pont. a. 10—20. Sept.—11, 1168—25. Mart.—1169.)
		firmat, „salvo censu trium solidorum aureorum annuatim S. R. ecclesiae debito“. Margarini Bull. Cas. I. 19, et II. 180. — „Commissae nobis“.
Febr.	8. Beneventi	(7747) Monasterii S. Nicasii Remensis bona et privilegia confirmat. Marlot Metr. Rem. II. 397. — „Religiosam vitam eligentibus“.
	9. „	(7748) (Petro), abbati S. Remigii, et decano Remensi mandat, ut inter I. S. Mariae Virtuensis abbatem varioque homines controversias disceptent. Sirmondi Opp. III. 887, Mansi XXI. 958. — „Dilecti filii nostri“.
	14. „	(7749) Monasterium Vallumbrosanum tuendum suscipit et eius possessiones ac iura confirmat. Lami Eccl. Fl. M. I. 545. — „Desiderium, quod“.
	28. „	(7750) Henrico, Anglorum regi, respondet, quae per Reginaldum Sarisberiensem et Randulphum Lavensem archidiaconos petierit, ea concedi non posse. „Gratianum subdiaconum et notarium nostrum“ inquit „et magistrum Vivianum ad regiae celsitudinis praesentiam destinavimus (leg. „destinabimus“); quod autem in tantum voluntatem tuam inclinasti, quod Thomam, Cantuariensem archiepiscopum, permitteres ad propria remeare, dummodo quod tibi debet impendere velit, gratum tenemus“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 487, ed. Giles II. 122, Mansi XXI. 888. — „Magnificentiae tuae litteras“.
Mart.	10. „	(7751) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, significat, se Henrico, Anglorum regi, per nuncios „quaedam magna et difficilia postulanti“, non satisfacisse. Scribit, se Gratianum subdiaconum, notarium suum, et Vivianum magistrum, „duxisse destinandos“, qui pacem inter eum et regem constituent. Monet, ut „malitiam et angustiam temporis diligenter considerans, usque ad discessum nunciorum suorum nec in regem nec in personas regni aut regnum aliquam sententiam proferat et, si forte iam protulerit, ipsam usque ad tempus illud suspendat“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 20, (ed. Lupus p. 483, Mansi XXI. 887). — „Illustris regis“.
	11. „	(7752) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, curet, ut compositio a R(odulpho), episcopo Ferentinensi, inter Dominicum et Hemardum et inter Theodericum et Haidericum facta observetur. Martene Coll. II. 787. — „Cum inter Dominicum“.
	23. „	(7753) Ecclesiae S. Nicolai Nugarolensis protectionem suscipit, disciplinamque ac possessiones confirmat. Chron. eccl. d'Auch III. Pr. p. 63, teste Bréquigny Table chron. III. 404.
	26. „	(7754) Episcopatus Mutinensis fines ecclesiaeque bona confirmat. Tiraboschi Mem. Mod. II. 94.
	31. „	(7755) Ecclesiam S. Iohannis Modoetiensem tuendam suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat. Giuliani Mem. d. Mil. VI. 536, Frisi Mem. di Monza II. 68. — „Piae postulatio“.
Apr.	17. „	(7756) Ecclesiae Ferrariensis consuetudines, petente Amato episcopo, confirmat. Muratori Ant. It. VI. 409. — „Fratres et“.
	25. „	(7757) Episcoporum Angliae negligentiam reprehendit. Haec addit: „appellationem, quam adversus Thomam, Cantuariensem archiepiscopum, ne iam deinde regem aut vos vel regnum Angliae in aliquo gravaret, iam pridem fecistis, vobis relaxamus, ita quod eam exsequi nullatenus teneamini“. Gilberti Foliot epist. II. 79, (Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 428). — „Super discretionem vestra“.
	27. „	(7758) Monasterii Cormeliensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Neustria pia 599, Monast. Anglicanum II. 962. — „Religiosam vitam eligentibus“.
	28. „	(7759) Ecclesiam Syracusanam tuendam suscipit, possessionesque eius confirmat. Riccardo episcopo pallii usum concedit. Pirri Sic. sac. I. 622. — „Ex iniuncto“.
Mai.	10. „	(7760) Henricum, Anglorum regem, ut Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, in gratiam recipiat, monet. Gratianum, subdiaconum suum, et Vivianum magistrum nuncios suos, commendat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 484, ed. Giles II. 119, (Rad. de Diceto Im. Hist. ap. Twysden H. A. Ser. I. 550). — „Et naturali ratione“ („Serenitatem tuam“).
	16. „	(7761) Ecclesiam S. Mariae de Reno tuendam suscipit eiusque bona et privilegia confirmat. Trombelli Mem. di Reno 371, (Bull. Lat. 44). — „Effectum iusta“.
Iun.	19. „	(7762) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, totius Angliae primatem et apostolicae sedis legatum, reprehendit, quod ante nunciorum eius reditum „quaslibet personas regni Anglorum aliqua sententia gravaverit“. Hortatur, ut „sententiam ipsam suspendat, quousque ex responsione nunciorum suorum cognoscat, an rex eum sibi reconciliare velit“. „Si rex“ inquit „in sua duritia persistit, senten-

		1169. (<i>Ind. 2—25. Sept.—3, pont. a. 10—20 Sept.—11, 1168—25. Mart.—1169.</i>) tiam ipsam indubitanter poteris revocare“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 22, (ed. Lupus p. 520). — „Cum nuncios tuos“.
Iun. 22.	Beneventi	(7763) Canonorum cardinalium Ravennatum possessiones confirmat. Fantuzzi Mon. R. II. 138. — „Quotiens illud“.
„ 22.	„	(7764) Suffraganeis ecclesiae Panormitanae episcopis, rogatu Willelmi Siciliae regis, permittit, ut W(alterium) electum archiepiscopum consecrent, idque coram I(ohanne) tit. S. Stephani presbytero cardinali, pallium deferente. Pirri Sic. sacr. I. 104. — „Venerabilis frater“.
Iul. 1.	„	(7765) Monasterii S. Zenonis Reichenhallensis tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat. Hund III. 513, Mon. Boic. III. 544. — „Quoniam sine vere“.
„ 2.	„	(7766) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat post mortem R(oberi) episcopi Ambianensis, ut Nicolaum intra dies 20 „in canonicum Ambianensis ecclesiae recipi et ipsi stallum in choro faciat assignari, et si qua praebenda, priusquam ibi episcopus substituat, vacaverit, eam concedat“. Martene Coll. II. 744, Bouquet Rec. XV. 863. — „Cum bonae memoriae R.“
„ - 4.	„	(7767) Abbatibus ordinis Cisterciensis privilegia quaedam concedit. Henriquez Regula 56, Manrique Ann. Cist. II. 478. — „Attendentes, quomodo“.
„ 19.	„	(7768) Archiepiscopos, episcopos, abbates in Cisterciensi capitulo congregatos hortatur, ut patrum ordinis Cisterciensis, de ecclesia bene meriti, vestigia persequantur. Abbatem Claraevallensem, a sese retentum, excusat. Manrique Ann. Cist. II. 500, Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 478, Henriquez Regula 239, Bouquet Rec. XV. 877. — „Inter innumeras“ „Inter universas“.
„ 24.	„	(7769) Clero, iudicibus, universo populo Beneventano praecipit, ne uti consuetudine pergant, qua „mercatores, viatores et peregrini hospitio apud aliquem in ipsa civitate recepti, si contingat eos ibi aliqua infirmitate gravari, nec domum egredi, nec testamentum de rebus suis facere, nec sepulturam ubi voluerint si decesserint eligere permittantur, sed res eorum partim curiae apostolicae, partim ecclesiae, partim hospitibus dispergantur“. Borgia Mem. ist. di Benevento III. 157. — „Sicut in vanum“.
„ 25.	„	(7770) Ecclesiam Astensem tuendam suscipit, canonicorumque possessiones et iura confirmat. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 853, Ughelli It. sacr. IV. 368. — „Officii nostri“.
„ 29.	„	(7771) Proceres, milites et universos Christi fideles, proposita peccatorum venia ut ecclesiae Orientali subveniant monet, „tamquam deo exhortante per Tyrensem archiepiscopum, Paneadensem episcopum, et G. praeceptorem Hospitalis et nobilem virum A. de Landast“. Martene Coll. II. 747, Bouquet Rec. XV. 878. — „Inter omnia, quae in“.
„ 29.	„	(7772) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut F(ridericum) archiepiscopum Tyrensem, et episcopum Belmensem, et praeceptorem Hospitalis ac nobilem virum A. de Landast, ex oriente missos, Ludovico Francorum regi commendet. Martene Coll. II. 750, Bouquet Rec. XV. 880. — „Cum gemitus de“.
„ 31.	„	(7773) Parthenonem SS. Fabiani et Damiani tuendam suscipit et eius possessiones ac iura confirmat, petentibus G(aldino), archiepiscopo Mediolanensi, et Alberto, episcopo Laudensi. Ughelli It. sacr. IV. 672. — „Ad hoc in“.
Aug. 16.	„	(7774) Parthenoni S. Zachariae Veneto asserit decimam in Monte-Silice, a Girardo episcopo Patavino concessam. Cornelli Eccl. Ven. XI. 379. (Cf. tabulam ibid. p. 378.) — „Iustis petentium“.
— —	„	(7775) Ecclesiam Bononiensem tuendam suscipit et eius bona confirmat, petente Iohanne episcopo. Savioli Ann. Bol. II. n. 22. — „In eminenti sedis“.
Nov. 4.	„	(7776) Gualiae, episcopo Bergomati, ecclesias S. Mariae in Turre et S. Iuliani de Sosis „per anulum aureum“ muneratur, ea lege, ut pro utraque ecclesia duodecim denarii veteris Mediolanensis monetae quotannis persolvantur. Lupi C. D. Berg. II. 1257. — „Cum ad nostram“.
„ 4.	„	(7777) Absaloni, episcopo Roschildensi, asserit „magisterium et praelationem“ Rō insulae, Waldemaro Danorum rege per nuncios petente. Thorkelin Diplom. Arna-Magn. I. 251, Hasselbach Cod. Pom. dipl. I. 64. — „Cum christianae fidei“.
„ 8.	„	(7778) Archiepiscopo Lundensi, apostolicae sedis legato, episcopis, abbatibus, prioribus et aliarum ecclesiarum praelatis per Daniam constitutis Kanutum, quondam Danorum ducem, numinibus ascriptum nunciat. (Verba: „anno dom. 1170“ sunt

			1169. (<i>Ind. 2—25. Sept.—3, pont. a. 10—20. Sept.—11, 1168—25. Mart.—1169.</i>) aliena manu addita). Thorkelin Diplom. Arna-Magn. I. 27. — „Ex litteris karissimi“.
Nov.	8.	Beneventi	(7779) Canonicis ecclesiae Ripensis praecipit, ut „ad commonitionem et mandatum Radulphi episcopi susceptae professionis habitum regularem reservent“. Langebek Scr. R. Dan. VII. 189. — „Ad audientiam nostram“.
„	8.	„	(7780) Universos ecclesiae Upsaliensis parochianos hortatur, ut (Stephano) archiepiscopo obediant, „nec eum, aut alium quemlibet ecclesiae praelatum coram laicis accusare, seu ad seculare iudicium trahere praesumant“. Liljegren Dipl. Suec. I. 89, Örnhjälms Hist. Sueon. 533. — „Suggestum est“.
„	11.	„	(7781) Ecclesiam S. Vincentii Bergomatem tuendam suscipit bonaque eius confirmat. Lupi C. D. Berg. II. 1261, Ughelli It. sacr. IV. 466. — „Quociens illud“.
„	11.	„	(7782) * Canonicorum Ravennatum possessiones confirmat. Rubei Hist. Rav. 348.
—	—	—	(7783) Waldemaro, Danorum regi, abbatem fratresque Calvenses „de loco ad alium locum auctoritate Eskilli, Lundensis archiepiscopi, translatos“ commendat, et concambium ab iis cum rege factum confirmat. Langebek Scr. R. Dan. V. 243. — „Quod divina gratia“.
—	—	—	(7784) Absaloni Roschildensi et Suenoni Arusiensi episcopis Briennum et eius fratres, „a loco Weng ad locum Calve“ transgressos, commendat. Langebek Scr. R. Dan. V. 244. — „Quod iuxta officii“.
—	—	—	(7785) Brienzo abbati et eius fratribus, qui „monasterium de loco Weng ad locum, qui Calve nominatur, transtulerint, sola villa de Weng in manu regis relicta pro terra, quam ab eodem rege in concambium acceperint“, plausum impertit. Langebek Scr. R. Dan. V. 244. — „Propositi et desiderii“.
—	—	—	c. 1169.
—	—	—	(7786) Bonifacio magistro et fratribus militiae Templi de Lombardia asserit ecclesiam S. Stephani Reginam. (Fragmentum). Tiraboschi Mem. Mod. III. 54. — „Cum inter vos“.
—	—	—	1162—1170.
—	—	—	(7787) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, cogat monachos de Boxelee, ut ecclesiae S. Mariae decumas persolvant. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 66, Mansi XXII. 331, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 254, Augustini Tarr. Opp. IV. 189, Decr. Greg. L. III. t. 30 c. 4. — „Commissae nobis a“ „Commissum nobis a“.
—	—	—	(7788) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, concedit, ut „si episcopi suffraganei eius et archidiaconi appellaverint ad audientiam suam, et episcopatus et archidiaconatus suos sub apostolica protectione posuerint, nullatenus praetermittat, quin de casibus subditorum, his dumtaxat exceptis, super quibus appellatum sit, cognoscere possit et statuere“. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 62, (Mansi XXII. 321, Augustini Tarr. Opp. IV. 129, Boehmeri Corp. I. app. 293). — „Relatum est auribus“.
—	—	—	(7789) R. filio Henrici asserit terram de insula Thanedos, a Thoma, archiepiscopo Cantuariensi, restitutam. (Fragmentum). Epist. S. Thomae ed. Giles II. 146. — „Iustis petentium desiderii“.
—	—	—	(7790) Philippum Praemonstratensem et ceteros ordinis abbates hortatur, ut „turbationem ordinis evitantes, universas novitates, de quibus inter eos aliqua scissura possit emergere, in tempus aliud differant“. Martene Coll. II. 816, Mansi XXI. 1077. — „Pervenit ad nos, quod“.
—	—	—	1164—1170.
—	—	—	(7791) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, qui „prima illa professione, quam Gilbertus Herefordiensi in ecclesia fecisset, contentus exstiterit, nec eum, Londinensem episcopum factum, super alia professione gravaverit“, concedit, „ut ex hoc nullum praeeudicium ei debeat in posterum provenire“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 19, ed. Lupus p. 481. — „Cum in celebratione“ „Dum in celebratione“.
—	—	—	1166—1170.
—	—	—	(7792) Universis suffraganeis ecclesiae Cantuariensis scribit, mirari se, „quod quidam eorum asseverare praesumant, quod Thomas, archiepiscopus Cantuariensis, apo-

1166—1170.

stolicae sedis legatus, nullam causam de episcopatibus eorum sive metropoleos sive legationis iure audire debeat, nisi per appellationem perferantur ad ipsum“. Interdicit iis, ne quemquam impediunt, „quominus causas suas ad archiepiscopum possit transferre“. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 62, Mansi XXII. 406, 451, Boehmeri Corp. II. app. 262, Augustini Tarr. Opp. IV. 56, Decr. Greg. L. I. t. 30. c. 1. — „Quum non ignoretis“.

1168—1170.

Ian.	1.	Beneventi	(7793) Iudicibus Velitrensibus praecipit, ut „cum aliqua causa super testamentis, ecclesiae relictis, ad eorum fuerit examen deducta, eam non secundum leges, sed secundum decretorum statuta tractent, et tribus aut duobus legitimis testibus sint contenti“. (Ap. Mansi haec epistola ad primum registri librum perperam refertur.) Borgia Ist. di Velletri p. 240, (Mansi XXII. 429, Augustini Tarr. Opp. IV. 175). — „Relatum est auribus“.
„	2.	„	(7794) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter Goslenum et O. milites atque Herluinum quondam canonicum. Martene Coll. II. 771. — „Ex conquestione Gosleni“.
„	2.	„	(7795) Monasterio Longipontis asserit bona ab episcopis Silvanectensibus collata, petente Henrico episcopo. Gall. Chr. X. Instr. 432. — „Venerabilis noster“.
„	7.	„	(7796) Monasterio Beccensi asserit privilegia a Willemo, quondam archiepiscopo Rotomagensi, concessa. Lanfranci Opp. p. 332. — „Ex rescripto“.
„	8.	„	(7797) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne S. Andreae de Castello et S. Sepulcri abbates et canonicos S. Gaugerici et Manassem de Ruriniaco decimis quibusdam privari per leprosos Cameracenses patiatur, „si constiterit, quod illi decimas a triginta annis usque ad hunc annum sine quaestione possedissent“. Martene Coll. II. 772, Bouquet Rec. XV. 871. — „Recepta conquestione leprosorum“.
„	9	„	(7798) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut excommunicationis sententiam in Ioannem de Burgundione, propter illata ecclesiae Praemonstratensi damna, editam observari iubeat. Martene Coll. II. 773. — „Significatum est nobis“.
„	12.	„	(7799) Episcopis quibusdam mandat, cogant quosdam homines Catalaunenses, ut abbati S. Remigii Remensis domum et libras 30 ablatas reddant. Martene Coll. II. 774. — „Significavit nobis dilectus“.
„	16.	„	(7800) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut Holduino, ecclesiae suae vicedomino, ablatum ecclesiae S. Sixti beneficium restituat. Martene Coll. II. 774, Bouquet Rec. XV. 856. — „Dilectus filius noster“.
„	18.	„	(7801) O(ddoni), S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali, mandat, cives Mantuanos sub excommunicationis poena moneat, ut infestare insulam de Suzare desistant, ablataque A(lbriconi) episcopo Regino restituant. Tiraboschi Mem. Mod. III. 46. — „Significavit nobis venerabilis“.
„	18.	„	(7802) Henricum, archiepiscopum Remensem, de quibusdam rebus leniter reprehendit. Mandata per abbatem S. Vincentii Silvanectensis mittit. Martene Coll. II. 775, Bouquet Rec. XV. 873. — „Antiquae devotionis et“.
„	18.	„	(7803) Henrico, archiepiscopo Remensi, et (Galtero), episcopo Laudunensi, mandat, cogant G. de Castello in Porcien, R. de Rause, alios, ut erepta priori et fratribus ecclesiae de Noveio restituant. Martene Coll. II. 776, Bouquet Rec. XV. 873. — „Conquesti sunt nobis“.
„	18.	„	(7804) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut excommunicationis sententiam ab H(ugone) episcopo Snessionensi et P., abbate S. Remigii, prolatam in clericos Braguenses observari iubeat. Martene Coll. II. 778, Bouquet Rec. XV. 872. — „Causam, quae inter“.
„	18.	„	(7805) Quibusdam mandat, compellant Albertum, praepositum S. vicedomini Catalaunensis, ut fratribus Trium-fontium ablata restituat. Martene Coll. II. 779. — „Dilecti filii nostri“.
„	19.	„	(7806) Monachis S. Vedasti praecipit, ne cui, nisi pontifici Romano, obedientiam promittant. Martene et Dur. Vet. Script. I. 850, Bouquet Rec. XV. 857. — „A memoria nostra“.
„	21.	„	(7807) Quibusdam mandat, ut inter abbatem Trium-fontium et abbatissam Aveniacensem iudicium faciant. Martene Coll. II. 780. — „Causam, quae inter“.

		1168—1170.
Ian.	21.	Beneventi (7808) Episcopo Cadurcensi mandat, ut monasterio Moissiacensi contra burgenses subveniat. Martene Thes. I. 456, Bouquet Rec. XV. 857. — „Quantum sit“.
„	26.	„ (7809) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, si ex (Theoderico) electo Metensi compererit, Ioannem sacerdotem ab O. (Stephano), quondam episcopo Metensi, ante initam schismaticorum societatem ordinatum esse, ut eundem sinat ecclesiae cuidam praeesse. Martene Coll. II. 780, Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 357. — „Ex tenore quarundam“.
„	31.	„ (7810) G(erardo), archiepiscopo Salnitano, legato apostolico, consulenti respondet, 1) digamos ad sacros ordines promotos, eosque, a quibus ordinati sint, de officiis deiiciendos esse, licet „in ordinatore possit dispensatio adhiberi“; 2) inscientes qui simoniace ordinati sint, eos non esse simoniacos habendos; 3) matrimonia in quarto et quinto consanguinitatis gradu ad id tempus contracta „propter duritiam populi“ praetermittenda esse, in posterum vero communi concilio sub anathemate vetanda; 4) uxorem abigi, nisi ob adulterium, non licere. Farlati III. sacr. III. 191. — „Super eo, quod“.
Febr.	2.	„ (7811) Abbati Flaviacensi praecipit, ut B(artholomaeo), episcopo Bellocacensi, obediat. Martene Coll. II. 781. — „Ad audientiam nostram“.
„	5.	„ (7812) Quosdam hortatur, ut P. adolescenti „victum et vestitum tribuant“. Martene Coll. II. 781. — „Decet nos operibus“.
„	8.	„ (7813) Monasterio S. Dionysii ecclesiam S. Medardi de Trembliaeco asserit. Doublet Hist. de St. Denys 508. — „Iustus petentium desideris“.
„	9.	„ (7814) Quibusdam mandat, iudicent inter I. abbatem S. Mariae Virtuensis et eius adversarios. Martene Coll. II. 782. — „Dilecti filii nostri“.
„	11.	„ (7815) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut ecclesiae Romanae censum a quibusdam ecclesiis tradi fratri Rostaim iubeat. Martene Coll. II. 783, Bouquet Rec. XV. 858. — „Quoniam ecclesiae multae“.
„	11.	„ (7816) Henrico, archiepiscopo Remensi, et Hugoni, episcopo Suessionensi, mandat, ut Ludovico regi Francorum et Henrico Anglorum pacem concordiamque assidue suadeant. Martene Coll. II. 783, Bouquet Rec. XV. 858. — „Quoniam dilecti filii“.
„	11.	„ (7817) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur decanum et canonicos Suessionenses, ut quam cum comite Suessionensi habeant de mensuris vini controversiam component, aut intra dies 40 ius suum persequantur. Martene Coll. II. 784, Bouquet Rec. XV. 858. — „Noverit industria tua“.
„	12.	„ (7818) Girardi, archiepiscopi Spalatini, legati apostolici, molestias miseratur quidem, sed tamen eum vituperat, quod tam mature querimonias ad sese detulerit, „cum deceat episcopum usque ad annum ita omnia videre, tanquam non videat, et in simplicitate dissimulare, quae alias essent durius requirenda“. Commendat S., litteras afferentem. Farlati III. sacr. III. 189. — „Intellectis anxietatibus“.
„	18.	„ (7819) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ne Roberti clerici matrem, si manumissam fuisse constiterit, ab Hu. quondam archidiacono redigi in servitum patiatur. Martene Coll. II. 784. — „Ex diligenti narratione“.
„	18.	„ (7820) G(erardo) archiepiscopo Spalatino, legato apostolico, mandat, ut a L(ampridio), episcopo Scardonensi, defendat libertatem monasterii S. Gregorii Auranensis, a Demetrio quondam Dalmatiae Croatiaeque duce, testante Eugenii III. registro, ecclesiae Romanae oblata, de quo inter episcopum et Templarios orta controversia sit. Farlati III. sacr. IV. 11, Fejér C. D. H. II. 183. — „In registro“.
„	24.	„ (7821) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, ut Owen, principem Walliae, qui suas „de consobrina, quam sicut uxorem tenere dicatur“, litteras non acceperit, et archidiaconum Bangor, qui scripta sua contempserit, ecclesiastica severitate puniat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 36. — „Ad aures nostras pervenisse“.
„	25.	„ (7822) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut ecclesiam de Algeco et Cersolio restitui Ricardo presbytero iubeat, „quoniam litterae, quas Albertus presbyter a sese contra iustitiam et per subreptionem impetraverit, nullam debeant firmitatem habere“. Martene Coll. II. 785. — „Ex litteris venerabilis“.
„	25.	„ (7823) In ecclesiae Pratenensis paroecia invito praeposito aedificari ecclesias et oratoria vetat. Ughelli It. sacr. III. 332. — „Hortatur“.

		1170. (<i>Ind. 3—25. Sept.—4, pont. a. 11—20. Sept.—12, 1169—25. Mart.—1170.</i>)
Ian.	10.	Beneventi (7824) Monasterium S. Petri Mutinense tuendum suscipit, et eius bona ac iura confirmat. Tiraboschi Mem. Mod. III. 51. — „Pie postulatio voluntatis“.
„	19.	„ (7825) Rotrodo, archiepiscopo Rotomagensi, et Bernardo, episcopo Nivernensi, mandat, ad Henricum, Anglorum regem, accedant, eumque hortentur, ut Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, non modo, sicut per legatos promiserit, in integrum restituat, sed etiam „in osculo pacis recipiat“. Si rex ablatas possessiones Thomae intra dies 40 non reddiderit, „totam terram eius cismarinam interdicti sententiae subiciant“. Facta pace, regem „post aliquantulum intervallum“ admonent, ut „consuetudines pravas, et illas maxime, quas ipse de novo adiecerit, deleat penitus et condemnet“. Excommunicent eos, qui Petrum, archidiaconum Papiensem, a Gratiano et Viviano ad regem missum, iniuriis affecerint. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 698, ed. Giles II. 55. — „Carissimus in Christo“.
(„)	—	(„) (7826) Rotrodum, archiepiscopum Rotomagensem, hortatur, ut legationem ad Henricum, Anglorum regem, strenue administret. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 698, ed. Giles II. 54. — „Quoniam de persona tua“.
(„)	—	(„) (7827) Bernardum, episcopum Nivernensem, sic monet, „si archiepiscopus Rotomagensis in his, quae vobis iniungimus, una tecum procedere nolle, sive non posset, tu secundum tenorem litterarum nostrarum incunctanter procedas“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 703, ed. Giles II. 103. — „Quoniam de prudentia“.
(„)	—	(„) (7828) Henrico, Angliae regi, scribit, nuncios eius, Ioannem decanum Sarisberiensem et Aegidium Rotomagensem ac Ioannem Sagiensem archidiaconos, una cum Reginaldo, archidiacono Sarisberienensi, quaedam postulasse, quae praestanda non putaverit. Gratias agit, quod de restituendo Thoma, archiepiscopo Cantuariensi, pollicitus sit. De praebendo osculo hortatur. Rotrodum, archiepiscopum Rotomagensem, et Bernardum, episcopum Nivernensem, legatos suos, commendat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 695, ed. Giles II. 131. — „Dilecti filii nostri“.
Febr.	12.	„ (7829) Gilberto, episcopo Londinensi, per Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, excommunicato, significat, se (Rotrodo) archiepiscopo Rotomagensi et episcopo Exoniensi (an Nivernensi?), ut eum absolvent, mandasse. Magistrum David, canonicum Londinensem, commendat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 93; de inscriptione epistolae cf. ibid. p. 342, (Radulf. de Diceto Imag. Hist. 1170 ap. Twysden H. A. Scr. I. 552). — „Quod tibi ad praesens“ (Rothomagensi“).
(„)	—	(„) (7830) Rotrodo, archiepiscopo Rotomagensi, et Bernardo, episcopo Nivernensi, mandat de absolvendo Gilberto, episcopo Londinensi. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 62, ed. Lupus p. 716. — „Noverit discretio“.
„	18.	„ (7831) Omnibus episcopis Cantiae praecipit, ut interdicti sententiam si Rotrodus, archiepiscopus Rotomagensis, et Bernardus, episcopus Nivernensis, „in totam terram Henrici, Anglorum regis, quae citra mare consistit“, protulerint, observandam curent. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 704, ed. Giles II. 42. — „Noverit industria“.
„	18.	„ (7832) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, apostolicae sedis legato, et Hugoni, episcopo Dunelmensi, et aliis ecclesiarum praelatis per Eboracensem archiepiscopatum constitutis, de interdicto idem mandati dat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 705, ed. Giles II. 47. — „Noverit industria“.
(„)	—	(„) (7833) (Ioscio), archiepiscopo Turonensi, et eius suffraganeis de interdicto idem mandat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 73, ed. Lupus p. 706. — „Noverit industria“.
(„)	—	(„) (7834) * (Petro), archiepiscopo Bituricensi, et eius suffraganeis, de interdicto eadem praecipit. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 74, ed. Lupus p. 707.
(„)	—	(„) (7835) * (Bertrando), archiepiscopo Burdigalensi, apostolicae sedis legato, et suffraganeis eius de interdicto observando ut superioribus litteris scribit. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 74.
(„)	—	(„) (7836) * (Willelmo), archiepiscopo Ausciensi, et eius suffraganeis de interdicto ut supra praescribit. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 74, ed. Lupus p. 707.
(„)	—	(„) (7837) * Universis episcopis et ceteris ecclesiarum praelatis per Rotomagensem provinciam constitutis de interdicto idem praecepti dat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 74, ed. Lupus 707.
(„)	—	(„) (7838) (Rotrodo), archiepiscopo Rotomagensi, et (Bernardo), episcopo Nivernensi, scribit, delatam sibi esse, Henricum regem in Angliam transiisse. Mandat, ut intra dies 20 ad eum festinent, mandata prioribus litteris data persequantur, epistolas suas ad archiepiscopos et episcopos de observando interdicto deferendas curent. Haec addit: „regi proponatis, quod si nec sic resipuerit, personae suae,

		1170. (<i>Ind. 3—25. Sept.—4, pont. a. 11—20. Sept.—12, 1169—25. Mart.—1170.</i>) sicut nec Frederico dicto imperatori fecimus, nequaquam parcemus“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 59, ed. Lupus 701. — „Quoniam de vestrae“.	
(Febr.)—	(Beneventi)	(7839) Rotrodo, archiepiscopo Rotomagensi, et Bernardo, episcopo Nivernensi, praescribit, quibus a Thoma, archiepiscopo Cantuariensi, excommunicatis communionem reddant, quibus denegent. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 61, ed. Lupus p. 702. — „Quoniam in aliis“.	
(„)	(„)	(7840) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, monet, ut (Willelmi) archiepiscopi Senonensis, apostolicae sedis legati, et (Rotrodi), archiepiscopi Rotomagensis, et (Bernardi), episcopi Nivernensis, consilio utatur. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 27, ed. Lupus p. 717. — „Per venerabilem fratrem“.	
Febr. 21.	Beneventi	(7841) Ecclesiae S. Mariae Vibergensis protectionem suscipit, canonicorumque possessiones ac privilegia confirmat. Thorkelin Diplom. Arna-Magn. I. 24. — „Pie postulatio voluntatis“.	
(„)	(„)	(7842) Waldemaro, Danorum regi, significat, se Suenoni Arusiensi et Nicolao Vibergensi episcopis negotium dedisse, commonerent Margaretam, nobilem mulierem, ut terram de Culsne et ecclesiae Wengensis ornamenta fratribus Calvensibus restitueret. Monachis ut opituletur, monet. Langebek Scr. R. Dan. V. 246. — „Noverit excellentia“.	
„	24.	(7843) T(homae), archiepiscopo Cantuariensi, praecipit, „ut, si Henricus, Anglorum rex, filium suum coronari voluerit et in regem inungi, ei manum nequaquam imponat, nec ab alio quolibet imponi permittat, nisi prius illud iuramentum exhibeat, quod alii reges, eius praedecessores ecclesiae dei et specialiter Cantuariensi impendere consueverunt, et nisi universos ab observatione consuetudinum suarum et sacramentis illis, quae ultimo ab hominibus Angliae extorta fuerunt, prorsus absolvat“. Wilkins Conc. I. 458, (Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 683, ed. Giles II. 26.) — „Ex commissi vobis (al. nobis)“.	
„	26.	ap. Cerumar (al. ap. Cisinarium)	(7844) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, apostolicae sedis legato, Hugoni Dunelmensi et universis episcopis Angliae interdicat, „ut si illustris rex Anglorum filium suum, dum Thomas, Cantuariensis archiepiscopus, in exilio fuerit, coronari voluerit et in regem inungi, nullus ei manum imponere praesumat“. Wilkins Conc. I. 459, Rymer Foedera I. 25, Mansi XXI. 898, (Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 682, ed. Giles II. 47.) — „Quoniam ad audientiam“.
(„)	—	—	(7845) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, et omnibus episcopis Angliae interdicat, ne ecclesiae Cantuariensis iura laedant. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 682, ed. Giles II. 46. — „Quanta auctoritatis et“.
Mart. 5.	ap. S. Germanum	(7846) Quendam monet, ne ab Haiderico, propterea quod nepos eius puer inter sagittandum necatus sit, centum solidos expostulet. (Pro: „III non Maii“ leg.: „III non. Martias“). Martene Coll. II. 821. — „Ex latore praesentium“.	
„	7.	„	(7847) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Harduinum aliosque, qui „in Balduinum presbyterum violentas manus iniecerint“, excommunicet. Martene Coll. II. 820. — „Querelam Balduini“.
„	7.	„	(7848) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur G. et Hu. sacerdotes, ut A. latori huius epistolae ablatam ecclesiam restituant. Martene Coll. II. 820. — „Ex conquestione A.“
„	10.	„	(7849) B. decano et capitulo S. Martini Turonensi praescribit, ut „omnia, quae W(illelmus), Senonensis archiepiscopus, ac sedis apostolicae legatus, et Stephanus, Meldensis episcopus, de capituli redditibus et praepositoris statuerint, firmiter observent; ac eis iniungit, ut processio purificationis b. Mariae candelis redditis ut soleant, perpetuo deinceps celebretur“. Rec. sur S. Martin de Tours piéces iustif. p. 21, teste Bréquigny Table chron. III. 313.
„	11	ad S. Petrum de Canneto	pervenit „V id. Martii“. Chron. Fossae novae 1170 ap. Muratori R. It. Scr. VII. p. 874.
„	18.	Verulas	pervenit „15 Kal. April.“ Chron. Fossae novae 1170 p. 873.
„	18.	Verulis	(7850) Quibusdam mandat, iudicent inter Gerardum et Ar., de hereditate litigantes. Martene Coll. II. 822. — „Querelam Girardi“.
„	18.	„	(7851) Henrico, archiepiscopo Remensi, praecipit, ut „suffraganeis suis et praesertim B(artholomaeo) Bellovacensi episcopo nullum contra sanctorum patrum statuta vel praeter antecessorum suorum antiquam et rationabilem consuetudinem gravamen infligat“. Martene Coll. II. 823, Bouquet Rec. XV. 881. — „Sicut tibi a“.

		1170. (<i>Ind. 3—25. Sept.—4, pont. a. 11—20. Sept.—12, 1169—25. Mart.—1170.</i>)
Mart. 19.	Veralis	(7852) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut Galterum sacerdotem, „qui in huius turbationis principio ex episcopatu Tullensi propter schismaticorum malitiam ad partes Remenses cum matre, fratre quoque et sorore diverterit“, clericum ordinet, munerique praeponat. (Pro „XVII. Kal. Apr.“ legendum censeo: „XIII. K. A.“) Martene Coll. II. 822. — „Ex transmissa nobis“.
„ 20.	„	(7853) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Arwinum ab abbate S Remigii excommunicatione absolutum, nisi Rolando ablata intra dies 15 restituerit, iterum excommunicet. Martene Coll. II. 823. — „Conquerente nobis Rolando“.
„ 21.	„	Leonatem, abbatem Piscariensem, ecclesiae Romanae diaconum facit „XII. Kal. Apr., sabbato ante dominicam de passione“. Chron. Casaur. 1170 ap. Muratori R. It. Scr. II. n. 907.
„ 25.	„	(7854) Firmano, Asculano, Camerinesi episcopis, et G. subdiacono suo, Auximano procuratori, et Fontis Avellani priori mandat, ut monasterii Piscariensis possessiones iniuste occupatas Leonati abbati restitui iubeant. Chron. Casaur. ap. Muratori R. It. Scr. II. n. 912. — „Quanto dilecti“.
„ 26.	„	(7855) P. decano et toti capitulo Suessionensi praecipit, ut P., clerico Ludovici Francorum regis, subtractum praebendae redditum restituant. Martene Coll. II. 824, Bouquet Rec. XV. 882. — „Quanta sit in“.
(„) —	(„)	(7856) Praepositum, decanum et archidiaconum et universum capitulum Autissiodorensis hortatur, ut magistro P. „beneficium praebendae suae, quam in ecclesia eorum possideat, usque ad triennium, vel saltem usque biennium concedant“. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 688, Bouquet Rec. XV. 882. — „Invitat nos officii“.
„ 29.	„	(7857) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut fratrum Compendiensium iura tueatur, resque ablatas iis restitui cogat. Martene Coll. II. 825, Bouquet Rec. XV. 884. — „Conquesti sunt nobis“.
„ 29.	„	(7858) Quibusdam mandat, ut inter Nicolaum, civem Catalaunensem, et magistrum domus S. Jacobi iudicium faciant. Martene Coll. II. 826. — „Suggestum est nobis“.
„ 29.	„	(7859) (Henrico) Remensi et (Rotrodo) Rotomagensi archiepiscopis mandat, ut ecclesiam S. Petri Selincurtensem ab adversariorum iniuriis tueantur, eosque ad restituenda ablata cogant. Martene Coll. II. 826, Bouquet Rec. XV. 883. — „Ad hoc cura universalis“.
„ 30.	„	(7860) Ecclesiam S. Mammetis Lingonensem tuendam suscipit, bonaque eius confirmat. Gall. Chr. IV. Instr. 184. — „Pia postulatio filiorum“.
„ —	„	(7861) Canonicis Pisanis „venditiones vel infundationes sive alienationes aut obligationes, quas intrusus abbas monasterii Sextensis de thesauro vel possessionibus monasterii fecit, cassatas“ nunciat. (Verba: „dat. 17 Kal. Apr.“ mendum continet). Ughelli It. sacr. III. 405, Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 30. — „Qualiter monasterium“.
Apr. 2.	„	(7862) Monasterium S. Geruntii Calliense tuendum suscipit et eius bona confirmat. Ughelli It. sacr. II. 813. — „Iustis religiosorum“.
„ 2.	„	(7863) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Iohannem, canonicum Laudunensem, et He. mulierem, de hereditate litigantes, ad (Theobaldum) episcopum Ambianensem in ius adire compellat. Martene Coll. II. 827. — „Causam, quae inter“.
„ 2.	„	(7864) Henricum, archiepiscopum Remensem, ut Stephanum canonicum muneri praeficiat, hortatur petente „B. relicta bonae memoriae R(ogerii) quondam Siciliae regis“. Martene Coll. II. 828, Bouquet Rec. XV. 884. — „Quanto rarius tibi“.
„ 2.	„	(7865) Henrico, archiepiscopo Remensi, de Stephani canonici et abbatis S. Remigii controversia mandata dat. Martene Coll. II. 829. — „Iam pridem dilectus“.
„ 18.	„	(7866) Ioanni, episcopo Bononiensi, eiusque successoribus bona, ab Anastasio IV. Gerardo episcopo pro libris centum per emphyteusim data, asserit ea lege, ut episcopi duas argenti puri libras quotannis sedi Romanae persolvant. (Notae chronicae sunt corruptae). Savioli Ann. Bol. II. n. 27. — „Sacrosancta Romana“.
„ 22.	„	(7867) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut ecclesiam Viconiensem ab adversariorum iniuriis defendat. Martene Coll. II. 829. — „Audierunt plures“.
„ 24.	„	(7868) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut ecclesiam Viconiensem, aere alieno oppressam, „a solutione usurarum absolvat“. (Pro „VIII. Kal. Martii“ leg. „VIII. Kal. Maias“). Martene Coll. II. 831, Bouquet Rec. XV. 884. — „Gravamina Viconiensis“.
„ 24.	„	(7869) Po. decano et toti capitulo Suessionensi praecipit, ut Petrum canonicum excommunicatum et eiectionem in integrum restituant. Martene Coll. II. 830. — „Cum tu, fili“.

		1170. (<i>Ind. 3—25. Sept.—4, pont. a. 11—20. Sept.—12, 1169—25. Mart.—1170.</i>)
Apr.	26.	Verulis (7870) Nonantulanis affirmat, episcopo Mutinensi privilegium in eorum iniuriam tributum non esse. Tiraboschi St. di Non. II. 303. — „Comperto ex relatione“.
„	26.	„ (7871) Sententiam ab Odone, S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali, legato apostolico, de S. Benedicti ecclesia latam inter monachos Nonantulanos et Offredum, episcopum Cremonensem, confirmat. Tiraboschi St. di Non. II. 293. — „Ea, que ab apostolice“.
„	26.	„ (7872) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Petro, canonico Suessionensi, praeendam ablatam, nisi decanus et capitulum eam reddiderint, ipse reddat. Martene Coll. II. 832, Bouquet Rec. XV. 885. — „Ad tuae discretionis“.
„	27.	„ (7873) Canonicis Pisavis, quod G., notarium suum, ecclesiae Pisanae canonicum elegerint, gratias agit. Eorum cum S. Savini monachis controversiam archiepiscopi arbitrio commissam esse. Ughelli It. sacr. III. 404, Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 31. — „Devotionis vestrae“.
„	29.	„ (7874) Universo capitulo abbatum Praemonstratensis ordinis interdicat, ne pro abbate initiando palafredum dari archidiaconis sinant. Le Paige Bibl. Praem. 630. — „Inhonestis et pravis“.
Mai.	1.	„ (7875) Po. decano et toti capitulo Suessionensi praecipit, ut „P(etrum) canonicum fructus praebendae suae integre faciant possidere, et quamdiu fuerit in servitio ecclesiae, vel episcopi, aut in scholis, sine iudicio et legitima citatione eum fructibus praebendae privare nullatenus praesumant“. Martene Coll. II. 832, Bouquet Rec. XV. 886. — „Iniunctum nobis apostolatus“.
„	1.	„ (7876) Henricum, archiepiscopum Remensem, iam iterum monet, ut Balduino de cancellaria ecclesiae Noviomensis „nullam molestiam inferat“. Martene Coll. II. 833. — „Non excidit a“.
„	3.	„ (7877) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Guidonis consanguineos, propter violatam P. Berengaudi domum a (Guidone) episcopo Catalaunensi anathematizatos, „sine banno, cum ei, cui damnatum intulerint, satisfecerint, prorsus absolvat“. Martene Coll. II. 833. — „Pervenit ad nos, quod“.
„	9.	„ (7878) Monasterium Casae Marii tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat. Ughelli It. sacr. I. 1392. — „Piae postulatio“.
„	12.	„ (7879) F. decano et capitulo Remensi praecipit, ut Robertum presbyterum insidiosae accusatum „absque actione alicuius pecuniae absolvant“. Martene Coll. II. 834. — „Querelam Roberti“.
„	13.	„ (7880) Robertum priorem et capitulum S. Victoris Parisiensis hortatur, ut Ervisio abbati obediant; cui mandatum esse, „ut negotia ecclesiae tam intrinseca quam extrinseca cum consilio maioris et sanioris partis caputuli dirigat et pertractet“. (Pro „Venetiis“ leg. „Verulis“). Martene Coll. VI. 264, Bouquet Rec. XV. 886. — „Saepius dilectum“.
„	14.	„ (7881) Pacem ab Hugone, episcopo Rutenensi, et eius fratre, Hugone comite Rutenensi, constitutam comprobat. (Aliena verba sunt: „pontificatus nostri anno secundo“). Marca de primatu 409, Marcae diss. tres 281, Mansi XX. 889, et XXI. 1045, Gall. Chr. I. Instr. 51, Bouquet Rec. XV. 886. — „Quoties ea, quae“.
„	14.	„ (7882) (Gualtero), episcopo Tornacensi, permittit, ut, ob abundantiam possessionum ecclesiae suae numerum praebendarum ad quadraginta augeat. (Pro: „II. id. Martias“ leg. „II. id. Maias“.) Miraei Opp. dipl. II. 973, Gall. Chr. III. Instr. 48. — „Significatum est“.
„	21.	„ (7883) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut P. diaconum Sidone ordinatum, ex Oriente reducem, beneficio ecclesiastico impertiat. Martene Coll. II. 835. — „Dilectioni tuae notificamus“.
„	23.	„ (7884) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, disceptet controversiam inter U. et fratres eius Nicolaum atque monachos Auncinences (Aquicinctinenses?) et controversiam inter fratres S. Foillani ac canonicos S. Vincentii. Martene Coll. II. 835. — „Veniens ad apostolicae“.
„	23.	„ (7885) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat vicedominum Pinginniacensem, ut illata fratribus Caricampi damna reconcinnet. Martene Coll. II. 837, Bouquet Rec. XV. 887. — „Ex transmissa conquestione“.
„	23.	„ (7886) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat B. de S. Gualarico, ut fratribus Cari-campi debitas marcas 68 persolvat. Martene Coll. II. 838, Bouquet Rec. XV. 888. — „Licet universis dei“.
„	25.	„ (7887) Henrico, archiepiscopo Remensi, nunciat, Her. latorem huius epistolae, per I.

		1170. (<i>Ind. 3—25. Sept.—4, pont. a. 11—20. Sept.—12, 1169—25. Mart.—1170.</i>) vicearchidiaconum Remensem anathematizatum, a sese absolutum esse, eiusque causam arbitrio (Theobaldi) episcopi Ambianensis et F. decani Remensis permis- sam. Martene Coll. II. 839. — „Veniens ad apostolicam“.
Mai.	25.	Verulis (7888) F. decano et capitulo Remensi mandat, ut Viviani presbyteri, de furto frau- dulenter accusati ac per G(uidonem) episcopum Catalaunensem deiecti et excom- municati, causam diiudicent. Martene Coll. II. 839. — „Veniens ad praesentiam“.
„	27.	„ (7889) F. decano et capitulo Remensi mandat, ut magistrum I., vicarium archidiaconi, et Thomam presbyterum, qui „in Theobaldum clericum violentas manus iniecerint et eum post factam ad ipsum appellationem carceri manciparint, ab omni officio et beneficio ecclesiastico suspendant et excommunicatos publice denuncient“, donec illi de illatis iniuriis satisfecerint. Martene Coll. II. 840. — „Veniens ad apo- stolicae“.
„	28.	„ (7890) Ad monasterii Piscariensis ecclesiam qui die translationis corporis S. Clemen- tis papae accesserint, iis peccata condonat. Chron. Casaur. ap. Muratori R. It. Scr. II. n. 907. — „Licet omnes“.
„	29.	„ (7891) Episcopo cuidam mandat, ut Herbertum, civem Catalaunensem, a Rolando capellano post factam ad sedem apostolicam appellationem excommunicatum, ab- solvat. Martene Coll. II. 843. — „Ex transmissa conquestione“.
—	—	(„) (7892) Willelmo, archiepiscopo Senonensi, respondet, „quoniam Londinensis episco- pus (Gilbertus) ad sese nequaquam accessisset, nihil de causa se statuisset“. Affirmat, se de negotio Thomae, archiepiscopi Cantuariensis, post eius (Willelmi) discessum nihil mutasse, „licet“ inquit „rex Anglorum nos exinde per consules Lombardiae, qui una cum nuncio eius praesentes erant, et per nuncios carissimi in Christo filii nostri Manuelis, illustris Constantinopolitani imperatoris, instan- tissime sollicitaret, ut ei tempus deberemus aliquantulum prolongare“. Monet, ut (Rotrodum), archiepiscopum Rotomagensem, et Bernardum, episcopum Niver- nensem, ad exsequenda mandata sua adhortetur. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 70, ed. Lupus p. 784, Mansi XXI. 900. — „Litteras, quas nobis“.
Iun.	2.	„ (7893) (Petro) Bituricensi, (Henrico) Remensi, (Ioscio) Turonensi, (Rotrodo) Roto- magensi archiepiscopis mandat, ut „singuli in provincia sua, ascitis prudentibus et religiosus viris, pravam doctrinam, quam adhuc quidam teneant et praedicent, quod Christus secundum quod sit homo non sit aliquid, penitus abrogare curent, et Christum sicut perfectum deum sic et perfectum ac verum hominem ex anima et corpore secundum quod homo consistentem tenendum et praedicandum prae- cipiant“. Martene Coll. II. 843, Bouquet Rec. XV. 888. — „Eis, qui disponente“.
(„)	—	(„) (7894) Willelmo, archiepiscopo Senonensi, datum iam pridem Parisiis praeceptum renovat, ut, suffraganeis Parisios convocatis, Petri, quondam episcopi Parisiensis, sententiam: „quod Christus secundum quod est homo, non est aliquid“ tollendam curet, ac docere magistros iubeat: esse „Christum, sicut perfectum Deum, sic et perfectum hominem, ac verum hominem ex anima et corpore consistentem“. Mansi XXII. 119, 239, Gall. Chr. VII. Instr. 73, Bouquet Rec. XV. 968. — „Cum in nostra olim“.
„	5.	„ (7895) Hospitale S. Blasii iuxta Modoetiam tuendum suscipit. Giulini Mem. d. Mil. VI. 542, Frisi Mem. d. Monza II. 69. — „Ad hoc in“.
„	15.	„ (7896) Decanum et capitulum ecclesiae Carnotensis hortatur, ut Philippo, filio Ro- berti comitis, „reditus praebendae suae non tamquam forinseco, sed tam- quam intrinseco cum integritate reddant“. Martene Coll. II. 844, Bouquet Rec. XV. 889. — „Quantum Philippus“.
„	15.	„ (7897) Henricum, archiepiscopum Remensem, de litteris pro Philippo nepote eius ad (Willelmum) archiepiscopum Senonensem et ad capitulum Carnotense datis certio- rem facit. Martene Coll. II. 845, Bouquet Rec. XV. 889. — „Probata fides et“.
„	16.	„ (7898) Henrico, archiepiscopo Remensi, de decem auri marcis sibi donatis et „Eust. magistro militiae templi Parisius assignatis“ gratias agit. Fratres militiae templi commendat. Martene Coll. II. 845, Bouquet Rec. XV. 889. — „Quod nobis in“.
„	20.	„ (7899) Petente G(erardo), archiepiscopo Spalantino, confirmat legem, ne archiepisco- porum ad imperatorem Constantinopolitanum et ad Hungariae regem itinera cle- ricis Spalatinis sumptum afferant. Farlati III. sacr. III. 192. — „Quotiens ab“.
„	25.	„ (7900) Monasterium S. Stephani de Vallibus tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat. Gall. Chr. II. Instr. 476.
Iun.—Iul.	„	(7901) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ne bona fratrum militiae

			1170. (<i>Ind. 3—25 Sept.—4, pont. a. 11—20. Sept.—12, 1169—25. Mart.—1170.</i>) templi violari patiat. („Data II. Iulii“). Martene Coll. II. 846. — „Fratres militiae“.
Iul.	17.	Verulis	(7902) H(enrico), archiepiscopo Remensi, mandat, ut Rad. de Cociaco, qui, „capella fratrum militiae templi confracta, hominem inde violenter extraxerit“, excommunicet. Martene Coll. II. 846, Bouquet Rec. XV. 890. — „Referentibus nobis“ „Requirentibus“.
„	21.	„	(7903) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit de milite quodam, in coemeterio fratrum militiae templi sepulto ac postea effosso, in eodem coemeterio iterum sepeliendo. Martene Coll. II. 847. — „Significaverunt nobis“.
„	25.	„	(7904) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat de Guidone ecclesiae B. Iohannis Suessionensis canonico in eandem, quam deseruerit, ecclesiam, vel invito abbate, reducendo. Martene Coll. II. 847. — „Officii nostri nos“.
„	30.	„	(7905) (Petro) abbati S. Remigii, et Fulconi, decano Remensi, controversiam N. clerici laicorumque quorundam dirimendam delegat. Sirmondi Opp. III. 855, Mansi XXI. 925. — „Ex literis, quas“.
„	30.	„	(7906) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Thomam burgensem S. Remigii, ut extortam matri Milonis pecuniam restituat. Martene Coll. II. 848. — „Perlatum est ad“.
„	30.	„	(7907) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut I. procuratoris archidiaconi Remensis et Hubaldi burgensis de castro S. Remigii controversiam disceptet. Martene Coll. II. 849. — „Pervenit ad nos, quod“.
„	30.	„	(7908) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter abbatissam S. Petri et abbatem S. Remigii. Martene Coll. II. 849, Bouquet Rec. XV. 890. — „Significavit nobis“.
—	—	„	(7909) Ecclesiae S. Andreae Mussianensis patrocinium suscipit et possessiones iuraque confirmat. Lami Eccl. Fl. M. II. 1311. — „Officii nostri“.
Sept.	2.	„	(7910) Henricum, archiepiscopum Remensem, et P. abbatem S. Luciani constituit indices inter Adelelmum et eius uxorem. (Pro „IV. non. Octobr.“ leg.: „IV. non. Septembr.“) Martene Coll. II. 850. — „Causam, quae super“.
„	8.	„	„Celebrata nativitate beate Marie, cum fratribus suis de Verula exiens“ —. Haec verba ex vita Alexandri, quae plenior, quae edita est, exstat in codd. Vatic., mecum communicavit W. Giesebrecht.
„	9.	„	(7911) Ecclesiae S. Sepulcri Hierosolymitanae protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Rozière Cartulaire du saint sépulcre 296. — „Quotiens a nobis“.
„	10.	„	(7912) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, ita scribit: „si nos in causa tua remissius egisse videmur, non ex eo processit, quod causam ipsam nobis tecum et cum Anglicana ecclesia non credamus esse communem, sed quia patientia utendum esse credidimus“. Nunc Rogerum, archiepiscopum Eboracensem, „et reliquos episcopos, qui iuramentum de conservandis iniquis consuetudinibus praestiterint, ab episcopali suspendit dignitate“, (locelinum) Sarisberensem et (Gilbertum) Londinensem episcopos, qui coronando novo regi interfuerint, anathematizat, (Walterum) Roffensem episcopum et Gaufredum Ridel, archidiaconum Cantuariensem, iuste excommunicatos esse scribit, G(odefridum) episcopum S. Asaph „auctoritati et potestati eius relinquit“. De „inimicis ecclesiae, qui etiam regno Francorum sint in insidiis, et Matisconensem civitatem invaserint“, quid Ludovico Francorum regi videatur, quaeri vult. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 32, ed. Lupus p. 834. — „Inter multiplices curas“.
„	16.	Ferentini	(7913) G(ilbertum) Londinensem, Iocelinum Sarisberensem, Barth(olomaeum) Exoniensem, Ric(ardum) Cestriensem, Waltherum Roffensem, Godefridum S. Asaph, Nic(olaum) Landavensem episcopos, qui contra iura Cantuariensis coronando regis filio interfuerint, „ab omni episcopali suspendit dignitate“, praeterea Londinensem et Sarisberensem anathematizat. Wilkins Conc. I. 459, Epist. S. Thomae ed. Giles II. 82, ed. Lupus p. 836, (Rad. de Diceto Im. Hist. ap. Tvysden H. A. Scr. I. 553, Rymer Foedera I. 26). — „Oportuerat vos“ („Cum carissimus filius“).
„	16.	„	(7914) Rogerum, archiepiscopum Eboracensem, et Hugonem, episcopum Dunelmensem, „ab omni officio episcopalis suspendit dignitate“, quod regis filium contra Thomae archiepiscopi Cantuariensis privilegia coronaverint. Wilkins Conc. I. 461, Epist. S. Thomae ed. Giles II. 48, ed. Lupus p. 838, Rymer Foedera I. 26, Roger

		1170. (<i>Ind. 3—25. Sept.—4, pont. a. 11—20. Sept.—12, 1169—25. Mart.—1170.</i>) de Hov. 1170 ap. Savile Rer. A. Scr. 296 ^b , (Mansi XXI. 901, 899). — „Licet nobis commendabiles“ „Licet commendabiles“ („Cum filium suum“).
(Sept.)—	(Ferentini)	(7915) Rotrodo, archiepiscopo Rotomagensi, mandat, ut superiores epistolas suas ad archiepiscopum Eboracensem et episcopos Angliae perferendas curet, atque num (Henricus) Baiocensis et (Frogerius) Sagiensis episcopi coronationi interfuerint, diligenter inquirat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 64, ed. Lupus p. 844. — „Cum hi, qui“.
Oct. 1.	Ferentini	(7916) T(homae), archiepiscopo Cantuariensi, et G(ilberto), episcopo Londinensi, mandat, ut magistro W. de Lega tradant archidiaconatum Deyberiae, de quo Walterus, quondam episcopus Coventriensis, eum investierit. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 67. — „In beati Petri“.
„ 8.	Anagniae	(7917) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, et aliis episcopis Angliae praecipit, ut „omnes presbyteros, diaconos et subdiaconos, qui contra speciale interdictum suum vel episcoporum scienter divina celebraverint aut de cetero in terris excommunicatorum divina celebraverint, omni officio et beneficio ecclesiastico privatos denunciarent, et, si excommunicati cantaverint, eos comprehendant et retrudant in monasteriis“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 31, ed. Lupus p. 796. — „Quoniam enormitatibus“.
(„) —	(„)	(7918) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ne excommunicatis communicet. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 142, ed. Lupus p. 785. — „Saluti regum et“.
„ 9.	„	(7919) Willelmo Senonensi et (Rotrodo) Rotomagensi archiepiscopis mandat, commoneant Henricum, Anglorum regem, „ut pacem, quam cum Thoma, archiepiscopo Cantuariensi, verbotenus fecit, executione operis compleat, et omnia ablata restituat, damna data resarciat, pravas et execrabiles consuetudines omnino praedicat“. Quod nisi intra dies 40 fecerit, totam terram regis cismarinam interdicto afficiant. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 72, ed. Lupus p. 788, (Mansi XXI. 903). — „Molestias et angustias („Fraternitati vestrae“).
„ 9.	„	(7920) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, scribit de excommunicatis, qui absoluti ab archiepiscopo Rotomagensi et episcopo Nivernensi ablatas ecclesiae Cantuariensis possessiones non restituerint, iterum excommunicandis. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 28, ed. Lupus p. 786. — „Si enormitates et“.
„ 9.	„	(7921) Rotrodo, archiepiscopo Rotomagensi, et Bernardo, episcopo Nivernensi, mandat, ut quibus communionem restituerint, eos, si ablata ecclesiae Cantuariensi non reddiderint, iterata excommunicatione afficiant. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 63, ed. Lupus p. 795. — „Auditio et intellecto“.
„ —	„	(7922) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, concedit, ut coronatio filii Henrici Anglorum regis a (Rogerio), archiepiscopo Eboracensi, facta „ei nulla ratione praedictum possit in posterum generare“. (Notae chronologicae: „XX. cal. Oct.“ mendosae sunt.) Epist. S. Thomae ed. Giles II. 30, (ed. Lupus p. 791, Mansi XXI. 900). — „Virtutis et fidei“.
„ 13.	Signiae	(7923) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, concedit, si Henricus Anglorum rex „pacem, quam cum eo fecit, executione operis non adimpleverit, ut in personas et locae, quae ad eius legationem pertineant, excepta persona regis, uxoris quoque et filiorum, ecclesiasticam iustitiam exercent“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 29, ed. Lupus p. 787, Mansi XXI. 903. — „Anxietate cordis et“.
„ 13.	„	(7924) Omnes praelatos per terram regis Anglorum cismarinam monet, ut quam Willelmus, archiepiscopus Senonensis, apostolicae sedis legatus, et (Rotrodus) archiepiscopus Rotomagensis in terram regis cismarinam protulerint sententiam, observent. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 81, ed. Lupus p. 789. — „Cura pastoralis officii“.
„ 17.	Tusculani	„Versus Tusculanum procedens in vigilia sancte Lucie (leg. sancti Luce) cum gloria et honore civitatem ipsam intravit et in palatio ipsius arcis tanquam dominus per XVI. (leg. XXVI.) menses resedit“. Ex vita Alexandri dedit W. Giesebrecht; cf. supra ad 8 Sept.
„ 30	„	(7925) Ecclesiam S. Mariani Eugubinam tuendam suscipit, et eius bona ac iura confirmat. Ughelli It. sacr. I. 638. — „Quoties illud“.
Nov. 24.	„	(7926) (Gilberto) Londinensi et Iocelino Sarisberiensis episcopis scribit, eos a munerum administratione remotos et anathematizatos mansuros esse, donec satisfacturi Thomam adierint; „si autem“ inquit „ita Thomae archiepiscopo et Cantuariensi ecclesiae satisfacere curaveritis, ut poenam istam ipse videat relaxandam, vicem

- 1170.** (*Ind. 3—25. Sept.—4, pont. a. 11—20. Sept.—12, 1169—25. Mart.—1170.*)
 nostram per eum volumus adimpleri“. Wilkins Conc. I. 460, (Epist. S. Thomae ed. Giles II. 102, ed. Lupus p. 843). — „Quamvis curae“.
- Nov. 24. Tusculani (7927) (Ricardo) Cestriensi, (Waltero) Roffensi, (Godefrido) S. Asaph, (Nicolao) Landaviensi et (Hugoni) Dunelmensi episcopis eadem scribit, ut superiore epistola ad Londinensem et Sarisberniensem. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 85. — „Quamvis curae“.
- („) — („) (7928) * (Rogerio), archiepiscopo Eboracensi, scribit „in eundem modum, praeterquam de relaxatione suspensionis. quam sibi reservat dominus papa“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 102, ed. Lupus p. 843.
- Dec. 25. „ (7929) Monasterii S. Augusti Tarranensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 136. — „Effectum iusta postulantis“.
- „ 29. „ (7930) Monasterii Iesu Nazareni (Montis-Aragonensis) possessiones confirmat. (Fragmentum). Aynsa Fundacion de Huesc. 456.
- — — (7931) Henrico, regi Angliae, qui Thomae, archiepiscopo Cantuariensi „omni turbatione et rancore deposito gratiam et amorem suum restituerit“, gratulatur. Monet, ut ablata archiepiscopo reddat, damna data sarciat, ecclesiarum ordinationes restituat, utque „filium suum super articulo iuramenti, quod praetermiserit, de servando iure et libertate Cantuariensis ecclesiae eidem archiepiscopo satisfacere hortetur“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 135, ed. Lupus p. 822, Mansi XXI. 904. — „Cognito ex literis“.
- — — (7932) Clerum et populum regis Angliae citra mare et ultra mare hortatur, ne concordiam pacemque inter Henricum regem et Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, confectam perturbent. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 74, ed. Lupus p. 824. — „Quam gratum deo“.
- 1162—1171.**
- — — (7933) Stephano, episcopo Meldensi, concedit, „ut si de rebus. quae ad capitulum pertineant, inter canonicos discordia emerit, et infra terminum competentem nequiverint convenire, liberum ei sit, de causa cognoscere, vel committere alii negotium terminandum“. Theodori Poenitentiale II. 611. — „Pontificalis exigit“.
- 1170—1171.**
- — — (7934) (Guillelmo) episcopo Agathensi respondet, poenitentiam mulieri imponendam esse, quae „cupiens viri sui ampliorem amorem sibi acquirere, suscepto corpore Christi et in ore retento, eidem viro cum eo osculum porrexit et ipsum trahere non potuit, sed postea versum est in carnem — et caro succrevit et adhuc est ore eius“ cet. (Ex registri libro XII.) Baluzii Misc. III. 373, Mansi XXI. 1100, 1101, XXII. 439, Boehmeri Corp. II. app. 439, Augustini Tarr. Opp. IV. 418, 199, 228, Decr. Greg. L. IV. t. 1 c. 12. — „De muliere illa“ „De muliere, quae“ „Sane super eo, quod“ „Praeterea de muliere“.
- — — (7935) Ad (Theobaldi) episcopi Ambianensis quaestiones respondet. (Ex registri libro XII.) Mansi XXII. 438, (Augustini Tarr. Opp. IV. 257, 59, 192, 196, 268, 332, Decr. Greg. L. III. t. 30. c. 15, t. 31. c. 10, L. IV. t. 15. c. 2, t. 19 c. 3, L. V. t. 33. c. 7.) — „Quod sedem apostolicam“ „Sane de canonico“ „Praeterea de Hugone“ „Ad haec donationem“ „Porro de comite“ „Porro quoniam“ „Porro quamvis“.
- — — (7936) (Raimundo), archiepiscopo Arelatensi et S. Mariae in via lata diacono cardinali scribit de matrimonio Ermengardis et Blatii. (Ex registri libro XII.) Mansi XXII. 437, Boehmeri Corp. II. app. 318, Augustini Tarr. Opp. IV. 54, Decr. Greg. L. I. t. 29. c. 16. — „Causa matrimonii“ „Causam matrimonii“.
- — — (7937) Patriarchae Hierosolymitano interdicit, ne in privilegiis nomina clericorum absentium, „tamquam si praesentes sint, faciat subscribi“. (Ex registri libro XII.) Mansi XXII. 434, Augustini Tarr. Opp. IV. 157, Decr. Greg. L. III. t. 10. c. 5. — „Quanto maiori dignitate“.
- — — (7938) Procuratori et canonicis Soranis scribit de Mariotae matrimonio. (Ex registri libro XII.) Mansi XXII. 439, Boehmeri Corp. II. app. 314, Augustini Tarr. Opp. IV. 229, Decr. Greg. L. IV. t. 1. c. 13. — „Veniens ad apostolicam“.
- — — (7939) Abbati S. Benedicti de Vebia (al. Nebia) scribit de poenitentia monachi, qui fures interemerit. (Ex registri libro XII.) Mansi XXII. 437, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 224, Augustini Tarr. Opp. IV. 307, Decr. Greg. L. V. t. 12. c. 10. — „Suscepimus litteras tuas“.

1170—1171.

- — — (7940) Episcopo et archidiacono Vicentino mandat de filiis Heremanni legitimis iudicandis. (Ex registri libro XII). Mansi XXII. 435, Augustini Tarr. Opp. IV. 265, Decr. Greg. L. IV. t. 17. c. 8. — „Perlatum est ad“.
- — — (7941) Episcopo Wigornienti respondet, „monachos in accusatione abbatum suorum esse audiendos“. (Ex registri libro XII). Mansi XXII. 433, Boehmeri Corp. II. app. 275, Augustini Tarr. Opp. IV. 275, 135, Decr. Greg. L. II. t. 30. c. 2, L. V. t. 1. c. 11. — „Ex parte tua huiusmodi“ („De confirmationibus“).
1171. (*Ind. 4—25. Sept.—5, pont. a. 12—20. Sept.—13, 1170—25. Mart.—1171.*)
- Ian. 8. Tusculani (7942) (Lando) electo, archipresbytero et canonicis ecclesiae Lucensis praecipit, ne fratres S. Frigidiani iniuriis afficiant. Baluzii Misc. IV. 596. — „Dilecti filii nostri“.
- „ 31. „ (7943) Monasterii Voraviensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Caesar Annal. Styr. I. 764. — „Officii nostri“.
- Febr. 10. „ (7944) Ecclesiam S. Mariae Seccoviensem tuendam suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat. Pusch et Froehlich Dipl. St. I. 157. — „Quoties illud“.
- „ 10. „ (7945) Monasterii Admontensis protectionem suscipit, bonaque ac iura confirmat. Pez Th. An. III. III. 666. — „Officii nostri“.
- „ 11. „ (7946) Ecclesiam S. Petri Tarvisinam tuendam suscipit, canonicorumque bona confirmat. Ughelli It. sacr. V. 525. — „Effectum iusta“.
- „ 15. „ (7947) Parthenonis S. Petri Blaziliensis possessiones confirmat. (Fragmentum). Gall. Chr. II. Instr. p. 158.
- „ 25. „ (7948) Petro, abbati S. Remigii, et Fulconi, decano Remensi, mandat, iudicent inter S. Urbani et Dervensem abbates. Sirmondi Opp. III. 853, Mansi XXI. 923. — „Causam, quae“.
- Mart. 25. „ Henrici Anglorum regis legatos recipit „in quinta feria maioris hebdomadae“. Card. Arag. vit. Alex. p. 462. Cf. epistolam clericorum ap. Benedictum Petroburg. 1171: „quinta feria ante pascha“.
- Apr. 9. „ (7949) Ecclesiae Cephaloediensis possessiones iuraque, petente Bosone episcopo, confirmat. Pirri Sic. sacr. II. 801. — „Quoniam sicut“.
- „ 24. „ (7950) (Stephano), archiepiscopo Bituricensi, et (Bernardo), episcopo Nivernensi, mandat, „si infra mensem de adventu legatorum suorum (quos pro cognoscenda atrocitate illius facinoris et reconciliatione regis disposuerit transmittere) iis non innotuerit“, ut (Gilbertum) Londinensem et (Iocelinum) Sarisberiensem episcopos „excommunicationis vinculo absolvant, sententia suspensionis in suo robore permanente“. Benedictus Petroburg. 1171, Roger. de Hoveden 1171 ap. Savile R. A. Scr. 302, Gilberti Foliot epist. II. 59, Wilkins Conc. I. 473, Mansi XXI. 905. — „Fraternitati vestrae non“.
- („) — („) (7951) Iocelino, episcopo Sarisberienensi, concedit, petentibus Reginaldo archidiacono et Willelmo Siciliae rege ac Mathilda regina, matre eius, „consideratione quoque et amore carissimi in Christo filii sui Anglorum rege Henrico“, ut ad sese veniendi labore supersedeat. Praecipit, ut legatos mittat, qui eum „super his, quae ei obiecta sint de s. recordationis Thoma, quondam Cantuariensi archiepiscopo, et unde suspensus et excommunicatus fuerit, excusare debeant“. (Clausula: „Datum Beneventi III. cal. Apr.“, est sine dubio mendosa). Epist. S. Thomae ed. Giles II. 104. — „Licet in proposito“.
- Mai. 14. „ (7952) Io(scio), archiepiscopo Turonensi, eiusque suffraganeis praecipit, ut interdictum, in cismarinam regis Anglorum terram a Willelmo, archiepiscopo Senonensi, apostolicae sedis legato, „pro pace sanctae memoriae Thomae Cantuariensis archiepiscopi“ constitutum, observent. Martene Thes. I. 569, Bouquet Rec. XVI. 479. — „In apostolicae sedis“.
- „ 15. „ (7953) Monasterium Aquistrense tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat. Gall. Chr. II. Instr. 310. — „Religiosis desideriis“.
- Iun. 1. „ (7954) Henricum, archiepiscopum Remensem, reprehendit, quod „de colloquio, quod nuper Ludovicus, Francorum rex, cum F(riderico), dicto imperatore, habuisse dignoscatur, per eum nihil certitudinis significatum fuisset“. Mandat, ut „secundum ea, quae (Matthaeus) Trecentis episcopus et Pontiniacensis abbas ei significaverint, apud regem diligens studium et operam adhibeat efficacem, et quidquid exinde invenerit, per fidelem et discretam personam sollicitudini suae studeat intimare, quoniam non sint omnia litteris committenda“. Martene Coll. II. 936, Bouquet Rec. XV. 919. — „Cum recolimus et“.

			1171. (<i>Ind. 4—25. Sept.—5, pont. a. 12—30. Sept.—13, 1170—25. Mart.—1171.</i>)
Iun.	19.	Tusculani	(7955) Suffraganeis ecclesiae Tarraconensis episcopis dolorem de nece Hugonis archiepiscopi suum significat. Auctores caedis gaudet a rege Aragonensi expulsos e regno esse; sed matrem quoque illorum „cum viro, filius, et nepotibus“ eiici in exsilium vult. Mandat, ut novo episcopo constituendo operam dent. Marca Marca Hisp. 1355, Aguirre Conc. V. 87, Mansi XXI. 1068. — „Audita morte“.
„	24.	„	(7956) Herberto (de Boseham) magistro significat, se Alberto tit. S. Laurentii in Lucina et Theodwino tit. S. Vitalis presbyteris cardinalibus, apostolicae sedis legatis, mandasse, ut ei „et aliis clericis ac laicis Thomae, quondam archiepiscopi Cantuariensis, gratiam et pacem Henrici regis Anglorum acquirant, et eos faciant reduci“. Hereberti de Boseham Opp. ed. Giles II. 303. — „Devotionis tuae literas“.
Iul.	15.	„	(7957) Archidiaconum, decanum, et clericos de Notinghamseyre hortatur, ut ecclesiae Southwellensis iura conservent. Monast. Anglic. III. append. p. 11. — „Cum suscepti regiminis“.
„	28.	„	(7958) Ecclesiae S. Mariae Southwellensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Monast. Anglic. III. append. p. 10. — „Ad hoc sumus“.
„	28.	„	(7959) Monasterium S. Mariae Morimundense tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat. Ughelli It. sacr. IV. 146. — „Religiosam vitam“.
Aug.	20.	„	(7960) Robertum episcopum et abbatem Catanensem pallio ornat, ecclesiaeque iura confirmat. Acta SS. Febr. T. I. 656, (Pirri Sic. sacr. I. 531). — „Sicut beatissimi“.
Oct.	22.	„	(7961) Canonicis ecclesiae Pratensis capellam S. Iacobi asserit. Ughelli It. sacr. III. 333. — „Quemadmodum“.
„	23.	„	(7962) (Rotrodo), archiepiscopo Rotomagensi, et (Theobaldo), episcopo Ambianensi, mandat, ut „in confinio terrae regis Francorum et regis Angliae, in marchia videlicet, Rogerum, archiepiscopum Eboracensem, (cui Fredericus, dictus imperator et persecutor ecclesiae noluerit, quod ad ipsum posset venire, securitatem praestare) convocent, qui iuret, quod pravas illas consuetudines nec iuramento, nec fide data, seu scripto firmaverit, neque regem provocaverit propter quod Thomas archiepiscopus Cantuariensis occisus fuerit, neque literas, quibus, ne filio regis coronam imponeret, praecipiebatur, receperit“. Haec iuratum archiepiscopum restitui in integrum iubet. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 65, ed. Lupus p. 868. — „Et ipsa loci vicinitas“.
(„)	—	(„)	(7963) Rotrodo, archiepiscopo Rotomagensi, et (Theobaldo), episcopo Ambinianensi, scribit, „nolle se, ut alias Eboracensis archiepiscopus, licet aliter a se debere fieri postulaverit, innocentiam demonstret, quam ut ei, si hoc fecerit in cismarinis partibus, liceat officium suum exercere“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 67, ed. Lupus p. 870. — „Quia nonnunquam evenit“.
Nov.	19.	„	(7964) Ecclesiam SS. quadraginta martyrum Tarvisinam tuendam suscipit eiusque possessiones et privilegia confirmat. Bull. Lat. 46. — „Religiosam vitam“.
„	28.	„	(7965) Monasterii Camberonensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Miraei Opp. dipl. II. 1176. — „Piae postulatio voluntatis“.
—	—	—	(7966) Henrico, regi Angliae, commendat D. magistrum, ortu Anglum, qui, studiis Bononiae transactis, inter nuntios eius ad sedem apostolicam pervenerit, ac tam bonae indolis virum se ostenderit, ut ipse eum proxime vacaturae in dioecesi Lincolnensi praebendae canonicum designaverit. Savioli Ann. Bol. I. II. 268. — „Inter ceteros“.
—	—	—	(7967) Henrico, regi Angliae, R. archidiaconum Sarisberniensem et Ricardum Bar et magistrum D. commendat, qui non modo ante alterius legationis adventum, verum etiam cum novi legati nuntium, superiore laetioem, attulissent, summo studio regis commodo servierint. Savioli Ann. Bol. I. II. 269. — „Antequam secundi“.
—	—	—	(7968) Donationes iniussu monachorum S. Augustini Cantuariensium sigillo monasterii obsignatas rescindit, ac decernit, „ut sigillum eorum conservetur, ita quod nulla persona nisi de communi consensu et voluntate fratrum vel sanioris partis conventus cartam aliquam, continentem contractus donationis vel obligationis possessionum monasterii praedicto sigillo consignare audeat“. Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. Scr. II. 1817, cf. ibid. p. 2255. — „Ea, quae in praedictum“.
—	—	—	(7969) „Dilecto filio A. Richerspergensis preposito salutem et apostolicam benedictionem. Dilectionis tuae litteris alacri animo et leta mente receptis, quod spei tuae anchoram ita in b. Petri et nostra reverencia solidasti, quod in medio nationis pravae positus, fidem rectam atque catholicam in te sustinere non fuisti passus iacturam, et quod fidei tuae murus, crebris ictibus multisque tusionibus et cre-

1171. (*Ind. 4—25. Sept.—5, pont. a. 12—26 Sept.—13, 1170—25. Mart.—1171.*)

pitante tuba minarum concussus, non potuit frangi, neque ventum validum venientem neque procellas sevientis pelagi timuisti, ei qui tibi, quae gravia sunt, animum tolerandi concessit, et tantam pectori tuo gratiam sua dignatione infudit, ut inter huius seculi turbines intrepidus stares, devotas gratias agimus, et admirandae virtutis tuae constanciam digna gratiarum prosequimur actione. Unde et tanto maiorem voluntatem et desiderium gerimus, te et ecclesiam tuam sincera karitate diligere et vestris commodis et profectibus aspirare, quanto pro fide catholica constantius et firmiter nosceris laborasse. Tu vero in devotione beati Petri et nostra ita de die in diem magis ac magis proficias et convalescas, quod Deo in sacrificio tuo caudam cum capite videaris offerre. Ad haec a communione illorum scismaticorum, qui nominatim sunt excommunicati, vel a capite scismatis ordines susceperunt, in salutatione, oratione, potu et cibo abstineas. Principibus vero, quoniam nullum ex nomine de his, qui supersunt, preter F. caput huius maliciae et O., excommunicavimus, indubitanter poteris communicare. Sane incendiariis (de quibus, sicut credimus, decreta ut excommunicentur precipiunt, etsi ecclesia faciat ipsos, tanquam excommunicatos ad terrorem, absolvi,) si quando necessitate cogente communicaveris, apud deum non poteris exinde damnationis iudicium formidare. Ex cod. Reichersberg. saec. XII. Dedit Wattenbach. — „Dilectionis tuae litteris“.

1170—1172.

- | | | | |
|------|-----|-----------|--|
| Oct. | 20. | Tusculani | (7970) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur (Hugonem), episcopum Suessionensem, ut Waltero sacerdote, „qui, relicto propter perfidiam schismaticorum episcopatu Tullensi, ad Remenses partes se contulerit“, ecclesiam quandam concedat. Martene Coll. II. 851, Bouquet Rec. XV. 891. — „Non excidit a“. |
| | 20. | „ | (7971) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, ne fratres de Mari vexari a Iohanne presbytero patiatur. Martene Coll. II. 852. — „Querelam abbatis et“. |
| | 20. | „ | (7972) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut fratribus de Mari ablatam vineam reddi iubeat. Martene Coll. II. 852. — „Ex parte dilectorum“. |
| | 20. | „ | (7973) Episcopis per regnum Francorum constitutis praecipit, curent, ne „illi, qui nomen magisterii scholarum et dignitatem in ecclesiis eorum assumpserint, pro praestanda licentia docendi alios ab aliquo quidquam amodo exigere audeant vel extorquere“, sed „ut quicumque viri idonei et litterati voluerint studia regere litterarum, eos sine molestia scholas regere patiantur“. Martene Coll. II. 853, Bouquet Rec. XV. 890, (Mansi XXII. 279, Boehmeri Corp. II. app. p. 203, Augustini Tarr. Opp. IV. 287, Decr. Greg. L. V. t. 5. c. 3). — „Quanto Gallicana“. |
| | 23. | „ | (7974) (Petro), abbati S. Remigii, et B., archidiacono Remensi, mandat, ut inter Warinum de Wimericurt et sororem uxoris eius iudicent. Sirmondi Opp. III. 875, Mansi XXI. 947. — „Causam, quae“. |
| | 27. | „ | (7975) Henrico, archiepiscopo Remensi, et T(heobaldo), episcopo Ambianensi, mandat, ut R. mulieri ablata reddi iubeant. Martene Coll. II. 854. — „Ex questione R.“ |
| | 27. | „ | (7976) Henrico, archiepiscopo Remensi, et (Theobaldo), episcopo Ambianensi, mandat, compellant ministeriales Ph(ilippi), comitis Flandrensis, ut R. mulieri quae abstulerint reddant. Martene Coll. II. 855. — „Quia nobis R.“ |
| | 29. | „ | (7977) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut cum (Theobaldo) episcopo Ambianensi simoniacos quosdam mores in episcopatu Tornacensi aboleat. Martene Coll. II. 855, Bouquet Rec. XV. 891. — „Cum in ecclesia“. |
| | 31. | „ | (7978) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat (Theobaldum), episcopum Ambianensem, ut quem contra iura b. Petri „sibi obedientiam praestare coegerit“, abbatem S. Richarii „ab obedientia sua absolvat“. Martene Coll. II. 856, Bouquet Rec. XV. 892. — „Quia te novimus“. |
| Nov. | 4. | „ | (7979) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit de Rogeri, hominis fratrum Hierosolymitani hospitalis, et Guiardi soceri controversia decernenda. Martene Coll. II. 857. — „Accepimus ex transmissa“. |
| | 7. | „ | (7980) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat de P., presbytero villae Curtismunt, removendo. Martene Coll. II. 858. — „Parochiani de“. |
| | 8. | „ | (7981) Petro, abbati S. Remigii, et Fulconi, decano Remensi, mandat, „dure et aspere puniant“ I. prebyterum de burgo S. Remigii, qui, cum „in die dominico coram clericis et laicis, postposita modestia clericali, choreas duceret“, a scholaribus burgi |

			1170—1172.
			S. Remigii increpatus et irrisus, „ostium et fenestras scholarum ausu temerario fregerit, et in quosdam ex ipsis scholaribus violentas manus iniecerit, et in ipsos excommunicationis sententiam promulgaverit“. Omnibus interdicti iubet, „ne praefatos scholares contra libertatem eorum in aliquo molestare audeant vel gravare, quamdiu coram magistro suo parati sint iustitiae stare“. Sirmondi Opp. III. 884, Bouquet Rec. XV. 892, Mansi XXI. 956. — „Audivimus ex“.
Nov.	9.	Tusculani	(7982) (Petro), abbati S. Remigii, et decano Remensi mandat, cogant monachos de Gardo et abbatissam S. Michaelis Vurlensis, ut damna A., abbati ecclesiae Aquincinensis, illata reparent; praecipiantque abbatissae et monialibus, ne excommunicatos recipiant, „et si quos excommunicationis vinculo innodatos sepelierint, eos detumulare et de coemeterio eiicere non postponant“. Sirmondi Opp. III. 878, Mansi XXI. 950. — „Dilectus filius noster“.
„	16.	„	(7983) (Petro), abbati S. Remigii, et Fulconi, decano Remensi, mandat, ut Agnetis, filiae Balduini de Aigne, et Girardi de Landas controversias discernant. Sirmondi Opp. III. 883, Mansi XXI. 955. — „Ex literis, quas“.
„	23.	„	(7984) (Petro), abbati S. Remigii Remensis, et priori S. Martini de Campis mandat, ut G. abbatis de Gardo et abbatis S. Petri de Serenicurt litem discernant. Sirmondi Opp. III. 879, Mansi XXI. 950. — „Ex transmissa conquestione“.
„	24.	„	(7985) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Rainerium et Galterium fratres, qui „in presbyterum calore iracundiae succensi violentas manus iniecerint et, eo non laeso, capitulo Cameracensi et sacerdoti satisfecerint“, absolvat. Martene Coll. II. 858. — „Ex transmissa relatione“.
„	24.	„	(7986) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Ric. clericum, ut G. clerico debita solvat ac de illatis damnis satisfaciatur. Martene Coll. II. 859. — „Conquerente nobis G.“.
„	26.	„	(7987) Manfredi, S. Georgii ad velum aureum diaconi cardinalis, legati apostolici, sententiam confirmat, qua Lovoleti locus, ab episcopo Mutinensi occupatus, monachis Nonantulanis adiudicatur. Tiraboschi St. di Non. II. 276. — „Ea, que auctoritate“.
„	27.	„	(7988) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut G. diacono, a Gerone „illo schismatico et superimposito Albectensi“ (Halberstadensi) ordinato, ecclesiam suo rogatu a (Desiderio) episcopo Morinensi collatam adimat. Martene Coll. II. 860. — „Significavit nobis venerabilis“.
„	27.	„	(7989) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, sacerdotem S. Manehildis excommunicatione cogat, ut fratribus Maurimontensibus de illatis iniuriis satisfaciatur. Martene Coll. II. 861. — „Ex parte dilectorum“.
„	29.	„	(7990) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat abbates S. Andreae de Castello et S. Sepulcri atque canonicos S. Gangerici et Phil. militem de Ruminaco, ut ab infirmis Cameracensibus „de novalibus et nutrimentis animalium decimas exigere“ desinant. Martene Coll. II. 861, Bouquet Rec. XV. 893. — „Iteratam querelam“.
„	30.	„	(7991) (Henrico), episcopo Silvanectensi, et (Petro), abbati S. Remigii Remensis, mandat, moneant monachos S. Remigii Branenses, ne „comitis vel comitissae familiam, vel milites castri, aut supervenientes, sive uxores eorum aut liberos, vel familias suas“ a frequentanda S. Mariae ecclesia prohibeant. Sirmondi Opp. III. 873, (Mansi XXI. 944). — „Ad audientiam“.
„	30.	„	(7992) (Henrico), episcopo Silvanectensi, et (Petro), abbati S. Remigii Remensis, negotium dat, ut monasterio S. Mariae Branensi decimas quasdam a monachis Corbeiensibus et a monachis S. Leodegarii (Suessionensibus) restitui cogant. Sirmondi Opp. III. 873, Mansi XXI. 944. — „Dilecti filii“.
„	30.	„	(7993) Abbati et fratribus Corbeiensibus praecipit, ut aut monasterio S. Mariae Branensi ablatam decimam restituant, aut episcopi Silvanectensis et abbatis S. Remigii Remensis iudicium subeant. Sirmondi Opp. III. 875, Mansi XXI. 946. — „Dilecti filii“.
„	30.	„	(7994) (Theobaldo) Ambianensi et Tornacensi episcopis et (Petro) abbati S. Remigii Remensis, mandat, ut abbatibus Branensis et Iohannis militis de Hostel controversiam disceptent. Sirmondi Opp. III. 874, Mansi XXI. 945. — „Ex transmissa conquestione“.
Dec.	2.	„	(7995) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne fratres S. Medardi a Godoini he-

		1170—1172.
		redibus de pecunia quadam, ipsi Godoino iam restituta, vexari sinat Martene Coll. II. 862. — „Significantibus nobis“.
Dec.	2.	Tusculani (7996) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Milonem Arrivatum, ut fratribus Maurimontensibus quadraginta sextarios annonae restituat. Martene Coll. II. 863. — „Ex parte abbatis“.
„	8.	„ (7997) Universos fideles per regnum Franciae constitutos hortatur, ut nuncios canonicorum ecclesiae Nazarenae benigne recipiant et „eis caritatis solatia et subventionis auxilium porrigant“. Martene Coll. II. 863, Bouquet Rec. XV. 893. — „Civitatum, castellorum“.
„	9.	„ (7998) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter Theobaldum et eius fideiussores de Appia. Martene Coll. II. 865. — „Insinuante nobis“.
„	9.	„ (7999) Henrico, archiepiscopo Remensi, monasterium Corbeense commendat. Martene Coll. II. 869, Bouquet Rec. XV. 894. — „Comperto nobis“.
„	10.	„ (8000) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut M. viduam a G(uidonis) episcopi Catalaunensis iniuriis defendat. Martene Coll. II. 869. — „Nullus esset“.
„	11.	„ (8001) (Petro), abbati S. Remigii Remensis, praecipit, ne Robertum et Martinum monasterii sui homines ideo vexet, quod „de alterius dominio uxores duxerint“. Sirmondi Opp. III. 856, Bouquet Rec. XV. 894, Mansi XXI. 926. — „Perlatum est ad“.
„	11.	„ (8002) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter Lambertum et Bartholomaeum. Martene Coll. II. 870. — „Cum Lambertus“.
„	12.	„ (8003) B(arbedauri) decani et capituli Parisiensis de canonicis forinsecis constitutionem probat. Baluzii Misc. III. 21, Mansi XXI. 1067, (Collection des Cartulaires IV. 227). — „Ea, quae ad“ („Ex litteris autem“).
„	18.	„ (8004) (Petro), abbati S. Remigii, et Fulconi, decano Remensi, mandat, compellant abbatem Hamensem, ut abbati Humulariensi hominem quemdam restituat. Sirmondi Opp. III. 857, Mansi XXI. 927. — „Dilectus filius“.
„	18.	„ (8005) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Gerardum de Ioecort ab iniquis Bernardi leprosi postulationibus tueatur. Martene Coll. II. 870. — „Ex transmissa conquestione“.
„	18.	„ (8006) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Albertum excommunicatum absolvat, eique ecclesiam de Angeio et Cersolio restituat. Martene Coll. II. 871. — „Ad apostolicae sedis“.
„	18.	„ (8007) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Drogonem, cancellarium Noviomensem, ut suscepta poenitentia in monasterium revertatur, et P(etrum) „dictum electum“ Cameracensem, ut vexare ecclesiam Maricolensem desinat. Martene Coll. II. 872, Bouquet Rec. XV. 895. — „Cum gravia sint“.
(„)	—	„ (8008) Philippo, comiti Flandrorum, mandat, inducat (Petrum) „dictum electum“ Cameracensem, ut archiepiscopo (Remensi) obediat, neve ecclesiae Maricolensi iniurias inferat. Martene Coll. II. 873, Bouquet Rec. XV. 895. — „Relatum est nobis“.
„	18.	„ (8009) Abbati Hamensi mandat, ut Drogonem canonicum, excommunicatione proposita, in monasterium revocet. Martene Coll. II. 874, Bouquet Rec. XV. 896. — „Cum scriptum sit“.
„	21.	„ (8010) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Odonem macellarium Richerio reddere libras 17 cogat. Martene Coll. II. 874. — „Ex transmissa relatione“.
—	—	(8011) Petro, abbati S. Remigii, et Fulconi, canonico Remensi, mandat, ut pupillis quibusdam a Io. Suessionensi reddi terram quamdam iubeant. Sirmondi Opp. III. 852, Mansi XXI. 922. — „Ad audientiam nostram“.
—	—	(8012) Petro, abbati S. Remigii Remensis, mandat, ut pupillarum quorundam et God. Suessionensis viduae de domo quadam controversiam dirimat. Sirmondi Opp. III. 852, Mansi XXI. 922. — „Recepta conquestione“.
		1171—1172.
Ian.	20.	Tusculani (8013) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit de Willardo presbytero, si fornicationi obnoxius sit, removendo. Martene Coll. II. 878. — „Significavit nobis venerabilis“.
„	21.	„ (8014) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut V. et I. presbyterorum de ecclesia S. Mariae controversiam intra dies 15 ipse decernat. Martene Coll. II. 879. — „Significante nobis“.

			1171—1172.
Ian.	23.	Tusculani	(8015) Henrico, archiepiscopo Remensi, (Guidoni), episcopo Catalaunensi, et (Arnulfo?) electo Virdunensi, mandat, cogant castellanum Vitriaci, ut monasterio Caladino de illatis damnis iniuriisque satisfaciatur. Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 358, Martene Coll. II. 881, Bouquet Rec. XV. 896. — „Religiosos viros“.
„	27.	„	(8016) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, curet ut lata inter monachos Silvae-maioris et clericos Braguenses sententia custodiatur. Martene Coll. II. 882, Bouquet Rec. XV. 897. — „Cum dilecti filii“.
„	28.	„	(8017) C(onradum), archiepiscopum Moguntinum, apostolicae sedis legatum, monet, ne inter monasterium S. Zenonis Veronense et cives Ferrarienses de castro Ostiliensi diudicatum ab Oberto ab Orto controversiam redintegret. Opus enim sibi esse, „inter civitates Lombardiae et eorum cives, hoc tempore praecipue, pacem et concordiam ponere et ad eorum unitatem intendere“. Ughelli It. sacr. V. 794. — „Dilecti filii“.
„	28.	„	(8018) W(ladislauum), Bohemiae regem, filio suo A(delberto), archiepiscopo Salzburgensi, non opitulari contra inimicos miratur. Ad auxilii lationem hortatur. Sudentorf Registrum I. 69. — „Cum ecclesia Salzburgensis“.
(„)	—	„	(8019) H(einricum) duce[m] Austriae, miratur A(delberto), archiepiscopo Salzburgensi, auxilium contra adversarios non ferre. Quem ut defendat, monet. Fischer Merkw. Schicks. v. Klosterneuburg II. 150. — „Cum ecclesia Salzburgensis“.
„	31.	„	(8020) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat G. et R. Gozo, ut fratribus militiae templi, quae abstulerint, restituant. Martene Coll. II. 883. — „Insinuatum est“.
Febr.	1.	„	(8021) W(illemo), archiepiscopo Senonensi, apostolicae sedis legato, et S(tephano), episcopo Meldensi, et abbati Vallis-secretae mandat, ut monasterii S. Victoris Parisiensis disciplinam, vitio abbatis corruptam, corrigant. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 602, Martene Coll. VI. 250, Bouquet Rec. XV. 898, Mansi XXI. 993. — „Crebra iamdudum“.
„	1.	„	(8022) Abbatem et canonicos S. Victoris Parisiensis de superioribus litteris certiores facit. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 603, Martene Coll. VI. 251, Bouquet Rec. XV. 899, Mansi XXI. 994. — „Iamdudum ad nos“.
„	1.	„	(8023) Ludovico, Francorum regi, de corrigenda disciplina monasterii S. Victoris Parisiensis quid mandaverit, nunciat. Martene Coll. VI. 249, Bouquet Rec. XV. 897, (Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 602). — „Considerantibus nobis“.
„	2.	„	(8024) Henrico, archiepiscopo Remensi, milites templi commendat. Martene Coll. II. 883, Bouquet Rec. XV. 899. — „Milites Templi“.
„	3.	„	(8025) (Petro), abbati S. Remigii, et B. archidiacono Remensi mandat, admoneant episcopum Suessionensem, ut O. subdiaconum, ab abbate S. Petri Catalaunensi praesentatum, de ecclesia S. Medardi investiat; quod si recusaverit, ipsi eum investiant. Sirmondi Opp. III. 877, Mansi XXI. 948. — „Constitutus in“.
„	5.	„	(8026) Presbyteris et aliis clericis parochialium ecclesiarum, ad monasterium S. Petri de Montibus pertinentium, mandat de mortuis non in ecclesiis sed in monasterio sepeliendis. Sirmondi Opp. III. 885, Mansi XXI. 957. — „Pervenit ad nos“.
„	8.	„	(8027) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Araldo presbytero ablatam ecclesiam S. Remigii de Masdeio restituat. Martene Coll. II. 884. — „Insinuat nobis“.
„	9.	„	(8028) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne monasterium Virtuense vexari a Laudato Catalaunensi sinat. Martene Coll. II. 885. — „Paci et quieti“.
„	12.	„	(8029) (Petro), abbati S. Remigii, et Fulconi, decano Remensi, mandat, ut inter abbatem S. Theoderici et Helisendim eiusque virum iudicent. Sirmondi Opp. III. 856, Mansi XXI. 926. — „Dilectus filius“.
„	13.	„	(8030) Henrico, archiepiscopo Remensi, F. archidiaconum Ostrevandensem commendat. Martene Coll. II. 885, Bouquet Rec. XV. 900. — „Eos, quos honestate“.
„	20.	„	(8031) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat canonicos ecclesiae Catalaunensis, ut Stephano clerico „ terras ad dotem altaris de Cortoisimunt pertinentes“ restituant. Martene Coll. II. 886. — „Cum olim conquestione“.
„	21.	„	(8032) Guidoni abbati S. Nicasii et M. Radulfo, canonico Remensi, mandat, cogant homines quosdam, ut illata monasterio S. Remigii damna expleant. Sirmondi Opp. III. 871, Mansi XXI. 942. — „Suggestum est auribus“.
„	22.	„	(8033) Monasterio S. Remigii Remensi concessam ab Henrico archiepiscopo frescen-

1171—1172.

		giarum remissionem ratam habet. Sirmondi Opp. III. 872, Mansi XXI. 943. — „Rationabiles et“.
Febr. 22.	Tusculani	(8034) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut canonicorum S. Nicolai Catalaunensis et abbatis Dervensis de ecclesia Campi-Auberti controversiam disceptet. Martene Coll. II. 887. — „Perlatum est ad“.
„ 22.	„	(8035) Archiepiscopum Bituricensem et (Theobaldum) episcopum Ambianensem hortatur, ut inter R. de Guisa et S. uxorem eius iudicium faciant. Martene Coll. II. 887, Bouquet Rec. XV. 900. — „Quoniam certo experimento“.
„ 26.	„	(8036) G(aldino), archiepiscopo Mediolanensi, mandat, moneat proceres et uaruaiores de Sexto, ut O(berto), subdiacono suo, ecclesiae Modoetiensis archipresbytero, decimas exhibeant. Frisi Mem. di Monza II. 67. — „Dilectus filius“.
„ 27.	„	(8037) Henrico, archiepiscopo Remensi, affirmat, abbati Cheminonensi id privilegii nequaquam concessum esse, „ut quoscumque de Remensi vellet archiepiscopatu impetere, eos ante Willelmum, Senonensem archiepiscopum, apostolicae sedis legatum, posset, remoto appellationis obstaculo, convenire“. Martene Coll. II. 888, Bouquet Rec. XV. 901. — „Relatum est nobis“.
„ 27.	„	(8038) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Leonem abbatem S. Gisleni a schismaticis eiectum, in cuius locum „Cameracensis dictus electus“ alium substituerit, in integrum restituat. Martene Coll. II. 889, Bouquet Rec. XV. 901. — „Perlatum est ad“.
„ 28.	„	(8039) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit, famam nunciare, „Ludovicum Francorum regem esse requisitum, ut filio F(riderici imperatoris), persecutoris ecclesiae, suam desponsaret filiam in uxorem“; quod ne faciat, regem moneat. „Si enim regi placuerit“, inquit „eam filio imperatoris Constantinopolitani poterit tradere in uxorem; sane apud imperatorem regnum et consanguinei puellae aearium indeficiens semper invenient“. Martene Coll. II. 889, Bouquet Rec. XV. 901. — „Suggestum est nobis“.
Mart. 1.	„	(8040) (Gualtero), episcopo Tornacensi, praecipit, ut Danieli presbytero S. Iohannis Gandavenses ablatum beneficium officiumque restituat. Martene Coll. II. 890. — „Ex insinuatione Danielis“.
„ 4.	„	(8041) Meldensi et (Theobaldo) Ambianensi episcopis mandat, cognoscant, num filiae Roberti comitis cum Hugone de Brois, cui eam pater in matrimonium daturus sit, cognatio intercedat. Martene Coll. II. 891, Bouquet Rec. XV. 902. — „Suggestum est nobis“.
„ 4.	„	(8042) Henrico, archiepiscopo Remensi, nunciat, S. magistrum de D. fratrem militiae templi, nuncium eius, a sese benigne receptum esse. Hortatur, ut „ex quo (Petrus) episcopus Cameracensis se in conspectu eius humiliaverit, et ab eo misericordiam et veniam expetierit, ei rancorem et indignationem remittat“. Martene Coll. II. 892, Bouquet Rec. XV. 902. — „Dilectos filios nostros“.
„ 4.	„	(8043) Henrico, archiepiscopo Remensi, et P(etro), abbati S. Remigii, mandat, compellant G. clericum Gandavensem, ut Richardo clerico ablatam ecclesiae S. Pharauld's praebendam restituat. Martene Coll. II. 893. — „Ex transmissa questione“.
„ 4.	„	(8044) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, se R(oberi) episcopi Atrebatensis electionem confirmasse, eidemque petente Philippo comite Frandrensi concessisse, „ut a proximo festo pentecostes usque ad annum revolutum ad recipiendos ordines non debeat cogi“. Martene Coll. II. 893, Bouquet Rec. XV. 903. — „Sicut ex litteris“.
„ 5.	„	(8045) Henrico, archiepiscopo Remensi, et G(ualtero), episcopo Tornacensi, de abolendo pravo quodam more mandat. Martene Coll. II. 894, Bouquet Rec. XV. 904, Mansi XXI. 1078. — „Relatum est auribus“.
„ 6.	„	(8046) Henrico, archiepiscopo Remensi, et G(altero), episcopo Laudunensi, mandat, iudicent inter canonicos Brugenses et R. presbyterum ecclesiae Dudasselensis. Martene Coll. II. 895. — „Cum dilectus filius“.
„ 6.	„	(8047) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, diiudicet causam mulieris, parochianum ecclesiae S. Mariae Brugensis in matrimonium petentis. Martene Coll. II. 896. — „Significavit nobis dilectus“.
„ 7.	„	(8048) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Rain. comitem et Henricum de Magnoprato, ut erepta P. presbytero reddant. Martene Coll. II. 897. — „Querelam P.“.

		1171—1172.
Mart.	7.	Tusculani (8049) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur et, „si cum assensu et pace L(udovici) Francorum regis fieri possit, districte compellat“ (Hugonem) episcopi Suessionensem, ut cancellariam deponat, totumque se episcopali muneri tradat. Martene Coll. II. 897, Bouquet Rec. XV. 904. — „His, quae pertinent“.
„	10.	„ (8050) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Iac. presbyteri et abbatis S. Salvatoris Virtuensis controversiam decernat. Martene Coll. II. 898. — „Constitutus in praesentia“.
„	11.	„ (8051) Henrico, archiepiscopo Remensi, et G(altero) episcopo Laudunensi de controversia canonicorum S. Donatiani Brugensis et R. presbyteri Dudassensis iterum scribit. Martene Coll. II. 899. — „Licet in litteris“.
„	13.	„ (8052) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Rogerum Tokellum et Guidonem, filium Senescalli, qui „in thesaurarium ecclesiae Catalaunensis et clericos violentas manus iniecerint“, excommunicet. Martene Coll. II. 900. — „Ex parte Catalaunensis“.
„	13.	„ (8053) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, ut P., quem ignorans filium esse sacerdotis ordinaverit, ecclesiae cuidam praeesse sinat. Martene Coll. II. 900. — „Quoniam scriptum est“.
„	13.	„ (8054) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, se receptis nunciis eius, (Henrico) episcopo Silvanectensi, qui contra decretum suum praebendam cum archidiacono dividerit, ius tribuendi praebendas ademisse. Hortatur, ut eidem episcopo gratiam suam restituat. Martene Coll. II. 901, Bouquet Rec. XV. 905. — „Constituto in praesentia“.
„	14.	„ (8055) Henrico, archiepiscopo Remensi, magistrum Gerardum excommunicatione, qua eum affecerat, absolutum remittit. Martene Coll. II. 902. — „Constitutis in praesentia“.
„	16.	„ (8056) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut D. diacono ecclesiam de Masdeio, vel invito (Guidone) episcopo Catalaunensi, attribuat. Martene Coll. II. 903. — „Veniens ad apostolicae“.
„	17.	„ (8057) Abbatibus S. Remigii et S. Dionysii Remensis mandat, ut iudicent inter G. Remensem et A. mulierem. Sirmondi Opp. III. 885, Mansi XXI. 957. — „Causam, quae“.
„	17.	„ (8058) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut G(uidonem), episcopum Catalaunensem, qui mulieri excommunicatae contra praecceptum suum „cupiditate pecuniae absolutionis beneficium denegaverit, ab officii pontificalis executione suspendat“. Martene Coll. II. 904. — „Relatum est auribus“.
„	17.	„ (8059) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Iohannem Brieter et Erlewinum canonicos, qui M. diaconum contumeliis conviciisque affecerint et violentas manus in eum iniecerint, excommunicet. Martene Coll. II. 904. — „Quotiens a viris“.
„	17.	„ (8060) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat canonicos Laudunenses, ut sororibus S. Petri Remensis illata damna sarciant. Martene Coll. II. 905. — „Ex parte abbatissae“.
„	17.	„ (8061) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Iohannem Aculensem et eius sororem, ut Elisendi viduae libras 12 restituant. Martene Coll. II. 906. — „Relatum est auribus“.
„	21.	„ (8062) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut homines S. Remigii ab iniuriis canonicorum Suessionensium et Nicolai de Bazochis defendat. Martene Coll. II. 906, Bouquet Rec. XV. 906. — „Ad apostolicae sedis“.
„	22.	„ (8063) (Ioscio) archiepiscopo Turonensi et (Stephano) episcopo Augustodunensi praescribit, excommunicationis sententiam ab Henrico, archiepiscopo Remensi, in Henricum comitem prolatam quibus conditionibus suo nomine aut confirment, aut dissolvant. Martene Coll. II. 907, Bouquet Rec. XV. 909. — „Cum dilecti filii“.
„	22.	„ (8064) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut „suffraganeos suos et maxime (Bartholomaeum) Bellovacensem episcopum ultra metam a SS. patribus praefixam non gravet“, utque cum Henrico comite in gratiam revertatur. Martene Coll. II. 909, Bouquet Rec. XV. 906. — „Illum sinceritatis et“.
„	22.	„ (8065) Henrico, archiepiscopo Remensi, de appellationibus consulenti, respondet. Martene Coll. II. 911, Bouquet Rec. XV. 908, Mansi XXI. 1079, (Mansi XXII. 313, Boehmeri Corp. II. app. 287, Augustini Tarr. Opp. IV. 123). — „Cum sacrosancta Romana“ „Cum sit Romana“ „Ad haec si in“ „Si in una“ („Si duobus coram“).
„	22.	„ (8066) (Ludovicum), Francorum regem, hortatur, ut Henricum, archiepiscopum Re-

		1171—1172.
		mensem, et Henricum comitem in gratiam reconciliet. Martene Coll. II. 912, Bouquet Rec. XV. 910. — „Constitutis in praesentia“.
Mart.	22.	Tusculani (8067) (Bartholomaeum), episcopum Bellovacensem, hortatur, ut (Henrico), archiepiscopo Remensi, obediat. Martene Coll. II. 913. — „Clerici et nuncii“.
„	22.	„ (8068) (Willelmum, archiepiscopum Senonensem) hortatur, ut nepoti (Henrici), archiepiscopi Remensis, promissum archidiaconatum concedat. Martene Coll. II. 914, Bouquet Rec. XV. 907. — „Venerabilis frater noster“.
„	24.	„ (8069) (Petro) abbati S. Remigii et Fulconi decano Remensi mandat, ut civium burgensiumque quorundam Remensium controversiam disceptent. Sirmondi Opp. III. 855, Mansi XXI. 925. — „Cum olim ex“.
„	25.	„ (8070) (Petro) abbati S. Remigii et Fulconi, decano Remensi, negotium dat, ut R. et M. mulierum de quadam pauperum Vitriacensium domo controversiam diindigent. Sirmondi Opp. III. 877, Mansi XXI. 949. — „Ex transmissa conquestione“.
„	25.	„ (8071) (Andream), episcopum Atrebatensem, denuo hortatur, ut R. nepoti Roberti Bug. vacantem praebendam tribuat. Martene Coll. II. 914, Bouquet Rec. XV. 911. — „Non excidit a“.
„	30.	„ (8072) Petro abbati S. Remigii Remensis mandat, compellat Gerardum de Roseio, ut quam invaserit, O. civis Remensis, Hierosolymam profecti, terram restituat. Sirmondi Opp. III. 853, Mansi XXI. 923. — „Relatum est nobis“.
Apr.	3.	„ (8073) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut R. presbyterum ecclesiae de Bonnis, fratribus S. Iohannis de Vineis subiectae, removeat. Martene Coll. II. 915. — „Ex parte abbatis“.
„	3.	„ (8074) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, indicet inter Helvidium de Sonunt, nobilem mulierem, et Aaliz feneratricem. Martene Coll. II. 916. — „Ex transmissa conquestione“.
„	4.	„ (8075) (Petrum), abbatem S. Remigii, et Fulconem, decanum Remensem, iudices constituit inter abbatem fratresque Derversenses et ecclesiae S. Nicolai Catalaunensis clericos. Sirmondi Opp. III. 876, Mansi XXI. 947. — „Significaverunt nobis“.
„	6.	„ (8076) Henricum, archiepiscopum Remensem, rogat, ut D. et G. clericis, e Tullensi episcopatu ortis, in dioecesi vel provincia Remensi munera deferat. Martene Coll. II. 916, Bouquet Rec. XV. 911, Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 358. — „Preces, quae caritatis“.
„	7.	„ (8077) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut „illum, qui dicitur Cameracensis electus“, (Petrum), quod abbatem Mareolensem „de equo praecipitari praeceperit et turpiter et inhumane tractari, ab ingressu ecclesiarum coerceat“. Martene Coll. II. 917, Bouquet Rec. XV. 912. — „Insinuatum est nobis“.
„	8.	„ (8078) Leges quasdam ecclesiae Carnotensis, a Willelmo, archiepiscopo Senonensi, apostolicae sedis legato, scriptas, confirmat. Theodori Poenitentiale II. 429. — „Pontificalis auctoritatis“.
„	8.	„ (8079) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut G. presbytero ecclesiam a monachis S. Petri Catalaunensis inique ablatam reddat. Martene Coll. II. 918. — „Veniens ad nos G.“
„	9.	„ (8080) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Aicardum presbyterum, ut B. presbytero ablatam ecclesiae de Suast vicariam restituat. Martene Coll. II. 918. — „Apostolica sedes tamquam“.
„	10.	„ (8081) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Robertum de Bove, ut A. canonico S. Petri Laudunensis vaccas bovesque abductos reddat. Martene Coll. II. 919, Bouquet Rec. XV. 912. — „Ex conquestione dilecti“.
„	10.	„ (8082) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Hugonem de Iuncheri, ut fratribus S. Medardi Suessionensis contracta damna reconcinnet. Martene Coll. II. 920, Bouquet Rec. XV. 912. — „Dilecti filii nostri“.
„	11.	„ (8083) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, indicet inter fratres S. Iohannis de Vineis presbyterumque de Espier atque I. abbatem S. Medardi Suessionensis. Martene Coll. II. 920. — „Quoniam abbas et“.
„	14.	„ (8084) (Petro), abbati S. Remigii, et Fulconi, decano Remensi, mandat, compellant priorem de Abbatis-villa, ut decano Ambianensi pecuniam quamdam restituat. Mansi XXI. 948, Sirmondi Opp. III. 876. — „Ex parte“.
„	17.	„ (8085) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne fratres S. Iohannis de Vineis, a

		1171—1172.
		Gilone milite vexari de decima quadam patiatur. Martene Coll. II. 921. — „Ex parte dilectorum“.
Apr.	17.	Tusculani (8086) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Adamum de Corbeia, ut Iohanni clerico marcas argenti tres restituat. Martene Coll. II. 922. — „Conquestus est nobis“.
„	17.	„ (8087) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Mariam, civem Catalaunensem, a Radulfi burgensis iniuriis defendat. Martene Coll. II. 922. — „Ex transmissa conquestione“.
„	17.	„ (8088) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, canonicos ecclesiae Laudunensis compellat, ut canonicis S. Petri alodium de Vallibus restituat. Martene Coll. II. 923. — „Ex transmissa conquestione“.
„	20.	„ (8089) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat provisorem S. Stephani, ut canonicos S. Trinitatis „coemeterium suum libere habere et ibi parrochianos suos sepelire permittat“. Martene Coll. II. 923. — „Ex parte clericorum“.
„	20.	„ (8090) Canonicis ecclesiae Laudunensis significat, decano eorum quid mandaverit. Martene Coll. II. 924. — „Licet olim per“.
„	26.	„ (8091) (Petro), abbati S. Remigii, et B., archidiacono Remensi, mandat, compellant I. de Hospitio, ut I. clerico libras sex restituat. Sirmondi Opp. III. 878, Mansi XXI. 949. — „Querelam I.“
„	29.	„ (8092) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat canonicos Sussionenses et fratres Praemonstratenses ac sacerdotes de Troisli, ut B. canonico S. Iohannis de Vincis ablata restituat. Martene Coll. II. 925. — „Veniens ad praesentiam“.
Mai.	1.	„ (8093) Petrum, abbatem S. Remigii, et Fulconem, decanum Remensem, iudices constituit inter abbatem ecclesiae omnium sanctorum de insula Catalaunensi et canonicos S. Trinitatis. Sirmondi Opp. III. 854, Mansi XXI. 924. — „Causam, quae“.
„	1.	„ (8094) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat canonicos Atrebatenses, ut G. sacerdoti ablatam ecclesiam S. Mauritii restituat. Martene Coll. II. 927. — „Ex parte G.“
„	4.	„ (8095) Bartholomaeo, episcopo Bellovacensi, et Petro, abbati S. Remigii Remensis, mandat, ut monasterium Flaviacense abbatis vitio labefactum reformet. Sirmondi Opp. III. 851, Bouquet Rec. XV. 917, Mansi XXI. 921. — „Perlatum est“.
„	4.	„ (8096) (Petro), abbati S. Remigii, et Fulconi, decano Remensi, mandat, compellant G., canonicum Ambianensem, ut redditus quosdam filiastrae R. militis de Vilario restituat. Sirmondi Opp. III. 883, Mansi XXI. 954. — „Ex parte cuiusdam“.
„	4.	„ (8097) (Petrus), abbatem S. Remigii, et Fulconem, decanum Remensem, iudices constituit inter R. de Vilers et Amilium militem de Beclou. Sirmondi Opp. III. 883, (Mansi XXI. 955). — „Causam, quae“.
„	4.	„ (8098) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Hilardum presbyterum a T(heobaldo) episcopo Ambianensi deiectum et excommunicatum in integrum restituat. Martene Coll. II. 927. — „Constitutus in praesentia“.
„	9.	„ (8099) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Savem et Hugonem Vitulum, canonicos Atrebatenses, ut Wibando clerico ablatam ecclesiam S. Mauritii reddant. Martene Coll. II. 928. — „Conquestus in praesentia“.
„	10.	„ (8100) Canonicis Praemonstratensibus se decrevisse nunciat, ut quem mortuo Philippo abbate, „neglecto ordinis instituto“ elegerint, abbas Belli-loci ad monasterium suum revertatur. Mandat, ut, adhibito G. abbate S. Martini (Laudunensi), ad novam electionem aggrediantur. Martene Coll. II. 929, Bouquet Rec. XV. 917. — „Credibile fuerat“.
„	12.	„ (8101) (Petro) abbati S. Remigii Remensis mandat, ut Uberto magistro ecclesiae S. Timothei praebendam tribuat. Sirmondi Opp. III. 854, Mansi XXI. 924. — „Viris literatis“.
„	12.	„ (8102) (Henrico) episcopo Silvanectensi et abbati S. Medardi praecipit, ut apportata monasterio S. Remigii Remensis damna sarciant. Sirmondi Opp. III. 854, Mansi XXI. 924. — „Ex parte dilecti“.
„	12.	„ (8103) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut C. abbatissam Melbodiensem, irrogata monialibus, quae eam eiecerint, poena, in integrum restituat. Martene Coll. II. 931. — „Culpae maculam“.
„	17.	„ (8104) Petro, abbati S. Remigii, et Fulconi, decano Remensi, mandat, ut Willermi

1171—1172.

		et civis cuiusdam Remensis litem discernant. Sirmondi Opp. III. 859, Mansi XXI. 929. — „Ex insinuatione“.
Mai.	17.	Tusculani (8105) Henricum, archiepiscopum Remensem, reprehendit, quod „suffraganeos suos tamquam simplices clericos gravet et eorum ecclesias et clericos tamquam suos proprios pertractet“. Martene Coll. II. 931, Bouquet Rec. XV. 918. — „Quanto personam tuam“.
„	17.	„ (8106) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Iordanem civem iubeat a (Theobaldo), episcopo Ambianensi, pro absoluto haberi; „quia“ inquit „in sacris canonibus expressum habetur, quod pro forisfacto dominorum, eorum familiae excommunicari non debeant“. Martene Coll. II. 932. — „Ad audientiam nostram“.
„	20.	„ (8107) S. Remigii et S. Nicasii Remensis abbatibus mandat, ut E. mulieris et G. litem discernant. Sirmondi Opp. III. 888, Mansi XXI. 958. — „Ex transmissa relatione“.
„	23.	„ (8108) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit, ut Robertum clericum, qui coactus homicidio interfuerit, poenitentiamque ob eam rem peregerit, „absolutum animadversa eius litteratura ad sacros ordines promoveat“. Martene Coll. II. 933. — „Ex transmissa relatione“.
„	26.	„ (8109) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter Odierium burgensem Laudunensem et Mauritium clericum. Martene Coll. II. 936. — „Causam, quae inter“.
„	28.	„ (8110) Claraevallensi et S. Remigii Remensis abbatibus mandat, ut inclinatas res monasterii Dervensis restituant. Sirmondi Opp. III. 881, Bouquet Rec. XV. 919, Mansi XXI. 952. — „Cum dilectum filium“.
Iun.	4.	„ (8111) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat G(uidonem), episcopum Catalaunensem, ut Viviano presbytero ecclesiam S. Memmii de Cosantia restituat. Martene Coll. II. 937. — „Veniens ad apostolicae“.
„	7.	„ (8112) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut leprosis Sparnacensibus „capellanium concedat et coemeterium benedicat“. Martene Coll. II. 937. — „Humanum est“.
„	9.	„ (8113) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Lamberto presbytero ablatam ecclesiam S. Memmii de Cosantia restitui a (Guidone) episcopo Catalaunensi iubeat. Martene Coll. II. 938. — „Constitutus in praesentia“.
„	11.	„ (8114) Praeposito et decano Remensi mandat, cogant Radulfum Traditorem, ut decimas quasdam Stephano de Roi restituat. Sirmondi Opp. III. 879, Mansi XXI. 951. — „Ex transmissa conquestione“.
„	11.	„ (8115) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, ne capituli b. Maurii Turonensis iura laedi a parochianis suis sinat. Martene Coll. II. 939. — „Si pontificalis officium“.
„	16.	„ (8116) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut importata fratribus S. Basoli detrimenta reconcinnet. Martene Coll. II. 939, Bouquet Rec. XV. 920. — „Et generositas sanguinis“.
„	16.	„ (8117) Henrico, archiepiscopo Remensi, B. et R. clericos absolutos excommunicatione commendat. Martene Coll. II. 941. — „B. et R.“.
„	18.	„ (8118) Henrico, archiepiscopo Remensi, concedit, ut Arnulfum de Landast, „qui pro violenta manuum iniectioe in presbyterum sententiam excommunicationis incurrit“, absolvat. Martene Coll. II. 941, Bouquet Rec. XV. 921. — „Cum tibi sicut“.
„	23.	„ (8119) W(illelmo) Autissiodorensi et M(atthaeo) Trecensi episcopis mandat, iudicent inter (Stephanum), episcopum Eduensem, et Seginum, abbatem S. Potentiani Castri-Censorii. Bouquet Rec. XV. 921. — „Cum dilecti filii“.
(„)	—	(„) (8120) (Stephano), episcopo Eduensi, praecipit, „quatenus canonicis S. Potentiani de Castro-Censorii auctoritatem suam nequaquam opponat, quominus electionem eorum canonicè factam ratam habeat“. Bouquet Rec. XV. 923. — „Quanto aetius“.
„	25.	„ (8121) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut „de redivis, quos abbas Caladiensis, schismatica contagione respersus, habeat in provincia eius, abbatisae S. Petri Remensis damna illata resarciri“ iubeat. Martene Coll. II. 942. — „Ex transmissa relatione“.
„	26.	„ (8122) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat milites quosdam dioecesis Suessionensis, ut fratribus S. Iohannis de Vincis ablatam decimam de Cervenai restituant. Martene Coll. II. 942. — „Conquesti sunt nobis“.

			1171 — 1172.
Iul.	8.	Tusculani	(8123) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat abbatem Compendiensem et Petrum de Tornella et R. filium eius, ut villas Prunastr., Fabarol. et Mesvillers, quas violentis vexaverint exactionibus, „in ea libertate et immunitate, in qua tempore canonicorum fuisse noscantur, dimittant“. Martene Coll. II. 943, Bouquet Rec. XV. 923. — „Homines trium“.
„	11.	„	(8124) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Wermundum militem importata G. canonico Catalaunensi damna sarcire cogat. Martene Coll. II. 944. — „Conquerente nobis G.“.
„	14.	„	(8125) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne Sebertum civem a Calvino et eius uxore vexari de domo quadam sinat. Martene Coll. II. 946. — „Querelam Seberti“.
„	14.	„	(8126) Henrico, archiepiscopo Remensi, Iohannem Multonem commendat. Martene Coll. II. 946. — „Cum dilectus filius“.
„	15.	„	(8127) (Henrico), archiepiscopo Remensi, significat, allatum sibi esse, „magistrum scholarum Catalaunensis ecclesiae in terra abbatis S. Petri de Montibus sibi scholarum magisterium vindicare, et nullum per abbatem ibi regere scholas permittere“. Mandat, praecipiat tam abbati quam magistro scholarum, „ne aliquem probum et literatum virum regere scholas in civitate vel suburbiis, ubi voluerit, prohibeant“. Sirmondi Opp. III. 890, Bouquet Rec. XV. 924, Mansi XXI. 952. — „Dilectus filius noster“.
„	16.	„	(8128) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne T. clerici ecclesiam de Accitcuria vexari a Guidone, episcopo Catalaunensi, patiat, utque A. de Possessa, nobilem virum, illata eidem clerico damna sarcire cogat. Martene Coll. II. 947. — „Ex conquestione T.“.
„	25.	„	(8129) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat petente P(hilippo) comite Flandrensi, ut Drogonem „circa (Petrum) Cameracensem electum manere permittat“. Martene Coll. II. 948, Bouquet Rec. XV. 924. — „Auditis gravibus et“.
„	26.	„	(8130) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Odonis de S. Dionysio et Pagani Anglici et uxoris eius, quondam filiae Genovefae de S. Germano, „super quadam fenestra, quae est super pontem magnum primum“ (Parisiensem), controversiam decernat. Martene Coll. II. 948. — „Causam, quae inter“.
„	26.	„	(8131) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, ut canonicos Compendienses tueatur. Martene Coll. II. 949, Bouquet Rec. XV. 925. — „Illos speciali“.
Aug.	3.	„	(8132) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, persuadeat Ludovico, Francorum regi, ut filium suum coronandum curet. „Nam“ inquit „illustris imperator Constantinopolitanus providere cupiens, ne imperium suum aliqua posset mutatione turbari, filium, cum vix sit triennis, iam fecit coronari et ei totum imperium iuramento fidelitatis astringi, et hoc idem alias sublimes personae fecisse vidimus“. Martene Coll. II. 950, Bouquet Rec. XV. 925. — „Dum attendimus et“.
„	5.	„	(8133) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur B. clericum et R. socium eius, ut canonico S. Iohannis de Burgo Laudunensi de illatis iniuriis satisfaciant. Martene Coll. II. 951. — „Ex litteris venerabilis“.
„	8.	„	(8134) (Petro abbati S. Remigii Remensis?) mandat, cogat Rolandum, ut Euronio, excommunicatione soluto, res ablatas restituat. Sirmondi Opp. III. 883, Mansi XXI. 954. — „Ex transmissa conquestione“.
„	9.	„	(8135) Petro, abbati S. Remigii Remensis, mandat, ut Guidonis orphanum haereditatem contra N. eiusque nepotes tueatur. Sirmondi Opp. III. 860, Mansi XXI. 930. — „Ex parte Guidonis“.
„	9.	„	(8136) (Petro) abbati et capitulo S. Remigii Remensis commendat M. clericum, cui beneficium ecclesiasticum tribuant. Sirmondi Opp. III. 880, Mansi XXI. 951. — „Pastoralis cura“.
„	22.	„	(8137) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut R. et Willelmum, ecclesiae S. Donatiani Brugensis canonicos, excommunicet, quod R. presbyterum ignominiose expulerint, utque presbyterum in integrum restituat. Sirmondi Opp. III. 859, Mansi XXI. 930. — „Constitutus in“.
„	27.	„	(8138) (Petro), abbati S. Remigii, et Fulconi, decano Remensi, mandat, iudicent inter Constantium subdiaconum et G. de Poegni. Sirmondi Opp. III. 882, Mansi XXI. 953. — „Constitutus in“.
„	29.	„	(8139) Monachis Corbeiensibus (dioec. Ambian.) mandat, ut legatos mittant, qui mo-

1171—1172.

Sept.	7.	Tusculani	nasterii libertatem contra archiepiscopum Remensem defendant. Gall. Chr. X. Instr. 318, Bouquet Rec. XV. 926. — „Cum bonae“.
„	8.	„	(8140) Ecclesiam Strenghesensem tuendam suscipit, eiusque possessiones „et specialiter Neeric, sicut a rege et ab Eskilo, Lundensi archiepiscopo, confirmata est“, corroborat, petente Guillelmo episcopo. Sirmondi Opp. III. 869, Liljegren Dipl. Suec. I. 86, Örnghjälms Hist. Sueon. 538, Mansi XXI. 940. — „Fratres et coepiscopos“.
„	9.	„	(8141) Colonem episcopum Lincopiensem approbat, quem memorat creatum esse, quum Stenar. episcopus „claustralem quietem episcopali honori praeponisset et pontificalem dignitatem (licet absque auctoritate Romani pontificis) in manu Eskili Lundensis archiepiscopi, apostolicae sedis legati, et regalia coram rege et primatibus regni libere et spontanee resignasset“. Sirmondi Opp. III. 868, Liljegren Dipl. Suec. I. 85, Örnghjälms Hist. Sueon. 535, Mansi XXI. 939. — „Ex dispensatione“.
„	9.	„	(8142) Archiepiscopo Upsaliensi eiusque suffraganeis scribit, accepisse se, apud eos „quasdam mulieres prolis suae procurare interitum, earumque corruptores tam horrendo et detestando facinori non solum consentire, verum etiam illud persuadere; alios incestuosa coniunctione, plerosque cum iumentis abominanda se pollutione commaculati; quosdam sacerdotes cum sicca faece vini vel cum micis panis, vino intinctis, missam celebrare; fideles laicos absque sacerdotali benedictione et missa matrimonium contrahere“. Quae scelera extirpari iubet. Sirmondi Opp. III. 866, Liljegren Dipl. Suec. I. 83, Örnghjälms Hist. Sueon. 507, Mansi XXI. 937. — „Vice beati Petri“.
„	9.	„	(8143) Archiepiscopum Upsaliensem eiusque suffraganeos et Guthermum ducem hortatur, ne amplius Finnis (qui „semper, imminente sibi exercitu inimicorum, fidem servare christianam promittant, et praedicatorum et eruditorum christianae legis desideranter requirant, et recedente exercitu, fidem abnegent, praedicationes contemnant et graviter persequantur“) auxilium ferant, „nisi“ inquit „munitiones, si quas habent, vobis tenendas assignent, aut alias adeo sufficientem cautionem exhibeant et securitatem, quod amodo nullatenus pedes retrahere valeant“. Sirmondi Opp. III. 870, Liljegren Dipl. Suec. I. 87, Örnghjälms Hist. Sueon. 491, Mansi XXI. 940. — „Gravis admodum“.
„	9.	„	(8144) Archiepiscopum Trundensem et A. quondam episcopum Stavengriensem hortatur, ut Fulconi, Estonum episcopo, „qui ad convertendam gentem illam ministerium praedicationis et laborem proponat assumere, Nicolaum monachum, de gente illa oriundum, in socium concedant“. Sirmondi Opp. III. 870, Liljegren Dipl. Suec. I. 88, Örnghjälms Hist. Sueon. 492, Mansi XXI. 941. — „Lex divina et“.
„	9.	„	(8145) (Theobaldo), episcopo Ambianensi, et Petro, abbati S. Remigii Remensis, mandat, iudicent inter episcopum Tornacensem et Danielem presbyterum, ab episcopo ecclesia privatum. Sirmondi Opp. III. 857, Mansi XXI. 927. — „Cum olim Daniel“.
„	10.	„	(8146) Archiepiscopum Upsaliensem et universos suffraganeos eius tam in Suetia, quam in Gothia constitutos ad abolendas pravas quasdam consuetudines hortatur: ne ecclesiae beneficiaque ecclesiastica a laicis concedantur, neu clerici subire laicorum iudicia cogantur. Sirmondi Opp. III. 860, Liljegren Dipl. Suec. I. 77, Örnghjälms Hist. Sueon. 500, Mansi XXI. 931. — „Constituti a domino“.
„	11.	„	(8147) Reges et principes et alios Christi fideles per regna Danorum, Norwegensium Guetomorum et Gothorum constitutos hortatur, ut Estones et „alios paganos illarum partium, adversus dei fideles et christianae fidei cultores gravius insurgentes“, bello persequantur; iisque eandem peccatorum veniam proponit, qua „sepulcrum dominicum visitantes“ fruuntur. Sirmondi Opp. III. 866, Liljegren Dipl. Suec. I. 82, Mansi XXI. 936. — „Non parum animus“.
„	11.	„	(8148) Monachis Corbeiensibus (dioc. Ambian.) significat, se Henrico, archiepiscopo Remensi, praecepisse, ut iniuriis in monasterium desisteret. Gall. Chr. X. Instr. 318, Bouquet Rec. XV. 927. — „Illis ecclesiis“.
„	16.	„	(8149) (Theobaldo), episcopo Ambianensi, et Petro, abbati S. Remigii Remensis, mandat, cognoscant de causa (Gualteri), episcopi Tornacensis, a Daniele, presbytero S. Iohannis Gandavensis, violentae exactionis accusati. Sirmondi Opp. III. 858, Mansi XXI. 929. — „Cum ex insinuatione“.
„	17.	„	(8150) Universos dei fideles per Daciam constitutos hortatur, ut Fulconis, Estonum

		1171—1172.
Sept. 17.	Tusculani	episcopi „ad convertendam gentem illam totis viribus elaborantis“, inopiam sublevent. Sirmondi Opp. III. 865, Mansi XXI. 936. — „Omnes, qui pie“.
„ 29.	„	(8151) Universos tam clericos quam laicos Lincopiensis episcopatus hortatur, ut C(oloni) episcopo, „sicut bonae memoriae Giloni praedecessori illius fecerint“, obediant. Sirmondi Opp. III. 871, Liljegren Dipl. Suec. I. 88, Örnhjälm Hist. Sueon. 536, Mansi XXI. 941. — „Decet universitatem“.
„ 29.	„	(8152) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat abbates et fratres S. Pauli Virdunensis ecclesiaeque Regiae-vallis ac Trium-fontium, ut Hodeardi de Maderiis et filiis eius debitam pecuniam persolvant. Martene Coll. II. 952. — „Ex transmissa nobis“.
„ 29.	„	(8153) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut abbates fratresque S. Benedicti de Vepria et de Villario ac S. Leonis Tullensis debita Hodeardi de Maderiis et filiis eius solvere cogat. Martene Coll. II. 952. — „Ex parte Hodeardis“.
„ 29.	„	(8154) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat abbates et fratres de Insula et de Prisneio, ut debitam Hodeardi de Maderiis et filiis eius pecuniam exsolvant. Martene Coll. II. 953. — „Ex parte Hodeardis“.
Oct. 4.	„	(8155) Marsicano, Pennensi, Valvensi episcopis et clericis Teatinis ac Furconiensibus mandat, ut excommunicationem, quam Leonas abbas Piscariensis in Berardum Gentilem eiusque fratres et in Rogerium filium Riccardi eiusque fratres edixerit, observent, utque schismaticos monasterii Farfensis clericos, qui in terra Sansonesca contra Leonatis interdictum sacra procuraverint, excommunicatos declarent. Muratori R. It. Scr. II. II. 909. — „Varias et“.
„ 4.	„	(8156) Leonati, abbati Piscariensi, significat, se Berardum Gentilem eiusque fratres et Rogerium filium Riccardi eiusque fratres cohortatum esse, ut damna ei illata intra dies 15 sarcirent; quod nisi fecerint, eos excommunicet. Muratori R. It. Scr. II. II. 908. — „Nuntium et“.
Dec. 15.	„	(8157) Nonantulanis significat, se I(ldebrando), basilicae XII. apostolorum presbytero cardinali, legato apostolico, dedisse negotium, in monasterium se conferret, ut eorum aes alienum levaret, disciplinamque emendaret. Tiraboschi St. di Non. II. 274. — „Attendentes“.
— —	—	(8158) Ubaldo, episcopo Ostiensi, et archipresbytero et canonicis Velitrensibus concedit, ut testamenta, „quae parochiani eorum coram presbytero suo et tribus vel duobus aliis idoneis personis in extrema voluntate fecerint, firma permaneant“. (Ex registri libro XIII). Mansi XXII. 434, Augustini Tarr. Opp. IV. 175, Borgia Ist. di Velletri p. 240, Decr. Greg. L. III. t. 26 c. 10. — „Cum esses frater“.
1172. (<i>Ind. 5—25. Sept.—6, pont. a. 13—20. Sept.—14, 1171—25. Mart.—1172.</i>)		
Ian. 6.	Tusculani	Dominicum abbatem Casinensem consecrat „in epiphania“. Anon. Cas. chron. 1172 in Gattulae Acc. 831.
„ 22.	„	(8159) Ecclesiam Caesaraugustanam tuendam suscipit eiusque possessiones ac privilegia confirmat, petente Petro episcopo. Arruego Cat. ep. 674. — „In apostolicae sedis“.
„ 26.	„	(8160) Ildefonsum, regem Aragonensem, laudat, quod Robertum et Berengarium, eorumque matrem atque heredes ob interfectum Hugonem, archiepiscopum Tarraconensem, edicto regio proscripserit. Sub interdicto et excommunicatione praecipit, ut illos in omne tempus e regno eiiciat, dimidiamque possessionum partem ecclesiae Tarraconensi tribuat. Marca Marca Hisp. 1357, Aguirre Conc. V. 89, Mansi XXI. 1070. — „Suggesto nobis, quod“.
Febr. 15.	„	(8161) Ecclesiam Tarantasiensem, petente Petro archiepiscopo, tuendam suscipit, et eius bona ac iura confirmat. Gall. Chr. XII. Instr. 385. — „In apostolicae sedis“.
„ 21.	„	(8162) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter abbatem S. Urbani et abbatem Dervensem. Martene Coll. II. 886. — „Causam, quae inter“.
„ 27.	„	(8163) (Rotrodo), archiepiscopo Rotomagensi, et (Theobaldo), episcopo Ambianensi, mandat ut Gilbertum, episcopum Londinensem „in confinium regis Francorum et regis Angliae, in marchiam videlicet, convocent ante se, et si eum sexta manu iuraverit, quod nec scripto nec verbo vel facto regem scienter provocaverit, propter quod Thomas, archiepiscopus Cantuariensis, occisus fuerit, ei officii plenitudinem restituant“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 68. — „Fraternitati vestrae non“.

		1172. (<i>Ind. 5—25. Sept.—6, pont. a. 13—20. Sept.—14, 1171—25. Mart.—1172.</i>)
Mart.	15.	Tusculani (8164) Ecclesiae S. Salvatoris Fractensis protectionem suscipit, bonaque confirmat Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 35. — „Quoties id a“.
„	17.	„ (8165) Parthenonem S. Cosmae Taliacotiensem tuendum suscipit, eiusque possessiones ac iura confirmat. Gattulae Hist. Cas. 802. — „Quotiens illud“.
„	25.	„ (8166) Galdino, archiepiscopo Mediolanensi, apostolicae sedis legato, de eligendo primicerio scribit. Saxii Arch. Med. ser. p. 574. — „Ex literis tuis“.
Apr.	11.	„ (8167) Canonica ecclesiae S. Victoris Parisiensis gratulatur, quod eorum ecclesia a (Stephano) Bituricensi et (Willelmo) Senonensi archiepiscopis in pristinum statum restituta sit, et quod, quum Ero(isius) abbas praesentibus A(lberto) tit. S. Laurentii in Lucina et T(heodino) tit. S. Vitalis presbyteris cardinalibus, legatis suis, abdicasset, honestum successorem elegerint. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 605, Martene Coll. VI. 254, Bouquet Rec. XV. 913, Mansi XXI. 995. — „Quanto ecclesia vestra“.
„	11.	„ (8168) Guarinum, novum ecclesiae S. Victoris Parisiensis abbatem, fungi officio iubet. Martene Coll. VI. 255, Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 606, Bouquet Rec. XV. 913, Mansi XXI. 995. — „Intellecto et cognito“.
Iun.	24.	„ (8169) Monasterium S. Mariae de Monte-laeto tuendum suscipit, eiusque possessiones ac privilegia confirmat. Yepes Coronica general III. app. p. 33, Aguirre Conc. V. 90. — „Immaculata dei“.
„	24.	(„) (8170) *Monasterii S. Mariae Hiraxensis privilegia confirmat. Oihenarti Not. utr. Vasc. 97.
„	28.	„ (8171) Rainaldo, archiepiscopo Barensi et Canusino, bullam tribuit. (Fragmentum). Baronii Annal. ed. Mansi XIX. 397. — „In apostolicae sedis“.
Iul.	25.	„ (8172) Monasterii S. Mariae Tremitensis protectionem suscipit possessionesque ac privilegia confirmat. Muratori Ant. It. V. 441. — „Apostolicae sedis auctoritate“.
Sept.	12.	„ (8173) Compositionem factam inter D(ominicum) abbatem Casinensem et (Iohannem) episcopum Fundanum confirmat. Gattulae Hist. Cas. 262: „II. id. Sept.“; Tosti St. di Montec. II. 208: „XI. Kal. Sept.“ — „Ea, quae iudicio“.
„	20.	„ (8174) H(enrico), Anglorum regi, reportatam de gente Hibernica victoriam gratulatur. Monet, ut Hibernos ad veram fidem revocet. Haec addit: „Et quia Romana ecclesia aliud ius habet in insula, quam in terra magna et continua, nos eam spem tenentes, quod iura ipsius ecclesiae non solum conservare velis, sed etiam ampliare, et ubi nullum ius habet, id debeas sibi conferre, rogamus: ut in praescripta terra iura beati Petri nobis studeas sollicitè conservare, et si etiam ibi non habet, tua magnitudo eidem ecclesiae eadem iura constituat et assignet“. Rymer Foedera I. 45. — „Celebri fama“.
„	20.	„ (8175) Reges et principes Hiberniae hortatur, ut „fidelitatem, quam Henrico Anglorum regi sub iuramenti religione fecerint, cum debita subiectione firmam et inconcussam servare eurent“. Rymer Foedera I. 45. — „Ubi communi fama“.
„	20.	„ (8176) Christiano, episcopo Lesmorensi, apostolicae sedis legato, et Gel(alio) Armachensi, Donato Cassiliensi, Lawr(entio) Dublinensi et Catholico Tuamensi archiepiscopis et eorum suffraganeis mandat, ut Henrico Anglorum regi „ad manutendam et conservandam terram Hibernicam et ad extirpandam inde tantae abominationis spurcitiam, quantum poterint, diligenter et viriliter assistant“. Rymer Foedera I. 45. — „Quantis vitiorum enormitatibus“.
Oct.	10.	„ (8177) Ecclesiam Patavinam tuendam suscipit, canonicorumque bona confirmat. Orsato Hist. di Pad. 333. — „Ideo nobis“.
Nov.	8.	„ (8178) Hugoni, Burgundiae duci, permittit, ut in fundo apud Divionem b. Petro oblato ecclesiam condat. Miraei Opp. dipl. I. 708, Bouquet Rec. XV. 927. — „Petitionibus nobilium“.
„	16.	„ (8179) Monasterii de Cona protectionem suscipit, disciplinamque ac possessiones confirmat. Marrier Hist. S. Martini de Campis 304, teste Bréquigny Table chron. III. 466.
Dec.	18.	„ (8180) Parthenonem S. Mariae Siningthnaitensem tuendum suscipit et eius bona ac privilegia confirmat. Monast. Anglic. I. 828. — „Quotiens illud“.
—	—	— (8181) *Conventui S. Augustini Cantuariensi „ecclesias de Menstre et Fauresham ad reparationem ecclesiae igne consumptae confirmat“; conceditque „ut liceat iis, in parochialibus ecclesiis clericos eligere ac dioecesano episcopo praesentare“. Chronica W. Thorn ap. Twysden R. A. Scr. II. 1815, cf. ibid. p. 2255.

—	—	—	<p>1172. (<i>Ind. 5—25. Sept.—6, pont. a. 13—20. Sept.—14, 1171—25. Mart.—1172.</i>) (8182) Ecclesiae Uliciensis protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat. Uliciensis eccl. chartar. p. 10. — „Officii nostri“.</p>
—	—	—	<p>1170—1173. (8183) Theobaldo et clericis ecclesiae S. Anast. (al. S. Luciae) Veronensis significat, sententiam ab I(ldebrando) basilicae 12 apostolorum et a R(aimundo) episcopo Brixiensi „secundum Veronensis civitatis consuetudinem“ contra eum prolatam, a sese irritam factam esse. Augustini Tarr. Opp. IV. 121, Boehmeri Corp. II. app. 290, Decr. Greg. L. II. t. 27. c. 8. — „Cum causa, quae“.</p>
—	—	—	<p>1171—1173. (8184) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut R. de Adversa, nisi dimissam mulierem reducat, excommunicatione afficiat. Martene Coll. II. 875. — „Veniens ad apostolicae“.</p>
Ian.	4.	Tusculani	(8185) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat C. militem de Taisneria, B. militem de Romeriis, alios, ut ablata ecclesiae Maricolensi restituant. Martene Coll. II. 876. — „Ex transmissa conquestione“.
„	6.	„	(8186) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Lambertum de Nigella et Oilardum de Landrecies, ut ecclesiae Maricolensi ablatam decumam restituant. Martene Coll. II. 877. — „Querelam abbatis“.
„	6.	„	(8187) B(artholomaeo), episcopo Exoniensi, respondet, quibus poenitentis afficiendi sint „illi, qui animo occidendi Thomam, quondam archiepiscopum Cantuariensem, aut feriendi, aut capiendi, citra vel circa manuum iniectionem se fateantur venisse, illi, qui se asserant animum regis inflammasse ad odium, unde forte fuerit homicidium subsecutum, ii, qui se dicant illius sancti viri et suorum post mortem eius occupasse spolia, illi, qui sola excommunicatorum participatione se reos esse cognoscant, clerici, quos constet armatos interfuisse tanto facinori, illi clerici, qui consilium illud dederint, ut vir sanctus caperetur“. Addit de scholaribus, „qui se invicem percusserint“ cet. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 80, Augustini Tarr. Opp. IV. 303, Boehmeri Corp. II. app. 339, Mansi XXII. 391, Decr. Greg. L. V. t. 12. c. 6. — „Sicut dignum est“.
—	—	—	<p>1172—1173. (8188) Episcopo Urgellensi mandat, cogat Raymundum de Miravall presbyterum, qui fratrum Populetensium „grangiam fregerit et inde primicias violenter extraxerit“, ut damna monachis illata sarciat, abreptaque restituat. Finestres Hist. de Poblet II. 427. — „Dilecti filii nostri“.</p>
Ian.	18.	Tusculani	(8189) W(illelmo), archiepiscopo Tarraconensi, et eius suffraganeis mandat, ut Hugonem abbatem et fratres monasterii Populetensis tueantur. Finestres Hist. de Poblet II. 426. — „Ad bonae opinionis“.
„	20.	„	(8190) (Willelmo) episcopo Carnotensi respondet de presbytero, qui „cum alterius coniuge infra ecclesiam frequenter dormierit“. (Ex registri libro XIV.) Mansi XXII. 434, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 220, Augustini Tarr. Opp. IV. 310, Decr. Greg. L. V. t. 17. c. 5. — „Significasti nobis, quemdam“.
—	—	—	(8191) Episcopi Vidrosiensis (leg. Nidrosiensis), apostolicae sedis legati, quaestionibus respondet. (Ex registri libro XIV.) Mansi XXII. 435, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 326, Augustini Tarr. Opp. IV. 347, Decr. Greg. L. IV. t. 19. c. 3, L. V. t. 40. c. 14. — „Quaesivit a nobis“.
—	—	—	<p>1173. (<i>Ind. 6—25. Sept.—7, pont. a. 14—20. Sept.—15, 1172—25. Mart.—1173.</i>) pervenit „6 Kal. Febr.“ Chron. Fossae novae 1173 ap. Muratori R. It. Scr. VII. 874. „in die purificationis b. Mariae“ Thomam quondam archiepiscopum Cantuariensem inter sanctos dicat, et eius memoriam coli die 29 m. Decembris iubet. Card. Arag. Vit. Alex. p. 463.</p>
Ian.	27.	Signiam	(8192) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut E. decanum S. Quintini „in benedictione nuptiarum et in sepulturis mortuorum seu in quibuslibet etiam aliis sacramentis ecclesiasticis nihil exigere compellat“. Martene Coll. II. 953. — „Meminimus, nos scripsisse“.
Febr.	2.	Signiae	(8193) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut G. decanum de Unacort, qui „in desponsationibus mulierum in ecclesia de Ioi non permittat celebrari divina, nisi

		1173. (<i>Ind. 6—25. Sept.—7, pont. a. 14—20. Sept.—15, 1172—25. Mart.—1173.</i>) sibi pro pretio vini duo aut tres solidi assignentur, ab officio suspensum apostolico faciat conspectui praesentari“. Martene Coll. II. 954. — „Simoniacam pravitatem“.
Febr. 8.	(Signiae)	„ecclesiam S. Paterniani cum omnibus pertinentiis Templariis dat“. Chron. Fossae novae 1173 l. l.
„ 18.	Signiae	(8194) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat G. presbyterum et P. et R. milites ac R.*de Cismai, ut fratribus ecclesiae S. Salvatoris Virtuensis ablata restituant. Martene Coll. II. 955. — „Ex parte dilectorum“.
„ 25.	„	(8195) Monasterii S. Salvatoris et S. Rotrudis Andrensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. D'Achery Spic. II. 812. — „Quotiens illud a“.
Mart. 4.	„	(8196) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut ablatam Hugoni presbytero ecclesiam restitui ab abbate Aquicinctensi iubeat; utque de Iesse presbytero, qui post appellationem ad sese factam ecclesiam receperit, poenas capiat. Martene Coll. II. 955. — „Conquerente nobis Hugone“.
„ 8.	„	(8197) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter canonicos S. Martini et clericos S. Mariae Laudunenses. Martene Coll. II. 956. — „Causam, quae inter“.
„ 10.	„	(8198) Canonicis ecclesiae Ripariensis addicit ecclesias duas, a Stephano quondam episcopo Claromontensi donatas. Ulciensis eccl. chartar. p. 20. — „Iustus petentium“.
„ 10.	„	(8199) Alberto tit. S. Laurentii in Lucina, et Theodwino S. Vitalis presbyteris cardinalibus, apostolicae sedis legatis, de Thoma, quondam archiepiscopo Cantuariensi, capite ieiunii sanctorum ordinibus ascripto significat. Mandat, ut litteras de ea re suas regibus et monachis Cantuariensibus et ecclesiae Anglicanae „assignent“. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 58. — „Quamvis nonnulla de“.
(„) —	(„)	(8200) Alberto et Theodewino presbyteris cardinalibus mandat, „quatinus ecclesiam Cantuariensem faciant reconciliari, ita tamen ut sacramentum pristinae dedicationis non debeat iterari, sed, sicut soleat fieri in ecclesia b. Petri, tantum aqua benedicta aspergatur“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 882, Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 58. — „Mandamus vobis“.
„ 12.	„	(8201) Priori et monachis ecclesiae Cantuariensis gratulatur de Thoma, quondam archiepiscopo, capite ieiunii in sanctorum numerum relato. Mandat, ut corpus eius, „facta solemnii processione, aliquo praecipuo die, in altari honorifice reconduct“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 39, ed. Lupus p. 879, Mansi XXI. 905. — „Gaudendum est universitati“.
„ 12.	„	(8202) Clero et populo totius Angliae Thomam, quondam archiepiscopum Cantuariensem, capite ieiunii in sanctorum numerum ascriptum nunciat, cuius „natalem diem passionis solemniter annis singulis celebrari“ iubet. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 75, ed. Lupus p. 880, (Mansi XXI. 906). — „Redolet Anglia“.
„ 13.	„	(8203) Archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum praelatis et universo clero ac populo per Angliam constitutis nunciat, Thomam, quondam archiepiscopum Cantuariensem, „in capite ieiunii“ ascriptum sanctis esse. Quo die occisus est, eum singulis annis celebrari iubet. Rad. de Diceto Im. Hist. ap. Twysden H. A. Scr. I. 569, Wilkins Conc. I. 475. — „Redolet Anglia“.
„ 14.	„	(8204) Ecclesiae S. Stephani Divionensis protectionem suscipit, disciplinamque et possessiones confirmat. Hist. de S. Étienne de Dijon Pr. p. 112, teste Bréquigny Table chron. III. 466.
„ 20.	„	(8205) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne fratres S. Medardi a feneratoribus quibusdam vexari de usuris patiat. Martene Coll. II. 956. — „Conquerentibus nobis“.
„ 21.	„	(8206) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut presbyterorum decanatus Virtuensis et capituli S. Stephani Catalaunensis de eerae censu controversiam disceptet. Martene Coll. II. 957. — „Significaverunt nobis“.
„ 25.	„	(8207) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne P. presbytero communionem reddat, donec A. presbytero S. Mauricii domum quamdam restituerit. Martene Coll. II. 959. — „Si bene meminimus“.
„ 28.	Anagninae	(8208) Monasterii S. Sabini Placentini possessiones et privilegia confirmat. Campi Hist. di Piac. II. 361, Ughelli It. sacr. II. 218. — „Officii nostri“.
„ 28.	„	(8209) Ecclesiam S. Eustorgii Mediolanensem tuendam suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat. Giulini Mem. di Mil. VI. 544. — „Quotiens illud“.
„ 31.	„	(8210) Ecclesiam Lausannensem tuendam suscipit canonicorumque possessiones con-

			1173. (<i>Ind. 6—25. Sept.—7, pont. a. 14—20. Sept.—15, 1172—25. Mart.—1173.</i>) firmat. Mém. et doc. de la société de la Suisse Rom. VII. 20. — „Quotiens illud a“.
Apr.	2.	(Anagninae)	(8211) Willelmo, archiepiscopo Senonensi, et eius suffraganeis significat, Thomam, quondam archiepiscopum Cantuariensem, „in capite ieiunii“ in numerum sanctorum relatum esse. Diem, quo interfectus sit, singulis annis celebrari iubet. (Pro „Tusculani“ est „Anagninae“ legendum). Sirmondi Opp. III. 886. — „Redolet Anglia“.
(„)	—	(„)	(8212) (Waltero), episcopo Aversano, mandat, ut Thomae, archiepiscopi Cantuariensis, „solemnitatem annualim cum magna veneratione celebret et a parochianis suis praecipiat generaliter celebrari, et fratres suos comprovinciales ad celebrandam illius martyris festivitatem invitet attentius“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 88, ed. Lupus p. 881. — „Quia (al. Qui) vice beati“.
„	8.	Anagninae	(8213) Monasterii Bellilocensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat. Gall. Chr. ed. 1. T. IV. 152. — „Religiosam vitam eligentibus“.
Iun.	20.	„	(8214) Monasterium S. Petri Mutinense tuendum suscipit, eiusque bona ac iura confirmat. Muratori Ant. It. V. 349. — „Religiosam vitam“.
Iul.	4.	„	(8215) Ecclesiae S. Donatiani Brugensis protectionem suscipit, bonaque ac iura confirmat. Miraei Opp. dipl. III. 53, (et IV. 25.) — „Effectum iusta postulantibus“.
Aug.	3.	„	(8216) W(illelmo), archiepiscopo Senonensi, sedis apostolicae legato, Turonensi et Burdigalensi archiepiscopis ac Arten. (Guarino?) electo Bituricensi mandat, „ut adigant sub poena excommunicationis parochianos suos ad exsolvenda iura et decimas ecclesiae b. Martini“. Rec. sur S. Martin de Tours 23, teste Bréquigny Table chron. III. 475.
„	7.	„	(8217) Ecclesiae S. Martini Turonensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat. Rec. sur St. Martin de Tours 18, teste Bréquigny Table chron. III. 523, (Launoi Opp. III. n. 67). — „Cum omnibus ecclesiis“.
Sept.	9.	„	(8218) Ecclesiam Carnotensem tuendam suscipit et eius possessiones iuraque confirmat. Gall. Chr. VIII. Instr. 339, (Theodori Poenitentiale II. 427). — „Ideo sumus“.
„	28.	„	(8219) Ecclesiam b. Thomae Teatinam tuendam suscipit eiusque bona confirmat, petente Andrea episcopo. Ughelli It. sacr. VI. 707. — „In eminenti“.
Oct.	26.	„	(8220) Oddoni, magistro militiae templi Hierosolymitani, et eius successoribus ac fratribus varia privilegia concedit. Rymer Foedera I. 27. — „Omne datum optimum“.
Nov.	18.	„	(8221) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Willelmum, castellanum de S. Audomaro, ut monasterio Maricolensi ablata restituat. Martene Coll. II. 993. — „Ex transmissa conquestione“.
„	20.	„	(8222) Monasterii Castellensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 381, Miraei Opp. dipl. IV. 26. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„	30.	„	(8223) Henrico, archiepiscopo Remensi, nunciat, se excommunicationis sententiam ab eo in Iohannem de Novis-aedibus prolatam confirmasse. Martene Coll. II. 994. — „Significante nobis magistro“.
Dec.	4.	„	(8224) Monasterii S. Ioannis Valentianensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Miraei Opp. dipl. II. 829. — „Desiderium, quod ad“.
„	23.	„	(8225) Henrico, archiepiscopo Remensi, et eius suffraganeis, mandat, Ludovicum, Francorum regem, „sollicite moneant et inducere laborent, ut ad habendam pacem cum Henrico, rege Anglorum, animum suum, quantum salvo honore suo fieri poterit, clementer inclinet et Orientali terrae per potentiam regni sui celeri virtute succurrat; homines quoque, qui sint de provincia Remensi propensius animent, ut secundum exhortationem Liddensis episcopi et subprioris dominici sepulcri, qui propter hoc ad Ultramontanas partes legatione fungantur, defensionem eiusdem terrae fideliter et diligenter intendant“. Martene Coll. II. 994, Bouquet Rec. XV. 938. — „Non sine gravi“.
			1160—1174.
—	—	—	(8226) (Willelmo), episcopo Norwicensi, respondet, „vicarios, si personatum sibi falso assumentes contra personas se erexerint, in eodem episcopatu ad officii sui executionem non esse admittendos“. (Fragmentum). Benedictus Petroburg. 1175, Augustini Tarr. Opp. IV. 375, Decr. Greg. L. V. t. 31. c. 6. — „Illud etiam de vicariis“.
—	—	—	(8227) W(illelmo), episcopo Norwicensi, scribit de „frustratoriis appellationibus“, de

1160—1174.

falsis testimoniis, de corruptis litteris apostolicis; monet, ut „personas ecclesiarum suis et dominorum fundi authenticis scriptis praemuniat“. Addit de sacerdote, qui litteras suas interpolaverit. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 95, (ibid. p. 94, Mansi XXII. 312, Augustini Tarr. Opp. IV. 122, Boehmeri Corp. II. app. 286, Decr. Greg. L. II. t. 20. c. 20, t. 28. c. 4). — „Ex tenore literarum“ („Personas ecclesiarum“).

1163—1174.

- (8228) Rogero, episcopo Wigornensi, scribit de iis, „qui se ecclesiasticae professionis esse fugentes, quum tamen ecclesiastica beneficia habeant, matrimonia contrahant“, de iis, qui „licet filii sacerdotum existant, patribus suis in ecclesiis quasi hereditario iure succedant“, de sacerdotibus fornicariis. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 97, Mansi XXI. 1088, XXII. 350, Augustini Tarr. Opp. IV. 145, 143, Boehmeri Corp. II. app. 335, 336. — „Inter cetera sollicitudinis“ „De sacerdotibus“.
- (8229) Rogero, episcopo Wigornensi, respondet de puniendis sacerdotibus fornicariis. (Fragmentum). Benedict. Petroburg. 1175. — „Si quis sacerdos vel“.

1173—1174.

- | | | | |
|-------|-----|-----------|---|
| Mart. | 27. | Anagninae | (8230) Henrico, archiepiscopo Remensi, respondet, ut (Rudolpho) „Leodiensi intruso, nisi a schismatica pravitate ad ecclesiae unitatem, devotionem b Petri et sui redierit, si salvo iure et dignitate Remensis ecclesiae abstinere poterit, in nullo communicet et hominum ab eo, donec in schismate perseveraverit, si absque gravi detrimento eiusdem ecclesiae id possit omittere, non recipiat“. Martene Coll. II. 959, Bouquet Rec. XV. 931. — „Cum iura et“. |
| „ | 27. | „ | (8231) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, se (Guidoni) episcopo Catalaunensi praecepisse, „ut in appellationibus et ceteris ei sicut metropolitanano suo, et cui teneatur in spiritualibus respondere, humiliter deferat“. Martene Coll. II. 960, Bouquet Rec. XV. 932. — „Ex parte tuae“. |
| „ | 28. | „ | (8232) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne abbati Dervensi, donec imperata fecerit, communionem reddat. Martene Coll. II. 961. — „Dilecti filii nostri“. |
| Apr. | 2. | „ | (8233) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter fratres Cussienses et canonicos S. Petri Laudunenses, de decimis quibusdam litigantes. Martene Coll. II. 961. — „Dilecti filii nostri“. |
| „ | 8. | „ | (8234) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Henrico subdiacono ecclesiam de Arsi, vel invito (Hugone), episcopo Suessionensi, tribuat. Martene Coll. II. 962. — „Cum olim nobis“. |
| „ | 9. | „ | (8235) Henricum, archiepiscopum Remensem, rogat, ut infirmos fratres de Osdayn „capellanum habere et oratorium cum coemeterio construere permittat“. Martene Coll. II. 963. — „Dolor et miseria“. |
| „ | 10. | „ | (8236) Monasterii S. Remigii Remensis iura de villae S. Remigii ecclesia S. Martini confirmat. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 645. — „Ea, quae iudicio“. |
| „ | 13. | „ | (8237) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut sententiam inter fratres Humolarienses et abbatem de Ribomonte abbatissamque de Monasteriolo ac G. militem de Bresnoto a Laudunensi et Noviomensi episcopis latam observari iubeat. Martene Coll. II. 964. — „Significaverunt nobis dilecti“. |
| „ | 14. | „ | (8238) Henrico, archiepiscopo Remensi, de praebenda ecclesiae S. Petri Duacensis Walchero clerico tribuenda mandat. Martene Coll. II. 964. — „Veniens ad nos dilectus“. |
| „ | 14. | „ | (8239) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut „a leprosis Sparnacensibus decimas de novalibus suis, quae propriis sumtibus excolant, sive de nutrimentis animalium suorum per canonicos Sparnacenses exigi vel extorqueri nullatenus patiatur“. Martene Coll. II. 965. — „Querelam leprosorum“. |
| „ | 17. | „ | (8240) Henrico, archiepiscopo Remensi, Milonem, nuncium eius, commendat. Martene Coll. II. 966. — „Tantum sollicitudinem“. |
| „ | 17. | „ | (8241) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut An. de Loesi, donec R. subdiacono de illatis iniuriis satisfecerit, haberi pro excommunicato iubeat. Martene Coll. II. 966. — „Gravem querelam R.“. |
| „ | 18. | „ | (8242) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat G. presbyterum, ut A. presbytero ablatam paroeciam restituat. Martene Coll. II. 967. — „Querelam A.“. |

		1173—1174.
Apr.	19.	Anagninae (8243) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Matthaëum, civem Catalaunensem, ut Evrardo presbytero ablatam plateam restituat. Martene Coll. II. 968. — „Querelam Evrardi“.
„	19.	„ (8244) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, se „nobili viro, Ph(ilippo), comiti Flandrensi, nullam immunitatem contra ius et dignitatem eius indulsisse, neque illum a potestate eius exemisse“. Martene Coll. II. 968, Bouquet Rec. XV. 932. — „Cum devotionis et“.
„	20.	„ (8245) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut fratrum Humolariensium et T. de Nigella controversiam decernat. Martene Coll. II. 970. — „Iam pridem, si“.
„	21.	„ (8246) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat abbatem Dervensem, ut Ric. et Arn. mercatoribus Flandrensibus marcas argenti 30 restituat. Martene Coll. II. 970. — „Constituti in praesentia“.
„	28.	„ (8247) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut monachorum Compendiensium possessiones et privilegia tueatur. Martene Coll. II. 971. — „Significantibus nobis“.
„	28.	„ (8248) Henricum, archiepiscopum Remensem, monachos Compendienses tutantem laudat. Mandat, interdicat canonicis, „ne de antiquo et communi sigillo aliqua faciant scripta bullari, quae in detrimentum monasterii convertantur“. Martene Coll. II. 972, Bouquet Rec. XV. 933. — „Dilecti filii nostri“.
„	28.	„ (8249) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut compositionem factam inter Compendienses et Thenolienses fratres observari iubeat. Martene Coll. II. 972. — „Ex transmissa nobis“.
„	30.	„ (8250) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur (Bartholomaeum), episcopum Bellovacensem, ut ablata canonicis ecclesiae S. Laurentii restituat. Martene Coll. II. 973. — „Ex transmissa conquestione“.
Mai.	1.	„ (8251) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat magistrum G. Laudunensem, ut Hu. mulieri libras 18 restituat. Martene Coll. II. 974. — „Ex transmissa conquestione“.
„	4.	„ (8252) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut abbatem Silvae-maioris a Wiscardi et Radulfi de Coceo iniuriis defendat. Martene Coll. II. 974, Bouquet Rec. XV. 934. — „Significavit nobis“.
„	11.	„ (8253) Rotrodum, archiepiscopum Rotomagensem, „de variis bellorum eventibus, de scandalo regum et terrae dolentem“, animo forti esse iubet. Mandat, ut „ad reformationem pacis inter reges diligenter intendat, et excessus episcoporum, decanorum, archidiaconorum, tam clericorum quam laicorum solita pontificali severitate corrigat“. Alia praecepta addit. Interdicit, ne „pallium suum alii metropolitano commodet, si contingat ipsum sine pallio ad ecclesiam Rotomagensem in aliqua praecipua sollemnitate venire; cum pallium“ inquit „tuam personam non transeat, sed quisquam cum eo debeat sepeliri“. Bessin Conc. Rot. II. 31, Bouquet Rec. XV. 945, Mansi XXI. 1071. — „Etsi periculosa sint“.
„	15.	„ (8254) Henrico, archiepiscopo Remensi, monachos S. Remigii tuendos commendat. Martene Coll. II. 975, Bouquet Rec. XV. 934. — „Cum oporteat nos“.
„	18.	„ (8255) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Paganum et Rainaldum burgenses Remenses, a sede apostolica reversos, ut, quas Alagrino, civi Anagnino, debeant, libras 16 monetae Provinensis nuncio eius exsolvant. Martene Coll. II. 976. — „Cum Paganus“.
„	19.	„ (8256) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Adamum de Villari et eius fratrem, ut Rainoldo ablatam terram restituant. Martene Coll. II. 976. — „Ex transmissa questione“.
„	20.	„ (8257) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter monachos Compendienses et canonicos ecclesiae S. Clementis. Martene Coll. II. 977, Bouquet Rec. XV. 935. — „Pervenit ad nos ex“.
„	21.	„ (8258) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut vel invitis decano et thesaurario Noviomensibus ecclesiam S. Medardi de Barleus W. presbytero tribuat. Martene Coll. II. 978. — „Cum W.“.
„	26.	„ (8259) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Ro. de Thori clericum, ut G. clerico domum quamdam restituat. Martene Coll. II. 978. — „Ex transmissa conquestione“.
Iun.	1.	„ (8260) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut leprosos de Turribus super Marnam, a monachis eiusdem villae et Evirvino presbytero excommunicatos, absolvat,

1173—1174.

		ac tres de fratribus extra coemeterium sepultos in coemeterium transferri iubeat. Martene Coll. II. 979. — „Recepimus querelam“.
Iun.	2.	Anagninae (8261) Fratribus Cartusiensibus significat, se monasterium Gyriense, ab Henrico, episcopo Gurcensi, conditum, tuendum suscepisse. Pusch et Froehlich Dipl. St. II. 135. — „His, quae ad“.
„	3.	„ (8262) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat fratrum hospitalis Hierosolymitani, qui in episcopatu Catalaunensi morantur, adversarios, ut importata eis damna compensent. Martene Coll. II. 979. — „Ex parte dilectorum“.
„	4.	„ (8263) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, ut G. diaconum beneficio impertiat. Martene Coll. II. 980. — „Licet de universorum“.
„	4.	„ (8264) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut I. presbytero ablatam ecclesiam restituat. Martene Coll. II. 981. — „Rediens ad nos I.“
„	7.	„ (8265) Willelmo, archiepiscopo Tarraconensi, apostolicae sedis legato, eiusque suffraganeis mandat, sub excommunicationis poena (Ildefonsum) regem Aragonensem hortentur, ne Robertum, auctorem necis, Hugoni quondam archiepiscopo Tarraconensi illatae, in regnum recipiat. Marca Marca Hisp. 1355, Aguirre Conc. V. 87, Mansi XXI. 1069. — „Officio nostro congruit“.
„	9.	„ (8266) Ildefonsum, regem Aragonum, monet, ne Robertum, Hugonis quondam archiepiscopi Tarraconensis interfectorem in regnum recipiat. Addit de epistola ad Willelmum archiepiscopum missa. Marca Marca Hisp. 1356, Aguirre Conc. V. 88, Mansi XXI. 1070. — „Cum scriptum sit“.
„	11.	„ (8267) Fulconem decanum et canonicos ecclesiae Remensis hortatur, ut, „quod in communione mensae, provisione pauperum, compositione vestium, sedulitate officii atque aliis honestis operibus inter eos noscatur vanitate subrepente dilapsum, ad honestatis formam et statum pristinum reducant“. Martene Thes. I. 458. — „Quanto plures“.
(„)	—	(„) (8268) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut canonicorum disciplinam corrigat. Martene Thes. I. 460, Bouquet Rec. XV. 935. — „Si iuxta“.
„	16.	„ (8269) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut a canonicis S. Gervasii decimas quasdam restitui fratribus S. Medardi iubeat. Martene Coll. II. 982. — „Dilecti filii nostri“.
„	16.	„ (8270) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat comitem Registensem, ut fratrum S. Medardi Suessionensis hominibus de Iungeri ablata restituat. Martene Coll. II. 982, Bouquet Rec. XV. 934. — „Pervenit ad audientiam“.
„	17.	„ (8271) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Petrum, militem Compendiensem, ut ablatam Phy. de Petra-fonte terram reddat. Martene Coll. II. 982. — „Ex parte Phy.“
„	17.	„ (8272) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Ernaldum, qui in B. canonicum Laudunensem „violentas manus iniecerit“, excommunicet. Martene Coll. II. 983. — „Ex relatione dilecti“.
„	18.	„ (8273) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Lambertum, ut Iohanni clerico et eius fratri Radulfo, quae abstulerit, restituat. Martene Coll. II. 984. — „Venientes ad nos“.
„	20.	„ (8274) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Iohannem clericum et eius fratrem Radulphum, a (Guidone) episcopo Catalaunensi excommunicatos, pro absolutis haberi iubeat. Martene Coll. II. 985. — „Conquerentibus nobis“.
„	23.	„ (8275) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat abbatem Letiensem, ut monasterio Melbodiensi Anor villam restituat. Martene Coll. II. 985. — „Relatum est auribus“.
„	25.	„ (8276) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut G. canonicum Laudunensem privari decuma quadam vetet. Martene Coll. II. 986. — „Relatum est auribus“.
Iul.	8.	„ (8277) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat fratres Elantinos, ut subtractam fratribus S. Nicasii pensionem restituant. Martene Coll. II. 987. — „Dilecti filii nostri“.
„	11.	„ (8278) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut controversiam vicedomini de Pinconio et abbatis Aquicinctensis diiudicet. Martene Coll. II. 988. — „Ex parte vicedomini“.
„	18.	„ (8279) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut fratrum de Mellento coemeterium ab uno de suffraganeis suis dedicari iubeat. Martene Coll. II. 988. — „Significaverunt nobis infirmi“.

1173—1174.		
Iul. 21.	Anagninae	(8280) Domum infirmorum fratrum iuxta Remensem civitatem commorantium tuendam suscipit, et „nundinas, quas Henricus archiepiscopus iuxta eam domum annuatim celebrari concessit, confirmat“. Marlot Metr. Rem. II. 400. — „Dignum est et“.
Aug. 28.	„	(8281) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut una cum (Petro) Tarantasiensi, W(illelmo) Senonensi archiepiscopis et (Pontio) episcopo Claromontensi atque abbate Cisterciensi, priore Cartusiensi et G. magistro domus militiae Templi inimicitias inter Ludovicum Francorum et Henricum Anglorum regem, „toti Christianitati et praesertim orientali terrae gravissimas“, studeat extinguere. Martene Coll. II. 989, Bouquet Rec. XV. 937. — „Cum de discordia“.
„ 31.	„	(8282) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut F. civem Remensem a S. burgensi S. Remigii de domo quadam vexari vetet. Martene Coll. II. 990. — „Ex transmissa conquestione“.
Sept. 6.	„	(8283) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit, „cum de contrahendo matrimonio inter filium L(udovici) Francorum regis et filiam illius F(ridericici), dicti imperatoris, verbum iam diu sopitum suscitetur, ita laboret efficere, ut vel iam dictum negotium revocetur, aut si revocari non poterit, taliter provideatur, quod ecclesia dei nullum exinde incommodum sustineat vel iacturam“. Martene Coll. II. 991, Bouquet Rec. XV. 938. — „Cum de contrahendo“.
„ 10.	„	(8284) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur G(uidonem), episcopum Catalaunensem, ut Horrico ecclesiam S. Iuliani de Helissia restituat. Martene Coll. II. 992. — „Decet nos provisioni“.
Oct. 26.	„	(8285) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut fugitivos H. thesaurarii ecclesiae Altissiodorensis servos reverti ad eundem dominum cogat. Martene Coll. II. 992 — „Dilectus filius noster“.
— —	—	(8286) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis et universo clero per Angliam et cismarinam terram regis Anglorum constitutis significat, se Henrico regi denunciasset, nisi a (Petro) archiepiscopo Tarantasiensi, (Pontio) episcopo Claremontensi et priore Cartusiensi admonitus intra dies 40 Ludovici Francorum regis filias filiis suis restituisset, fore ut provincia, in qua illae detinerentur, interdicto afficerentur. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 769, Bouquet Rec. XV. 940, Mansi XXI. 1032, (Augustini Tarr. Opp. IV. 227, Boehmeri Corp. II. app. 325, Decr. Greg. L. IV. t. 1. c. 11). — „Non est vobis“.
1174. (<i>Ind. 7—25. sept.—8, pont. a. 15—20. sept.—16, 1173—25. Mart.—1174.</i>)		
Ian. 18.	Anagninae	(8287) Gerardo abbati et universo conventui Claraevallensi Bernardum abbatem in numerum sanctorum relatum nunciat. S. Bernhadi Opp. II. 1362, Acta SS. Aug. T. IV. 245, Manrique Ann. Cist. III. 2. — „Sicut de religione“.
„ 18.	„	(8288) Universis ordinis Cisterciensis abbatibus significat. Bernardum quondam abbatem Claraevallensem a sese sanctis ascriptum esse. S. Bernhadi Opp. II. 1361, Acta SS. Aug. T. IV. 245, Manrique Ann. Cist. III. 2. — „Quoties honesta“.
„ 18.	„	(8289) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, aliisque ecclesiarum praelatis, in regno Franciae constitutis, nunciat, Bernardum quondam abbatem Claraevallensem sanctorum ordinibus ascriptum esse. S. Bernhadi Opp. II. 1360, Acta SS. Aug. T. IV. 244, Manrique Ann. Cist. III. 3, Bouquet Rec. XV. 940, Mansi XXI. 1048. — „Contigit olim“.
„ 18.	„	(8290) Ludovico, Francorum regi, Bernardum in sanctos relatum nunciat. Monasterium Claraevallense commendat. S. Bernhadi Opp. II. 1360, Bouquet Rec. XV. 941, Acta SS. Aug. T. IV. 244, (Manrique Ann. Cist. III. 3.) — „Novit, ut credimus“.
„ 21.	„	(8291) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, „clericos, sive laicos, qui prioratus, ecclesias et alias possessiones, quae ad Cluniacense monasterium pertinent, locatas vel commendatas habcant sine assensu capituli Cluniacensis“, compellat, „ut eas Cluniacensi monasterio, si de possessionibus locatis, deductis expensis, perceperint, quod pro earum locatione dedissent, restituant“. Martene Coll. II. 999. — „Quanto Cluniacense“.
„ 28.	„	(8292) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat comitem Registetensem, ut abbati et monachis S. Remigii scholam castri restituat. Homines eiusdem abbatis in Aisencella villa ab Anselmi de Possessa iniuriis defendat. Martene Coll. II. 999, Bouquet Rec. XV. 927. — „Significavit nobis abbas“.

		1174. (<i>Ind. 7—25. Sept.—8, pont. a. 15—20. Sept.—16, 1173—25. Mart.—1174.</i>)
Ian.	29.	Anagninae (8293) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, abbatis S. Remigii homines, Catalauni degentes, compellat, ut abbati solita servitia praestent. Martene Coll. II. 1000, Bouquet Rec. XV. 928. — „Significatum est nobis“.
„	29.	„ (8294) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat quosdam monasterii S. Remigii adversarios, ut damna monasterio importata sarciant, ablataque bona restituant. Martene Coll. II. 1001, Bouquet Rec. XV. 928. — „Insinuaturn est nobis“.
Febr.	1.	„ (8295) Ecclesiae S. Mariae Montisdesiderii protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Bullar. Cluniac. 73. — „Suscepti regiminis“.
„	10.	„ (8296) Sententiam, a Milone episcopo Taurinensi latam inter monachos et canonicos S. Ambrosii Mediolanenses, confirmat. Puricelli Ambr. bas. mon. 948. — „Significante nobis“.
„	12.	„ (8297) Monasterii S. Mariae Liskensis protectionem suscipit, bonaque confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 31. — „Iustus religiosorum desideriis“.
„	14.	„ (8298) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, se (Pontio), archiepiscopo Narbonensi, et (Adelberto), episcopo Nemausensi, et R. S. Mariae in via lata diacono cardinali mandasse, hortarentur comitem Tolosanum, ut nunciis missis C. comitissam ad sese revocaret. Comitissam moneri vult, ut acceptis nunciis ad virum revertatur. Martene Coll. II. 1003, Bouquet Rec. XV. 942. — „Referente nobis“.
„	22.	„ (8299) Henrico, archiepiscopo Remensi, affirmat, F. parrochianum eius de eo in curia sua non detraxisse. Martene Coll. II. 1004. — „Lator praesentium F.“
„	25.	„ (8300) Ecclesiam S. Petri Autissiodorensis, a Willelmo episcopo ex decanatu in abbatiam mutatam, confirmat. Gall. Chr. XII. Instr. 134. — „Ea, quae ad“.
„	28.	„ (8301) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat G. de Aspero-monte, ut ablata monasterio Gorziensi restituat. Martene Coll. II. 1004, Bouquet Rec. XV. 929. — „Dilecti filii abbas“.
Mart.	1.	„ (8302) Ecclesiam Capuanam, petente Alfano archiepiscopo, tuendam suscipit, eiusque iura et possessiones confirmat. Ughelli It. sacr. VI. 327. — „Cum ex iniuncto“.
„	1.	„ (8303) Henrici, archiepiscopi Remensis, tutelae commendat monasterium Maurimontense. Martene Coll. II. 1005. — „Cum ecclesia Maurimontensis“.
„	6.	„ (8304) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut monasterio Maurimontensi illata ab adversariis damna sarciri iubeat. Martene Coll. II. 1006, Bouquet Rec. XV. 930. — „Conquerentibus nobis“.
„	8.	„ (8305) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat abbatis S. Remigii adversarios, ut ei de illatis iniuriis satisfaciant. Martene Coll. II. 1006, Bouquet Rec. XV. 930. — „Dilectus filius noster“.
„	10.	„ (8306) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut O. civem Laudunensem in gratiam recipiat. Martene Coll. II. 1007. — „Pontificalis officii dignitas“.
„	16.	„ (8307) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Galterum presbyterum capellae leprosorurn Sparnaensium praeficiat. (Pro „XVIII. Kal. Apr.“ leg. „XVII. Kal. Apr.“) Martene Coll. II. 1008. — „Audita olim conquestione“.
„	21.	„ (8308) Henrico, archiepiscopo Remensi, et (Desiderio), episcopo Morinensi, mandat, ne de fratrum Cisterciensium „novalibus et nutrimentis animalium decimas exigi“ patiantur. Martene Coll. II. 1009, Bouquet Rec. XV. 931. — „Non ignorat, sicut“.
„	23.	„ (8309) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Guarinum de Cherchi, ut fratribus S. Martini Laudunensis illata damna reconcinnet. Martene Coll. II. 1009. — „Querelam abbas et“
Apr.	1.	„ (8310) Transactionem factam inter Guichardum, archiepiscopum Lugdunensem, apostolicae sedis legatum, et Guigonem, comitem Forensis, confirmat. Menestrier Hist. de Lyon, Preuv. p. 37, Bouquet Rec. XV. 942. — „Cum ecclesia Lugdunensis“.
„	4.	„ (8311) Monasterii S. Mariae Novigentensis possessiones confirmat. Du Plessis Hist. de Coucy 143.
„	7.	„ Ricardum archiepiscopum Cantuariensem consecrat, „dominica post pascha, qua canitur Misericordias domini“, Gervasii Chronica ap. Twysden H. A. Scr. I. 1426. (Consecrationem non Romae, ut vult Gervasius, sed Anagninae factam esse, exploratum est; cf. Radulf. de Diceto Im. Hist. p. 579—580.)
„	9.	(„) „die tertia“ Ricardo, archiepiscopo Cantuariensi, pallium tribuit. Ep. Reg. electi Bathon. ap. Benedict. Petrob. 1174.

		1174. (<i>Ind. 7—25. Sept.—8, pont. a. 15—20. Sept.—16, 1173—25. Mart.—1174.</i>)
(Apr.)	(Anagninae)	(8312) Ricardo, archiepiscopo Cantuariensi, et eius successoribus primatum Angliae asserit. Radulf. de Diceto Imag. Hist. ap. Twysden H. A. Scr. I. 580. — „Intuitu caritatis“.
(„)	(„)	(8313) Lupo, regi Valentiae, scribit ita: „Cum omnes unum deum patrem habeamus in coelis, ipsum solum totis visceribus colere debes, qui tantam tibi super Sarcenorum gentes et regna contulit potestatem“. Haec addit: „Cum autem omnes liberos natura creasset, nullus conditione naturae fuit subditus servituti“. (Ricardum) archiepiscopum Cantuariensem „assumptum esse ad tutamen Anglorum“, significat. (Fragmentum). Radulf. de Diceto Imag. Hist. ap. Twysden H. A. Scr. I. 580. — „Cum omnes unum“.
(„)	(„)	(8314) (Iohanni) electo Cicestriensi significat, se R(icardo), archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato, mandasse, „ut pro eo, quod canonici filius dicitur, in promotione eius procedere non postponat“. Mansi XXII. 399, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 261, Augustini Tarr. Opp. IV. 41, Decr. Greg. L. I. t. 20. c. 2. — „Cum de tua electione“.
Apr. 17.	Anagninae	(8315) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis et universis tam clericis quam laicis per regnum Francorum constitutis commendat P(etrum) tit. S. Chrysogoni presbyterum cardinalem, „pro quibusdam magnis et arduis negotiis specialiter et praecipue ad partes eorum destinatum“. (Pro „VV. Kal. Maii“ legendum „XV. Kal. Maii“) Duchesne H. Fr. Scr. IV. 564, Bouquet Rec. XV. 944, (Mansi XXI. 967.) — „Cum simus evidenter“.
„ 19.	„	(8316) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur Ludovicum Francorum regem, „ut reformationi pacis inter ecclesiam et imperium iuxta commonitorium P(etri) tit. Chrysogoni presbyteri cardinalis, quem ad eundem regem dirigit, ferventer intendat, et in verbo pacis procedat; ad habendam quoque pacem cum Henrico, Anglorum rege, quantum, salvo honore suo, poterit, animum suum clementer intendat. Martene Coll. II. 969, Bouquet Rec. XV. 945. — „Cum in omnibus“.
„ 22.	(„)	(8317) Parthenonis S. Georgii in Carinthia protectionem suscipit ac privilegia confirmat. In tabular. Caesar. Vindob. Ex schedis Pertzii.
Mai. 14.	„	(8318) Universos suffraganeos ecclesiae Cantuariensis hortatur, ut „si episcopatus suos, aut archidiaconatus suos apostolicae protectioni subiciant et ad audientiam ipsius appellent, propter hoc (Ricardum), archiepiscopum Cantuariensem, apostolicae sedis legatum, nullatenus impediunt, quominus de causis subditorum eorum cognoscere valeat, et ipsos punire“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 41, ed. Giles II. 40, (Mansi XXII. 318, Boehmeri Corp. II. app. 291, Augustini Tarr. Opp. IV. 129). — „Significavit nobis venerabilis“.
„ 15.	„	(8319) Monasterii S. Andreae (Arvernensis) protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 145. — „Quoties illud a“.
Iun. 10.	„	(8320) Monasterium S. Mariae Luffeldense tuendum suscipit et eius possessiones iuraque confirmat. Monast. Anglic. I. 521. — „Religiosam vitam“.
„ 30.	„	(8321) Monasterium Stokes-Clarense tuendum suscipit et eius possessiones privilegiaque confirmat. Monast. Anglic. I. 1010. — „Religiosis desideriis“.
Iul. 17.	„	(8322) Monasterii S. Mariae et S. Martini Chorensis protectionem suscipit, et bona ac privilegia confirmat. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 722. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 26.	„	(8323) Ecclesiae S. Salvatoris in castro S. Pauli sitae protectionem suscipit, bonaque confirmat. (Signa chronologica sunt corrupta.) Miraei Opp. dipl. IV. 27. — „Quoties a nobis illud“.
Aug. 3.	„	(8324) Ecclesiae S. Martini Turonensis privilegia confirmat. (Fragmentum). Launoii Opp. III. II. 67. — „Cum ecclesiae beati“.
Sept. 8.	„	(8325) Chunrado, archiepiscopo Moguntino, apostolicae sedis legato, scribit, episcopum Gurgensem una cum Richero, quem Ratisbonae episcopum Brixinensem illicite consecrasset, episcopatum Salzburgensem, Adalberto abrogatum, ad (Heinricum) praepositum Berchtesgadensem detulisse. Quod facinus irritum denunciet. Mandat, ut utrumque episcopum et praepositum, clerum populumque Salzburgensem ad Adalberti obedientiam revocet. Chron. Reichersp. 1174 ap. Ludewig Scr. Rer. Germ. II. 310. — „Quando fidem et“.
„ 8.	„	(8326) Sibotonem praepositum et chorum ecclesiae Salzburgensis, ut ad Adalberti

		1174. (<i>Ind. 7—25 Sept.—8, pont. a. 15—20. Sept.—16, 1173—25. Mart.—1174.</i>) obedientiam revertantur, monet. Chron. Reichersp. 1174 ap. Ludewig Scr. Rer. Germ. II. 311. — „Audivimus non sine“.
Sept. 8.	Anagniae	(8327) Adalbertum, archiepiscopum Salzburgensem, ne animo cadat, hortatur. De superioribus epistolis certiorum facit. Chron. Reichersp. 1174 ap. Ludewig Scr. Rer. Germ. II. 309. — „Auditio et intellecto“.
Oct. 28.	Ferentini	(8328) Ecclesiae Parisiensis „libertates et antiquas et rationabiles consuetudines“ confirmat. B. decano et capitulo concedit, „ne de aliqua praebendarum, quas monasteria vel ecclesiae quaedam habeant in ecclesia eorum, quamlibet personam canonicare cogantur“. Mansi XXI. 1058, Collection des Cartulaires V. 388. — „Quanto fervorem“.
„ 29.	„	(8329) Petro, tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mandat, ut „habito consilio cum Willelmo, Senonensi archiepiscopo, apostolicae sedis legato, et H(enrico), archiepiscopo Remensi, super regimine scholarum Parisiensium quod ei visum fuerit, ita quod personam magistri Petri, cancellarii Parisiensis, non excedat quod exinde fecerit, circumspecta diligentia provideat; eam cautelam adhibiturus, quod illi, qui scolas rexerint, non debeant immoderate gravari“. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 566, Bouquet Rec. XV. 951, Mansi XXI. 971 et 1058. — „Licet mandaverimus“.
Nov. 11.	„	(8330) Decano et capitulo Parisiensi concedit, ut beneficia Roberto de Beelei, vicario b. Petri Fossatensis, et magistro Macario (al. Mainerio) concessa post horum obitum recipiant. Mansi XXI. 1059: „V. id. Nov.“, Collection des Cartulaires V. 392: „V. Kal. Nov.“ — „Iustitia postulat et“.
„ 19.	„	(8331) Canonicorum Pistoriensium disciplinam regularem, possessiones, privilegia confirmat. Zacharia Anecd. m. aev. 232.
Dec. 30.	„	(8332) Monasterium b. Mariae Monteregale, a Willelmo Siciliae rege construi coeptum, praecipuis privilegiis ornat. Margarini Bull. Cas. II. 186: „Dat. Ferentini III. Kal. Ianuar.“, Pirri Sic. sacr. I. 451: „Dat. Anagniae XIX. Kal. Febr.“ — „Ex debito“.
„ 30.	„	(8333) Monasterium S. Michaelis in Monte caveoso tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Zacharia notario regio. Margarini Bull. Cas. II. 188. — „Si quando a“.
— —	—	(8334) Marsilio abbati et fratribus Carae-Insulae, qui „a duobus locis minus congruis ad congruum et aptissimum locum, qui Om vocatur, monasterium transtulerant“, eadem duo loca asserit. Langebek Scr. R. Dan. V. 248. — „Ad audientiam nostram“.
		1161—1175.
— —	Ferentini	(8335) Abbatibus et fratribus monasteriorum Cisterciensis ordinis in Anglia interdicat, ne „iura patronatus in ecclesiis, aut ecclesias acquirant“. Gilberti Foliot ed. Giles II. 106, (Augustini Tarr. Opp. IV. 208, Boehmeri Corp. II. app. 301, Mansi XXII. 339). — „Relatum est auribus“.
		1162—1175.
Ian. 22.	—	(8336) Quibusdam mandat, cogant heredes amitae Helwidis, priorissae Burburgensis, ut libras decem in testamento Helvidi legatas dependant. Martene Coll. II. 821. — „Ex parte Helwidis“.
— —	—	(8337) (Bartholomaeo), episcopo Bellovacensi, mandat, iudicet inter A. decanum Castri-Rodulphi et eius adversarios. Martene Coll. II. 798. — „Significavit nobis dilectus“.
— —	—	(8338) Episcopo Catalaunensi Milonem clericum litteratum commendat. Martene Coll. II. 842. — „Commisum tibi officium“.
— —	—	(8339) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut quem post appellationem ad sese interpositam excommunicatione affecerit, Ma. civem Catalaunensem absolvat, ut „exinde causa in praesentia Laudunensis episcopi debitae iustitiae recipiat complementum“. (Data „III. id. Mergoli“). Martene Coll. II. 703. — „Si bene meminimus“.
— —	—	(8340) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut canonicorum S. Ursuari et Antoniensium ecclesiae Lobiensi subiectionum, qui „fornicarias in propriis domiciliis tenere praesumant“, disciplinam restituat. (Fragmentum). Martene Coll. II. 794, Mansi XXI. 1076. — „Pervenit ad nos, quod“.

		1162—1175.
—	—	(8341) Henricum, archiepiscopum Remensem, petente Ludovico Francorum rege, monet, ut M. civem Catalaunensem excommunicatione absolvat. Martene Coll. II. 817, Bouquet Rec. XV. 847. — „Praesentibus litteris“.
—	—	(8342) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut inter Martinum et Adamum iudicium faciat. Martene Coll. II. 841. — „Causam, quae inter“.
—	—	(8343) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Rossam mulierem et Ph. de Castris, ut vineam fratribus de Sarnaio ablatam reddant. Martene Coll. II. 850. — „Ex transmissa conquestione“.
—	—	(8344) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur canonicos Cameracenses, ut fratribus hospitalis apud Valencenas „construendi ibidem oratorium et cimiterium liberam tribuant facultatem“. Hortatur, ut „nullum virum ecclesiasticum per provinciam suam a personis saecularibus iudicari permittat“. Martene Coll. II. 868. — „Perlatum ad audientiam“.
—	—	(8345) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne I. presbyterum, capellanum infirmorum fratrum de Turribus super Marnam, qui puer novitius monasterii Ioiacensis fuerit permissuque abbatis monasterium reliquerit, „ab ordinibus removeri“ patiat. Martene Coll. II. 945. — „Veniens ad apostolicae“.
—	—	(8346) Episcopo et canonicis quibusdam iam iterum mandat, ut F. scholastico praebendam in ecclesia S. Stephani vel in ecclesia b. Mariae de Vallibus concedant. Martene Coll. II. 806. — „Pro filio nostro F.“
—	—	(8347) Abbati Corbeiensi praecipit, ne (Henrici), archiepiscopi Remensis, de burgo, qui monasterio adiacet, iura laedat. Martene Coll. II. 924, Bouquet Rec. XV. 926. — „Venerabilis frater noster“.
		1164—1175.
—	—	(8348) Episcopo Catalaunensi mandat, interdicit universis dioecesis sacerdotibus, ne „pro baptismo parvulorum et pro sepultura mortuorum pretium exigant“. Martene Coll. II. 842. — „Pervenit ad nos, quod“.
		1170—1175.
—	—	(8349) T(heobaldo), episcopo Ambianensi, mandat, ut compositionem inter Iohannem canonicum Laudunensem et Hel. mulierem factam observari iubeat. Martene Coll. II. 836. — „Causam, quae inter“.
—	—	(8350) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Guidonem de Apia, ut Theobaldo extorta reddat ac de illatis iniuriis satisfaciat. Martene Coll. II. 866. — „Ex parte Theobaldi“.
		1175. (Ind. 8—25. Sept.—9, pont. a. 16—20 Sept.—17, 1174—25. Mart.—1175.)
Febr. 1.	Ferentini	(8351) Parthenoni S. Mariae Panormitano asserit decumas quasdam, a Tustino episcopo Mazarensi collatas. (Pro „Florentinae“ leg. „Ferentini“). Pirri Sic. sacr. II. 844.
„ 14.	„	(8352) Monasterii Vallis-Christianae protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 621. — „Religiosam vitam eligentibus“.
Mart. 11.	„	(8353) Petro, tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mandat, commoneat (Henricum), archiepiscopum Remensem, et eius suffraganeos, ut interfectores R(oberi) electi Cameracensis excommunicent. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 565, Bouquet Rec. XV. 949, (Mansi XXI. 969). — „Non sine gravi dolore“.
„ 13.	„	(8354) Monasterii S. Stephani Balneolensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Marca Marca Hisp. 1366, Aguirre Conc. V. 91. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 21.	„	(8355) „C(onrado), Moguntino archiepiscopo et apostolicae sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem. Ex transmissa conquestione abbatis et conventus monasterii Lunelacensis accepimus, quod (Theobaldus) episcopus Pataviensis ecclesias quasdam, quas se asserunt longo tempore possedissee, eis contra iusticiam abstulit et violenter habere praesumit. Unde quoniam universis dei fidelibus et praesertim viris religiosis in sua iusticia debitores existimus, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus praedictum episcopum instanter moneas et canonica districtione compellas, ut praefatis abbati et fratribus praescriptas ecclesias, postposita mora et occasione, restituat et libere deinde pacificeque dimittat, vel in praesentia tua plenam exinde iusticiam non differat exhibere. Data

		1175. (<i>Ind. 8—25. Sept.—9, pont. a. 16—20. Sept.—17, 1174—25. Mart.—1175.</i>)
		Ferentum duodecimo Kal. Apr. " Ex schedis Pertzii. — „Ex transmissa con- questione“.
Mart. 23.	Ferentini	(8356) (Richardo), archiepiscopo Cantuariensi, mandat, hospitalarios et templarios sub excommunicationis poena moneat, „ut si quos in excommunicatione defunctos in coemeteriis ecclesiarum sepelierint, eos eiiciant“. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 64, (Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 230, Augustini Tarr. Opp. IV. 330, Decr. Greg. L. V. t. 33. c. 5). — „Ad hoc in beatorum“ „Ad hoc in“.
„ 25.	„	(8357) W(illemo), electo Lucensi, eiusque canonicis mandat, cogant R. praepositum et monachos S. Georgii, ut ecclesiam S. Matthaei de Fossa Natali, simoniace acquisitam, dimittant. Baluzii Misc. I. 432. — „Audientes, qualiter“.
„ 25.	„	(8358) R. praeposito et universis monachis S. Georgii praecipit, ut ecclesiam S. Matthaei de Fossa Natali intra dies 40 dimittant. De superiore ad electum Lucensem epistola significat. Mansi XXI. 1081. — „Intellecto et cognito“.
„ 28.	„	(8359) Monasterii S. Salvatoris Maiellani protectionem suscipit et possessiones iura- que confirmat. Bull. Vatic. I. 62. — „Iustis religiosorum“.
Apr. 2.	„	(8360) Pennensi et Valvensi episcopis mandat, ut ex Leonatis abbatis Piscariensis sententia clericos de Castellione „publice accensis candelis per episcopatus suos excommunicatos denunciant“. Chron. Casaur. ap. Muratori R. It. Scr. II. n. 908. — „Ex parte“.
„ 12.	„	(8361) (Guichardo) Lugdunensi, apostolicae sedis legato, (Guarino) Bituricensi archi- episcopis et eorum suffraganeis et universo clero et populo in eorum episcopati- bus et in episcopatu Aniciensi constitutis praecipit, ut Petro, tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, „in partibus ultramontanis legato sedis apostolicae constituto“, obedientiam praestent. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 564, Bouquet Rec. XV. 950, Mansi XXI. 967. — „Non latet, sicut“.
Mai. 15.	„	(8362) Ottonis, praepositi Raitenbuchensis, protectionem suscipit. Mandat, ut cle- ricos in Teutonico regno schismati renunciantes ad ecclesiae unitatem recipiat. Mon. Boic. VIII. 15, Hund III. 148. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 25.	„	(8363) Episcopatum Civitatensem a Fernando, Hispaniarum rege, constitutum confir- mat. Petro episcopo consecrationem sine sedis apostolicae auctoritate ab archi- episcopo Compostellano acceptam ignoscit. Escalona Hist. de Sahagun 549. — „Ex literis karissimi“.
Mai. Iun.	„	(8364) Archiepiscopo Viennensi, apostolicae sedis legato, et episcopo Claromontensi mandat, ut transactionem cum ecclesia Lugdunensi factam a comite Forensi ob- servari cogant. („Datum V Iunii“). Menestrier Hist. de Lyon, Preuv. p. XXXVIII, Bouquet Rec. XV. 950. — „Memores sumus“.
Iun. 30.	„	(8365) Archiepiscopis et episcopis mandat, ut „omnes, qui vota vel alteros redditus ecclesiae Compostellanae dare teneantur, compellant, ut vota et redditus persol- vant“. Ferrer Hist. de Sanctiago 279. — „Cum ecclesia beati“.
Iul. 5.	„	(8366) Ordinem militiae S. Iacobi in Hispania eiusque possessiones ac privilegia con- firmat. Roderici Nov. coll. privil. 3, Ferrer Hist. de Sanctiago 405, Mansi XXI. 1049, (Aguirre Cone. V. 92). — „Benedictus deus in“.
„ 10.	„	(8367) Parthenonis Warivillensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Louvet Hist. de Beauvais 574. — „Prudentibus virginibus“.
„ 28.	„	(8368) Domui eleemosinariae S. Gervasii Parisiensi asserit domum iuxta atrium S. Gervasii sitam et denariorum 4 census annuum, a Garino Cementario tradi- tum. (Pro „Florentinae“ leg. „Ferentini“). Du Breul Le théâtre des ant. de Par. 951, Félibien Hist. de Paris III. 66. — „Iustis petentium desideriis“.
Aug. 2.	„	(8369) Petro, tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mau- dat, compellat abbatem et monachos S. Benedicti de Quintiaco, ut P. priori de Lanariaco decimas quasdam restituant. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 564, Mansi XXI. 968. — „Ex conquestione dilecti“.
„ 10.	„	(8370) Canonicorum Brixiahorum privilegia et possessiones confirmat. (Fragmentum). Gradonici Pont. Brix. 216.
Sept. 8.	„	(8371) Petro, tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, scribit, „accepisse se, quod ecclesiam Meldensem adhuc detineat, et redditus percipiat, ita quod nihil ad Willelmum, Senouensem archiepiscopum, apostolicae sedis legatum, de redditibus illis perveniat, et canonici eiusdem ecclesiae electionem non audeant libere celebrare“. Mandat, „archiepiscopo et canonicis dicat, quod pro se non di- mittant, quin eidem ecclesiae personam idoneam provideant in episcopum“. Du-

		1175. (<i>Ind. 8—25. Sept.—9, pont. a. 16—20. Sept.—17, 1174—25. Mart.—1175.</i>) chesne Hist. Fr. Scr. IV. 565, Bouquet Rec. XV. 951, Mansi XXI. 969. — „Quanto maiorem locum“.
Oct. 19.	Anagninae	(8372) Monasterii S. Salvatoris Messanensis protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente G(uillelmo) rege Siciliae. Mansi XXI. 1054: „XIV. Kal. Nov.“; Piccoli de ant. iure Sic. eccl. p. 119 in Graevii Th. ant. Sic. II: „XII. Kal. Sept.“ — „Apostolicae sedis“.
Nov. 16.	„	(8373) Ecclesiae S. Mariae de Caglia Meldensis possessiones confirmat. (Fragmentum). Du Plessis Hist. de Meaux II. 60.
„ 18.	„	(8374) (Guichardum), archiepiscopum Lugdunensem, apostolicae sedis legatum, et eius suffraganeos et abbates ac universum clerum et populum per Lugdunensem provinciam constitutum iterum hortatur, ut Petro tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, „in provincia eorum et in aliis locis legato sedis apostolicae constituto“ debitum praestent honorem. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 563, Bouquet Rec. XV. 948, Mansi XXI. 965. — „Gaudemus admodum et“.
„ 22.	„	(8375) Monasterio S. Mariae Novigentensi ecclesiam Coziacensem asserit. Du Plessis Hist. de Concy 144.
Dec. 16.	„	(8376) Monasterii S. Martini in monte Pannoniae privilegia confirmat. Fejér C. D. H. II. 190.
— —	—	c. 1175.
— —	—	(8377) *(Roberto) Exoniensi et (Roger) Wigornensi episcopis et Clarebaldo abbati Faureshamensi mandat, ut Clarebaldum abbatem S. Augustini Cantuariensem removeant, si eum invenerint indignum esse, qui monasterio praecisset. Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. Scr. II. 1817.
— —	—	(8378) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, apostolicae sedis legato, et eius successoribus concedit, ut secundum privilegium ei quondam indultum „ante se per totam Angliam crucem deferant, quousque diffinitiva sententia decernatur, quid ecclesia eius de iure debeat habere“. Gilberti Foliot epist. II. 71, (Mansi XXII. 442, Boehmeri Corp. II. app. 308, Augustini Tarr. Opp. IV. 371). — „A memoria nostra“ „A memoria vestra“.
— —	—	(8379) Monasterii S. Thomae de Paraclito (Ebleholtensis) protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Langebek Scr. R. Dan. VI. 135. — „Ad hoc universalis“.
		1160—1176.
Mart. 1.	Anagninae	(8380) Interdicti sententiam ab archiepiscopo Narbonensi et episcopo Elenensi prolatam in abbatem Canigonensem, subesse abbati Crassensi nolentem, probat. Marca Marca Hisp. 1331, Aguirre Conc. V. 77, Mansi XXI. 1060. — „Relatum est auribus“.
„ 8.	„	(8381) Monasterio S. Bertini Sithiensi „moluturam annonae de ministeriali b. Bertini in villa S. Audomari“ asserit. Collection des Cartulaires III. 353. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 12.	„	(8382) Ecclesiae Ulciensis protectionem suscipit. Ulciensis eccl. chartar. p. 19. — „Si quando postulatur“.
„ 23.	„	(8383) Rectores Lombardiae monet, ut cives Mutinenses ab infestando monasterio Nonantulano dehortentur, ac de quadraginta obsidibus, ex monasterio receptis, viginti dimittant. Tiraboschi St. di Non. II. 273. — „Quanto Nonantulanum“.
Apr. 22.	„	(8384) Universis episcopis per Rotomagensem provinciam constitutis praecipit, ut excommunicationis et interdicti sententias ab ecclesia Rotomagensi prolatas observent. Bessin Conc. Rot. I. 83, Bouquet Rec. XV. 932, Mansi XXI. 1068. — „Cum ecclesia Rotomagensis“.
„ 25.	„	(8385) Episcopo Suessionensi mandat, hortetur Wa. abbatem Dorbacensem, ut A., Hierosolymis reducens, monasterio recipiat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 607, Bouquet Rec. XV. 933, Mansi XXI. 997. — „Latoris praesentium A.“
„ 26.	„	(8386) Ecclesiae S. Mariae Corbeliensis, monasterio S. Dionysii subiectae, iura quaedam confirmat. Doublet Hist. de St. Denys 509. — „Cum ecclesia vestra“.
„ 29.	„	(8387) Litteris ad capitulum b. Martini Turonensis „statuit de modiationibus infra certum terminum plus offerenti conferendis“. Rec. sur S. Martin de Tours 22, teste Bréquigny Table chron. III. 535.
Mai. 4.	„	(8388) Permutationem a canonicis S. Aniani Aurelianensibus cum A. Francorum

1160—1176.		
		regina factam confirmat. Antiqu. de St. Aignan d'Orléans Pr. p. 85, teste Bréquigny Table chron. III. 503.
Mai.	20.	Anagninae (8389) Statuit, „ne aliqua laicalis persona, patronatus seu alia occasione, electionibus abbatum vel priorum Camaldulensium semet ulla ingerat ratione“. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 1. — „Que canonicis“.
„	30.	„ (8390) Canonicis S. Quintini concedit, „ne episcopus Noviomensis plures quam triginta equitaturas ad eorum ecclesiam ducere audeat“. Collette Mém. du Vermandois II. 339, Hemeraei Aug. Virom. 166. — „In eo loco sumus“.
Iun.	11.	„ (8391) Canonicorum S. Quintini legem confirmat, „si quis canonicus ecclesiae assiduitatem inibi non servet, nisi de licentia capituli alibi moretur, integros fructus praebendae suae percipere ne debeat, excepto uno solo canonico, qui fuerit capellanus“. Collette Mém. du Vermandois II. 350, Hemeraei Aug. Virom. 166. — „Ea, quae sunt“.
„	15.	„ (8392) Omnibus episcopis praecipit, ut „in locis, ubi fratres vel sorores Praemonstratenses habitent, nullos seculares clericos introducant“. Le Paige Bibl. Praem. 631, Fejér C. D. H. II. 187. — „Quanto religio“.
„	16.	„ (8393) Archiepiscopo Tarraconensi, apostolicae sedis legato, asserit „honorem illum, quem Raimundus, quondam comes Barcinonensis, in Ilerda et Dertusa ei, quando captae fuerunt, concessit“. Marca Marca Hisp. 1357, Aguirre Conc. V. 89, Mansi XXI. 1071. — „Inducit nos et“.
„	17.	„ (8394) V. priori et canonicis ecclesiae S. Frigidiani Lucensis scribit haec: „decernimus, ut, si qua canonici Lucenses a nobis falsa suggestionem impetraverunt, quae privilegium vobis ab apostolica sede indultis derogare noscuntur, ea vobis iniustitia nullum possint praeiudicium generare“. Baluzii Misc. IV. 596. — „Religionis et fidei“.
„	29.	„ (8395) Priorem et fratres monasterii S. Savini hortatur, ut abbati obediant. Martene Thes. I. 457. — „Non vos credimus“.
„	30.	„ (8396) Episcopo et capitulo Ausonensi praecipit, ut ecclesiam de Granoylers monasterio Rivipullensi reddant, aut ius suum apud archiepiscopum Tarraconensem persequantur. Marca Marca Hisp. 1347, Aguirre Conc. V. 84, Mansi XXI. 1062. — „Ad aures nostras“.
Iul.	4.	„ (8397) Decano et canonicis ecclesiae S. Martini Turonensis concedit, „ut ecclesias de feodis ipsorum et possessiones ad eorundem proprietatem pertinentes legitime revocare possint“. Rec. sur Saint Martin de Tours 22, teste Bréquigny Table chron. III. 442.
„	6.	„ (8398) Clericis et laicis de Bagnacavallo praecipit, ut ad canonicorum Faventinorum obedientiam redeant. Savioli Ann. Bol. II. n. 37: „II. non. Iulii“, Tonduzzi Hist. di Faenza p. 210: „II. non. Iunii“. — „Ad nostram“.
„	8.	„ (8399) Monasterii Rivipullensis possessiones quasdam confirmat. Marca Marca Hisp. 1347, Aguirre Conc. V. 83. — „Cum nostrae sollicitudinis“.
„	22.	„ (8400) Episcopo Vicensi (Ausonensi) praescribit, ut ecclesiam S. Stephani monachis Rivipullensibus restituat, aut apud Oscensem et Barcinonensem episcopos ius suum persequatur. Marca Marca Hisp. 1173 et 1348, Aguirre Conc. V. 84, Mansi XXI. 1062. — „Quotiens ecclesiarum“.
„	22.	„ (8401) Oscensi et Barcinonensi episcopis scribit de ecclesia S. Stephani monasterio Rivipullensi ab episcopo Ausonensi reddenda. Marca Marca Hisp. 1348, Aguirre Conc. V. 84, Mansi XXI. 1063. — „Ex transmissa nobis“.
Aug.	6.	„ (8402) Clero Pisano mandat, ut populum ad solvendas canonicis decumas inducant. Ughelli It. sacr. III. 404. — „Dignum est“.
„	21.	„ (8403) Abbati et fratribus ordinis Praemonstratensis concedit, „ut servientibus, qui de mensa eorum vivunt, poenitentiam dent et corpus dominicum in statutis temporibus tradant“. Le Paige Bibl. Praem. 630. — „Apostolicae sedis“.
„	30.	„ (8404) Monasterio S. Germani de Pratis Parisiensi capellam S. Ioannis asserit. Bouillart Hist. de St. Germain des Prez Pr. p. 42. — „Ex litteris dilectorum“.
—	—	— (8405) Archiepiscopo Mediolanensi scribit haec: „Significavit nobis nobilis vir P. quod F(riderico) dicto imperatori, cum olim ab Urbe rediret, castrum Ferruce (al. Verucae) negavit; unde contigit, quod quatuor castris destructis plus quam duo millia domorum destructa fuerunt et multi homines interfecti“. Mandat, ut poenitentiam illi imponat. Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 218, Augustini Tarr. Opp. IV. 340, Decr. Greg. L. V. t. 38. c. 3. — „Significavit nobis nobilis“.

			1166—1176.
			(8406) (Henrico) patriarchae Gradensi et T(heodino) S. Vitalis presbytero cardinali mandat, iudicent inter C. et L(eonardum), electos Torcellenses. Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 295, (Augustini Tarr. Opp. IV. 133, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 23). — „Constitutis in praesentia“.
			1170—1176.
			(8407) I(ldebrando) presbytero cardinali duodecim apostolorum, apostolicae sedis legato, respondet, ut „electum, qui nuper abinrato schismate ad unitatem ecclesiae redierit, faciat a catholicis episcopis suffraganeis Aquileiensis ecclesiae consecrari“. Mansi XXII. 399, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 258, Augustini Tarr. Opp. IV. 21, (Decr. Greg. L. I. t. 6. c. 5). — „Quod diligentia“ „Quia diligentia“.
			1173—1176.
Apr.	8.	Anagninae	(8408) Ad Simonis abbatis S. Albani quaestiones quasdam respondet. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 104, (Mansi XXII. 302, 341, 286, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 269, 303, 313, Augustini Tarr. Opp. IV. 51, 211, 246, Decr. Greg. L. I. t. 29. c. 10, L. III. t. 24. c. 4, t. 38. c. 19, L. IV. t. 7. c. 1). — „Consultationibus singulorum“ „De cetero si“ „Propositum est nobis“.
„	8.	„	(8409) T(heobaldo), episcopo Placentino, praecipit, ut monachis S. Savini „decimam clausi iuxta s. Ambrosium siti“ reddat. Campi Hist. di Piac. II. 360. — „Significantibus nobis“.
„	11.	„	(8410) Archiepiscopo Viennensi, apostolicae sedis legato, et eius suffraganeis ordinis Cartusienensis domus et pascua commendat. Privil. ord. Cart. fol. 1 ^b , Nova coll. stat. ord. Cart., append. p. 7. — „Non latet discretionis“.
Mai.	4.	„	(8411) Permutationem de Calcio villa factam inter capitulum ecclesiae S. Aniani (Aurelianensis) et A(delam) Francorum reginam confirmat. (Aliena manu additum est: „pont. nostri a. XVI.“). Bouquet Rec. XV. 953. — „Cum nostrae sollicitudinis“.
„	5.	„	(8412) P(etri?) archiepiscopi Salonitani fidem laudat, eumque molestiis afflictum consolatur. Negat se de ecclesia Iaderensi quidquam in eius iniuriam decreturum. L., cappellanum suam, commendat. Sperat, „ecclesiam dei in proximo pace tranquilla“ potituram esse. Farlati III. sacr. III. 186, Fejér C. D. H. II. 176. — „Litteras et dilectum“.
„	23.	„	(8413) Episcopo et consilibus Bononiensibus scribit, ut ab iniuriis in ecclesiam Nonantulanam desistant. Litem nunciat Ildebrandi, basilicae duodecim Apostolorum presbyteri cardinalis, arbitrio permissam esse. Tiraboschi St. di Non. II. 277, Savioli Ann. Bol. II. n. 39. — „Cum Nonantulana“.
Aug.	26.	„	(8414) Pacem inter Hugonem, episcopum Terracinensem, et Petrum de Roberto conciliatam confirmat. Contatore Hist. Terrac. p. 399. — „Cum tu et“.
Sept.	30.	„	(8415) Monachis Wessenbrunnensibus praecipit, ne expulsam abbatem schismaticum denuo recipiant, quem (Hartwigus) schismaticus episcopus Augustensis restituere studeat. Leutner Hist. mon. Wessofont. 211. — „Retulerunt nobis“.
„	30.	„	(8416) Monachis Wessenbrunnensibus scribit, ut Henricum et Carolum fratres recipiant, qui testante Welfonis ducis epistola expulsam abbatem schismaticum repudiaverint. Leutner Hist. mon. Wessofont. 210. — „Ex relatione“.
			1174—1176.
Ian.	16.	Anagninae	(8417) Petentibus Rodulpho abbate et monachis Cluniacensibus, thesaurum, honores, obedientias, possessiones ecclesiae Cluniacensis ab abbatibus alienari invito capitulo vetat. Bibl. Cluniac. 1431, Bullar. Cluniac. 74. — „Quanto vos et“.
„	17.	„	(8418) Rodulpho abbati et fratribus Cluniacensibus asserit ecclesiam S. Iohannis ab iis constructam. Bullar. Cluniac. 72. — „Iustis petentium desideriis“.
„	19	„	(8419) Parthenonis Gudhemensis bona, a Canuto rege eiusque fratre donata, confirmat. Liljegren Dipl. Suec. I. 97, Örnuljålm Hist. Sueon. 562. — „Iustis petentium“.
			1175—1176.
Nov.	6.	Anagninae	(8420) Petro, tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mandat, ostendat Ludovico, Francorum regi, „quam graviter auctoritati Romanae ecclesiae sit detractum super eo, quod (Mauritius) episcopus Parisiensis post appel-

1175—1176.

lationem archidiaconatum dare praesumpserit“. Attamen, rege postulante, veniam vult iniuriae dare. „Ceterum“ inquit „ne nos, vel Grat(ianus) subdiaconus noster tantam confusionem videamur sustinere, regi suadeas, provideat, ut dignam posimus inde consolationem recipere“. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 562, Bouquet Rec. XV. 952, Mansi XXI. 964. — „Si innotesceret“.

1176. (*Ind. 9—25. Sept.—10, pont. a. 17—20. Sept.—18, 1175—25. Mart.—1176.*)

Ian.	14.	Anagniac	(8421) Parthenonem S. Iustinae Lucensem tuendum suscipit, eiusque disciplinam, possessiones, iura confirmat. Muratori Ant. It. V. 567. — „Prudentibus virginibus“.
„	29.	„	(8422) Petro, tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, haec nunciat: „Innotuit nobis ex litteris Manuclis, Constantinopolitani imperatoris, quod ipse in manu forti Turcorum terram ingressus, civitates et castra ferro et igne consumpsit, et in medio terrae Soldani Iconii civitatem quandam magnam et populosam construxit, ubi Latinos et Graecos, qui eam custodiant, posuit, et per civitatem ipsam magnae regioni Turcorum dominatur usque adeo, quod viam sepulcri domini visitandi reddidit securam“. Principes, comites, barones et alios fideles regni Francorum ad oppugnandos Turcas admoneri iubet. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 566, Bouquet Rec. XV. 952, Mansi XXI. 970. — „Innotuit nobis ex“.
„	30.	„	(8423) Clericis Alexandrinis significat, se rerum necessitate coactum, electione nou facta, eorum ecclesiae episcopum praefecisse. Quod ne in posterum eorum iuri officiat, statuit. Ghilini Annali di Aless. 7, Moriondi Mon. Aqu. II. 12, Mansi XXI. 911, Ughelli It. sacr. IV. 314. — „De novitate et“.
Mart.	4.	„	(8424) Compositionem a (Willelmo) archiepiscopo Remensi, apostolicae sedis legato, factam inter fratres S. Petri et capellanos ecclesiarum S. Iohannis, S. Nicolai, S. Iacobi Gandavensium confirmat. Miraei Opp. dipl. III. 670. — „Commissi nobis officii“.
„	17.	„	(8425) Monasterii Camaldulensis possessiones et privilegia confirmat. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 52. — „Officii nostri nos“.
Apr.	11.	„	(8426) Ubaldo, archiepiscopo Pisano, primatum Sardiniae asserit. (Fragmentum). Ughelli It. sacr. III. 408.
„	11.	„	(8427) Praepositum et monachos S. Georgii Lucensis monèt, ut ecclesiam S. Matthaei de Fossa Natali, quam „presbyter, qui ibidem moretur, sub obedientiam praepositi regendam et gubernandam“ ab electo Lucensi receperit, „omnino derelinquant“. Mansi XXI. 1080. — „Ad aures nostras“.
„	20.	„	(8428) Monasterium Vallumbrosanum tuendum suscipit, et eius possessiones ac iura confirmat. Ughelli It. sacr. III. 221, Lami Eccl. Fl. Mon. I. 547. — „Desiderium, quod“.
„	30.	„	(8429) Monasterium Florentinum tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat. Margarini Bull. Cas. I. 20, Lami Eccl. Fl. M. I. 111. — „Cum omnium“.
Mai.	13.	„	(8430) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, apostolicae sedis legato, et eius canonicis mittit exemplum litterarum Willielmi, Scotiae regis, post pacem cum Anglorum rege factam ab ipso petentis, ut Scotiae ecclesia ecclesiae Eboracensi subiiciatur. Wilkins Conc. I. 481. — „Utilitati ecclesiae“.
„	21.	„	(8431) Petro, tit. S. Chrysogoni presbytero, et Hugoni, S. Angeli diacono cardinalibus, apostolicae sedis legatis, mandat, hortentur Henricum, Anglorum regem, ut filiam Ludovici, Francorum regis, intra menses duos „a filio suo Richardo, duce Aquitaniae, magnifice traduci faciat, aut eam praedicto regi restituat“. Quod nisi fecerit, totam provinciam Cantuariensem ac comitatum Pictaviensem interdicto affici iubet. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 562, Bouquet Rec. XV. 954, Mansi XXI. 965. — „Cum filia carissimi“.
Iun.	16.	„	(8432) Monasterii S. Iohannis in Venere possessiones et iura confirmat. Ughelli It. sacr. VI. 709. — „Vox clamantis“.
„	19.	„	(8433) Monasterium S. Eugenii tuendum suscipit et eius possessiones ac iura confirmat. Lami Eccl. Fl. M. I. 522. — „Quotiens illud“.
„	22.	„	(8434) Gunteramo, electo Senensi, ecclesiam in Monte Bonizi addicit. Muratori Ant. It. V. 813, Ughelli It. sacr. III. 547, Lami eccl. Fl. mon. IV. 14, Pecci st. di Siena 170. — „Communi et speciali“.
Iul.	4.	„	(8435) Monasterii Boscodunensis protectionem suscipit, et bona confirmat. Gall. Chr. III. Instr. 186.
„	6.	„	(8436) Ecclesiae Ulciensis privilegia quaedam confirmat. Ulciensis eccl. chartar. p. 19. — „Cum ecclesia in“.

			1176. (<i>Ind. 9—25. Sept.—10, pont. a. 17—20. Sept.—18, 1175—25. Mart.—1176.</i>)
Iul.	7.	Anagninae	(8437) Ecclesiam Aquileiensem tuendam suscipit, canonicorumque bona confirmat. Ughelli It. sacr. V. 69. — „Quoties illud“.
„	21.	„	(8438) Parthenonis S. Mariae Suessionensis sororibus concedit, „ut donec numerus monialium ad octogenarium reducatur, nullam nisi urgente mortis articulo in sororem recipere, aut numerum ipsum, cum ad eum redactae fuerint, transgredi debeant“. Germain Hist. de Notre-dame de Soiss. 442. — „Cum in monasterio“.
—	—	(„)	(8439) (Robertum) Exoniensem et (Rogerum) Wigoriensem episcopos et Clarembaldum, abbatem Faureshamensem, laudat, quod Clarembaldum abbatem S. Augustini Cantuariensem deiecerint. Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. Scr. II. 1817. — „Auditis olim“.
—	—	(„)	(8440) Monachos S. Augustini Cantuarienses hortatur, ut, deiecto Clarembaldo, alium sibi abbatem sumant. (Fragmentum). Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. Scr. II. 1818.
—	—	(„)	(8441) „Quidquid Clarembaldus, quondam electus S. Augustini Cantuariensis, de bonis ecclesiae absque consilio et assensu totius capituli in eius praeiudicium fecit“, rescindit. (Fragmentum). Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. Scr. II. 1818. — „Nostrae sollicitudinis“.
Sept.	2.	„	(8442) Monasterii Lenensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Zaccaria Della badia di Leno 238. — „Desiderium, quod ad“.
„	2.	„	(8443) Domus Cartusiensis omniumque ordinis domuum protectionem suscipit, possessiones confirmat, privilegia quaedam instituit. Privilegia ord. Cart. fol. 1, Nova coll. stat. ord. Cart. append. p. 1, Mansi XXI. 1056. — „Cum vos per dei“.
Oct.	21.	„	Chron. Fossae Novae 1176 ap. Muratori R. It. Scr. VII. 874: „12 Kal. Nov. venit cancellarius imperatoris Anagninam ad papam Alexandrum“.
c. Oct.—	—	(„)	(8444) A. (Hildebrando), basilicae XII apostolorum presbytero, et A(rdicioni), S. Theodori diacono cardinalibus, apostolicae sedis legatis, nunciat, (Wichmannum), archiepiscopum Magdeburgensem, C(hristianum) cancellarium (archiepiscopum Moguntinum), (Conradum) electum Wormatiensem et A., protonotarium F(ridericum) dicti imperatoris, ad pacificandum missos, ab ipso impetrare non potuisse, ut „sine Lombardis, aut sine regis Siciliae, vel Constantinopolitani imperatoris (assensu) pacem ad plenum statueret“. Ex conventu se in Lombardiam cum regis Siciliae nunciis, per litteras vocandis, venturum esse. Mandat, „rectores et consules societatis Lombardiae moneant, ut, ad quem locum securus applicare possit, et liberius et honestius de pace tractare, sibi sine dilatione significant, et interim societatem et unitatem suam consolident et confirment“. Pez Thes. anecd. VI. i. 397. — „Pro tractata pace“.
Nov.	8.	„	(8445) Inter (Theobaldum) Placentinum et Parmensem episcopos sententiam de ecclesia Castri Speculi et ecclesia S. Christinae a (Iohanne) episcopo Brixisiensi latam probat. Campi Hist. di Piac. II. 364. — „Ex litteris venerabilis“.
„	8.	„	(8446) Monasterii Schoenthalensis protectionem suscipit, possessiones confirmat, privilegia instituit. In tabular. Stuttgart. Misit Staelin.
„	15.	„	(8447) Monasterii S. Germani Parisiensis protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat. Bouillart Hist. de St. Germain des Prez Pr. p. 44. — „Monet nos apostolicae“.
„	28.	„	(8448) Ecclesiae S. Laurentii Florentinae protectionem suscipit, et bona iuraque confirmat. Lami Eccl. Fl. Mon. III. 1780, Cianfogni mem. ist. 205. — „Piae voluntatis“.
c. Nov.—	—	(„)	(8449) Rectoribus Marchiae respondet, ne credant, se cum imperatore pacem iam composuisse. Licet (Wichmannus) archiepiscopus Magdeburgensis, O. (Christianus archiepiscopus Moguntinus) cancellarius, (Conradus) electus Wormatiensis et protonotarius imperatoris pacificatum venissent, moveri se non potuisse, „ut pacem ecclesiae sine (pace) eorum et regis Siciliae et aliorum adiutorum ecclesiae reciperet“. Nunciat, una cum regis Siciliae nunciis se ad eos venturum. Haec addit: „viriliter agite et in domino confortamini ac vestro pio proposito persistentes, donec pax consummet societatem vestram, in eodem proposito propensius solidandam“. Pez Thes. anecd. VI. i. 388. — „Intelleximus ex“.
Dec.	6.	Anagnina	proficiscitur „VIII. id. Decembris“. Chron. Fossae novae 1176 l. l.
„	—	per terram Laboris	V. Romuald. Salern. 1177 ap. Muratori R. It. Scr. VII. 217.

		1176. (Ind. 9—25. Sept.—10, pont. a. 17—20. Sept.—18, 1175—25. Mart.—1176.)
Dec. 25.	Beneventi	„Festo nativitatis“. Romuald. Salern. p. 217.
„ 29.	„	(8450) Domus S. Iuliani Pereirensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Torres y Tapia Cron. de Alcantara I. 82—84, Henriquez Regula 506. — „Quoties illud a nobis“.
„ 30.	„	(8451) Petro, tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mandat, ut monasterium S. Maglorii Parisiense tueatur, a Ludovico Francorum rege sibi commendatum. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 565, Bouquet Rec. XV. 955, Mansi XXI. 968. — „Ita sollicite nos“.
„ 31.	„	(8452) * Monasterio Lactiensi „de altaribus et omnimoda libertate ecclesiae“ bullam tribuit. Reiffenberg Monuments VII. 657.
„ 31.	„	(8453) Monasterii S. Gisleni protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Reiffenberg Monuments VIII. 385. — „Quoties a nobis illud“.
— —	—	(8454) Archiepiscopum Eboracensem et Cantuariensem eodem loco et numero haberi iubet, modo „ut prior habeatur, qui prius fuerit ordinatus“. Radulf. de Diceto Im. Hist. ap. Twysden H. A. Scr. I. 589, Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 75. — „Antiquam Eboracensis“.
		c. 1176.
— —	—	(8455) Episcopo Exoniensi (al. Wigorniensi) mandat, interdicat G(aufredo), electo Lincolnensi, „cum eius non sit electio confirmata, ne archidiaconatum vel praebendam cuiquam concedat“. Mansi XXII. 399, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 260, Augustini Tarr. Opp. IV. 24, (Decr. Greg. L. I. t. 6. c. 9). — „Nosti, sicut“.
— —	—	(8456) G(aufredo) electo Lincolnensi scribit de praebenda, quam S. archidiaconus G. nepoti eius contulerit. Mansi XXII. 383, (Augustini Tarr. Opp. IV. 357). — „De multa liberalitate“.
		1159—1177.
Dec. 20.	Anagninae	(8457) Rectores Lombardiae hortatur, ut Mutinenses a monasterii Nonantulani oppressione revocent. Tiraboschi St. di Non. II. 275. — „Quanto vos“.
„ 30.	„	(8458) Petente A., episcopo Laudensi, confirmat sententiam ab Ariberto, quondam S. Anastasiae presbytero cardinali latam, qua vicedominatus ecclesiae Laudensis Lanfranco de Trissino, militi Laudensi, ademptus erat. Ughelli It. sacr. IV. 669. — „Ex quodam“.
— —	—	(8459) Iohanni, episcopo Casertano, scribit de quorundam tertio gradu coniunctorum matrimonii dirimendis. Theineri disqu. crit. 431. — „Super eo, quod“.
		1167—1177.
— —	Beneventi	(8460) Capitulum S. Satyri hortatur, ut abbati obediant et leges ordinis observent. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 604, Martene Coll. VI. 238, Mansi XXI. 994. — „Eos, qui relictis“.
		1173—1177.
Dec. 22.	Anagninae	(8461) Parisiensi et Silvanectensi episcopis et abbati S. Remigii Remensis mandat, cogant Hu. pincernam Ludovici, Francorum regis, ut monachis Cluniacensibus ablatum nemus Sagitta restituant. Bouquet Rec. XV. 938. — „Dilecti filii nostri“.
„ 24.	„	(8462) R., episcopi S. Andreae, et ceterorum episcoporum per Scotiam constitutorum privilegia confirmat. Wilkins Conc. I. 461. — „Admonet nos cura“.
		1177. (Ind. 10—25. Sept.—11, pont. a. 18—20. Sept.—19.)
Ian. 6.	Beneventi	„in epiphania“. Romuald. Salern. 1177 p. 217.
„ —	Troiae	V. Card. Arag. vit. Alex. p. 468, Romuald. Salern. p. 217.
„ —	Fogiae	(8463) Monasterii Scotorum S. Iacobi Ratisponensis privilegia confirmat. (Ante „Kalendas Februarii“ excidisse numeri nota videtur). Ried I. 247. — „Pie postulatio voluntatis“.
„ 26.	Siponti	(8464) Monasterii S. Vedasti protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Martene et Dur. Vet. Script. I. 901. — „Quoties illud a“.
Ian. Febr.	in Monte Gargano	V. Card. Arag. Vit. Alex. p. 468.

			1177. (<i>Ind. 10—25. Sept.—11, pont. a. 18—20. Sept.—19.</i>)
Febr.	9.	Vestae	(8465) Monasterii S. Mariae Pulsanensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 64. — „Quoties illud a“.
„	10.	(„)	(8466) Ecclesiam Monopolitanam, petente Stephano episcopo, tuendam suscipit, et bona eius confirmat. (Fragmentum). Ughelli It. sacr. I. 967.
„	18.	„	(8467) Willelmo, archiepiscopo Remensi, apostolicae sedis legato, mandat, ut „convocatis magistris scholarum Parisiensium et Remensium et aliarum circumpositarum civitatum interdicat, ne quis dicere audeat, Christum non esse aliquid secundum quod homo; quia“ inquit „sicut verus deus, ita verus est homo, ex anima rationali et humana carne subsistens“. Duchesne Hist. des card. Français II. 133, (Mansi XXI. 1081, XXII. 426, Augustini Tarr. Opp. IV. 292, Decr. Greg. L. V. t. 7 c. 7). — „Cum Christus perfectus“.
„	28.	„	(8468) Maioris-monasterii protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat. Institut des prov., Mém. 2 ^e série T. I. p. LXXXIV. — „In eo loco sumus“.
Mart.	9.	Vesta	navi proficiscitur „in quarta feria, quando ieiunium inchoabatur, nono sc. die intrante mensis Martii“, Romuald. Salernit. p. 218. „Circa medium noctis instantis quadragesimae valde mane“, Card. Arag. vit. Alex. p. 469.
„	9.	in insulam Palatiosam	(al. Palacosam; an Pelagosam?) „eadem die circa noctem“ pervenit. Card. Aragon. vit. Alex. p. 469.
„	10.	in insulam Alexam	pervenit „die altera“, Card. Aragon. vit. Alex. p. 469. Cf. Vitam S. Raynerii in Act. SS. August. T. I. 356: „Alexander papa navigavit ab Apulia et venit ad insulam Lissa; festinabat ire Venetias“.
„	—	per ceteras	insulas Dalmatiae. V. Card. Arag. vit. Alex. p. 469.
„	13.	Iaderam	navi egreditur „in proxima dominica“, Card. Arag. vita Alex. p. 469, Romuald. Salern. p. 218.
„	16.	Iadera	proficiscitur „post quartam diem“. Card. Arag. vit. Alex. p. 469.
„	—	per insulas	Scavorum et maritimas Histriae civitates. V. Card. Arag. vit. Alex. p. 469.
„	23.	apud S. Nicolaum ad litus	Chron. Altinat. in Archivio stor. ital. VIII. 174: „die septimo, exeunte mense Martio“; quibus verbis significari diem 23 m. Martii, liquet ex ipso chron. Altin. Romuald. Salern. p. 218: „XIII. (leg. VIII.) die residuo stante mensis Martii“.
„	24.	Venetias ad ecclesiam b. Marci	pervenit „altera die, quae fuit vigilia annuntiationis b. Mariae“, Chron. Altinat. I. I., Annal. Bosov. 1177 ap. Eccard Corp. hist. I. 1017. „Nono Kal. Apriles“, Card. Arag. vita Alex. p. 470.
„	25.	Venetiiis	„in festo annuntiationis virginis“, Romuald. Salernit. p. 218.
„	31.	Venetiiis in Rivo alto	(8469) Abbatem fratresque monasterii in Valle S. Ioannis Seizensis ad virtutem hortatur. Nunciat, se eos Otokaro, marchioni Styrensi, commendasse. Pez Thes. anecd. VI. r. 400, Pusch et Froehlich Dipl. St. II. 61. — „Cum divina“.
Apr.	3.	Venetiiis in ecclesia b. Marci	sacra procurat „dominica, qua cantatur: Laetare Ierusalem“, et „rosam auream, quam detulerat, duci Venetico confert“. Card. Arag. vita Alex. p. 470, Chron. Altinat. p. 176.
„	5.	Venetiiis in Rivo alto	(8470) Ecclesiam Parentinam tuendam suscipit et bona eius confirmat, petente Petro episcopo. Ughelli It. sacr. V. 404. — „Quoties illud“.
„	5.	„	(8471) * Monasterii Ebracensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Lang Regesta I. 295, cf. Brevem not. mon. Ebrac. 68.
„	6.	„	(8472) Monasterii S. Salvatoris Milstatensis protectionem suscipit. In tabular. Caesar. Vindob. Ex schedis Pertzii.
„	7.	„	(8473) Monasterium S. Viti tuendum suscipit et eius possessiones ac privilegia confirmat. Mon. Boic. V. 239. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„	9.	Venetiiis	proficiscitur, quum ibi „per decem septem dies“ substitisset. Chron. Altinat. p. 174.
„	9.	Lauretum	navi venit. Romuald. Salern. p. 218.
„	9.	per Padum	Romuald. Salern. p. 218, Card. Arag. vit. Alex. p. 470.
„	10.	Ferrariam	accedit „in dominica passionis“. Romuald. Salern. p. 218.
„	11.	Ferrariae	„in sequenti die“. Card. Aragon. vit. Alex. p. 470.
„	24.	„	pascha celebrat. Romuald. Salern. p. 222, Annal. Bosov. 1177 ap. Eccard Corp. hist. I. 1017.
„	27.	„	(8474) Monasterii S. Benigni Divionensis protectionem suscipit possessionesque ac privilegia confirmat. Pérard Recueil 248. — „Quotiens illud a“.
„	27.	„	(8475) Ordinis Praemonstratensis protectionem suscipit, iuraque confirmat. Le Paige Bibl. Praem. 632. — „In apostolicae sedis“.

		1177. (<i>Ind. 10—28. Sept.—11, pont. a. 18—30. Sept.—19.</i>)
Apr.	28. Ferrariae	(8476) Monasterium Attilense tuendum suscipit eiusque possessiones et iura confirmat, petente Egilolfo abbate. Meichelbeck H. Fr. II. n. 15, Mon. Boic. I. 269. — „Quotiens illud a“.
„	28. „	(8477) Monasterium Biburgense tuendum suscipit, et eius possessiones ac privilegia confirmat. Hund. II. 206. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„	29. „	(8478) Ecclesiae S. Felicis Ovensis tutelam suscipit et bona ac iura confirmat. Mon. Boic. I. 221. — „Quoniam sine“.
„	29. „	(8479) Monasterio Praemonstratensi ecclesiam S. Petri de Dorene asserit. Le Paige Bibl. Praem. 629, Hugo O. P. A. I. 21. — „Etsi universorum votis“.
„	30. „	(8480) Petro, tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, significanti, „publice per totum regnum Francia praedicari, se cum Frederico imperatore pacem fecisse, et Ludovicum Francorum regem in admirationem non modicam esse inductum, quia nullam per ipsum certitudinem inde habuerit“, respondet, „mirari se, quomodo ille vir potens (Fredericus) huiusmodi sparserit rumores per orbem, per litteras suas denotando, ipsum ad vocationem eius ivisse et pacem firmasse, cum, etsi capitula hinc inde producta fuerint, et spes habeatur, quod pax debeat reformari, nullam tamen certitudinem perficiendae pacis habeat“. Mandat, hortetur Francorum regem, ut factas cum Henrico, Anglorum rege, pactiones observet. „Quodsi forte non potuerit ad hoc induci, regem Angliae moneat, ut filiam Francorum regi restituat, vel a filio faciat desponsari; si autem infra 40 dies neutrum horum impleverit, in regnum et in terram eius interdicti sententiam proferat, et (Richardo) Cantuariensi et (Willelmo) Burdigalensi archiepiscopis et (Iohanni) episcopo Pictaviensi praecipiat, ut eandem sententiam observent“. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 563, Bouquet Rec. XV. 955, Mansi XXI. 966. — „Quod significasti nobis“.
Mai.	1. „	(8481) Ecclesiam Veronensem tuendam suscipit canonicorumque bona confirmat. Biancolini Not. st. di Ver. II. 539, Ughelli It. sacr. V. 1014. — „Officii nostri“.
„	4. „	(8482) Ecclesiae Lantensis tutelam suscipit bonaque et iura confirmat. Schoepflin Als. dipl. I. 262. — „In eo loco sumus“.
„	5. „	(8483) Probat legem hanc, ne duodecim ecclesiae S. Michaelis Nonantulanae canonicorum numerus augeatur. Tiraboschi St. di Non. II. 302. — „In his, que“.
„	6. „	(8484) Canonicorum ecclesiae Bononiensis privilegia quaedam confirmat. Savioli Ann. Bol. II. n. 69. — „Considerantes“.
„	7. „	(8485) Monasterii S. Mariae Vangadiciensis possessiones et privilegia confirmat. Mitarelli Ann. Cam. IV. app. p. 69, Biancolini Not. st. di Ver. III. 279. — „Apostolicae sedis“.
„	8. „	altare consecrat. V. titulum ap. Frizzi Mem. di Ferrara II. 194.
„	9. „	(8486) Legem a capitulo Mutinensi statutam de numero quatuordecim eiusdem ecclesiae canonicorum neque augendo nec minuendo, sancit. Tiraboschi Mem. Mod. III. 69. — „Fervens et sincera“.
„	9. Ferraria	movet „VII. id. Maii“, Card. Arag. vit. Alex. p. 470. „Nono die intrante mensis Maii“, Romuald. Salern. p. 222.
„	9. Lauretum	„eo die per Padum descendit“. Romuald. Salern. p. 222.
„	10. ad S. Nicolaum	ad litus „altera die“ exit. Romuald. Salern. p. 222.
„	11. Venetiis	„tertia die“. Romuald. Salern. p. 222.
„	14. Venetiis in Rivo alto	(8487) Balderami praepositi et canonicorum S. Mariae Magdeburgensium erga Romanam ecclesiam studium laudat et confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 122, Ludewig Rel. II. 401, Lenckfeld Ant. Praem. 94. — „Commendamus et“.
„	23. „	(8488) Monachis S. Germani Parisiensibus hoc concedit, „ut, si Senonensis archiepiscopus ab ecclesiis eorum, in quibus debet procuracionem recipere, procuracionem pro pluribus quam pro quadraginta equitaturis ad plus et pro quadraginta quatuor hominibus exegerit, ad eam solvendam vel ad exhibendum quicquam procuracionis obtentu eadem ecclesiae non possint compelli“. Boullart Hist. de St. Germain des Prez. Pr. p. 45, Bouquet Rec. XV. 956. — „Quanto manifestius“.
„	26. „	(8489) Welfoni duci significat, se ecclesiae (Steingadensis), ab episcopo Frisingens. consecratae, defensionem contra episcopum Augustensem suscepisse. Mon. Boic. VI. 490, Hund III. 354. — „Cum sciamus, te“.
„	29. „	(8490) Ecclesiam S. Mariae de Charitate Venetam, a sese dedicatam „qui in anniver

		1177. (Ind. 10—25. Sept.—11, pont. a. 18—20. Sept.—19.)
		sario dedicationis vel tribus diebus ante vel post visitaverint“, iis „de poenitentia sibi iniuncta viginti dies indulget“. Muratori Ant. It. V. 763: IV. Kal. Iunii, Cornelli Eccl. Ven. V. 161: IV. Kal. Iulii. — „Cum pro commodo“.
Mai.	30.	Venetii in (8491) Capituli Mutinensis legem, ne canonicis extra morantibus beneficia conferantur, sancit. Tiraboschi Mem. Mod. III. 70. — „Cum velimus“.
„	30.	„ (8492) Intra paroecias Mutinenses iniussu episcopi et capituli Mutinensis construi ecclesias vetat. Tiraboschi Mem. Mod. III. 70. — „Viris ecclesiasticis“.
„	31.	„ (8493) Sententiam ab Equilino et Torcellano episcopis latam, ut monachi S. Nicolai Vitalem, episcopum Castellatum (Venetum), die ascensionis domini recipiant „ad processionem et ad refectionem praestandam“, confirmat. Ughelli It. sacr. V. 1245. — „Ea, quae iudicio“.
Iun.	1.	„ (8494) Abbati et fratribus S. Andoeni asserit „ius in ecclesia S. Leufredi de Cruce“. Pommeraye Hist. de l'abbaye de St. Ouen I. 447, teste Bréquigny Table chron. III. 522.
„	10.	„ (8495) Steingadensibus scribit, se precibus Welfonis ducis, qui fideliter in devotione ecclesiae perstiterit, adductum, ecclesiam eorum tuendam suscepisse, ne episcopus Augustensis eam propter consecrationem, ab episcopo Frisingensi celebratam, offendant. Mon. Boic. VI. 491, Hund III. 355. — „Significavit nobis“.
„	12.	(„) (8496) Salzburgensi et Gurcensi praepositis respondet, se dolere molestias eorum ecclesiae (i. e. Salzburgensis); ad quam H(ildebrandum) basilicae XII apostolorum presbyterum cardinalem, apostolicae sedis legatum, non accessisse, tum quod, quum Tavisium venisset, a quibus deduceretur, non reperisset, tum quod „rectores Marchiae“, inquit „dubitantes et timentes, ne sine ipsis cum F(rideric) dicto imperatore pacem componeremus, eidem cardinali prohibuerunt, ne ultra progrediretur“. Reprehendit, quod testibus nuntiis A(delberto), archiepiscopi Salzburgensis, nec litteras suas eidem archiepiscopo tradiderint, et „per Bavariam, Poloniam et Bohemiam, Germaniam et Ungariam publice fecerint praedicari“, ipsum archiepiscopi deiectionem intendere. Nuncios sibi retulisse, archiepiscopum „litteras, quas pater eius (rex Bohemiae) ab imperatore obtinuisset, recipere noluisse, sed omnino earum abhorruisse adimplere tenorem, volentem in fide catholica firmiter permanere“; eosdemque negasse, „archiepiscopum ornamenta ecclesiae cuidam sortilegae et incantatrici delegasse“. Haec addit: „nos ei (archiepiscopo) non possumus nec debemus nostrum denegare auditum, vel causam illius aliis iudicibus committere“. Pez Thes. anecd. VI. 1. 389. — „Cum toties replicetis“.
(„)	—	(„) (8497) A(delberto), archiepiscopo Salzburgensi, scribit, mirari se, quare suspicetur, se eius deiectionem spectare. Affirmat, se ei bene velle; sed addit, suum esse „non aures apostolicas iustitiam quaerentibus obdurare“. Itaque monet, ut „confidenter et secure omni dubitatione seposita in Longobardiam ad suam praesentiam accedat“. Pez Thes. anecd. VI. 1. 395. — „Significavit nobis“.
„	14.	„ (8498) R. abbati Tegernseensi usum mitrae concedit. Mon. Boic. VI. 185, Oefele R. B. Scr. II. 83. — „Religiosorum votis“.
„	15.	„ (8499) Urbem Laudem-novam, possessionibus veteris oppidi instructam, confirmat. Ughelli It. sacr. IV. 672. — „Cum civitas“.
„	15.	„ (8500) Compositionem inter ecclesiam Eboracensem et Lincolnensem de parochia Lindesey factam confirmat. Monast. Anglic. III. 132, Wilkins Conc. I. 437. — „Ea, quae compositione“.
„	28.	„ (8501) Monasterium S. Mariae Noviportus tuendum suscipit et eius possessiones privilegiaque confirmat. Ughelli It. sacr. I. 331. — „Quotiescunque illud“.
Iul.	9.	„ (8502) Parthenonem S. Andreae Ravennatensem tuendum suscipit et bona eius confirmat. Fantuzzi Mon. Rav. I. 327. — „Virginibus sacris“.
„	10.	„ (8503) Monasterium S. Mariae in Organo Veronense tuendum suscipit eiusque bona ac privilegia confirmat. Hormayr Gesch. d. gef. Grafsch. Tir. I. II. 79. — „Officii nostri“.
„	10.	„ (8504) Monasterium S. Mariae Portense tuendum suscipit, eiusque bona ac privilegia confirmat. Schöttgen u. Kreysig Dipl. Nachlese I. 450. — „Religiosam vitam“.
„	11.	„ (8505) Ordinis Cartusiensis generale capitulum „quae disposuerit et ordinaverit de instituendis et destituendis prioribus, et iustitiam, quam super illos fecerit, quos ordini rebelles esse constitit“, confirmat. Privilegia ord. Cart. fol. 1 ^b , Nova coll. stat. ord. Cart., append. p. 3. — „Cum sitis religioni“.
„	20.	„ (8506) Parthenoni b. Mariae Suessionensi „guadionem praebendarum“ ecclesiae b.

		1177. (<i>Ind. 10—25. Sept.—11, pont. a. 18—20. Sept.—19.</i>) Petri asserit. (Aliena manu addita verba sunt: „pontificatus nostri a. 14.“) Germain Hist. de Notre dame de Soiss. 440. — „Relatum est auribus“.
Iul.	23. Venetiis in Rivo alto	(8507) Archiepiscopo Spalatino, legato apostolico, et Michaeli, episcopo Traguriensi, mandat, ut piratas Sebenicenses, in his Nestros et Perlat comites, qui Raymundum de Capella, subdiaconum suum, a W(illelmo) Siciliae rege ad sese revertentem, tum litteris regis tum aliis pretii magni rebus spoliaverint, ad utrasque restituendas sub excommunicationis poena commoneant. Farlati III. sacr. III. 197. — „Cum dilectus“.
„	24. Venetiis ante fores ecclesie S. Marci	Fridericum imperatorem excipit „die dominico ante festum b. Iacobi“. V. infra 8508, 8512, 8522; „Vigilia S. Iacobi“, Card. Arag. vita Alex. p. 471, Chron. Altin. p. 175, Romuald. Salern. p. 231, Annal. Bosov. 1177; „IX. Kal. August.“, Chronic. Reichersperg. 1177 ap. Ludewig Scr. Rer. Germ. II. 315.
„	25. Venetiis in ecclesia S. Marci	„in festo S. Iacobi“. V. infra epp. 8508, 8512, 8522. Romuald. Salern. p. 231, Card. Arag. vit. Alex. p. 471.
„	25. „	Concilium. Annales Bosovienses 1177 ap. Eccard Corp. hist. I. 1017: „Sequenti igitur die (25 Iulii) dominus papa in concilio residens scismaticos omnes et ab eis ordinatos anathematizavit, praeter eos, quos mediante gratia restituere ex concilio monitus est. Nam Christianum Mogoutiensem petitione imperatoris confirmavit, Cunradum ab illa ecclesia nuper eiectum in Salzburgensi ecclesia praefecit, Udalricum etiam Halberstatensem restituit, Geronem removit. Concilium per XIII. dies habitum est“. Benedictus Petrob. 1177: „In hoc concilio Iohannes, abbas de Strumia, qui et vocatus fuerat papa Calixtus degradatus, et ab ipso imperatore et ab omnibus principibus Teutonici regni abrenunciatus est“.
„	26. Venetiis in Rivo alto	(8508) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, apostolicae sedis legato, et Hugoni, episcopo Dunelmensi, significat, die 21 Iulii filium Alberti, marchionis Brandenburgensis, Frederici imperatoris camerarium, iusiurandum dedisse: „quod, postquam idem imperator veniret Venetias, pacem ecclesiae, et pacem Willielmi Siciliae regis usque ad 15 annos, et treugam Lombardorum usque ad 6 annos faceret iuramento firmari“. Imperatorem die 24 m. Iulii ad ecclesiam S. Nicolai pervenisse, „et ibi tam ipsum, quam archiepiscopos, episcopos et alios principes Teutonici regni, abrenunciantes schismati, per episcopos et cardinales absolutionis beneficium meruisse“. Deinde Venetiis et hoc et postero die 25 m. Iulii in ecclesia S. Marci sibi ab imperatore debitos honores habitos esse. Wilkins Conc. I. 487, Benedict. Petroburg. 1177, Roger de Hov. 1177 ap. Savile Rer. A. Scr. 325, Mansi XXI. 918, XXII. 180. — „Exigunt gratissimae“.
„	27. „	(8509) Petro, abbati Casinensi, et archiepiscopo Capuano eadem, quae Rogero archiepiscopo Eboracensi litteris superioribus, significat. Mansi XXII. 178. — „Exigunt gratissimae“.
„	27. „	(8510) Willelmo, archiepiscopo Remensi, apostolicae sedis legato, et suffraganeis eius, memoratis Francorum regis erga se meritis, nunciat Fridericum imperatorem ad ecclesiae obedientiam rediisse; „illam“ inquit „b. Petro in nobis reverentiam et devotionem exhibuit, quam antecessores eius nostris consueverunt antecessoribus exhibere“. Sigeb. contin. Aquicinct. 1177 ap. Pertz M. G. Scr. VI. 416, Gall. Chr. X. Instr. 47, Marlot Metr. Rem. II. 406. — „Cum per auxilium“.
„	27. „	(8511) G(uidoni), archiepiscopo Senonensi, eiusque suffraganeis eadem iisdem verbis scribit, quae superiore ad Willelmum Remensem epistola. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 601, Bouquet Rec. XV. 957, Mansi XXI. 991. — „Cum per auxilium“.
„	30. „	(8512) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ad capitulum Cistercii convenientibus significat, Fridericum imperatorem „per studium et laborem fratrum suorum et P(ontii) Claromontensis episcopi et (Hugonis) abbatis Bonevallis“ ad fidem reversum esse. Die 24 et 25 Iulii Venetiis quid actum sit, nunciat. Martene Thes. I. 1847, (Pertz M. G. Leg. II. 153). — „Omnipotenti deo“ „Habetis nunc“.
„	30. „	(8513) Archiepiscopo Salzburgensi mandat, compellat Reinoldum clericum, et H. et R., homines marchionis Stiriensis, ut ablata sororibus S. Georgii in Carinthia restituant. Hormayr Arch. f. Geogr. 1822 p. 176. — „Conqueste sunt nobis“.
(„)	— („)	(8514) Episcopo Passaviensi et H. et S. comitibus mandat, ut ablata monasterio S. Georgii in Carinthia restitui iubeant. In tabular. Caesar. Vindob. Ex schedis Pertzii.
„	31. „	(8515) Ecclesiae Bonnensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 428. — „Ideo sumus, licet“.

		1177. (<i>Ind. 10—25. Sept.—11, pont. a. 18—20. Sept.—19.</i>)
Iul.	31. Venetiis in Rivo alto	(8516) Ludovico, Francorum regi, magistrum I., „pro verbo pacis ad sese destinatum, cum certo verbo pacis remittit“. De Friderico imperatore in gratiam secum reverso significat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 600, Bouquet Rec. XV. 956, Mansi XXI. 990. — „Dilectum filium nostrum“.
Aug.	1. Venetiis	in palatio Gradensis patriarchae. V. Sacramentum in anima imperatoris ap. Pertz M. G. Leg. II. 156; Romuald. Salern. p. 232; Card. Arag. vit. Alex. p. 471.
„	2. Venetiis in Rivo alto	(8517) Archiepiscopus Eboracensem et episcopum Lincolnensem hortatur, videant, ne moniales Swinenses et Cotumenses ad praestandas decumas cogantur. Monast. Anglic. I. 834. — „Significaverunt nobis“.
„	2. „	(8518) Monasterii S. Crucis Monzoniensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 472. — „Cum in ecclesia“.
„	2. „	(8519) Monasterii S. Mariae de Claustro (Hemmerodensis) protectionem suscipit, et disciplinam, possessiones, privilegia confirmat. In tabular. regio Berolin. Ex schedis Pertzii. — „Religiosam vitam eligentibus“.
- (8908) Episcopo Cenomanensi scribit haec: „Ecclesiis, quas de novo episcopus de manibus laicorum eripuit, praeter cathedraticum et iura omnia, quae aliis ecclesiis imponuntur, non videmus exactionem imponendam“. Addit, „clericos de mobilibus, quae per ecclesias sint adepti, de iure testari non posse“. Mansi XXII. 275, 381, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 227, Augustini Tarr. Opp. IV. 216, 174, Decr. Greg. L. III. t. 26. c. 8, t. 39. c. 9. — „Ecclesiis autem, quas“ „Ad haec praesentibus“ „Ad hoc praesentibus“.
- (8909) Episcopo Cesten. scribit de iuvene „suis genitalibus destituto“. Augustini Tarr. Opp. IV. 40. — „Dilectae in Christo“.
- (8910) Episcopo Cestriensi scribit de simoniacis clericis removendis. Mansi XXII. 278, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 200, Augustini Tarr. Opp. IV. 280, Decr. Greg. L. V. t. 3. c. 13. — „Insinuaturn est auribus“.
- (8911) Decano Cicestriensi scribit de controversia W. et E. clericorum. Mansi XXII.

1159—1181.

- 308, (Boehmeri Corp. II. app. 281, Augustini Tarr. Opp. IV. 110, Decr. Greg. L. II. t. 23. c. 10.) — „Litteras Exoniensis“ („Quia veri similitudinem“ „Quia verisimile“).
- (8912) Decano Cicestriensi scribit de finali eius cum archidiacono controversia. Mansi XXII. 395, Augustini Tarr. Opp. IV. 95, Decr. Greg. L. II. t. 19. c. 3. — „Ex litteris tuae“ „Ex litteris vestrae“ „Ex litteris tuis“.
- (8913) Abbati Cisterciensi et fratribus Cuman. (al. abbati et fratribus de Rival.) concedit, „ut si contra eos super decimis vel aliis, quae ordini eorum specialiter apostolica sedes indulserit, non facta mentione Cisterciensis ordinis litterae fuerint a sede apostolica impetratae, eis minime teneantur respondere“. Augustini Tarr. Opp. IV. 354, Mansi XXII. 402, Decr. Greg. L. I. t. 3. c. 6. — „Cum ordinem“.
- (8914) Abbates ordinis Cisterciensis reprehendit, quod „aliqui ex iis primae institutionis obliti penitus vel ignorantes, contra ordinis regulam, villas, molendina, ecclesias et altaria possideant, fidelitates et hominia suscipiant, iustitiosos et tributarios teneant“. Augustini Tarr. Opp. IV. 396, Mansi XXII. 424, Decr. Greg. L. III. t. 35. c. 3. — „Recolentes, qualiter haec“.
- (8915) Abbatibus Cisterciensis ordinis per Angliam constitutis concedit, ut „si quis sepulcrum dominicum vel alia limina sanctorum proposuerit visitare, et infirmitate vel alia rationabili causa occurrente, apud eos religionis habitum assumere voluerit, libere eum recipiant“. Augustini Tarr. Opp. IV. 395, Decr. Greg. L. III. t. 34. c. 4. — „Scripturae sacrae“.
- (8916) Episcopis, archidiaconis, et aliis ecclesiarum praelatis per Galliam scribit, ne „conversos ordinis Cisterciensis sine licentia abbatum per episcopatus suos recipi permittant“. Mansi XXII. 374, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 233, Augustini Tarr. Opp. IV. 193, Decr. Greg. L. III. t. 31. c. 7. — „Non est vobis“.
- (8917) Omnes episcopos hortatur, ne fratres Cistercienses „ad synodum et ad concilium cogant venire“. Augustini Tarr. Opp. IV. 396. — „Dilectos filios nostros“.
- (8918) Episcopis quibusdam mandat, interdicant archidiaconis, decanis et presbyteris, „ne in famulos vel mercenarios fratrum Cisterciensium, pro eo, quod quibusdam diebus laborent, quos alii solemnes habeant, vel excommunicationis vel interdicti sententiam ferant“. Augustini Tarr. Opp. IV. 368, Mansi XXI. 1094. — „Significantibus nobis“.
- (8919) Magistro Fidaritio Civitateni (al. Fidantiae canonico Civit.) mandat, ne T. puerum, „si ante consummationem XIII. anni susceptum habitum deposuerit, ab impetitione heremitarum de Monte Foliano penitus absolutum denunciaret“. Mansi XXII. 357, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 233, Augustini Tarr. Opp. IV. 195, Decr. Greg. L. III. t. 31. c. 8. — „Ad nostram noveris“ „Ad audientiam nostram“.
- (8920) Episcopo Claromontano mandat, ut I. epistolae latoris patrem, qui „moriens sepulturam ecclesiasticam habere nequiverit“, in coemeterio sepeliri iubeat. Mansi XXII. 390, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 215, Augustini Tarr. Opp. IV. 312, Decr. Greg. L. V. t. 17. c. 5. — „In litteris tuis, quas“ „Litteris tuis, quas“.
- (8921) Episcopo Consentino interdicat, ne diaconum quendam „sine licentia summi pontificis ad superiorem gradum ascendere permittat“. Mansi XXII. 369, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 223, Augustini Tarr. Opp. IV. 306, Decr. Greg. L. V. t. 12. c. 8. — „Continebatur in litteris“.
- (8922) Episcopo Coventriensi et abbati Cestriensi mandat, interdicant R. archidiacono Cestriensi, ne „clericos sive laicos, qui pro suis excessibus puniendi sint, pecuniaria poena mulcent“ cet. Mansi XXII. 276, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 205, Augustini Tarr. Opp. IV. 339, Decr. Greg. L. I. t. 23. c. 6. — „Mandamus, ut ex“.
- (8923) Episcopo Coventriensi et priori de Thevilla scribit de controversia P. clerici et R. presbyteri. Augustini Tarr. Opp. IV. 378, Mansi XXI. 1096. — „Causam, quae vertitur“.
- (8924) Episcopo Coventriensi et eius officialibus interdicat, ne a fratribus de Pipennella, „qui sint Cisterciensis ordinis, de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolant, decimas exigant“. Mansi XXII. 329, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 252, Augustini Tarr. Opp. IV. 187, Decr. Greg. L. III. t. 30. c. 12. „Ad audientiam nostram“.

1159—1181.

- (8925) Episcopo Cremonensi commendat B., qui de calice ecclesiae detento poenitentiam egerit. Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 225, Augustini Tarr. Opp. IV. 326, Decr. Greg. L. V. t. 18. c. 5. — „Ex litteris tuis“.
- (8926) Episcopo Cusano (al. Consano, Constantio) scribit, ut R. de Lantino ad restituendas decumas quasdam cogat. Mansi XXII. 281, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 249, Augustini Tarr. Opp. IV. 184. — „Intelleximus ex“.
- (8927) Abbati Dalonen. et priori de Artigia mandat, iudicent inter P. Gaufredi et canonicos S. Luviani. Augustini Tarr. Opp. IV. 28, Decr. Greg. L. I. t. 9. c. 2. — „Cum inter P.“
- (8928) E. praepositum Dietrami-Cellae monet, ut abbati Tegernseensi „super ecclesia in fundo illius fundata secundum antiquam et rationabilem consuetudinem in temporalibus respondeat“. Pez Thes. anecd. VI. i. 396. — „A felicitis memoriae“.
- (8929) Abbati S. Petri de Diva scribit, ut, „si quilibet subditorum, ne pro suis excessibus corrigatur, ad remedium appellationis convolverit, non minus eum corrigat“. Mansi XXII. 312, Augustini Tarr. Opp. IV. 122, Boehmeri Corp. II. app. 286, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 3. — „Ad nostram noveris“.
- (8930) Hugoni, episcopo Dunelmensi, praecipit, ut Willelmo de Hecgesclivia quam Guido nepos Iocelini de Bailol abstulerit, ecclesiam reddendam curet. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 92. — „Significatum est nobis“.
- (8931) Episcopo Dunelmensi scribit, „si abbas vel prior a capitulo de ratihabitione litteras habuerit, transactionem, quam fecerit, si fuerit aliquot annis servata, capitulum non posse revocare“. Mansi XXII. 376, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 207, Augustini Tarr. Opp. IV. 65, Decr. Greg. L. I. t. 36. c. 3. — „Contingit interdum“.
- (8932) Episcopo Dunelmensi respondet, „filios sacerdotum, nisi in monasterio vel canonica regulari, si probatae vitae fuerint, ad diaconatum vel sacerdotium debere admitti“. Mansi XXII. 353, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 245, Augustini Tarr. Opp. IV. 34. — „Quod super his“.
- (8933) Episcopo Dunelmensi de appellationibus scribit. Mansi XXII. 316, Boehmeri Corp. II. app. 290, Augustini Tarr. Opp. IV. 127, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 15. — „Suggestum est auribus“.
- (8934) Abbatibus S. Eadmundi et de Rameseria (al. Ramesia, Meseia) scribit de Emmae et Andreae matrimonio. Mansi XXII. 294, Boehmeri Corp. II. app. 321, Augustini Tarr. Opp. IV. 224, Decr. Greg. L. IV. t. 1. c. 9. — „Ex parte Emmae“ „Ex parte N.“ „Ex parte C.“ „Ex parte Eminae“.
- (8935) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, petenti denegat licentiam „compellendorum monachorum alborum et nigrorum, canonicorum regularium et saecularium ad solvendas decimas de conductis, quas habent ad terminum vel ad firmam“. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 72, Martene Thes. I. 600, Mansi XXII. 327, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 250, Augustini Tarr. Opp. IV. 185. — „Fraternitatem tuam“.
- (8936) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, de appellationibus aliisque de rebus consulenti respondet. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 75. — „Sicut Romana ecclesia“.
- (8937) Archiepiscopo Eboracensi de appellationibus respondet. Boehmeri Corp. II. app. 295, 296, Augustini Tarr. Opp. IV. 134, Mansi XXII. 394, 414, 423, XXI. 1087, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 24, L. III. t. 8. c. 3. — „Proposuit nobis“ „Relatum est auribus“ „In eminenti specula“ „Cum aliqua causa“.
- (8938) Archiepiscopo Eboracensi scribit „de priore, qui non deferens protectioni suae et appellationi ad sedem apostolicam factae quendam canonicum suum fecerit omnibus usque ad camisiam spoliari, et eum accusationi et appellationi renunciare coegerit“. Mansi XXII. 319, Augustini Tarr. Opp. IV. 379, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 31. — „De priore, qui non“.
- (8939) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, respondet, neque eum neque alios iudices, „ubi causae sententia sine appellationis remedio (a sede apostolica) committatur, incidentes quoque quaestiones appellatione postposita terminare“ licere. „Sed“ inquit „appellanti ad prosecutionem terminus praefigatur congruus, intra quem si appellationem non fuerit prosecutus, ex tunc tam super incidentibus, quam super principali causa stare iudicio delegati iudicis, appellatione postposita, com-

1159—1181.

pellatur“. Baluzii Misc. III. 375, Mansi XXI. 1103, Augustini Tarr. Opp. IV. 379, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 33. — „Ad aures nostras“.

- (8940) Archiepiscopo Eboracensi scribit haec: „si sententiam a nobis latam praeceperimus per aliquem executioni mandari, et fraus intervenerit, non est facultas executori de negotio toto cognoscere, sed referri quaestiones ad sedem apostolicam oportebit“. Mansi XXII. 423, Augustini Tarr. Opp. IV. 120, Decr. Greg. L. II. t. 27. c. 5. — „De cetero noveris“.
- (8941) Archiepiscopo Eboracensi de iudicibus delegatis respondet. Boehmeri Corp. II. app. 271, Augustini Tarr. Opp. IV. 53, Mansi XXII. 403, Decr. Greg. L. I. t. 29. c. 13. — „Ex parte tua quaesitum“ „Ex parte fraternitatis“.
- (8942) Archiepiscopo Eboracensi respondet de causis, quae „sub disiunctione mandantur“. Mansi XXII. 400, Boehmeri Corp. II. app. 297, Augustini Tarr. Opp. IV. 14, Decr. Greg. L. I. t. 3. c. 4, L. II. t. 27. c. 9. — „Inter ceteras consultationes“.
- (8943) Archiepiscopo Eboracensi respondet, „si a sese super aliqua causa litterae impetrentur et aliae postea, non facta mentione priorum litterarum, litterae obtineantur, iudices, donec Romanum pontificem consulant, executione litterarum debere penitus supersedere“. Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 265, Augustini Tarr. Opp. IV. 49, Mansi XXII. 299, 402, Decr. Greg. L. I. t. 29. c. 2. — „Sane si a nobis“.
- (8944) Archiepiscopo Eboracensi concedit, „ut, si clerici, qui in ecclesiis eius iurisdictionis beneficium sint adepti, ad aliam dioecesim absque licentia eius morandi causa transierint, eos beneficiis spoliaret, nisi forte scholasticis disciplinis invigilaverint“. Augustini Tarr. Opp. IV. 384, Mansi XXII. 383, Decr. Greg. L. III. t. 4. c. 5. — „Fraternitati tuae duximus“.
- (8945) Archiepiscopo Eboracensi (al. episcopo Dunelmensi) scribit, ne „ecclesiae clericis tali tenore concedantur, quod post eorum obitum alii nominatim succedant“. Mansi XXII. 376, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 207, Augustini Tarr. Opp. IV. 64, Decr. Greg. L. I. t. 35. c. 5. — „Accepimus, quod quaedam“.
- (8946) Archiepiscopo Eboracensi de sacerdotum filiis respondet. Mansi XXII. 355, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 247, Augustini Tarr. Opp. IV. 37, Decr. Greg. L. I. t. 17. c. 9. — „Ex tua nobis“ „Ex tua parte nobis“.
- (8947) Archiepiscopo Eboracensi scribit de ecclesiis quibusdam ecclesiae b. Petri Eboracensi concessis. Augustini Tarr. Opp. IV. 211, Boehmeri Corp. II. app. 304, Decr. Greg. L. III. t. 38. c. 20, (Mansi XXII. 342). — „Suggestum est auribus“.
- (8948) Archiepiscopo Eboracensi mandat, ne nobilem virum W. filium Godrici a R. clerico de Ponte fracto propter ecclesiam quandam gravari sinat. Mansi XXII. 277, Augustini Tarr. Opp. IV. 279, Decr. Greg. L. V. t. 3. c. 12. — „Cum essent in“.
- (8949) Archiepiscopo Eboracensi scribit de ecclesia in villa H. (al. Nortona) aedificanda. Augustini Tarr. Opp. IV. 217, Decr. Greg. L. III. t. 48. c. 3. — „Ad audientiam nostram“.
- (8950) Archiepiscopo Eboracensi mandat, hortetur Nicolaum archidiaconum de Bedford, ne praebendam ecclesiae Beviaensis requirat. Mansi XXII. 382, (535), Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 243, Augustini Tarr. Opp. IV. 150. — „Relatum est auribus“.
- (8951) Archiepiscopo Eboracensi scribit de „A. presbytero detinente fornicariam“. Mansi XXII. 350, Boehmeri Corp. II. app. 336, Augustini Tarr. Opp. IV. 143, Decr. Greg. L. III. t. 2. c. 5. — „Super eo, quod asseris“.
- (8952) Archiepiscopo Eboracensi scribit de matrimonio Willelmi. Mansi XXII. 287, Boehmeri Corp. II. app. 314, Augustini Tarr. Opp. IV. 233, Decr. Greg. L. IV. t. 2. c. 5. — „Accessit ad praesentiam“.
- (8953) Archiepiscopo Eboracensi mandat, ut A. presbyterum iuramento quodam solvat. Augustini Tarr. Opp. IV. 366, Decr. Greg. L. I. t. 43. c. 2. — „Non sine multa“.
- (8954) Archiepiscopo Eboracensi respondet, non licere G., qui „ad religionem fratrum Hospitalis Hierosolymitani transierit, ab eorum consortio separari“. Augustini Tarr. Opp. IV. 392, Mansi XXI. 1098. — „Ad audientiam apostolatus“.
- (8955) Archiepiscopo Eboracensi et episcopo Coventriensi scribit, ut N. capellano

1159—1181.

- archidiaconatus restituatur. Mansi XXII. 304, Boehmeri Corp. II. app. 270, Augustini Tarr. Opp. IV. 53, Decr. Greg. L. I. t. 29. c. 12. — „Ex parte N.“
- (8956) Archiepiscopo Eboracensi, (episcopo) Exoniensi et abbati de Herfort scribit de priore de Prigileven. incontinentiae accusato. Augustini Tarr. Opp. IV. 377, Mansi XXI. 1096. — „Quoniam quidam pridem“.
- (8957) Canonicis regularibus et monachis episcopatus Eboracensis praecipit, ut „si quas portiones vel antiquos redditus clericorum sine consensu R(ogeri) archiepiscopi minuerint, vel parochias dividerint, eas ad integritatem pristinam revocent“. Mansi XXII. 326, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 249, Augustini Tarr. Opp. IV. 152, Decr. Greg. L. III. t. 5. c. 10. — „Avaritiae, quae“.
- (8958) Abbatibus, prioribus et clericis per archiepiscopatum Eboracensem constitutis praecipit, ne „ex donatione laicorum, nisi auctoritas episcopi adsit, sibi ecclesias vendicent“. Addit de excommunicandis iis, qui „violentas manus in clericos, canonicos, conversos iniiciant“. Augustini Tarr. Opp. IV. 208, 343, Boehmeri Corp. II. app. 300, (Mansi XXII. 338, Decr. Greg. L. III. t. 38. c. 11, L. V. t. 39. c. 5). — „Quia pastorali“ „Cura pastorali“ „Cum pastorali“ „Non dubium est“.
- (8959) Praeposito et canonicis Eburdinensis (Ebredunensis?) ecclesiae nunciat, se eorum excommunicationem ab archiepiscopo prolatam rescidisse. Mansi XXII. 306, Boehmeri Corp. II. app. 280, Augustini Tarr. Opp. IV. 101, Decr. Greg. L. II. t. 20. c. 16. — „Cum tu, fili“.
- (8960) Episcopo Eliensi mandat, iudicet inter P. rectorem ecclesiae de Gestunens et Ioannem de Fescam. Mansi XXII. 398, 399, Augustini Tarr. Opp. IV. 47, 384, Decr. Greg. L. I. t. 28. c. 2. — „Veniens ad nos P.“ „Provideas attentius“ „Ceterum si memoratus“.
- (8961) Ricardo, archidiacono Eliensi, concedit, „ut, si aliqua ecclesia eum ad beneficium vel dignitatem quamlibet vocaverit, non obstante quia non sit de legitimo matrimonio natus, libere valeat ad beneficium vel dignitatem assumi“. Radulfi de Diceto Im. Hist. ap. Twysden H. A. Scr. I. 651. — „Audito laudabili“.
- (8962) Archidiacono Eliensi interdicit, ne cuiquam „sine licentia et mandato episcopi curam animarum committat“. Mansi XXII. 364, XXI. 1089, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 228, Augustini Tarr. Opp. IV. 43, 155, Decr. Greg. L. I. t. 23. c. 4. — „Cum satis sit“.
- (8963) Episcopo Exoniensi scribit, „sanctorum patrum constitutioni contrarium esse, ut vir, uxore in seculo remanente, aut uxor, viro non assumente religionis habitum, debeat ad religionem transire“ cet. Mansi XXII. 283, 284, Boehmeri Corp. II. app. 310, 311, Augustini Tarr. Opp. IV. 197, Decr. Greg. L. III. t. 32. c. 4. — „Cum sis praeditus“ „Cum praeditus sis“ „Si quisquam, qui“.
- (8964) Episcopo Exoniensi mandat de matrimonio cuiusdam dissolvendo. Mansi XXII. 409. — „Ex praesentium latoris“.
- (8965) Episcopo Exoniensi mandat, cogat R. militem, ut filiam Edwini de Baseleher in matrimonium ducat. Mansi XXII. 410. — „Pervenit ad nos, quod“.
- (8966) Episcopo Exoniensi scribit de V. cuiusdam matrimonio. Mansi XXII. 409, Augustini Tarr. Opp. IV. 401, Decr. Greg. L. IV. t. 1. c. 15. — „Veniens ad nos V. (al. W.)“.
- (8967) Episcopo Exoniensi scribit de iis, „qui in matrimonio contrahendo fidem dederint, commonendis, ut fidem praestitam observent“. Augustini Tarr. Opp. IV. 226, Boehmeri Corp. II. app. 324, Mansi XXII. 298, 444. — „Praeterea hi, qui“.
- (8968) Episcopo Exoniensi respondet, „mulierem posse nubere infra tempus luctus sine infamia“. Mansi XXII. 311, Boehmeri Corp. II. app. 338, Augustini Tarr. Opp. IV. 270. — „Super illa vero“ „Super illa quaestione“.
- (8969) Episcopo Exoniensi scribit de diaconis, qui matrimonia contraxerint. Mansi XXII. 351, Boehmeri Corp. II. app. 337, Augustini Tarr. Opp. IV. 243. — „Significatum est nobis“.
- (8970) Episcopo Exoniensi scribit de „quodam litterato et nobili, qui cuidam mulieri nobili fidem dederit de contrahendo matrimonio, nunc autem ad frugem melioris vitae suspiret convolare“. Augustini Tarr. Opp. IV. 401, Decr. Greg. L. IV. t. 1. c. 16. — „Commissum“ „Significavit nobis fraternitas“.
- (8971) Episcopo Exoniensi respondet, „qui prius cognoverit matrem sive sororem eius, quam postea duxerit in uxorem, eum esse monendum, ut uxorem labore inducere ad continentiam observandam, ut, si illa continere voluerit, continentia

1159 — 1181.

simul observetur, si autem ad hoc induci non possit, et debitum reddat et de commisso poenitentiam agat“. Mansi XXII. 326, XXI. 1099, 1106, Baluzii Misc. III. 379, Augustini Tarr. Opp. IV. 405, Boehmeri Corp. II. app. 330. — „Super eo, quod“.

- (8972) Episcopo Exoniensi scribit haec: „nulli monachi Templarii se possuat privilegio apostolicae sedis tueri, quominus excommunicatos vitare debeant, et pro violenta manuum iniectioe in clericos sicut excommunicati vitari“. Mansi XXII. 333, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 211, Augustini Tarr. Opp. IV. 344, Decr. Greg. L. V. t. 39. c. 8. — „Nulli autem monachi“.
- (8973) Episcopo Exoniensi mandat, cogat archidiaconos, ut occupatas ecclesias dimittant. Mansi XXII. 364, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 229, Augustini Tarr. Opp. IV. 327, Decr. Greg. L. V. t. 31. c. 3. — „Ad aures nostras“.
- (8974) Episcopo Exoniensi mandat, cogat G., ut ecclesiam de Ferelegia (al. Ferleia) magistro W. restituat. Mansi XXII. 375, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 203, Augustini Tarr. Opp. IV. 286, Decr. Greg. L. V. t. 4. c. 4. — „Querelam magistri“.
- (8975) Episcopo Exoniensi mandat, moneat Walterium, ut „calicem argenteum et medietatem unius breviarii ecclesiae de Offetolon (al. Ofecolon, Ossecoleo)“, quae pater eius, sacerdos eiusdem ecclesiae, pignori obligaverit, recolligat et ecclesiae restituat. Mansi XXII. 380, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 235, Augustini Tarr. Opp. IV. 167, Decr. Greg. L. III. t. 21. c. 3. — „Ex praesentium“.
- (8976) Episcopo Exoniensi scribit de „presbytero in homicidii crimine lapsus“. Mansi XXII. 369. — „Presbyterum etiam istum“.
- (8977) Episcopo Exoniensi scribit de A. clerico „in sacerdotio genito ex incestu“. Mansi XXII. 411. — „Suggestum est auribus“.
- (8978) Episcopo Exoniensi suadet, ut sacerdotem quendam ad abdicandum sacerdotium simoniace initum adducat. Baluzii Misc. III. 378, Mansi XXI. 1104, XXII. 392, Augustini Tarr. Opp. IV. 410, Decr. Greg. L. V. t. 3. c. 20. — „Ex tuae fraternitatis“.
- (8979) Episcopo Exoniensi de appellationibus respondet. Mansi XXII. 303, Boehmeri Corp. II. app. 270, Augustini Tarr. Opp. IV. 59. — „Ad haec cum aliquis“.
- (8980) Episcopo Exoniensi respondet de peregrinationis votis redimendis. Mansi XXII. 392, 425, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 258, Augustini Tarr. Opp. IV. 200, Decr. Greg. L. III. t. 34. c. 1. — „De peregrinationis“ „De voto peregrinationis“.
- (8981) Episcopo Exoniensi scribit de parochialibus ecclesiis reficiendis. Mansi XXII. 380, Augustini Tarr. Opp. IV. 217, Decr. Greg. L. III. t. 48. c. 4. — „De his, qui parochiales“ „De iis autem, qui“.
- (8982) Episcopo Exoniensi de lite inter P. et R. scribit. Mansi XXII. 388, (Boehmeri Corp. II. app. 334, Augustini Tarr. Opp. IV. 264, Decr. Greg. L. IV. t. 17. c. 6). — „Meminimus, nos fraternitati“ („Tanta est vis“).
- (8983) Episcopo Exoniensi scribit de controversia W. clerici de Caestlin et G. de Cal. Augustini Tarr. Opp. IV. 366, Decr. Greg. L. I. t. 43. c. 3. — „Pervenit ad nos, quod“.
- (8984) Episcopo Exoniensi (al. archiepiscopo Cantuariensi) respondet de iis, qui „excommunicati sedem apostolicam visitent, et reticentes causas, pro quibus sint vinculo excommunicationis adstricti, de absolutione sua litteras deferant“. Mansi XXII. 384, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 264, Augustini Tarr. Opp. IV. 58, Decr. Greg. L. I. t. 31. c. 5. — „Ex parte tua nobis“.
- (8985) Episcopo Exoniensi (al. Dunelmensi, Veronensi) de appellationibus scribit. Mansi XXII. 316, Boehmeri Corp. II. app. 290, Augustini Tarr. Opp. IV. 127. — „Appellationi autem“.
- (8986) Episcopo Exoniensi (al. Lexoviensi) scribit, „si quis rei litigiosae confirmationem impetraverit apostolicae sedis, non minus iudicem posse de causa cognoscere et eam sine debito terminare“. Mansi XXII. 409, Boehmeri Corp. II. app. 297, Augustini Tarr. Opp. IV. 138, Decr. Greg. L. II. t. 30. c. 1. — „Si quis rei litigiosae“.
- (8987) Episcopo Exoniensi (al. Senonensi) respondet, „si scolares vel clerici infra puberes annos sese invicem aut unus alium percusserit, eos non esse ad apostolicam sedem mittendos“. Addit de monachis canonicis regularibus, ostiariis, offi-

1159—1181.

- cialibus. Mansi XXII. 334, 335, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 213, Augustini Tarr. Opp. IV. 341, 342, Decr. Greg. L. V. t. 39. c. 1, 2, 3, 4. — „Super eo vero, quod“ „Monachi vero et“ „Si vero aliquis“ „Si vero alicuius“ „Officialis pro“.
- (8988) Episcopo Exonexant (Exoniensi?) mandat, permittat A., parochiano suo, ut cum uxore adultera et venefica divortium faciat. Baluzii Misc. III. 380, Mansi XXI. 1107. — „Litteris tuae“.
- (8989) Exoniensi et Wigorniensi episcopis scribit de clerico, qui „de dono militis ecclesiam vendicet“. Mansi XXII. 416. — „Si vobis constiterit“.
- (8990) Exoniensi et Wigorniensi episcopis mandat, „priorem et monachos de Acra moneant, ut Petro clerico ac fratri eius decens et competens beneficium conferant et assignent“. Mansi XXII. 375, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 206, Augustini Tarr. Opp. IV. 63, Decr. Greg. L. I. t. 35. c. 4. — „Cum pridem Simon“ „Cum iampridem“.
- (8991) Exoniensi et Wigorniensi episcopis mandat, ut testes a Radul. clerico nominatos ad perhibendum testimonium compellant. Augustini Tarr. Opp. IV. 106, Boehmeri Corp. II. app. 284, Mansi XXI. 1085, XXII. 309. — „Testes, quos“.
- (8992) Exoniensi et Wigorniensi episcopis scribit de personis idoneis et discretis mittendis ad testes „valetudinarios, et senio vel debilitate confectos aut paupertate deprehensos“. Boehmeri Corp. II. app. 283, Augustini Tarr. Opp. IV. 104, Decr. Greg. L. II. t. 20. c. 8. — „Si qui testium“.
- (8993) Exoniensi et Wigorniensi episcopis de clericorum quorundam causa scribit. Mansi XXII. 309, Boehmeri Corp. II. 282, Augustini Tarr. Opp. IV. 103. — „Ad haec, quia“ „Ad hoc, quod“.
- (8994) Exoniensi et Wigorniensi (al. Ryomensi et Wintoniensi) episcopis mandat, ut homines de Hortun (al. Ortana) ad solvendas decumas impellant. Mansi XXII. 282, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 249, Augustini Tarr. Opp. IV. 184, Decr. Greg. L. III. t. 30. c. 7. — „Cum homines de“.
- (8995) Episcopo Exoniensi et abbati S. Albani scribit de lite inter R. et W. Mansi XXII. 308, Boehmeri Corp. II. app. 281, Augustini Tarr. Opp. IV. 101, Decr. Greg. L. II. t. 20. c. 18. — „Innotuit nobis R.“ „Intimavit nobis R.“.
- (8996) Episcopo Exoniensi et decano Cicestrensi scribit de lite R. presbyteri de Curket et W. clerici de Cicestro. Mansi XXII. 319. — „Ad audientiam nostram“.
- (8997) Episcopo Exoniensi et abbati Forden. scribit de causa nobilium virorum F. et R. de Ardenna. Augustini Tarr. Opp. IV. 262, Decr. Greg. L. I. t. 29. c. 17, L. II. t. 14. c. 3, L. IV. t. 17. c. 4. — „Causam, quae inter“.
- (8998) Episcopo Exoniensi et abbati de Reforden. scribit de causa canonicorum S. Trinitatis de Barlen. Augustini Tarr. Opp. IV. 370, Decr. Greg. L. II. t. 13. c. 9. — „Cum venisset ad nos“.
- (8999) Episcopo Exoniensi et decano Lincolnensi mandat, ut priorem de Gisebuir. a R(ogero), archiepiscopo Eboracensi, apostolicae sedis legato, excommunicatum in integrum restituant. Mansi XXII. 312, Augustini Tarr. Opp. IV. 121, Boehmeri Corp. II. app. 286, Decr. Greg. L. II. t. 1. c. 6, t. 28. c. 1. — „Dilecti filii nostri“.
- (9000) Episcopo Firmano de nobilis cuiusdam matrimonio respondet. Augustini Tarr. Opp. IV. 373, Decr. Greg. L. II. t. 20. c. 24. — „In literis“.
- (9001) Episcopo Florentino mandat, ut „si quando Ian. plebanus S. Pancratii de Lucrum in clericos vel laicos suos parochianos interdicti vel excommunicationis sententiam rationabiliter tulerit, ipsam faciat observari“. Augustini Tarr. Opp. IV. 57, Mansi XXII. 387, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 263, Decr. Greg. L. I. t. 31. c. 3. — „Cum ab ecclesiarum“.
- (9002) Abbati de Fontibus et M. vicario (al. magistro Vacario) scribit de W., fratre O. Andegavensis, parochiani Eboracensis ecclesiae, quem „W. de Romare capiens tandiu in vinculis ferreis et carcere tenuerit, donec ipsum iurare coegerit, quod H. mulierem duceret in uxorem“. Mansi XXII. 290, Boehmeri Corp. II. app. 317, Augustini Tarr. Opp. IV. 246, Decr. Greg. L. IV. t. 7. c. 2. — „Significavit nobis O.“.
- (9003) Albertum, episcopum Frisingensem, gaudet ad sese venturum esse. Meichelbeck Hist. Fris. I. i. 362, Pez Thea. anecd. VI. i. 393. — „Antiqua familiaritas“.
- (9004) Abbati S. Genovefae respondet de plectendo acolyto, qui rebaptizando fratri

1159—1181.

- suo interfuerit. Mansi XXII. 367, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 218, Augustini Tarr. Opp. IV. 300, Decr. Greg. L. V. t. 9. c. 2. — „Ex litterarum tuarum“ „Ex tuarum litterarum“.
- — — (9005) Priori et canonicis de Giseleburn adiudicat ecclesiam de Levintri, affectatam a G. praeposito ecclesiae Beverlacensis. Mansi XXII. 280, Boehmeri Corp. II. app. 278, Augustini Tarr. Opp. IV. 93, Decr. Greg. L. II. t. 15. c. 1. — „Constitutis in praesentia“.
- — — (9006) Quibusdam scribit de lite canonicorum de Giseleburn et de Thurin. Mansi XXII. 280, Boehmeri Corp. II. app. 279, Augustini Tarr. Opp. IV. 94. — „Causam, quae inter“.
- — — (9007) Patriarchae Gradensi scribit, ut misericordia ntatur in V. presbyterum, qui „ad pravitatum (al. privatum) locum, immundum spiritum invocaturus, accesserit“. Mansi XXII. 428, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 220, Augustini Tarr. Opp. IV. 318, Decr. Greg. L. V. t. 21. c. 2. — „Ex tuarum litterarum“ „Ex tuarum tenore“.
- — — (9008) Episcopo Herefordensi respondet de „laico uxorato, qui de licentia et permissione uxoris suae est ingressus monasterium, uxore manente in seculari habitu“. Mansi XXII. 283, Boehmeri Corp. II. app. 311, Augustini Tarr. Opp. IV. 196, Decr. Greg. L. III. t. 32. c. 1. — „Praeterea utrum laicus“ „Praeterea sciscitaris“.
- — — (9009) Episcopo Herefordensi respondet de A., qui „quandam puellam in cunabulis desponsavit, procedente vero tempore matrem puellae in uxorem accepit“. Augustini Tarr. Opp. IV. 232, Mansi XXII. 324, Boehmeri Corp. II. app. 328, Decr. Greg. L. IV. t. 2. c. 4. — „Litteras fraternitatis tuae“ „Fraternitatis tuae litteras“ „Litteras tuae“.
- — — (9010) Episcopo Herefordensi scribit, ut „clericos inferiorum ordinum, qui in coniugio constituti, ecclesiastica beneficia ex concessione praedecessorum suorum habuerint, quia ibi natio et barbarica gens et multitudo sit in causa, sub dissimulatione sustineat“. Mansi XXII. 349, Augustini Tarr. Opp. IV. 145, Boehmeri Corp. II. app. 335, Decr. Greg. L. III. t. 3. c. 2. — „Sane de clericis“.
- — — (9011) Episcopo Herefordensi scribit, „in dedicationibus ecclesiarum extra ieiunia quatuor temporum clericos ad sacros ordines non esse promovendos“. Addit, „licitum esse, in dominicis diebus et aliis festivis diebus unum aut duos ad minores ordines promovere“. Mansi XXII. 372, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 240, Augustini Tarr. Opp. IV. 29, Decr. Greg. L. I. t. 11. c. 2 et 3. — „Sane super eo“ „De hoc autem, quod“ „De eo autem, quod“.
- — — (9012) Episcopo Herefordensi scribit, „in ecclesiasticis personis et negotiis rigorem et districtiorem iuris non esse requirendum“. Mansi XXII. 279, Boehmeri Corp. II. app. 277, Augustini Tarr. Opp. IV. 91, Decr. Greg. L. II. t. 14. c. 1. — „Ad haec cum contingat“.
- — — (9013) Episcopo Herefordensi respondet, „si litterae suae ad eum directae formam expressam habuerint, et cognoverit, eas per suggestionem falsitatis aut suppressionem veritatis cum tali forma impetratas fuisse, tunc non secundum formam in eis expressam, sed secundum rigorem iustitiae procedat“. Mansi XXII. 301, Boehmeri Corp. iur. can. II. 268, Augustini Tarr. Opp. IV. 51. — „Intelleximus ex“.
- — — (9014) Episcopo Herefordensi commendat Wal., cui ecclesiam concedat. Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 260, Augustini Tarr. Opp. IV. 24, (Mansi XXI. 1083). — „Dignum est et“.
- — — (9015) Episcopo Herefordensi (al. Eliensi) respondet de sacerdotibus ante professionem „ad priorem statum reversis“. Mansi XXII. 358, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 234, Augustini Tarr. Opp. IV. 195, Decr. Greg. L. III. t. 31. c. 9. — „Super eo, quod quaesitum“.
- — — (9016) Episcopo Herefordensi (al. Wigorniensis) respondet, „qui habitum religionis susceperint, si postmodum duxerint uxores, eos cogendos esse illas dimittere et ad ecclesiam redire“. Mansi XXII. 288, 358, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 235, Augustini Tarr. Opp. IV. 244, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 9, L. IV. t. 6. c. 3. — „Meminimus nos ex“ „Meminimus ex parte“.
- — — (9017) Episcopo Herefordensi et abbati de Evesham mandat, ut G. clerico ecclesiam b. Mariae ante portas Gloucestri restitui iubeant. Mansi XXII. 416, (Augustini Tarr. Opp. IV. 386). — „Ad aures nostras“.

1159—1181.

- (9018) Episcopo Herefordensi et abbati de Forde mandat, ut ecclesiam quandam Wil. de Leicester adiudicent. Augustini Tarr. Opp. IV. 206, Boehmeri Corp. II. app. 299, Decr. Greg. L. III. t. 38. c. 7, (Mansi XXII. 337). — „Ex litteris“.
- (9019) Episcopo Herefordensi et abbati de Forde mandat iudicent inter Adamum clericum et H. militem. Augustini Tarr. Opp. IV. 103, Boehmeri Corp. II. app. 282, Mansi XXII. 310, Decr. Greg. L. II. t. 20. c. 7. — „Ex parte Adae“.
- (9020) Episcopo Herefordensi et abbati de Forde (al. Episcopo Exoniensi) de advocacy ecclesiarum scribit. Mansi XXII. 336, Boehmeri Corp. II. app. 299, Augustini Tarr. Opp. IV. 206, Decr. Greg. L. III. t. 38. c. 6. — „Quia clerici quidam“.
- (9021) Archidiacono Herefordensi interdicat, ne a clericis „pro ministerio ecclesiastico exercendo, sive pro vicariis assignandis, seu pro chrismate exigat pecuniam“. Augustini Tarr. Opp. IV. 410, Mansi XXI. 1099, Decr. Greg. L. V. t. 3. c. 21. — „Ad nostram noveris“.
- (9022) Episcopo Hermonien. (?) scribit de Aide filio decem annos nato, quo sagittante cum aliis pueris „quidam nepos eiusdem Aide sagitta percussus interierit“. Augustini Tarr. Opp. IV. 320, Decr. Greg. L. V. t. 23. c. 2. — „Deferente nobis Aide“ „Referente nobis H.“
- (9023) Hipponensi et Salernitano episcopis (al. episcopo Spalensi) scribit de clericis qui matrimonia contraxerint. Mansi XXII. 349, Boehmeri Corp. II. app. 338, Augustini Tarr. Opp. IV. 244. — „Super eo, quod asseris“ „Super eo vero, quod“.
- (9024) Hospitalariis et Templariis interdicat, „ne cum ius patronatus in ecclesiis parochialibus acquisierint, in eis presbyteros nisi per episcopum instituunt“. Augustini Tarr. Opp. IV. 209, Boehmeri Corp. II. app. 301, (Mansi XXII. 339, Decr. Greg. L. III. t. 38. c. 13). — „Cum saeculum“.
- (9025) Archiepiscopos et episcopos hortatur, ut privilegia Hospitalariorum servant. Mansi XXII. 408, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 229, Augustini Tarr. Opp. IV. 330, Decr. Greg. L. V. t. 33. c. 4. — „Dilecti filii nostri“.
- (9026) Fratres Hospitalis Hierosolymitani hortatur, ne in episcopatu Herefordensi privilegia sua migrent. Mansi XXII. 408, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 230, Augustini Tarr. Opp. IV. 331. — „Pervenit ad nos ex“.
- (9027) Archiepiscopo Ianuensi mandat, videat, ne ii, „qui piper seu cinnamum aut alias merces comparent, quae ultra quinque libras non valeant, promittant per publicum instrumentum, se eis, a quibus merces istas acceperint, sex libras statuto tempore soluturos“. Mansi XXII. 343, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 217, Augustini Tarr. Opp. IV. 315, Decr. Greg. L. V. t. 19. c. 6. — „In civitate tua“.
- (9028) Episcopo Ianuensi scribit, ne „uni personae locum in pluribus ecclesiis concedat, neu in episcopatu suo inducat consuetudinem Gallicanae ecclesiae, quae unum ad plura recipiat beneficia“. Augustini Tarr. Opp. IV. 384, Decr. Greg. L. III. t. 5. c. 15. — „Cum non ignores“.
- (9029) Episcopo Ianuensi respondet de B. canonico S. Mariae de Vineis, qui „in quendam subdiaconum manus iniecerit violentas“. Augustini Tarr. Opp. IV. 345, Decr. Greg. L. V. t. 39. c. 10. — „Ex tenore litterarum“.
- (9030) Episcopo Ianuensi de appellationibus respondet. Augustini Tarr. Opp. IV. 379, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 30. — „Ad haec sicut“.
- (9031) Episcopo Ianuensi respondet „de his, qui desponsant mulieres et, antequam eas ducant, vel cognoscant, accipiunt alias in uxores“ cet. Mansi XXII. 443, 444, Boehmeri Corp. II. 326, Augustini Tarr. Opp. IV. 240, 227, 236, Decr. Greg. L. II. t. 23. c. 11, L. IV. t. 2. c. 9, t. 4. c. 4. — „Tua fraternitas“ „Illud quoque nihilominus“ „De illis autem, qui“.
- (9032) Episcopo Ianuensi respondet de „parochianis ad purgationem cogendis“. Mansi XXII. 320, Augustini Tarr. Opp. IV. 57, 77, 335, Boehmeri Corp. II. app. 264, 292, Decr. Greg. L. V. t. 34. c. 6. — „Cum inter alios“ „Nos inter alios“ „Ideo inter alios“ „Ex parte tua nobis“ „Utrum vero“ („Nos in eminenti“).
- (9033) Episcopo Ianuensi scribit, laicum, a clerico, „de rebus suis vel ecclesiae impetum, super hoc ad forense iudicium trahendum esse“. Boehmeri Corp. II. app. 277, Augustini Tarr. Opp. IV. 83, Decr. Greg. L. II. t. 2. c. 5. — „Si presbyter vel“ „Si vero presbyter“.
- (9034) Episcopo Ianuensi (al. Bononiensi) de extorquendo testimonio respondet. Au-

1159—1181.

- gustini Tarr. Opp. IV. 106, Boehmeri Corp. II. app. 284, Mansi XXII. 306, Decr. Greg. L. II. t. 21. c. 3. — „Super eo vero, quod“ „Super eo, quod certificari“.
- (9035) Cuidam mandat, cogat priorem de Insula, ut canonicorum Eburgensium parochianum, quem in ecclesia sua sepelierit, iis restituat. Augustini Tarr. Opp. IV. 389, Decr. Greg. L. III. t. 28. c. 5. — „Ex parte canonicorum“.
- (9036) G. priori et fratribus S. Ioannis iuxta disciplinam b. m. Electi viventibus scribit, ne „uxoratus sine licentia propriae uxoris inter eos recipiatur“. Mansi XXII. 295, Boehmeri Corp. II. app. 313, Augustini Tarr. Opp. IV. 199, Decr. Greg. L. III. t. 32. c. 8. — „Uxoratus“.
- (9037) G. prioris et fratrum iuxta disciplinam b. m. . . . clerici viventium (al. Cruciatorum) regulam constituit. Mansi XXII. 374, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 232, Augustini Tarr. Opp. IV. 193. — „Ad petitionem vestram“.
- (9038) Iudaeis „protectionis suae clipeum indulget“. Statuit 1) „ut nullus Christianus invitos et nolentes eos ad baptismum venire compellat“; 2) „nullus Christianus eorum quemlibet sine iudicio potestatis terrenae vel vulnerare vel occidere vel eis suas pecunias auferre praesumat, aut bonas, quas hactenus in ea, quam prius habitabant, regione habuerunt, consuetudines immutare, praesertim in festivitatum suarum celebratione quisquam fustibus vel lapidibus eos nullatenus perturbet“ cet. 3) „ut nemo Iudaeorum coemeterium mutilare aut invadere audeat“. (Hoc decretum Clementi III. quoque ascribitur). Boehmeri Corp. II. app. 305, Mansi XXII. 355, Augustini Tarr. Opp. IV. 412. — „Sicut Iudaeis“.
- (9039) Quosdam hortatur, 1) ut, „si inter eos et quoscumque Christianos causa emerit, ne pro illius provocatione ad saecularem curiam aut iudicem unum attendere praesumant, et in qualibet causa Christiani, vel maxime clerici, non nisi testimonium duorum vel trium virorum, qui sint probatae vitae et fidelis conversationis non admittant“; 2) „ut omnibus Christianis interdican, ne Iudaeorum servitio assidue pro aliqua mercede se exponant, quin et obstetricibus et mulieribus eorum prohibere curent, ne infantes Iudaeorum in domibus eorum nutrire praesumant“; ut „parochianis usuram accipere omnibus modis inhibeat“. Baluzii Misc. III. 379, Augustini Tarr. Opp. IV. 367, 412, 316, Boehmeri Corp. II. app. 306, Decr. Greg. L. II. t. 20. c. 23, L. V. t. 6. c. 8, t. 19. c. 7, Mansi XXI. 1105, XXII. 356. — „Licet universis“ „Ad hoc praesentium“ „Praeterea parochianis“.
- (9040) Episcopo cuidam scribit, edicat, „ut Iudaei ostia vel fenestras in die parasceve apertas non habeant, sed eas per totum diem claudant; mancipia quoque Christiana nulla cum eis habitare permittat“. Augustini Tarr. Opp. IV. 290, Decr. Greg. L. V. t. 6. c. 4. — „Quia super iis“.
- (9041) Episcopo cuidam mandat, ut Iudaeos, „qui parochias ecclesiarum emptionis sive conductionis aut etiam pignoris titulo detineant occupatas, ad eas dimittendas, requisito prius et habito consensu Henrici, illustris Anglorum regis, arctius compellat, prohibens omnibus fidelibus sub interminatione anathematis, ne quis Iudaeis hominia vel fidelitates facere audeat, ac ne quis Christianorum alicuius Iudaei mancipium efficiatur“. Mansi XXII. 357, Boehmeri Corp. II. app. 306, 307. — „Non sine multa“ „Ad haec cum sacris“.
- (9042) Monachis S. Mariae de Laurentio praecipit, ut ecclesiae de Colingham decimas persolvant. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 108, (Mansi XXII. 331, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 254, Augustini Tarr. Opp. IV. 190). — „Audiivimus, quod decimas“ „Sicut vobis iura“.
- (9043) Abbati et fratribus S. Laurentii praecipit, ut G. clerico terram quandam restituant. Augustini Tarr. Opp. IV. 316, Decr. Greg. L. V. t. 19. c. 8. — „Conquestus est nobis“.
- (9044) Cuidam scribit de I. priore S. Laurentii et simoniae et adulterii accusato. Augustini Tarr. Opp. IV. 375, Decr. Greg. L. II. t. 21. c. 4. — „Pervenit ad audientiam“.
- (9045) Episcopo Lexoviensi (al. Brixiensi) de iudicibus delegatis ac de „violenta eiectione“ respondet. Mansi XXII. 302, 361, Boehmeri Corp. II. app. 269, 277, Augustini Tarr. Opp. IV. 51, 89, Decr. Greg. L. I. t. 29. c. 9, L. II. t. 13. c. 5 et 6. — „In litteris, quas“ „In litteris tuis“ „Super illa quaestione“ „Item cum aliquis“ „Item cum quis“ „Cum quis dicit“.
- (9046) Episcopo Lexoviensi (al. Exoniensi) scribit de iis, qui sint ad personatum pa-

1159—1181.

- rochialis ecclesiae admittendi. Mansi XXII. 366, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 242, Augustini Tarr. Opp. IV. 32, Decr. Greg. L. I. t. 14. c. 5. — „Praeterea licet ad“.
- (9047) Episcopo Lincolnensi scribit „de rectoribus ecclesiarum leprae macula infectis“. Mansi XXII. 395, Augustini Tarr. Opp. IV. 154. — „Super eo vero, quod“ „De rectoribus“.
- (9048) G. archidiacono Lincolnensi praecipit, ut R. presbyterum „in sacerdotio genitum, cuius pater in eadem ecclesia de Bileberi ministraverit“, removeat. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 85, (Mansi XXII. 353, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 245, Augustini Tarr. Opp. IV. 33, Decr. Greg. L. I. t. 17. c. 2.) — „Ad praesentiam nostram“.
- (9049) Decano et canonicis Lincolnensibus (al. Lemovicensibus) scribit, se Herberto subdiacono, ut assumeret uxorem, concessisse. Mansi XXII. 352, XXI. 1092, Boehmeri Corp. II. app. 337, Augustini Tarr. Opp. IV. 244. — „Cum institisset“ „Cum adstitisset“.
- (9050) Decano Lincolnensi et abbati de Rivaus mandat, ut si „P. clericus nullo metu vel vi coactus sed spontanea ecclesiam abrenunciaverit, ei super hoc perpetuum silentium imponant“. Boehmeri Corp. II. app. 275, Mansi XXII. 359, 404, Augustini Tarr. Opp. IV. 87, Decr. Greg. L. II. t. 13. c. 3. — „Accepta conquestione“.
- (9051) Episcopo cuidam scribit de iure patronatus ecclesiarum quarundam in Lincolnensi et Sarisberiensis dioecibus sitarum. Augustini Tarr. Opp. IV. 209, Boehmeri Corp. II. app. 302, Decr. Greg. L. III. t. 38. c. 14, (Mansi XXII. 340). — „Ex insinuatione“.
- (9052) Episcopo Lingonensi scribit de controversia R. presbyteri et G. Augustini Tarr. Opp. IV. 384, Decr. Greg. L. III. t. 4. c. 6. — „Conquerente nobis R.“
- (9053) G. Livonensi (al. F. Lenovensi, Linconen. An Lincolnensi?) episcopo scribit, de P., qui „furtive diaconatus ordinem suscepit“. Mansi XXII. 368, Boehmeri Corp. iur. cau. II. app. 223, Augustini Tarr. Opp. IV. 324, Decr. Greg. L. V. t. 30. c. 1. — „Veniens ad nos P.“ „Veniens praesentium lator“ „Lator praesentium nobis“.
- (9054) Episcopo Londinensi concedit, „si pro debilitate vel aliqua gravi necessitate tractandis causis, quae ei ab apostolica sede committantur, interesse non potuerit, ut discretis et idoneis personis vices suas committat“. Mansi XXII. 299, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 265, Augustini Tarr. Opp. IV. 49, Decr. Greg. L. I. t. 29. c. 3. — „Si pro debilitate“.
- (9055) Episcopo Londinensi de appellatione ad sedem apostolicam respondet. Augustini Tarr. Opp. IV. 48, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 265, (Mansi XXII. 298). — „Cum tibi sit de“.
- (9056) Episcopo Londinensi concedit, ut institutiones ab archidiacono eo inconsulto factas rescindat. Mansi XXII. 364, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 228, Augustini Tarr. Opp. IV. 155. — „Ad aures nostras“.
- (9057) Episcopo Londinensi scribit de clericis „fornicarias detinentibus“. Mansi XXII. 350, Boehmeri Corp. II. app. 336, Augustini Tarr. Opp. IV. 143, Decr. Greg. L. III. t. 2. c. 6. — „Si autem clerici“.
- (9058) Episcopo Londinensi mandat, ut Stephanum, „si contra compositionem, interpositione fidei firmatam, venerit, ab ecclesia non differat spoliare“. Mansi XXII. 348, XXI. 1085, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 239, Augustini Tarr. Opp. IV. 113. — „Si Stephanum“.
- (9059) Episcopo Londinensi scribit, ne uni plura beneficia ecclesiastica tribuat. Mansi XXII. 382, Boehmeri Corp. iur. can. II. 243, Augustini Tarr. Opp. IV. 150, Decr. Greg. L. III. t. 5. c. 6. — „Cum teneamur ex“.
- (9060) Episcopo Londinensi mandat, ut W. presbytero ecclesiam de Novoburgo restituat. Mansi XXII. 353, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 246, Augustini Tarr. Opp. IV. 34, Decr. Greg. L. I. t. 17. c. 5. — „Veniens ad praesentiam“.
- (9061) Episcopo Londinensi concedit, ut „si ordinatio alicuius ecclesiae ad eius institutionem spectet, et pro controversiis laicorum de iure patronatus differatur, in eadem ecclesia personam idoneam constituat“. Augustini Tarr. Opp. IV. 209, Boehmeri Corp. II. app. 301, (Mansi XXII. 339, Decr. Greg. L. III. t. 38. c. 12). — „Si vero aliquando“ „Si vero ordinatio“.
- (9062) Episcopo Londinensi mandat, ut monachorum de Nestun disciplinam corrigat.

1159—1181.

- Mansi XXII. 375, Augustini Tarr. Opp. IV. 222, Decr. Greg. L. III. t. 50. c. 7. — „Relatum est auribus“.
- (9063) Episcopo Londinensi mandat, cogat monachos de Wardone (al. Warsiniae) ut terram quandam T. Eschhalero et matri eius restituant. Mansi XXII. 346, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 217, Augustini Tarr. Opp. IV. 315. — „Ex transmissa conquestione“.
- (9064) Londinensi et Wigorniensis episcopis mandat, inducant Hospitalarios de A., ut decumas quasdam ecclesiae magistri N. (al. Hen.) persolvant. Augustini Tarr. Opp. IV. 190, Boehmeri Corp. II. app. 255. — „Deferente magistro“ „Referente magistro“.
- (9065) Londinensi et Wigorniensis episcopis mandat, indicent inter R. canonicum Lincolnensem et W. Salvagium. Mansi XXII. 347, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 239, Augustini Tarr. Opp. IV. 113, Decr. Greg. L. II. t. 24. c. 10. — „Querelam R.“
- (9066) Londinensi et Wigorniensis episcopis mandat de disceptanda causa R. et F., „H(enrico) regi Anglorum possessionum iudicium relinquens“. Mansi XXII. 389, Augustini Tarr. Opp. IV. 264, Decr. Greg. L. IV. t. 17. c. 7. — „Causam, quae inter“.
- (9067) Priori et fratribus S. Trinitatis Londinensis (al. Lundo., al. Lorido) concedit, „ut liceat iis in causis ecclesiae suae testimonium ferre“. Mansi XXII. 309, Augustini Tarr. Opp. IV. 103, Boehmeri Corp. II. app. 282, Decr. Greg. L. II. t. 20. c. 16. — „Insuper etiam auctoritate“.
- (9068) Abbati et fratribus de Lorengio (al. Dolon.) suadet, ut cum abbate et fratribus de Ursitum (al. Nisyon) „super decimis, unde inter eos sit controversia, pacifice conveniant“. Mansi XXII. 328, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 251, Augustini Tarr. Opp. IV. 185, Decr. Greg. L. III. t. 30. c. 9. — „Suggestum est nobis“.
- (9069) Episcopo Lucensi respondet, „propinquos illius, quem pro manifestis excessibus, videlicet homicidio, incendio, violenta manuum iniectione in clericos, violatione ecclesiarum et incestu, vinculo excommunicationis astrinxerit, monendos esse, ut satisfactionem exhibeant; quod si fecerint, illum in coemeterio posse sepeliri“. Mansi XXII. 391, 447, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 215, Augustini Tarr. Opp. IV. 313, Aguirre Conc. V. 96. — „De secunda vero“.
- (9070) Episcopo Lucensi respondet de vidua, quae quum „velamen sumpsisset, postmodum anno elapso, cuidam nobili nupserit“ cet. Mansi XXII. 410, Boehmeri Corp. II. app. 325, Augustini Tarr. Opp. IV. 245, 307, Decr. Greg. L. IV. t. 6. c. 4, L. V. t. 12. c. 11. — „Sane consuluit“ „Consuluit nos tua“ „Consuluit nos dilectio“ „De cetero noveris“.
- (9071) Episcopo Lucensi scribit de poenitentia clerici, qui „in quodam conflictu asserat se fuisse“. Mansi XXII. 369, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 223, Augustini Tarr. Opp. IV. 321, Decr. Greg. L. V. t. 25. c. 3. — „Praesentium lator in“.
- (9072) Archiepiscopo Lugdunensi (al. Lundensi) significat, se archiepiscopo Senonensi, apostolicae sedis legato, et episcopo Parisiensi mandasse, ut quendam ad restituendam pecuniam ei ablatam cogerent. Augustini Tarr. Opp. IV. 163, Boehmeri Corp. II. app. 305, (Mansi XXII. 441, Decr. Greg. L. III. t. 16. c. 1). — „Gravis illa et“.
- (9073) Archiepiscopo Lundo. (Lundensi) dissuadet consilium episcopatus abdicandi. Augustini Tarr. Opp. IV. 28, Boehmeri Corp. iur. can. II. 259, (Decr. Greg. L. I. t. 9. c. 1). — „Litteras tuas nuper“.
- (9074) Annoni et fratribus monasterii de Marmuloso significat, castrum Tiberiae Ioanni et Petro et Leoni, filiis b. m. Cencii Fraiapanis, a sese concessum esse. Borgia Ist. di Velletri p. 241. — „Cum ex iniuncto“.
- (9075) Abbati et fratribus monasterii S. Michalis Marturensis significat, de eorum cum plebano et clericis S. Mariae controversia quid archipresbytero Volaterrano et abbati de Spongia mandaverit. Addit, Iulium episcopum Florentinum „sibi intimasse, quaedam capitula privilegio iis nuper indulto esse inserta, quae obvia rationi videantur“; itaque remitti bullam iubet. Augustini Tarr. Opp. IV. 102, Boehmeri Corp. II. app. 282, Mansi XXII. 308, Decr. Greg. L. II. t. 20. c. 19. — „Causam, quae vertitur“.

1159—1181.

- (9076) Episcopo Massiliensi respondet, ut Iudaeos „de terris, quas colant, ad decimas persolvendas, vel ad possessiones penitus renunciandas compellat“. Augustini Tarr. Opp. IV. 192, Decr. Greg. L. III. t. 30. c. 16. — „De terris vero“.
- (9077) Episcopo Massiliensi respondet de „hominibus parochiae unius ecclesiae, qui terras in alia parochia excolunt“. Augustini Tarr. Opp. IV. 391, Decr. Greg. L. III. t. 30. c. 18. — „Cum sint homines“.
- (9078) Decano et capitulo Maurianensi praecipit, ut „si contigerit eorum episcopum ante solutionem debitorum, quae pro utilitate ecclesiae contraxerit, ex hac luce migrare, de redditibus, qui spectent ad mensam eius, eadem debita solvant“. Mansi XXII. 381, Decr. Greg. L. III. t. 23. c. 1. — „Ad hoc in“.
- (9079) Episcopo Mauritiano (an Maurianensi?) respondet, „meliolem esse conditionem possidentis, quam quadragenalem praescriptionem“. Augustini Tarr. Opp. IV. 118, Boehmeri Corp. II. app. 285, Decr. Greg. L. II. t. 26. c. 6. — „Ad aures nostras, te“.
- (9080) Archiepiscopo Mediolanensi mandat, ne decimas quasdam adimi episcopo Ver-cellensi patiat. Augustini Tarr. Opp. IV. 183. — „Querela venerabilis“.
- (9081) Ecclesiam Meldensem tuendam suscipit, et canonicorum possessiones confirmat. (Fragmentum). Du Plessis Hist. de Meaux II. 66. — „Cum nobis sit“.
- (9082) Episcopo Meldensi significat, priorissam et conventum de Celonantia quae-siisse, num „iuvenis quidam, conversus earum, genitalibus destitutus, in presbyterum posset ordinari“. Mandat, cognoscat, utrum „ab hostibus sectus fuerit“, an a medicis, an „ipse sibi manum iniecerit“; „prios enim“ inquit „admittunt canones, tertium velut homicidam statuunt puniendum“. Baluzii Misc. III. 374, Mansi XXI. 1102. — „Dilectae in“.
- (9083) Priori et praeposito Mortariensi mandat, indicent inter coniuges quosdam. Augustini Tarr. Opp. IV. 249, Decr. Greg. L. IV. t. 9. c. 2. — „Proposuit nobis mulier“.
- (9084) Canonicis Mutinensibus respondet, „sobolem ex secundis nuptiis susceptam consortio cognationis prioris viri in quarto gradu coniungi de iure non posse“. Augustini Tarr. Opp. IV. 255, Mansi XXI. 1092. — „Dilectus filius noster“.
		dixisse; „quibusdam tamen“ inquit „pro certo iniunximus, ut possessiones et bona ecclesiarum Cremonensis dioecesis in imperialis collatione auxilii non vastarent“. Nihil esse, cur ipsum accuset. Contra sibi illatas iniurias esse. Ministeriales eius queritur „in Taurinensi et Yporieciensi (Eporediensi) dioecesis ecclesiasticos viros indebitis exactionibus praegravantes, eos ad seculare iudicium pertrahere“; filium eius et Berhtoldum „ecclesias Tusciae congregati exercitus mole devastare, eisque collectas pro sua voluntate statuere“; a duce Spoletino „viros ecclesiasticos propria cogi tecta deserere et in opprobrium ecclesiastici ordinis mendicare“; „id idem Gvalterium in Anmachia (al. Marchia Tusciae) et alios per regiones alias perpetrare“. Monet, interdicit filio, „ne possessiones et iura sedis apostolicae et aliam ecclesiasticam libertatem perturbet; ministeriales suos ab ecclesiarum oppressione compescat“; alioquin fore, ut „nequaquam ulterius possit aequanimiter sustinere, quin pro honore dei se opponat“. Alexandrum, subdiaconum suum, et magistrum . . . canonicum Mediolanensem, nuncios suos, commendat. Denis Cod. manuscr. I. n. 1207, (Ludewig Rel. II. 409, Mansi XXII. 504). — „Si datum esset“.
Iun.	18.	Veronae (9829) Canonicae S. Mariae Fanensis protectionem suscipit et possessiones privilegiaeque confirmat. Amiani Mem. di Fano II. sommario p. XVI. — „Quoniam a nobis“.
„	26.	„ (9830) Monasterium Vallumbrosanum tuendum suscipit, iuraque eius confirmat. Lami Eccl. Fl. M. I. 550. — „Religiosis desideriis“.
„	29.	„ In ecclesia S. Petri in arce, sacra procurat. V. tabulam ap. Biancolini Not. st. di Ver. I. 107, et Ughelli It. sacr. V. 807.
Iul.	14.	„ (9831) Fratribus Grandimontensibus concedit, ut iis in generali terrae interdicto pulsare unam campanam liceat. Gall. Chr. II. Instr. 191. — „Quanto maior“.
„	15.	„ (9832) Monachorum Grandimontensium concordiae firmandae causa statuit varia. Martene Thes. I. 627, Mansi XXII. 502. — „Quanto per infusionem“.
„	20.	„ (9833) Ecclesiae S. Iohannis baptistae Ratisponensis tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat. Ried I. 268. — „Quotiens a nobis petitur“.
„	26.	„ (9834) Ecclesiae S. Iohannis Leodiensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Martene et Durand Vet. script. I. 972, Miraei Opp. dipl. III. 353. — „Commissae nobis“.
„	31.	„ (9835) Willelmo, Scotorum regi, significat, se Ioanni, episcopo Dunkeldensi, „agendi licentiam super episcopatum S. Andreae tribuisse et Hugoni, S. Andreae episcopo ad propria revertendi, ad suam praesentiam, sufficienter instructo, in constituto tempore redituro, ita ut, si tunc non venerit, Ioscelinus Glascuensis episcopus, et Meilrosensis, Neubotlensis, et Dunfermelinensis abbates eum ab officio episcopali suspenderent, et si postmodum contumax fuerit, vinculo excommunicationis astringerent“. Episcopi Dunkeldensis amicos defendi iubet. Rogeri de Hoveden annal. 1186 ap. Savile R. A. Scr. 360 ^b , Manrique Ann. Cist. III. 164, Mansi XXII. 497. — „Cum ex iniuncto“.
„	31.	„ (9836) Ioscelino, episcopo Glascuensi, et Meilrosensi, Neubotlensi et Dunfermelinensi abbatibus mandata dat, superiore epistola significata. Rogeri de Hoveden annal. 1186 ap. Savile R. A. Scr. 360 ^b , Manrique Ann. Cist. III. 165. — „Cum ex iniuncto“.
(,)	—	(,.) (9837) Henrico, Angliae regi, scribit, se Balduino, archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato, mandasse, ut Savaricii archidiaconi „redditus colligi faceret et penes se cum integritate reservaret“. Benedictus Petroburg. 1186. — „Cum personam tuam“.
Aug.	2.	„ (9838) Praepositis, scabinis, iuratis, maioribus et populo castri Valentianensis significat, se (Rogerio) episcopo Cameracensi mandasse, ut ecclesiae S. Salvii parociam in partes tres divideret. Miraei Opp. dipl. II. 834. — „Etsi dilecti filii“.
„	9.	„ (9839) Monasterii S. Mariae Salinae-vallis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 461. — „Effectum iusta postulantibus“.
„	11.	„ (9840) Ecclesiam S. Vincentii Bergomatem tuendam suscipit, eiusque bona et iura confirmat. Lupi C. D. Berg. II. 1363. — „Piae postulatio voluntatis“.
„	30.	„ (9841) Monasterii S. Mariae Seitenstettensis patrocinium suscipit et possessiones iuraque confirmat. Schaukegl Spicil. 328, Mon. Boic. XXIX. n. 34. — „Licet omnibus ecclesiis“.

		1186. (Ind. 4—25. Sept.—5, pont. a. 1—1. Dec.—2, 1185—25. Mart.—1186.)
Sept.	4	Veronae (9842) Ecclesiae Augustensis protectionem suscipit et possessiones confirmat, petente Volscalco episcopo. Mon. Boic. XXXIII. i. 44. — „In eminente apostolicae“.
„	6.	„ (9843) Monasterii S. Mariae Tongerloensis protectionem suscipit, disciplinamque, possessiones, privilegia confirmat. Miraei Opp. dipl. I. 550. — „Cum simus ad“.
„	6.	„ (9844) Monasterii S. Cornelii Ninoviensis protectionem suscipit possessionesque et privilegia confirmat. De Smet Corp. chron. Flandr. II. 792. — „Effectum iusta postulantibus“.
„	20.	„ (9845) Parthenonem S. Gratae Bergomatem tuendum suscipit eiusque possessiones et iura confirmat. Lupi C. D. Berg. II. 1367. — „Prudentibus virginibus“.
Oct.	1.	„ (9846) B(alduino), archiepiscopo Cantuariensi, permittit, „ut quae de iure ecclesiae per praedecessorem invenerit iniuste subtracta, legitime revocet“, utque ecclesiam SS. Stephani et Thomae construat. Praecipit, „ut quarta parte oblationum, quae ad reliquias b. martyris Thomae offeruntur, monachorum usibus concessa, quarta fabricis ecclesiae deputata, quarta pauperibus erogata, aliam quartam in alia opera bona pro arbitrio ordinet“. Radulfi de Diceto Imag. Hist. ap. Twysden H. A. Scr. I. 631, (Mansi XXII. 498). — „Praesentium tibi“.
„	9.	„ (9847) A capitulo Baiocensi et Henrico episcopo factam „constitutionem de redditibus praebendarum decedentium canonicorum usque ad annum restitutioni ecclesiae deputandis“ confirmat, capituloque arbitrium eligendi decani asserit. Petri Blesensis Opp. 770. — „Iustis petentium desideriis“.
„	17.	„ (9848) Episcopo Castellano (Veneto) mandat, ut parochialia capellae S. Severi iura tuateur. Cornelii Eccl. Ven. XI. 145. — „Significavit nobis“.
„	20.	„ (9849) Ubaldo, archiepiscopo Pisano, primatum Sardiniae asserit. Ughelli It. sacr. III. 408.
„	21.	— (9850) Absaloni, archiepiscopo Lundensi, asserit castrum Hafnense, post eius mortem Roschildensi ecclesiae obventurum. (Aut falsa est bulla, aut in clausula pro „Witerbi“ legendum „Veronae“.) Thorkelin Diplom. Arna-Magn. I. 57. — „Fratres et episcopos“.
Nov.	2.	in Lepcia altare S. Mariae consecrat „die dominico, 2 intrante Novembr.“ V. tabulam ap. Ughelli It. sacr. V. 807.
„	7.	Veronae (9851) Canonicorum ecclesiae Pisanae possessiones et privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. III. 413.
„	11.	„ (9852) Decreta concilii, a Petro archiepiscopo Spalatino et eius suffraganeis celebrati, emendat et confirmat. Farlati Ill. sacr. III. 219, Fejér C. D. H. II. 225. — „Quae a fratribus“.
„	25.	„ (9853) In ecclesia S. Georgii Brinatensi, „in alodio suo paterno fundata“, partem canonicorum Crescentiacensium collocat, eamque possessionibus ac privilegiis donat. Ius patronatus vero fratribus suis eorumque heredibus reservat. Bull. Lat. 55. — „Cum vita praesens“.
„	25.	„ (9854) Monasterii S. Mariae de Carcere protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 153. — „Effectum iusta postulantibus“.
„	30.	(„) (9855) Monasterii S. Trinitatis Exaquiensis patrociniū suscipit et bona iuraque confirmat. Gall. Chr. XI. Instr. 245. — „Monet nos“.
—	—	„ (9856) Ecclesiae S. Castoris Cardonensis iura possessionesque confirmat. Günther Cod. dipl. Rh. Mosel. I. 449. — „Quotiens a nobis aliquid“.
Dec.	3.	„ (9857) Monasterii S. Petri Gandensis sive Blandiniensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Miraei Opp. dipl. III. 63. — „Praefatum monasterium“.
„	10.	„ (9858) Monasterii S. Mariae Soroensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 273. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„	23.	„ (9859) Canonicorum cantorum Ravennatum possessiones ac privilegia confirmat. Fantuzzi M. R. II. 156. — „Pie postulatio“.
—	—	(9860) Absaloni, archiepiscopo Lundensi, apostolicae sedis legato, et suffraganeis eius, abbatibus, prioribus, archidiaconis et presbyteris praecipit, „ne a fratribus Carac-Insulae, vel aliorum monasteriorum Cisterciensis ordinis de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus aut sumptibus excolant, decimas extorqueri“ patiantur. Langebek Scr. R. Dan. V. 253. — „Quia plerumque“.
—	—	(9861) *Monasterii S. Augustini Cantuariensis privilegia confirmat. Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. Scr. II. 1838.

1186. (*Ind. 4—25. Sept.—5, pont. a. 1—1. Dec.—2, 1185—25. Mart.—1186.*)

- (9862) *Monasterio S. Augustini Cantuariensi „confirmat appropriationes ecclesiarum de Thanet et Middelton“. Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. Scr. II. 1838.
- (9863) *Monasterio S. Augustini Cantuariensi concedit, „ne ecclesias Menstre, de Northborne, de Sellyng, de Fauresham, et praebendam de Guston liceat dare alicui saeculari personae, vel alio modo alienare“. Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. Scr. II. 1838.
- (9864) *Monasterio S. Augustini Cantuariensi „affirmat appropriationes ecclesiarum de Fauresham et de Middelton“. Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. Scr. II. 1838.

1185—1187.

- (9865) Abbati et capitulo S. Albini scribit de poenitentia monachis imponenda, qui ab I. episcopo, „cum esset ab officio suspensus, ordines acceperint“. Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 226. — „Licet in ecclesia“.
- (9866) Ad episcopi Ariminensis quaestiones respondet. Augustini Tarr. Opp. IV. 249, 202, Decr. Greg. L. IV. t. 9. c. 3. — „Licet ad ea“ „Ad haec super“.
- (9867) Presbytero Brixieni de feneratione respondet. Augustini Tarr. Opp. IV. 317, Decr. Greg. L. V. t. 19. c. 10. — „Consuluit nos devotio“ „Consuluit nos tua“.
- (9868) Archiepiscopo Cantuariensi scribit de W. „cum presbytero I. de sancto Alphit III. Septembris ebdomada in vigilia b. Michaelis in presbyterii ordinem assumpto“. Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 240. — „Veniens ad apostolicam“.
- (9869) „Consuetudines, quibus ecclesia Carnotensis a quadraginta retro annis sine interruptione usa est“, confirmat. Theodori Poenitentiale II. 434. — „Ad universalis ecclesiae“.
- (9870) Episcopo Cenomanensi scribit de matrimonio villici de Ernaia. Augustini Tarr. Opp. IV. 230, 242, Mansi XXII. 292, Decr. Greg. L. IV. t. 1. c. 18. — „Cum in apostolica“ „Super eo vero, quod“.
- (9871) Episcopo Cenomanensi scribit de „causa matrimonii, quae inter H. iuvenem et G. mulierem vertitur“. Augustini Tarr. Opp. IV. 236, Decr. Greg. L. IV. t. 2. c. 10. — „Attestationes super“.
- Veronae (9872) Priori S. Crucis mandat, ut D. de Cel. (al. Ter.), qui voluntate prioris uxoris monachicam vestem sumpserit, a secunda uxore separet, in monasteriumque redire cogat. Baluzii Misc. III. 376, Mansi XXII. 507, Augustini Tarr. Opp. IV. 393, Decr. Greg. L. III. t. 32. c. 9. — „Ex parte dilecti“.
- (9873) Episcopo Florentino respondet, „illam, quae viro suo labente in haeresin ipsius consortium declinaverit, revertente illo ad catholicam unitatem ad redintegrandum matrimonium esse cogendam“. Boehmeri Corp. II. app. 328, Augustini Tarr. Opp. IV. 269, Decr. Greg. L. IV. t. 19. c. 6. — „De illa vero“.
- (9874) Ad episcopi Florentini quaestiones respondet. Mansi XXII. 450, Augustini Tarr. Opp. IV. 248, 180, Decr. Greg. L. IV. t. 8. c. 3. — „Litteras fraternitatis“ „De uxore vero“.
- (9875) Garstensi et Seitenstettensi abbatibus atque Salzbürgensi et S. Floriani praepositis mandat, cognoscant, num abbas S. Georgii a monachis Cremifanensibus canonice electus sit. Pez Thes. anecd. VI. II. 33. — „Cum nostris fuisset“.
- (9876) Episcopo Legionensi respondet, qui diaconus ante manus impositionem sacra procuraverit, eum in biennium vel triennium a diaconatu removendum esse. Mansi XXII. 450, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 218, Augustini Tarr. Opp. IV. 324, Decr. Greg. L. V. t. 28. c. 2, (Aguirre Conc. V. 95). — „Ex literis tuae“.
- (9877) Decano, cantori et capicero Lexorii mandat, cogant Gui. Gacton., ut Phu. mulieri, quacum divortium fecerit, dotem restituat. Augustini Tarr. Opp. IV. 270, Decr. Greg. L. IV. t. 20. c. 2. — „Significavit nobis Phu.“
- (9878) Abbati Morimundensi respondet de monacho, qui „cum esset in seculo constitutus, presbyteratus officium praetermisso diaconatu susceperit“. Mansi XXII. 450, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 219. — „Inter cetera, quae“.
- (9879) Prioribus de Novo-loco et de Viger. mandat, ut litem quandam discernant. Augustini Tarr. Opp. IV. 93, Decr. Greg. L. II. t. 14. c. 4. — „Prout vestris nobis“ „Prout nobis“.
- (9880) Prioribus de Novo-loco et de Turgam. de paroeciarum finibus respondet.

1185—1187.

Mansi XXII. 397, Augustini Tarr. Opp. IV. 183, Decr. Greg. L. III. t. 39. c. 4.
— „Super eo vero, quod“.

(9881) (Ubaldo) archiepiscopo Pisano respondet, „in quosdam episcopos Sardos, qui pecuniam, sicut iuramento teneantur astricti, non solverint, esse vindicandum“. Augustini Tarr. Opp. IV. 114, Decr. Greg. L. II. t. 24. c. 12. — „Cum quidam episcopi“.

Veronae (9882) Archiepiscopo Pisano scribit de puella A., quae, quom „iam ad annum XII. pervenisset, iurata fuerit et desponsata cuidam puero, qui erat in anno IX. vel X.“ Augustini Tarr. Opp. IV. 237, Decr. Greg. L. IV. t. 2. c. 11. — „Ex litteris tuae“.

(9883) Monasterium S. Sepulchri Placentinum tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat. Campi Hist. di Piac. II. 370. — „Eapropter dilecti“.

(9884) Cantori et magistro scholarum Re. mandat, ne P. presbyterum S. Petri patientur a canonicis Debore vexari. Augustini Tarr. Opp. IV. 398. — „Querelam P. presbyteri“.

Veronae (9885) Abbatibus de Rufort et de Ostren. et prioribus de Torguan scribit de causa magistri Martini. Augustini Tarr. Opp. IV. 104, cf. 105 n. bb, Decr. Greg. L. II. t. 20. c. 24. — „Cum venisset ad“.

(9886) Archiepiscopo Senonensi (al. episcopo Cenomanensi) de iudicibus ab apostolica sede constitutis respondet. Mansi XXII. 449, Augustini Tarr. Opp. IV. 15, Decr. Greg. L. V. t. 39. c. 12. — „Ad haec cum“ „Ad haec autem“.

(9887) Archiepiscopo Trundensi (et G. delegato) concedit, ut in ecclesiam Cologiensem canonicos regulares introducat. Augustini Tarr. Opp. IV. 399, Decr. Greg. L. III. t. 48. c. 5. — „Ad audientiam nostram“.

(9888) „Abbatibus de Wellebec et Sulvestun“ (al. Olseston) respondet de iudicibus delegatis. Mansi XXII. 418, Boehmeri Corp. iur. can. II. app. 268, Augustini Tarr. Opp. IV. 55. — „Gratum gerimus et“.

(9889) Cuidam respondet de clericis, „qui falsaverant sigillum Philippi regis Francorum, ut eis nec membrum auferri nec poenam infligi faciat corporalem, per quam periculum possint mortis incurrere, sed eis degradatis characterem aliquem imprimi faciat, quo inter alios agnoscantur et provinciam ipsam eos abiurare compellat“. Augustini Tarr. Opp. IV. 415, Decr. Greg. L. V. t. 20. c. 3. — „Ad audientiam nostram“.

(9890) Abbati cuidam mandat, ut H. (al. R.) priori monasterii, qui temerarium iuramentum praestiterit, poenam irroget. Baluzii Misc. III. 379, Mansi XXII. 508, Augustini Tarr. Opp. IV. 375, Decr. Greg. L. II. t. 24. c. 13. — „Sicut ex literis“.

(9891) Cuidam de commutationibus praebendarum respondet. Augustini Tarr. Opp. IV. 388, Decr. Greg. L. III. t. 19. c. 5. — „Quaesitum est ex“.

1186—1187.

Ian. 9. Veronae (9892) Archiepiscopo Tarraconensi et eius suffraganeis mandat, videant, ne a fratribus Populetensibus „vel aliorum monasteriorum Cisterciensis ordinis de novalibus, vel de aliis terris, quas propriis manibus vel sumptibus excolant, vel de nutrimentis animalium decimas praesumant quomodolibet extorquere“. Finestres Hist. de Poblet II. 427. — „Quia plerumque veritatis“.

„ 22. „ (9893) Universos fideles per archiepiscopatum Ravennatem et episcopatum Ferrariensem hortatur, ut fratribus S. Mariae de Reno pecuniam dent ad pontem in Reno efficiendum. Trombelli Mem. di Reno 434. — „Quoniam, ut ait“.

„ 22. „ (9894) Universos episcopos de hoc fratrum S. Mariae de Reno privilegio certiores facit, „ut a quocunque maluerint catholico antistite ordinentur“. Trombelli Mem. di Reno 435. — „Cum dilectis filiis“.

„ 28. „ (9895) Archiepiscopo Tarraconensi et episcopo Barcinonensi praecipit, ne ab abbate fratribusque Sanctarum Crucum obedientiam poscant, quoad eorum de monasterio controversia dirimatur. Marca Marca Hisp. 1380, Aguirre Conc. V. 99. — „Significarunt nobis“.

Febr. 5. „ (9896) Sororibus S. Nicolai Furnensibus annuos solidos quinquaginta, donatos a Gertrude quondam comitissa Maurianensi, asserit. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 479, Miraei Opp. dipl. III. 59. — „Iustus petentium desiderii“.

„ 12. „ (9897) Monachis et fratribus militiae templi et hospitalis Hierosolymitani in urbe vel

		1186—1187.
		suburbio Aquensi commorantibus praecipit, ne ecclesiae Aquensis iura infringant. Moriondi Mon. Aqu. I. 84. — „Quanto de favore“.
Febr.	18.	Veronae (9898) R(eginaldo) episcopo et capitulo Carnotensi interdicat, „ne domus canonicales ulterius laicis, per quos honestati ecclesiasticae derogetur, vel gratis dentur, aut etiam locentur“. Theodori Poenitentiale II. 435, D'Achery Spic. III. 550. — „Audivimus et“.
„	26.	„ (9899) Sororibus S. Mariae de Campo-Martis Romanis asserit „parochiale ius populi, qui contineri dinoscitur a domo Pauli Iohannis de Mitia et infra, a domo Bucacanum et infra, a via maiore, quae tendit iuxta turrim Aimeldrigi de Scorza sancto, et infra, ab utroque latere viae a domo Monachi et infra, a domo Benencase de Romanello et infra“. Montfaucon Diar. Ital. 243. — „Ea, quae de apostolici“.
Mart.	8.	„ (9900) Monasterio Michaelfeldensi capellam in Smalhae asserit. Mon. Boic. XXV. 105. — „Iustis petentium“.
„	12.	„ (9901) Ecclesiae Concordiensis patrocinium suscipit, bonaque confirmat, rogante Ionatha episcopo. Ughelli It. sacr. V. 332. — „Ordo rationis“.
„	13.	„ (9902) Canonicis ecclesiae s. sepulcri Hierosolymitanae praecipit, ut auream altaris inscriptionem, constituta inter Balduinum quondam regem et Ianuenses complectentem, quam canonici quidam sustulerint, aut ipsi reficiant aut refici a Ianuensibus patiantur. Ughelli It. sacr. IV. 874. — „Gravis et culpabilis“.
„	14.	„ (9903) Ordinis Cisterciensis abbatum privilegia confirmat. Henriquez Regula 58, Manrique Ann. Cist. III. 111. — „Cum ordo vester“.
„	18.	„ (9904) Canonicis Faventinis concedit, „ut si aliquem parochianorum alibi contigerit eligere sepulturam, secundum statuta b. Gregorii, quarta iis in testamentis portio reservetur“. „Parochianos eorum excommunicatos vel interdictos, sive usurarios manifestos ad sepulturam recipi, nisi congrua satisfactione praemissa“, vetat. Tonduzzi Hist. di Faenza p. 227, (Augustini Tarr. Opp. IV. 181). — „Cum super quodam“.
„	22.	„ (9905) Civibus Metensibus „scabinatum, sicut in authentico scripto Metensis episcopi continetur, confirmat“. Hist. de Metz III. Pr. p. 144, teste Bréquigny Tabl. chron. IV. 81.
„	23.	„ (9906) Canonicorum Veronensium bona confirmat. Ughelli It. sacr. V. 806. — „Iustis petentium“.
„	26.	„ (9907) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis, presbyteris et aliis ecclesiarum praelatis mandat, „ut adsint fratribus monasterii Zwetlensis contra decimarum iniustos exactores“. Linck Annal. Austrio-Claravall. I. 214. — „Quia plerumque veritatis“.
Apr.	5.	„ (9908) Pactum episcopi et canonicorum Mutinensium de archiepiscopo Ravennati et sedis apostolicae legatis recipiendis ac sustentandis confirmat. Tiraboschi Mem. Mod. III. 99. — „Ea, quae ad conservandum“.
„	9.	(..) (9909) P. praepositi Regini patrocinium suscipit et eius possessiones confirmat. Tiraboschi Mem. Mod. III. 100. — „Sacrosancta Romana“.
„	13.	„ (9910) Omnibus provinciae Bituricensis habitatoribus nunciat, Henricum archiepiscopum per totam provinciam excepto monasterio Dolensi sedis apostolicae legatum constitutum esse. Gall. Chr. II. Instr. 18. — „Cum Bituricensem“.
„	18.	„ (9911) Fratribus Cartusiensibus liberum prioris et procuratoris eligendi arbitrium asserit. Privil. ord. Cart. fol. 2 ^b . — „Tanto religiosa loca“.
„	26.	„ (9912) Michaeli, abbati monasterii S. Petri Mutinensis, eiusque successoribus usum mitrae, sandaliorum, caligarum, chirothecarum concedit. Tiraboschi Mem. Mod. III. 100, Margarini Bull. Cas. I. 21. — „Eos ecclesia“.
Mai.	4.	„ (9913) Ecclesiae S. Salvii Florentinae possessiones confirmat. Ughelli It. sacr. III. 99, Lami Eccl. Fl. M. II. 994. — „Iustis petentium“.
„	21.	„ (9914) Hugonem decanum Parisiensem et abbatem S. Germani de Pratis iudices constituit inter canonicos Bellocavenses et monachos S. Luciani. (Epistola Urbano II. perperam tributa. Pro „Venoni“ leg. Veronae“). Louvet Hist. de Beauvais 503. — „Ex parte dilectorum“.
„	30.	„ (9915) Canonicis S. Ursi asserit vineam ab episcopo Augustensi donatam. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 941. — „Iustis petentium“.
„	30.	„ (9916) Sententiam inter monachos S. Savini et canonicos maioris ecclesiae Placen-

1186—1187.

		tinae latam ab arbitris confirmat. Campi Hist. di Piac. II. 368. — „Cum inter vos“.
Iun. 1.	Veronae	(9917) Abbati et conventui Fiscanensi concedit, ut qui in eorum ecclesiis „suis parentibus successerint, eos liberam habeant facultatem removendi“. Bessin Conc. Rotom. II. 34, Mansi XXII. 502. — „Cum a sacris sit“.
„ 3.	„	(9918) Canonicis S. Opportunae Parisiensibus asserit ecclesiam SS. Innocentium. Félibien Hist. de Paris III. 35. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 4.	„	(9919) Monachorum Fiscanensium privilegium confirmat: „ut nullus in ecclesiam vel personas eorum excommunicationis possit vel interdicti sententiam promulgare“. Neustria pia 242. — „Cum vobis a“.
„ 13.	„	(9920) Universos fideles per Ravennatensem provinciam constitutos et omnes per pontem S. Mariae de Reno transeuntes hortatur, ut in consummandum pontem conferant. Trombelli Mem. di Reno 435. — „Si quando pietatem“.
„ 26.	„	(9921) Parthenoni S. Pauli Parmensi asserit ecclesiam S. Mariae castelli Godi, a G(arsendonio) episcopo collatam. Affò St. di Parma II. 394. — „Ea, que“.
„ 27.	„	(9922) Monasterio Cluniacensi monasterium S. Germani Altissiodorensis asserit. Bullar. Cluniac. 85. — „Quanto specialius“.
„ 28.	„	(9923) Lanfrancho, praeposito S. Agatae Cremonensis, ius pastoralis baculi asserit. Bull. Lat. 59. — „Cum felicitis memoriae“.
Iun.—Iul.	„	(9924) Ecclesiam S. Mariae de Charitate Venetam tuendam suscipit eiusque privilegia confirmat. („Dat. 4 Iulii“). Bull. Lat. 305. — „Quoties a nobis“.
Iul. 5.	„	(9925) Abbati Vezeliacensi et eius successoribus usum mitrae, chirothecarum, annuli asserit. Launoü Opp. II. i. 288. — „Ad ecclesiastici decoris“.
„ 6.	„	(9926) U(berto), episcopo Aquensi, mandat, ne canonicorum iura violari a monachis S. Petri patiatur. Moriondi Mon. Aqu. I. 86. — „Conquerentibus dilectis“.
„ 7.	„	(9927) Canonicorum ecclesiae Placentinae constitutionem confirmat, „ut canonici, dum honeste in scholis ac studiose permanserint, tertiam partem proventionum omnium, quas perciperent in ecclesia ipsa praesentes, debeant ad sustentationem suam habere et, relicta fratribus una tertia, alia pars communi usui applicetur“. Campi Hist. di Piac. II. 369. — „Ea, quae a ministris“.
„ 15.	„	(9928) Archipresbytero et canonicis Bononiensibus interdicit, ne fratribus S. Mariae de Reno iniurias inferant. Trombelli Mem. di Reno 380. — „Cum dilectos filios“.
„ 15.	„	(9929) G. decano et capitulo Carnotensi concedit, „ut, si quisquam res ecclesiae eorum rapuerit, et excessus eius fuerit manifestus, raptori non liceat per appellationis diffugium disciplinam ecclesiasticam declinare“. Theodori Poenitentiale II. 563. — „Cum appellationis remedium“.
„ 21.	„	(9930) *Hugoni abbati et canonicis ecclesiae Praemonstratensis possessiones quasdam asserit. Le Paige Bibl. Praem. 640.
„ 22.	„	(9931) Domui S. Thomae Parisiensi asserit possessiones quasdam, a Roberto comite donatas. Dubois Hist. eccl. Paris II. 182. — „Cum principes saeculi“.
„ 31.	„	(9932) Galtero, archiepiscopo Rotomagensi, concedit, „ut si quid circa statum aliquorum de provincia eius, post obiectum appellationis obstaculum, in eorum praedictum constitit innovatum, id in eum statum reducendi, in quo tempore appellationis exstiterat, liberam habeat facultatem“. Bessin Conc. Rotom. I. 91, Mansi XXII. 501. — „His, qui ad tuitionem“.
Aug. 1.	„	(9933) Universos abbates Praemonstratensis ordinis in terra Teutonica et Saxonia constitutos ad capitulum generale Praemonstratense singulis annis accedere iubet. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 128: „Kal. Aug.“, Leuckfeld. Ant. Praem. 131 et Ludewig Rel. II. 413: „XI. Kal. Aug.“ — „Transmissa nobis“.
Sept. 1.	„	(9934) Archiepiscopo Turonensi ad controversiam cum ecclesia Dolensi componendam „a mense Martio proximo venturo usque ad annum inducias prorogat“, Philippi Francorum regis precibus adductus. Martene Thes. III. 911, Morice Mém. de Bret. I. 704. — „Licet negotium“.
„ 12.	„	(9935) Sententiam, inter monasterium S. Petri Cremellense et ecclesiam S. Ioannis Madoetiensem a Robaldo quondam archiepiscopo Mediolanensi latam, confirmat. Frisi Mem. di Monza II. 73. — „Oblato nobis“.
„ 12.	„	(9936) Abbati et conventui S. Dionysii concedit, „ne aliquis archiepiscopus vel episcopus in eos vel aliquem ex monachis eorum, in capite vel membris, absque auctoritate Romani pontificis vel legati a latere ipsius transmissi aut speciale super hoc mandatum habentis, vel etiam abbatis mandato, excommunicationis vel inter-

1186—1187.		
		dicti sententiam audeat promulgare“. Doublet Hist. de St. Denys 523. — „Dignum est et“.
Sept. 15.	Veronae	(9937) Monasterii S. Mariae Halberstadensis privilegia confirmat. In tabular. Magdeburg. Ex schedis Pertzii.
„ 22.	„	(9938) Fines parochiales ecclesiarum S. Pauli et S. Vitalis Veronensium a duobus cardinalibus constitutos, confirmat. Biancolini Not. st. di Ver. II. 396, Ughelli It. sacr. V. 806. — „Ea, quae pro“.
— —	—	1187. (<i>Ind. 5—25. Sept.—6, pont. a. 2, 1186—25. Mart.—1187.</i>)
— —	—	(9939) Suenoni, episcopo Arusiensi, permittit, ut episcopatu abdicato monasterium capessat. Langebek Scr. R. Dan. V. 255. — „Cum ea requiruntur“.
Ian. 6.	Veronae	(9940) Monasterii S. Nicolai in litore Veneti bona et iura confirmat. Margarini Bull. Cas. II. 208, Ughelli It. sacr. V. 1247, Cornelii Eccl. Venet. IX. 126. — „Piae postulatio“.
„ 7.	„	(9941) Monasterii Morimundensis privilegia confirmat. (Fragmentum). Ughelli It. sacr. IV. 168.
„ 12.	„	(9942) Monasterium Vallis-altae tuendum suscipit, eiusque bona ac iura confirmat. Lupi C. D. Berg. II. 1355. — „Commissae nobis“.
„ 23.	„	(9943) Monasterii Milstatensis protectionem suscipit. In tabul. Caesar. Vindob. Ex schedis Pertzii.
Febr. 1.	„	(9944) Ecclesiam S. Andreae Beneventanam et S. Trinitatis de Palatiolo tuendas suscipit, canonicorumque possessiones et privilegia confirmat. Borgia Mem. ist. di Benevento II. 242. — „Optimam iniuncte“.
„ 5.	„	(9945) Ecclesiam S. Mariae Runcensem tuendam suscipit et eius bona iuraque confirmat. Biancolini Serie d. Vesc. 76. — „Effectum iusta“.
„ 17.	„	(9946) Parthenonis S. Zachariae Veneti possessiones et privilegia confirmat. Cornelii Eccl. Venet. XI. 377.
„ 24.	„	(9947) (Wichmanno) archiepiscopo Magdeburgensi scribit, „commonitam frequenter a sese imperialis culminis altitudinem, ut ecclesiae Romanae restitueret possessiones, quas detineret occupatas, non ea, qua debuerit, serenitate respondisse, nec videri velle perficere, per quod inter ecclesiam et imperium firma possit pax et concordia provenire“. Mandat, quum imperator „ad partes illas accesserit“, eum hortetur, ut „materiam fomitemque discordiae funditus e medio praecidat“. Ludewig Rel. II. 435, Mansi XXII. 506. — „Firmum in corde“.
Mart. 1.	„	(9948) B(alduinum), archiepiscopum Cantuariensem, reprehendit, quod priorem fratresque ecclesiae Cantuariensis variis affecerit iniuriis, neque appellationem ad sedem apostolicam factam curaverit. Praecipit, ut „suspensionum sententias, tam in priorem quam in alios fratres promulgatas, infra 10 dies publice denunciaret non tenere, et quod post primam appellationem in iuris illorum praedictum attemptaverit, in statum pristinum reducat“. De ea, quae sequitur, epistola significat. Gervasii chronica 1187 ap. Twysden H. A. Scr. I. 1491. — „Dum ad mentem“.
„ 1.	„	(9949) Abbatibus de Bello, de Fauresham et S. Augustini significat, superiore epistola quid archiepiscopo Cantuariensi praeceperit. Mandat haec: „si praefatus archiepiscopus infra praescriptum terminum exequi distulerit, quod mandamus, vos id executione mandetis“. Gervasii chronica 1187 ap. Twysden H. A. Scr. I. 1492. — „Veniens ad apostolicam“.
„ 2.	„	(9950) Ecclesiam S. Petri Bononiensem tuendam suscipit eiusque bona et iura confirmat. Savioli Ann. Bol. II. 149. — „Quotiens (a) nobis petitur“.
„ 7.	„	(9951) Monasterii S. Gislensii protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat. Reiffenberg Monuments VIII. 401. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 12.	„	(9952) Monasterium S. Salvatoris de Trebia tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat. Campi Hist. di Piac. II. 370. — „Monet nos“.
„ 26.	„	(9953) Petentibus Ben. magistro et fratribus cruciferis hospitalis domus Bononiensis, eorum ecclesiae tutelam suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Mansi XXII. 499. — „Cum antecessor tuus“.
„ 27.	„	(9954) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut parochianis suis interdican, ne a fratribus S. Crucis „de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, seu de nutrimentis animalium ullatenus decimas extorqueant“. Pez Thes. anecd. VI. II. 42. — „Quia plerumque“.

			1187. (<i>Ind. 5-25. Sept. -6, pont. a. 2, 1186-25. Mart. -1187.</i>)
Mai.	8.	Veronae	(9955) B(alduino), archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato, praecipit, ut aedificationem novae ecclesiae abiciat, quam monachi Cantuarienses detrimento sibi fore, cum ipso questi sint. Gervasii Imaginationes ap. Twysden H. A. Scr. I. 1318, (Gervasii chronica ap. eund. I. 1496, Rad. de Diceto Im. Hist. ibid. 635). — „Dilecti filii nostri“.
„	9.	„	(9956) Episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis per Angliam constitutis de superiore ad archiepiscopum Cantuariensem epistola significat. Haec addit: „Praecipimus, quatinus fraternitatem aut praedicationem, quam occasione illius ecclesiae archiepiscopus de novo constituit, usque ad decisionem causae in parochiis vestris nullatenus admittatis, nec praedicatorum, si qui ad hoc destinati fuerint, in ipsis parochiis patiamini praedicare“. Gervasii Imaginationes ap. Twysden H. A. Scr. I. 1319, (Gervasii chron. 1187, ibid. p. 1496). — „Cum dilecti filii“.
(„)	—	(„)	(9957) B(alduino), archiepiscopo Cantuariensi, exprobrat, quod mandata sua (die 1 m. Martii data) non fecerit. Monet, obediat. De sequenti epistola addit. Gervasii chronica 1187 ap. Twysden H. A. Scr. I. 1494. — „Quanto maioris es“.
(„)	—	(„)	(9958) Abbates de Bello, de Fauresham et S. Augustini redarguit, quod sua mandata neglexerint. Haec addit: „si archiepiscopus Cantuariensis infra 15 dies non impleverit, quod mandamus, vos id efficaciter exequamini“. Gervasii chronica 1187 ap. Twysden H. A. Scr. I. 1495. — „Grave admodum“.
„	21.	„	(9959) Ecclesiam Pistoriensem tuendam suscipit et eius possessiones ac iura confirmat. Zacharia Anecd. m. aev. 244.
„	22.	„	(9960) Monasterium S. Mariae Caesarisburgense tuendum suscipit eiusque bona, leges, iura confirmat. Gall. Chr. XI. Instr. 250. — „Monet nos“.
„	25.	„	(9961) Alienationes, ab episcopis Bononiensibus cum ecclesiae damno factas, irritas esse iubet. Savioli Ann. Bol. II. u. 151. — „Ideo nobis“.
„	26.	„	(9962) Monasterii S. Blasii Admontensis privilegia ac possessiones confirmat. Pez Th. An. III. III. 674. — „Officii nostri“.
„	26.	„	(9963) Monasterii S. Mariae Neuburgensis protectionem suscipit possessionesque confirmat. Pez Thes. anecd. VI. II. 40, Fischer Merkw. Schicks. v. Klosterneuburg II. 161. — „Cum omnibus ecclesiis“.
Iun.	1.	„	(9964) Ecclesiam S. Crucis Mortariensem tuendam suscipit et eius bona ac iura confirmat. Bull. Lat. 56. — „Quanto ecclesia“.
„	2.	„	(9965) Parthenonem S. Gratae Bergomatem tuendum suscipit et eius bona confirmat. Lupi C. D. Berg. II. 1379. — „Prudentibus virginibus“.
„	4.	„	(9966) Parthenonem S. Euphemiae Mutinensem tuendum suscipit, eiusque bona ac privilegia confirmat. Muratori Ant. It. III. 207. — „Prudentibus virginibus“.
„	10.	„	(9967) Ordinis Praemonstratensis privilegia quaedam confirmat. Le Paige Bibl. Praem. 639. — „Cum ex iniuncto“.
„	12.	„	(9968) Ecclesiam S. Mariae Plavensem tuendam suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat. Cornelii Eccl. Ven. X. III. 300. — „Religiosis votis“.
„	30.	„	(9969) Ordinis Praemonstratensis leges confirmat. Le Paige Bibl. Praem. 640, (De Smet Corp. chron. Flandr. II. 789). — „In eminenti apostolicae“.
Iul.	2.	„	(9970) Ecclesiae Bononiensis bona, petente Gerardo episcopo, confirmat. Savioli Ann. Bol. II. II. 152. — „Sacrosancta Romana“.
Aug.	25.	„	(9971) Ecclesiam Tarvisinam tuendam suscipit, canonicorumque bona et privilegia confirmat. (Fragmentum). Ughelli It. sacr. V. 535.
Sept.	10.	„	(9972) (Petro) electo Regino praescribit, ne sine speciali mandato apostolico ulli mortalium, nisi archiepiscopo (Ravennati) in consecratione accipienda, iuramentum praestet. Tiraboschi Mem. Mod. III. 101. — „Cum te sicut“.
„	13.	„	Ecclesiam maiorem consecrat. V. tabulam ap. Ughelli It. sacr. V. 809.
„	21.	„	(9973) *Ad Ildebrandum, episcopum Volaterrensem, dat litteras. V. Ughelli It. sacr. I. 1443.
„	22.	„	(9974) Ecclesiae Petrocoriensis protectionem suscipit bonaque confirmat. État de l'église de Périgord II. 66, teste Bréquigny Table chron. IV. 91.
Sept. Oct.		Ferrariae	(9975) Ecclesiam Cerviensem tuendam suscipit, bonaque eius confirmat, petente Thebaldo episcopo. („Dat. X. Octubris“). Fantuzzi Mon. Rav. IV. 283. — „In apostolice“.
Oct.	3.	„	(9976) B(alduinum), archiepiscopum Cantuariensem, apostolicae sedis legatum, acerrime reprehendit, quod et iniurias inferre monachis Cantuariensibus et sua praecepta negligere pergat. Haec minatur: „si ultra 30 dies praeceptum nostrum

			1187. (<i>Ind. 5—25 Sept.—6, pont. a. 2, 1186—25 Mart.—1187.</i>) distuleris adimplere, nos suffraganeis tuis districte praecipimus, ut sicut nobis obedientiam debitam subtrahis, ita ipsi tibi omnem obedientiam et reverentiam denegent“. Gervasii Imaginationes ap. Twysden H. A. Scr. I. 1320, (Gervasii Chron. 1187 ibid. p. 1507). — „Si usque modo“.
Oct.	3.	Ferrariae	(9977) (Reginaldo) Bathoniensi et (Seffrido) Cicestrensi episcopis atque abbatibus de Bello et Fauresham mandat haec: „si archiepiscopus Cantuariensis praecipuum nostrum ultra 30 dies distulerit adimplere, vos universa executioni mandetis“. Gervasii chronica 1187 ap. Twysden H. A. Scr. I. 1508. — „Licet fratres et“.
„	3.	„	(9978) Priori et conventui Cantuariensi concedit, „ut pendente lite inter eos et B(alduinum) archiepiscopum hic nullam in ecclesiam vel personas eorum excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiam audeat promulgare“. Gervasii Imaginationes ap. Twysden H. A. Scr. I. 1319. — „Cum venerabilis“.
(„)	—	(„)	(9979) (Henricum), Anglorum regem, rogat, ne iniurias ecclesiae Cantuariensi inferri a Balduino archiepiscopo patiat, quaeque indices a sese constituti censuerint, iubeat. Gervasii chronica 1187 ap. Twysden H. A. Scr. I. 1509. — „Licet universos“.
„	8.	„	(9980) Sententiam, a constitutis iudicibus latam inter ecclesiam S. Michaelis Nonantulanam et S. Martini Caucinensem, confirmat. Tiraboschi St. di Non. II. 314. — „Cum controversiae“.
„	13.	„	(9981) Monasterii S. Zenonis Veronensis patrocinium suscipit et possessiones privilegiaque confirmat. Biancolini Ser. d. Vesc. 78, Ughelli It. sacr. V. 810. — „Effectum iusta“.
„	20.	„	Moritur „XIII Kal. Nov.“, Gregorii VIII. epist. d. d. 27 Oct. ap. Pez Thes. I. n. 393, Necrolog. Veron. ap. Biancolini Serie p. 69—70. „Infra tertium diem post festum Lucae evang., 13 Kal. Octobr. (leg. Novembr.)“, Benedict. Petroburg. 1187. „Die 12 exennte mense Octubris“, tabula ap. Bellini Delle monete di Ferrara 6. („11 Kal. Octobr.“, Annales Cavenses 1187 ap. Pertz M. G. Scr. III. 193. „XIII. Kal. Novemb.“, Gervasii chron. 1187 ap. Twysden H. A. Scr. I. 1510).

GREGORIUS VIII. 1187.

†Gregorius VIII. cuius epistolae indictionem subiecit. In bullis eius habes hanc sententiam: „Dirige me domine in veritate tua“ (9989, 9991).

Testes subscripserunt:

ep. Albanensis Henricus . . . a 31 Oct. ad 2 Nov. 1187
 „ Ostiensis et Velletrensis Theobaldus a 31 Oct. ad 11 Dec. 1187
 „ Praenestinus Paulus . . . a 31 Oct. ad 11 Dec. 1187
 pr. card. S. Mariae trans Tiberim tit. Calixti Laborans . . . a 31 Oct. ad 11 Dec. 1187
 „ „ SS. Iohannis et Pauli tit. Pamachii Melior . . . a 31 Oct. ad 11 Dec. 1187
 „ „ tit. S. Marcelli Adelardus . . . a 31 Oct. ad 2 Nov. 1187
 „ „ „ S. Susannae Petrus de
 Bono a 31 Oct. ad 2 Nov. 1187
 diac. card. SS. Cosmae et Damiani . . . Gratianus . . . a 31 Oct. ad 11 Dec. 1187
 „ „ S. Georgii ad velum aureum Radulfus . . . a 31 Oct. ad 11 Dec. 1187
 „ „ S. Mariae in Cosmidin . . . Iacintus . . . a 31 Oct. ad 11 Dec. 1187
 „ „ S. Nicolai in carcere Tulliano Petrus . . . a 31 Oct. ad 11 Dec. 1187
 „ „ SS. Sergii et Bacchi Octavianus . . . a 31 Oct. ad 11 Dec. 1187.

Datae bullae sunt p. m.

Moysis Lateranensis canonici vicem agentis cancellarii a 31 Oct. ad 11 Dec. 1187.

1187. (*Ind. 6, pont. a. 1.*)

Oct.	21.	Ferrariae	Eligitur. V. infra ep. 9982. Necrol. Veronense ap. Biancolini Ser. 69: „alio die“ (post Urbani obitum). Chronic. de Mailros 1187 ap. Fell R. Angl. Scr. 177: „XII. Kal. Nov.“ Sicardi chron. ap. Muratori R. It. Scr. VII. 605: „apud Fer-
------	-----	-----------	--

		1187. (<i>Ind. 6, pont. a. 1.</i>)
		rariam". (<i>Annal. Cavens. 1187 ap. Pertz M. G. Scr. III. 193, et Bened. Petroburg. 1187: „XI. Kal. Octobr.“</i>)
Oct.	25.	Ferrariae Consecratur „VIII. Kal. Nov.“ <i>Chronica de Mailros 1187, Radulf. de Diceto ap. Twysden H. A. Scr. I. 636.</i>
„	27	„ (9982) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et praelatis ecclesiarum in Teutonia significat, Urbano „XIII. Kal. Novemb.“ (20 Oct.) mortuo, se „sequenti die“ (21 Oct.) creatum pontificem esse. Mandat, ut Fridericum imperatorem et proceres et universum regni Teutonici populum ad liberandam ecclesiam orientalem hortentur. (Pro „feria“ leg. „Ferrariae“). <i>Pez Thes. I. III. 393, Mansi XXII. 531. — „Inter divinae“.</i>
„	27.	„ (9983) Omnibus praelatis ecclesiarum scribit, „ne quis ex fortuitis casibus per Romanae visitationem ecclesiae laboris sui debito frustraretur effectu, se duxisse statuendum, ut litterae Urbani III., a tribus mensibus ante ipsius obitum destinatae pro facienda iustitia et litigijs dirimendis, quae tamen manifestum alicuius praedudicium non contineant, eundem habeant tempore suae administrationis effectum, quem habere, si adhuc viveret, debuissent“. <i>Rogeri de Hoveden annal. 1187 ap. Savile R. A. Scr. 365, Manrique Ann. Cist. III. 184, (Mansi XXII. 419, 532, Augustini Tarr. Opp. IV. 355). — „Quoniam ad episcoporum“.</i>
„	29.	„ (9984) Universis Christi fidelibus significat, propter terrae Hierosolymitanae calamitates se statuise, „ut omnes usque ad quinquennium, saltem per omnes sextas ferias, in cibo quadragesimali ieiunent et missa ad nonam cantetur, feria vero quarta et sabbato omnes indifferenter a carnibus abstineant“. <i>Rogeri de Hoveden annal. 1187 ap. Savile R. A. Scr. 364^b, Manrique Ann. Cist. III. 185, Bened. Petrob. 1187, Mansi XXII. 531. — „Nunquam melius“.</i>
„	29.	„ (9985) Universos Christi fideles ad colendam virtutem liberandamque ecclesiam orientalem cohortatur. <i>Rogeri de Hoveden annal. 1187 ap. Savile R. A. Scr. 363^b, Manrique Ann. Cist. III. 185, Guill. Neubrig. Hist. I. 321, Benedict. Petrob. 1187, Mansi XXII. 527. — „Audita tremendi“.</i> <i>Chm. 17137</i>
„	29.	„ (9986) Monasterii S. Mariae Luccensis possessiones quasdam confirmat. <i>Koester Gesch. d. Kl. Loccum 129. — „Iustis petentium“.</i>
„	30.	„ (9987) *Monachis Ebracensis concedit, ne ad solvendas decumarum decumas cogi debeant. <i>Brevis notitia mon. Ebrac. 70, Lang Regesta I. 319.</i>
„	31.	„ (9988) Monasterii Lucellensis protectionem suscipit et possessiones iuraque confirmat. <i>Bernardini Epit. fast. Lucell. 257, Schoepflin Als. dipl. I. 286. — „Religiosam vitam eligentibus“.</i>
„	31.	„ (9989) Monasterium de Caritate Fuliense tuendum suscipit et eius possessiones iuraque confirmat. <i>Gall. Chr. XIII. Instr. 158. — „Religiosam vitam“.</i>
„	31.	„ (9990) Monasterii Colbazensis protectionem suscipit bonaque et privilegia confirmat. <i>Hasselbach Cod. Pom. dipl. I. 150. — „Religiosam vitam eligentibus“.</i>
Nov.	2.	„ (9991) Ecclesiam Cremonensem tuendam suscipit eiusque bona ac iura confirmat, petente Sichardo episcopo. <i>Sanclementii Ser. 261. — „In apostolicae sedis“.</i>
„	2.	„ (9992) Monasterii S. Mariae Luccensis privilegia confirmat. <i>Misit H. Sudendorf.</i>
„	4.	„ (9993) Ordinem Calatravae eiusque possessiones confirmat. <i>Calatravae diffinit. an. 1652 p. 39, teste Samper Montesa illustr. I. 151.</i>
„	5.	„ (9994) Monasteriorum Savigneiensium iura vetera „obtentu monachorum Cistercii ordinis, qui ibi sunt instituti“, vetat imminui. (Pro „nonis Decemb.“ legendum puto „non. Nov.“) <i>Neustria pia 685. — „Cum monasterium“.</i>
„	6.	„ (9995) Monasterii S. Mariae Halberstatensis privilegia et possessiones confirmat. <i>In tabulario Magdeburg. Ex schedis Pertzii.</i>
„	10.	„ (9996) Canonicis ecclesiarum S. Vincentii et S. Alexandri Bergomatium primam proximae Quadragesimae diem dominicam (6 Martii 1188) constituit, qua eorum controversia a sese dirimatur. <i>Lupi C. D. Berg. II. 1381. — „Cum causa“.</i>
„	10.	„ (9997) Bergomatibus Lanfrancum electum episcopum commendat. <i>Canonicorum S. Vincentii et S. Alexandri de electione episcopi ac iure cathedrae litem nunciat a sese compositum iri. Lupi C. D. Berg. II. 1383. — „Licet super“.</i>
„	11.	„ (9998) Canonicis ecclesiae S. Vincentii Bergomatis concedit, quamquam eorum cum S. Alexandri canonicis controversiae diiudicationem protulerit, ut cathedralium canonicorum iuribus frui pergant. <i>Lupi C. D. Berg. II. 1385. — „Cum discussioni“.</i>

		1187. (Ind. 6, pont. a. 1.)
Nov. 11.	Ferrariae	(9999) I. vicedomino Brixienti et Al. de Palatio subdiaconis praecipit, ut alteruter L(anfranco) electo Bergomati in ecclesiam S. Vincentii ingredienti „assistat, ipsum a latere sinistro deportans“. Quo de iure litem inter S. Alexandri et S. Vincentii canonicos exortam se postero tempore diiudicaturum. Lupi C. D. Berg. II. 1385. — „Licet opera“.
„ 11.	„	(10000) Episcopum Castellanum (Venetum) hortatur, ut canonicis S. Salvatoris ecclesiam S. Bartholomaei concedat. Cornelii Eccl. Ven. XIV. 114. — „Religiosis locis“.
„ 16.	„	(10001) Canonicos ecclesiae S. Salvatoris Venetae solvendis decumis liberat. Cornelii Eccl. Ven. XIV. 114. — „Cum sitis“.
(,) —	Bononiae	(10002) Universis episcopis et archidiaconis scribit, se „tanta negotiorum frequentia diebus singulis perurgeri, ut, imbecillitate proprii corporis laborans, omnibus non possit commode superesse“. Itaque mandat, „si de modicis rebus, quae infra summam viginti marcarum subsistant, in auditoriis eorum causa ventiletur, et alteruter litigantium delusorie putaverit appellandum, ut eius appellatione contempta infra fines episcopatum eos eligere iudices compellant“ cet. Augustini Tarr. Opp. IV. 137, cf. 138 n. y, (Mansi XXII. 418.) — „Vel ex malitia“ „Vel ex dolo“.
„ 22.	Mutinae	(10003) Ecclesiam S. Salvatoris Venetam tuendam suscipit, eiusque privilegia confirmat. Cornelii Eccl. Ven. XIV. 115. — „Religiosam vitam“.
„ 22.	„	(10004) *Monachis S. Petri Mutinensis concedit, „ne quis de laboribus eorum, quos per conversos et animalia et instrumenta in curte de Crespollano faciant, ab iis decimas extorquere praesumat“. V. Muratori Ant. It. III. 226.
„ 24.	Regii	(10005) *Bullae hoc die datae meminit Muratori in Ant. It. III. 225.
„ 28.	Parmae	(10006) Ecclesiam S. Apollinaris tuendam suscipit eiusque possessiones ac iura confirmat. Tiraboschi Mem. Mod. III. 104. — „Quotiens a nobis petitur“.
„ 29.	„	(10007) Friderico Romanorum imperatori scribit, nuncios eius ad Urbanum III. de concilianda pace missos, O. Brandenburgensem (an Godefridum Wirzeburgensem?) episcopum et S. abbatem Hersfeldensem, sibi „proposuisse ea, quae recepissent in mandatis“. Sed „non esse sibi visum idoneum, ut, antequam ad ecclesiam de vocatione sua imperiales apices pervenirent, aliquem deberet habere tractatum, per quem favorem imperialem appetere videatur“. Addit de amore pacis suo, nam „scimus“ inquit „nos nisi per magnorum auxilium malis illis occurrere (posse), quae hoc tempore in populo Christiano acciderunt“. Ludewig Rel. II. 425, Mansi XXII. 533. — „Venientes ad nos“.
„ 29.	„	(10008) Heinrico regi, „electo Romanorum imperatori“, scribit, „consolationem ex literis eius sibi accessisse, dum ita regium animum ad ecclesiae reverentiam didicerit inclinatum“. Hortatur, ut „in bono proposito perseveret“. „Speramus enim“ inquit „quod in diebus ministracionis nostre taliter circa celsitudinem regiam Rom. se gerat ecclesia, ut regia celsitudo honorem suum sibi gaudeat conservatum, et populus Christianus per contrarias voluntates eorum, quibus principaliter commissus est gubernandus, sperata non debeat utilitate frustrari“. Nuncios eius commendat. Ludewig Rel. II. 427, Mansi XXII. 534. — „Laborantibus nobis in“.
„ —	„	Concilium, in quo „statuit, ut per episcopum suum remoto appellationis obstaculo cer r, et immunitatis ipsius interim fiant extorres, quae pro tutela clericorum et coercenda violentia laicorum noscitur instituta“. V. Mansi XXII. 537 et 670.
„ 30.	ap. Forum novum	(10009) F(olmaro) archiepiscopo Trevirensi significat, se propter „casum orientalis ecclesiae et ex aliis multis causis corda sublimium principum, imperatoris scilicet et filii eius, ad bonum per humilitatem ecclesiae provocaturum, in bona cum ipsis mansuetudine duxisse ambulandum et non contra eos humanum requirendum auxilium“. Scribit eum „a domino Urbano recedentem et provinciae Trevirensis fines attingentem, durius, quam e re visum fuerit, se coepisse in episcopos et personas exercere“. Interdicit ei, „ne ad excommunicationem vel depositionem personarum Trevirensis provinciae sine conscientia et licentia sua procedat“. Ludewig Rel. II. 428. — „Propositum vincit affectus“.
„ 30.	ap. Fornoum	(10010) Abbatis Tegernseensis privilegium, ab Ottone episcopo Frisingensi constitutum, corroborat. Mon. Boic. VI. 192, Hund II. 256. — „Iustis petentium desideris“.

Oct. Dec.	—	1187. (<i>Ind. 6, pont. a. 1.</i>) (10011) <i>Universis Christi fidelibus significat, „se creditores cogi velle, ut debitoribus et „illis praecipue, qui se vel auxilium dederint ad succursum terrae Ierosolymorum parandum unius viri, iuramenta super usuris solvendis praestita“ remittant. Baluzii Misc. III. 363, Augustini Tarr. Opp. IV. 376, Decr. Greg. L. II. t. 24. c. 1, Mansi XXII. 535. — „Ex administrationis“.</i>
„ „	—	(10012) <i>Universis episcopis scribit, „clerici clausa deferant indumenta; cappis sive mantellis rubeis aut viridibus non utantur, nec zendatum (al. cendale) vel aliud sericum pannum eis apponant; anulos non portent in manibus, nisi episcopus fuerit, qui habeat hoc ex officio; coronam et tonsuram habeant congruentem, ludos alearum et taxillorum prorsus et venatoriam occupationem evitent“.</i> Haec addit, „viri incisas vestes ab inferiori non habeant parte, et mulieres vestibus sumptuosius et proprii corporis longitudinem excedentibus non utantur“. Augustini Tarr. Opp. IV. 140, Mansi XXII. 534. — „Statuimus, ut clerici“.
„ „	—	(10013) <i>Universis episcopis de clericorum disciplina scribit. Augustini Tarr. Opp. IV. 140. — „Quoniam, ut ait“.</i>
„ „	—	(10014) <i>Parthenonem S. Pauli Parmensem tuendum suscipit eiusque bona ac iura confirmat. Affò St. di Parma II. 396. — „Prudentibus virginibus“.</i>
„ „	—	(10015) <i>Praeposito S. Cataldi et archipresbytero Casae maioris respondet de matrimonio O. de Casanova et S. filiae O. de Pisco. Augustini Tarr. Opp. IV. 372, Decr. Greg. L. II. t. 19. c. 4. — „Proposuisti nobis“.</i>
c. Dec.—	—	(10016) <i>Abbatem et archiepiscopum Nonantulanum rogat, ut Pagano clerico, qui uxorem assumpserit, „beneficium percipiendum, unde sustentari valeat extra fratrum consortia, conferant“. Augustini Tarr. Opp. IV. 146, Mansi XXII. 535. — „Meminimus vobis olim“.</i>
Dec. 9.	Lucae	V. Nicolai Ambianensis chron. 1187 ap. Bouquet Rec. XVIII. 701: „egressus Ferrariam, Romam properans, Lucam inveniens, ibi confracto sepulcro Octaviani (Victoris IV. antipapae), ossa deiecit extra ecclesiam; in crastino (v. infra ad d. 10 Dec.) Pisas veniens“ cet.
„ 10.	Pisas	pervenit „IV. id. Decembr.“ Chronica Pisana 1186 ap. Muratori R. It. Scr. VI. 191.
„ 11.	Pisis	(10017) <i>Canonicorum ecclesiae Ianuensis possessiones et privilegia confirmat. (Fragmentum). Ughelli It. sacr. IV. 875.</i>
„	12.	„	(10396) (Conrado) episcopo Ratisponensi attribuit auctoritatem absolvendi eos, qui pro ecclesia Ratisponensi dimicantes incendia fecerint. Ried I. 274. — „Quanto episcopali officio“.
„	22.	Romae ap. S. Petrum	(10397) Ecclesiae S. Petri Marchtalensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 83. — „Religiosam vitam eligentibus“.
Dec.	11.	Laterani	(10398) Fratribus coenobii S. Stephani de Bosco in Calabria, „sub Cisterciensis or-

		1192. (<i>Ind. 10, pont. a. 1—14. Apr.—2, 1191—25. Mart.—1192.</i>) dinis observantia volentibus militare“ concedit, „ut a modo sub eadem observantia et correctione abbatis et fratrum Fossae-novae vivere debeant“. Vita S. Brunonis p. 469. — „Ad religionis ordinem“.
Dec.	17.	Laterani (10399) Priori et fratribus hospitalis Hierosolymitani ecclesiam Reichartsrodensem asserit. Ussermann Ep. Wirzeb. Cod. Prob. 54. — „Cum a nobis petitur“.
„	23.	„ (10400) *Ad universos episcopos et abbates, praepositos et alium clerum per universum regnum Daciae constitutum litteras mittit. Pertz Archiv VII. 884.
—	—	„ (10401) Lincolnensi et (Gilberto) Roffensi episcopis nunciat, se sententiam excommunicationis a Gaufrido, archiepiscopo Eboracensi, in Hugonem, episcopum Dunelmensem, prolatam rescidisse. Benedict. Petroburg. 1192, Rogeri de Hoveden annal. 1191 ap. Savile R. A. Scr. 406, Mansi XXII. 595. — „Sicut ea, quae a“.
—	—	„ (10402) Monasterii S. Mariae et S. Georgii in Clusa protectionem suscipit bonaque ac privilegia confirmat. In tabular. reg. Hannoverano. Misit H. Sudendorf.
—	—	„ (10403) Abbati et conventui Lirum (Lirinensi?) „illius clausulae, quae solet in privilegiis apostolicis apponi de iustitia ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur“, explicationem exquirentibus respondet, „secundum rationabilem consuetudinem regionis illam iustitiam circa medietatem, vel tertia aut quarta parte pro locorum diversitate attendendam esse“. Baluzii Misc. III. 375, Mansi XXII. 635, (Augustini Tarr. Opp. IV. 390, Decr. Greg. I. III. t. 28. c. 9). — „Certificare voluisti“.
		1193. (<i>Ind. 11—Sept.—12, pont. a. 2—14. Apr.—3, 1192—25. Mart.—1193.</i>)
Ian.	8.	Romae ap. S. Petrum (10404) (Bernoni) episcopo et clero Hildeshemensi nunciat, Bernwardum olim episcopum in sanctorum numero relatum esse. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. VI. P. I. 251. — „Cum universorum conditor“.
„	11.	„ (10405) Archiepiscopis et episcopis per Angliam constitutis scribit, exercitus in orientem profectos propter dissensiones non explevisse expectationem. Principes moneri vult, ut, sedata discordia, terrae sanctae opem ferant. Haec addit: „dum terra, ubi steterunt pedes domini, gentilium occupationibus detinetur, torneamenta, quae causa laetitiae inventa fuerunt et tironum exercendae virtutis, penitus inhibemus“. Rogeri de Hoveden annal. 1192 ap. Savile R. A. Scr. 411, Rymer Foedera I. 56, Mansi XXII. 597. — „Cum ad propulsandam“.
„	21.	Laterani (10406) (Bernoni) episcopo et capitulo Hildeshemensi interdicit, ne corpus S. Bernwardi iniussu abbatis fratrumque S. Michaelis aut ipsi „temere minuunt“ aut minui ab aliis patiantur, neve oblationes fidelium perturbari sinant. Misit H. Sudendorf.
„	27.	„ (10407) Monasterii S. Michaelis Hildeshemensis protectionem suscipit possessionesque ac privilegia confirmat. Misit H. Sudendorf.
„	30.	„ (10408) Ecclesiae Ripensis possessiones quasdam confirmat, petente O(mero) episcopo. Suhm Hist. af Danm. VIII. 698. — „Equitas iuris et“.
Febr.	12.	„ (10409) Castrum Hafnense, post A(hsalonis) archiepiscopi Lundensis mortem ecclesiae Roschildensi obventurum, a Petri episcopi Roschildensis successoribus alienari vetat. Thorkelin Diplom. Arna-Magn. I. 64. — „Cum a nobis petitur“.
„	24.	„ (10410) Abbati monachisque Fiscanensibus concedit, ut si Rotomagenses ab ipso in aliqua causa contra eos iudices fuerint constituti, nulla huius facta mentione rescripti minime teneantur sub illorum examine adversariis respondere“. Neustria pia 244. — „Requisistis a nobis“,
„	25.	„ (10411) C. (Omero), episcopo Ripensi, asserit „omne debitum iuris regii, quod ruenses Querset appellant, urbani vero Skot et Quersent vocant et dimidium cuiuslibet iuris regii, quod in civitate Rip. ascriptum est regiae potestati, tribus hiis exceptis: Forban Strandverc et causis quadraginta marcarum, quod S(veno Grathe) rex Danorum omnibus ecclesiae colonis tam urbicolis quam ruricolis dimisit“. Terpager Ripae Cimbr. 175. — „Cum a nobis petitur“.
„	26.	„ (10412) Monasterii S. Benedicti Ringstadensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Daenische Bibliothek III. 140. — „Quotiens a nobis“.
„	27.	„ (10413) R. abbati Fiscanensi concedit, „ut quemlibet vicarium ecclesiarum suarum, qui iis in persona propria contemserit deservire, liceat ei canonice praemonitum amovere“. Praeterea ei et eius fratribus indulget, „ut si quis eos conveniret super aliquo debito coram saeculari iudice, respondere minime teneantur“. Bessin Conc. Rotom. II. 34, Mansi XXII. 615. — „Quanto monasterium tuae“.
Mart.	2.	„ (10414) Monasterium S. Mariae de Ferraria (dioec. Theanensis) tuendum suscipit

		1193. (<i>Ind. 11—sept.—12, pont. a. 2—14. Apr.—3, 1192—25. Mart.—1193.</i>)
		eiusque bona et privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. VI. 554. — „Religiosam vitam“.
„Mart.	5.	Laterani (10415) Monasterii S. Mariae Esromensis protectionem suscipit, et possessiones iuraque confirmat. Thorkelin Diplom. Arna-Magn. I. 281. — „Regularem vitam eligentibus“.
„	15.	„ (10416) Ecclesiae S. Mariae Halberstadensi asserit bona, ab Heinrico imperatore concessa. In tabular. Magdeburg. Ex schedis Pertzii.
„	20.	„ (10417) A(bsaloni), archiepiscopo Iundensi, asserit castrum Hafnense, post obitum eius Roschildensi ecclesiae eventurum. Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 65. — „Cum a nobis petitur“.
„	30.	„ (10418) Et episcopi Lucensis et prioris Camaldulensis iura de S. Incundae ecclesia conservari iubet. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 184. — „Debitum iniuncte“.
Apr.	1.	„ (10419) Monasterii Fiscanensis ecclesias ab archiepiscopis episcopisque interdicto „sine manifesta et rationabili causa“ affici vetat. Martene Thes. I. 652. — „Cum Fiscannense“.
„	7.	„ (10420) Monachos Praemonstratenses in monasterio S. Vincentii Vratislaviensi collocatos confirmat Hugo O. P. A. II. Pr. p. 692. — „Cum in monasterio“.
„	8.	„ (10421) Monasterii S. Vincentii Vratislaviensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 691. — „Regularem vitam professis“.
„	8.	„ (10422) Civium Pisanorum privilegia, a G(uidone), quondam rege Hierosolymitano, et Sibylla, uxore eius, ac Ricc(ardo), Anglorum rege, et C(onrado), quondam Montis ferrati marchione, constituta, confirmat. Ughelli It. sacr. III. 417, Dal Borgo racc. 113. — „Sedis apostolicae“.
„	16.	„ (10423) Monasterii S. Benigni Divionensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Pérard Recueil 267. — „Quotiens a nobis petitur“.
„	23.	„ (10424) Ecclesiam Ianuensem tuendam suscipit canonicorumque possessiones confirmat et privilegia auget. Ughelli It. sacr. IV. 879, Mansi XXII. 619. — „Effectum iusta“.
„	27.	„ (10425) Meinardo, Livoniae gentis episcopo, de „inceptae praedicationis profectu“ gratulatur. Concedit, „ut plenariam habeat potestatem adiungendi sibi, quos necessarios viderit et quos cognoverit ministeriis opportunos“. „Caeterum“ inquit „quia plures ex diversis ordinibus ad huiusmodi pium officium accesserunt hactenus et forte accedent in futurum, dispensandi cum eis in cibis, potibus, quin et vestibus et praedicationis officium iniungendi liberam tibi tribuimus facultatem“. Mittheilungen aus dem Geb. d. Gesch. Liv- Ehst- und Kurlands III. 323. — „Auditus laudum praeconiis“.
Mai.	11.	„ (10426) Ioanni decano et capitulo Rotomagensi concedit, „ut cum generale interdictum terrae fuerit, liceat iis, clausis iannis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce officia celebrare“. Cheruel Hist. de Rouen I. 256. — „Cum humanum affectum“.
„	15.	„ 10427) Ecclesiam b. Petri Guastallensem tuendam suscipit eiusque bona et iura confirmat. Afd Ist. di Guast. I. 351. — „Quoniam sine vere“.
„	18.	„ (10428) Parthenonis Frauenalbensis privilegia et possessiones confirmat. Dümge Reg. Bad. 62.
„	29.	„ (10429) Monasterium S. Mariae et S. Rumoni Tavistociense tuendum suscipit, et eius bona ac iura confirmat, monachisque tres aureos in singulos annos imponit. Monast. Angl. I. 998. — „Commissa nobis“.
Iun.	3.	„ (10430) Parthenonis Sixenensis protectionem suscipit, et possessiones ac privilegia confirmat. Bosio Ist. della milit. di Gio. I. 388, Cod. dipl. del ord. Ger. I. 313. — „Prudentibus virginibus“.
„	10.	„ (10431) Monasterium de monte S. Petri (Heisterbacense) tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat. Lacomblet Urk. I. 374. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„	17.	„ (10432) (Walterii) archiepiscopi Rotomagensis quaestionibus respondet de appellationibus, de iudicibus suspectis cet. Baluzii Misc. III. 372, Mansi XXII. 630, (Augustini Tarr. Opp. IV. 362, Decr. Greg. L. I. t. 29. c. 21). — „Prudentiam tuam“.
„	17.	„ (10433) Hospitalis ante maiorem ecclesiam Senensis iura confirmat. Muratori Ant. It. IV. 585. — „In eo sumus loco“.
„	20.	Romae (10434) B(oleslai), episcopi Vacensis, constitutionem, approbante Iobo archiepiscopo

		1193. (<i>Ind. 11—Sept.—12, pont. a. 2—14. Apr.—3, 1192—25. Mart.—1193.</i>)
		Strigoniensi, factam de synodo quotannis die nativitatis b. Mariae (8 Sept.) celebranda confirmat. Fejér C. D. H. II. 290. — „Ex parte“.
Iun. 29.	Laterani	(10435) Ecclesiam Melphiensem, petente Gulielmo episcopo, tuendam suscipit et eius bona iuraque confirmat. Ughelli It. sacr. I. 925. — „In apostolicae“.
Iul. 25.	„	(10436) Ecclesiae Balneensis possessiones et privilegia confirmat. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 187. — „Officii nostri nos“.
Sept. 29.	„	(10437) Dioecesis Theanensis fines, episcoporum possessiones et privilegia, petente Theodino episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. VI. 557. — „In eminenti“.
Oct. 6.	„	(10438) Abbati et conventui Vallumbrosano significat, Ioannem Galbertum, congregationis Vallumbrosanae institutorem, petente abbate et conventu Passinianensi in sanctorum numero relatum esse. Acta SS. Iul. T. III. 338. — „Gloriosus deus in sanctis“.
Nov. 13.	„	(10439) Ecclesiae S. Iohannis Calcinaiensis protectionem suscipit, et possessiones iuraque confirmat. Muratori Ant. It. III. 1179. — „Quotiens illud“.
Dec. 3.	„	(10440) *Guilielmo, archiepiscopo Ravennati, concedit, „ut bona quaedam Argentanis iure emphyteutico tradat“. Rubei Hist. Rav. 361.
„ 25.	„	(10441) Praeposito de monte S. Walburgis, G. cantori S. Gereonis et scolastico S. Mariae ad gradus Coloniensis mandat, ut monasterio Duitiensi ab habitatoribus Winsae villae decumam quandam praestari iubeant. Ledebur Allg. Archiv XV. 285. — „Pervenit ad nos ex“.
— —	„	(10442) (Guillelmo) archiepiscopo Ravennati de „possessionibus seu redditibus regalium decimationum, quos praedecessor eius ad manus suas tenuerit“, ac de usu pallii respondet. Augustini Tarr. Opp. IV. 387, Baluzii Misc. III. 374, Mansi XXII. 634, Decr. Greg. L. III. t. 13. c. 8. — „Ut super aliqua“.
— —	„	(10443) (Sicardo) episcopo Cremonensi concedit, ut „si cuiuslibet clerici quaestio ad eum fuerit delata et quod in quaestione vertatur, quadraginta solidorum valentiam non attingat“, causam sine provocacione indicet, „nisi manifesta contra eum suspicionis et rationabilis causa fuerit ostensa“. Baluzii Misc. III. 375, Mansi XXII. 634, 552, (Augustini Tarr. Opp. IV. 381). — „Licet appellationis“.
— —	„	(10444) (Gaufrido) episcopo Biterrensi mandat, cogat agricultores, ut canonicis ecclesiae Biterrensis „de omnibus fructibus praediorum, nullis subtractis expensis, integras decimas absque diminutione persolvant“. Baluzii Misc. III. 375, Mansi XXII. 635, Augustini Tarr. Opp. IV. 391, Decr. Greg. L. III. t. 30. c. 21. — „Ex parte dilectorum“.
— —	„	(10445) Abbati Vizeliacensi respondet 1) mulierem, quae „fornicationis causa per iudicium ecclesiae aut propria levitate a viro recedat, nec postea reconcilietur eidem, eo defuncto dotem vel dotalitium suum repetere iure non posse“; 2) in causis a sede apostolica ad eum delegatis post „tertiam peremptoriam citationem inducias deliberatorias indulgentas non esse, si reus ex rescripto sibi transmissio plene potuerit instrui super eodem quo conveniretur“. Baluzii Misc. III. 376, Mansi XXII. 635, Augustini Tarr. Opp. IV. 409, (Decr. Greg. L. IV. t. 20. c. 4). — „Plerumque accidit“.
— —	„	(10446) Cuidam respondet 1) „si quis pronuntiaverit: „„quisquis furtum fecerit, excommunicatus sit““, hac sententia non nisi subditos obligari“; 2) excommunicationem in certum temporis vestigium denunciatam appellatione medio tempore interposita impediri. Baluzii Misc. III. 377, Mansi XXII. 636, (Augustini Tarr. Opp. IV. 421, Decr. Greg. L. V. t. 39. c. 21). — „A nobis fuit“.
— —	—	(10447) Episcopo Anconitano respondet: „clericos illos, qui scienter et sponte participaverint excommunicatis et ipsos in officiis receperint, eadem cum ipsis sententia involvi“. Mandat, ut eos ad sese cum litteris mittat. (Ex tertio libro regest.) Baluzii Misc. III. 377, Mansi XXII. 637, (Augustini Tarr. Opp. IV. 420, Decr. Greg. L. V. t. 39. c. 18). — „Significavit nobis“.
— —	—	(10448) Priori et capitulo Dehum respondet de „sententia a delegatis iudicibus prolata“. Exponit, quae vis sit huius litterarum apostolicarum clausulae: „non obstantibus aliquibus literis confirmationis latae sententiae, audiatur causa et fine debito terminetur“ cet. (Ex libro III. registri). Baluzii Misc. III. 377, Mansi XXII. 637, Augustini Tarr. Opp. IV. 382, Decr. Greg. L. II. t. 30. c. 3. — „Bonae memoriae“.
— —	—	(10449) Monasterio S. Augustini Cantuariensi concedit, „ne archiepiscopus vel archidiaconus, seu officialis eius vel aliquis legatus obtentu legationis monasterium in-

			1193. Ind. 11—Sept.—12, pont. a. 2—14. Apr.—3, 1192—25. Mart.—1193.) gredi, vel abbatem vel monachos aliqua gravare sententia attemptet, nisi fuerit a Romani pontificis latere destinatus“. (Fragmentum). Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. Scr. II. 1840. — „Quanto monasterium“.
—	—	—	(10450) Huberto, archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato, interdicat, ne ab abbate monachisque S. Augustini „obedientiam“ exigat. Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. Scr. II. 1841. — „Si diligenter velis“.
—	—	—	(10451) R(ogero) abbati S. Augustini Cantuariensi de superiore epistola significat. Interdicat ei, ne Huberto archiepiscopo „obedientiam exhibeat“. Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. Scr. II. 1841. — „Cum ecclesia tuae curae“.
			1193?
—	—	—	(10452) C(anuto), Danorum regi, sic scribit: „Ex parte siquidem venerabilis fratris nostri, Waldemari, Slesvicensis episcopi, nostris est auribus intimatum, quod cum W. dux, frater tuus, ipsi et ecclesiae suae castra, possessiones . . . ac bona plurima per violentiam abstulisset —“. (Fragmentum). Pertz Archiv VII. 884. — „Ex parte siquidem“.
			1193—1194.
—	—	Laterani	(10453) Episcopo Aurelianensi et abbati S. Evurtii ac decano Parisiensi mandat, ut causam fratrum monasterii S. Iacobi Pruviniensis ex ecclesia S. Quiriaci expulso- rum, diudicent. Gall. Chr. XII. 61. — „Gravem dilectorum“.
			1194. (Ind. 12—Sept.—13, pont. a. 3—14. Apr.—4, 1193—25. Mart.—1194.)
Ian.	14.	Laterani	(10454) *Monasterio Duitiensi decimam Rulshovensem adiudicat. Ledebur Allg. Arch. XV. 285.
„	21.	„	(10455) Adalberto, archiepiscopo Salzburgensi, munus apostolicae legationis tribuit. Hansizii Germ. sacr. II. 306. — „Quoniam ex iniuncto“.
„	28.	„	(10456) Monasterio Steingadensi asserit bona a Welfone duce collata. Mon. Boic. VI. 503, Hund III. 360. — „Iusta petentium“.
„	29.	„	(10457) Hospitalis novi in Carinthia protectionem suscipit ac possessiones confirmat. In tabular. Caesar. Vindob. Ex schedis Pertzii.
„	30.	„	(10458) Omnibus fidelibus Salzburgensis, Gurcensis, Passaviensis episcopatum Ho- spitale novum commendat. In tabul. Caesar. Vindob. Ex schedis Pertzii.
Mart.	8.	„	(10459) Monasterium S. Laurentii Aversanum tuendum suscipit eiusque bona ac pri- vilegia confirmat. Margarini Bull. Cas. II. 220. — „Effectum iusta“.
„	26.	„	(10460) Petentibus canonicis Ulciensibus, sententiam a (Lamberto) episcopo Mauria- nensi de ecclesia vallis Putae prolatam contra (Guillelmum) archiepiscopum Ebre- dunensem corroborat. Ulciensis eccl. chartar. p. 23. — „Quoties a nobis petitur“.
Apr.	5.	„	(10461) Canonicos Brixinenses privilegiis auget. Sinnacher Beitr. z. Gesch. v. Sáb. u. Brix. III. 662. — „In eminenti sedis“.
„	21.	„	(10462) *Henrico Hadmerslevensi, Ludolpho Kaltenbornensi, et Gerardo Lamsprin- gensi praepositis in Moguntinensi provincia constitutis mandat, ut inter monaste- rium Richenbergense et S. Georgii Goslariense iudicium faciant. Heineccii Anti- qu. Goslar. 194.
„	27.	Romae ap. S. Petrum	(10464) Capituli Mutinensis legem de servando numero quatuordecim canonicorum confirmat. Tiraboschi Mem. Mod. IV. 13. — „Fervens et sincera“.
Mai.	7.	„	(10465) Prioratum Bromholmensem ex ditione monachorum Acrensium eximit. Mo- nast. Anglic. I. 635. — „Cum teneamur“.
„	10.	„	(10466) Sorores parthenonis b. Caesarii Arelatensis obedire archiepiscopo iubet. Gall. Chr. I. Instr. 100. — „Nostris est auribus“.
„	23.	„	(10467) (Francisco) Aretino, (Bono) Senensi, et Pistoriensi episcopis mandat, ut ab abbate et monachis Passinianensibus rogati corpus S. Ioannis Galberti „ab eo loco, in quo positum sit, erigentes, devotionem fidelium ad venerationem ipsius salubriter excitent“. Acta SS. Iul. T. III. 339. — „Saluti nostrae plurimum“.
„	31.	„	(10468) Haime decano Lincolnensi, Rogero Leicestriensi, Winemero Nothamptonensi archidiaconis mandat, cogant clericos capellae (Gaufridi) archiepiscopi Eboracensis, ut illata capitulo S. Petri damna sarciant. Rogeri de Hoveden annal. 1194 ap. Savile R. A. Scr. 427 ^b , Mansi XXII. 601. — „Exposuerunt nobis“.
Iun.	1.	„	(10469) Monasterii Wiblingensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat. In tabular. Stuttgart. Misit Staelin.

		1194. (<i>Ind. 12—Sept.—13, pont. a. 3—14. Apr.—4, 1193—25. Mart.—1194.</i>)
Iun.	1.	Romae ap. S. Petrum (10470) Decano, magistro scolarium et thesaurio Hildeshemensi mandat, cogant Herne- nestum, episcopi dapiferum, ut ablatam Brunoni cellerario piscationem restituat. Misit H. Sudendorf. — „Dilectus filius Bruno“.
„	2.	„ (10471) A(rpino) Polymnianensi et W(illelmo) Cupersano episcopis mandat, ut in Cupersanum S. Benedicti monasterium, quondam copiosum, nunc praelatorum vitio egentissimum, conveniant, atque idoneum abbatem eligendum curent. (Pro: „IV. Non. Iulii“ legendum puto: „IV. non. Iunii“). Ughelli It. sacr. VII. 705. — „Cum omnium“.
„	5.	„ (10472) Quae inter monasterium Maulbrunnense et episcopum Spirenses convene- rant, ea confirmat. In tabulario Stuttgart. Misit Staelin.
„	6.	„ (10473) M(ichaeli) archiepiscopo et M. archidiacono Senonensi mandat, iudicent inter capitulum Carnotense et comitissam Carnotensem. Theodori Poenitentiale II. 567. — „Sicut Henricus“.
„	6.	„ (10474) (Adelardo), episcopo Veronensi, mandat, ut „a duce Austriae iuramentum recipiat, quod“ inquit „mandatis nostris per omnia sine fraude parebit; quo re- cepto, praecipias, ut obsides regis Anglorum universos absolvat, conditiones omnes, quas exegit ab ipso, relaxet, et oblata sibi per eum et suos et quae de ipsius regis iniqua redemptione percepit, sibi per universa restituens, eosdem obsides faciat cum securitate ad propria remeare; his demum rite completis, ei et suis absolutionis munus impendas; illud autem eidem duci et suis sub debito praed- icto iuramenti praecipias, quod, quam citius poterunt, ad partes Ierosolimitanas accedant“. Radulf. de Diceto Im. Hist. ap. Twysden H. A. Scr. I. 675, Rymer Foedera I. 64. — „Volumus et per“.
„	8.	„ (10475) * Monasterii Lucellensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Bernardini Epit. fast. Lucell. 56.
„	8.	„ (10476) Episcopum Lincolniensem, archidiaconos de Northampton, priorem de Ponte sancto quaesitores constituit criminum Gaufrido, archiepiscopo Eboracensi, obiecto- rum. Rogeri de Hoveden annual. 1194 ap. Savile R. A. Scr. 426 ^b , Mansi XXII. 599. — „Mediator dei et“.
„	15.	„ (10477) Ecclesiae Nidrosiensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Heirico archiepiscopo. Thorkelin Diplom. Arna-Magn. II. 13. — „Et cura et“.
„	16.	„ (10478) Ecclesiae S. Petri Eboracensis protectionem suscipit, possessionesque ac pri- vilegia confirmat. Wilkins Conc. I. 503. — „Cum Romana ecclesia“.
„	17.	„ (10479) Capitulo Tarraconensi praecipit, ut Willelmum Raimundi, qui Berengarium archiepiscopum in urbe Gerunda crudeliter interfecerit, anathematizatum denun- ciat, terramque eius interdicto afficiant. Praeterea regem et reginam Aragonum sub excommunicationis et interdicti poena hortentur, ut Willelmum sociosque „de toto regno proscribant“, ecclesiaeque Tarraconensi et ablata reddant, et de iniuriis satisfaciant. Marca Hist. de Béarn 557, Mansi XXII. 643. — „Plangendum esset“.
„	17.	„ (10480) Ecclesiae Hallensis, quae dicitur ad Novum-opus, protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Ludewig Rel. V. 63, Dreyhaupt Pagus Neletici I. 727. — „Ad hoc universalis“.
Iul.	2.	Laterani (10481) Parthenonis S. Mariae Heinsbergensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 651, Miraei Opp. dipl. I. 282. — „Vestris iustis“.
„	14.	„ (10482) Monasterii SS. Facundi et Primitivi Sahagunensis possessiones confirmat. Escalona Hist. de Sahagun 565. — „Cum olim in“.
„	14.	„ (10483) Iohanni, abbati monasterii SS. Facundi et Primitivi Sahagunensis, eiusque successoribus concedit, „ut iis liceat, dummodo presbyteri sint, in ipso monasterio et in aliis ecclesiis eiusdem solemnem et pontificalem dare benedictionem et tam clericos, quam laicos in burgo et in cauto aliisque exemptis ecclesiis commorantes, appellatione remota ligare vel solvere“. Alia privilegia addit. Escalona Hist. de Sahagun 563. — „Inducit nos ad“.
„	14.	„ (10484) Iohanni abbati et conventui monasterii SS. Facundi et Primitivi Sahagunensis concedit, „ut non liceat alicui omnino personae praeter Romanum pontificem aut legatum cardinalem apostolicae sedis, in monachos eorum ubilibet habitantes ex- communicationis, suspensionis aut interdicti sententiam promulgare“. Alia privi- legia adiungit. Escalona Hist. de Sahagun 564. — „Quanto monasterium vestrum“
„	14.	„ (10485) Iohanni abbati et conventui monasterii SS. Facundi et Primitivi Sahagunensis.

			1194. (<i>Ind. 12—Sept.—13, pont. a. 3—14. Apr.—4, 1193—25. Mart.—1194.</i>) asserit monasterium a Berengario de Medina conditum. Escalona Hist. de Sahagun 568. — „Incumbit nobis ex“.
Iul.	20.	Laterani	(10486) Rogerio, abbati monasterii S. Severini Neapolitani, eiusque successoribus usum anuli concedit. Margarini Bull. Cas. II. 225. — „Apostolicae sedis“.
Nov.	6.	„	(10487) Monasterii Salemensis possessiones quasdam confirmat. Ex diplomatario Salemsi. Misit Staelin.
„	10.	„	(10488) Monasterii Bonae-spei protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 304. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„	16.	Romae ap. S. Petrum	(10489) Monasterii S. Crucis Donawerdensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Mon. Boic. XVI. 17, Koenigsdorfer Gesch. d. Kl. z. h. Kr. I. 404. — „Suscepti regiminis“.
„	19.	„	(10490) Episcopo Lincolnensi praecipit, ne S. Noti monachos in possessione Esnebiriensis et Torneiensis ecclesiarum impediatur. Monast. Anglic. I. 370. — „Sacrosancta Romana“.
„	22.	„	(10491) Monasterii Scotorum S. Iacobi Ratisponensis protectionem suscipit et possessiones iuraque confirmat. Ried I. 279.
Dec.	10.	Laterani	(10492) Episcopo Foropoliensi mandat, curet, ut ecclesia S. Mariae de Portu permaneat in possessione ecclesiae S. Iohannis in Marmorato, a canonicis Ravennatibus donatae. Fantuzzi Mon. Rav. VI. 58. — „Constitutus“.
„	17.	„	(10493) Ecclesiam S. Reparatae Lucensem tuendam suscipit, eiusque bona ac privilegia confirmat. Muratori Ant. It. VI. 443. — „Pie postulatio“.
„	24.	„	(10494) Monasterium S. Prosperi Reginum tuendum suscipit eiusque possessiones et privilegia confirmat. Margarini Bull. Cas. II. 223. — „Quotiens a nobis“.
—	—	—	1191—1195. (10495) Gilberto, episcopo Claromontano, respondet, „ut interdictum in aliqua ecclesia per aliquem vel aliquos ex canonicis sine eius assensu positum, nullatenus debeat observare“. Augustini Tarr. Opp. IV. 387, Decr. Greg. L. III. t. 11. c. 2. — „Quaesivit a nobis“.
			1195. (<i>Ind. 13, pont. a. 4—14. Apr.—5, 1194—25. Mart.—1195.</i>)
Ian.	3.	Laterani	(10496) Bernardo, episcopo Faventino, permittit, ut monasterium Gamundiende, iniussu eius a priore subiectum monasterio Aceretensi, in priorem statum restituat. Tonduzzi Hist. di Faenza p. 230. — „Sicut venire“.
„	6.	Romae ap. S. Petrum	(10497) Canonicorum Maurianensium possessiones quasdam confirmat. Cibrario e Promis docum. p. 103. — „Iustis petentium“.
„	21.	Laterani	(10498) Compositionem inter abbatem S. Benedicti Placentinum et Martinum, abbatem S. Mariae Vallumbrosanum, de „iure et institutione coenobii S. Iacobi Taurinensis“ factam confirmat. Lami Del. erud. 1737 p. 226. — „Iustis petentium desiderii“.
„	27.	„	(10499) Episcopo Castellano (Veneto) praecipit, ut ecclesiam S. Bartholomaei canonicis S. Salvatoris tribuat. Cornelii Eccl. Ven. XIV. 121. — „Religiosis locis“.
„	31.	„	(10500) Petro, archiepiscopo Compostellano, concedit, „ut, cum in lege contineatur humana, quod in tributis et publicis functionibus nulla praescriptio locum obtineat, et illa vota sint quasi tributa, quae deo et b. Iacobo in Hispania statuerit annis singulis exsolvenda rex Ranimirus, illa, quae in eis praescriptio obiiciatur, locum non habeat, aut vigorem“. Ferrer Hist. de Sanctiago 279 ^b . — „Cum a nobis petitur“.
Febr.	8.	„	(10501) Capitulo Bremensi licentiam permittit, ut fratres beneficiarios, qui debitos capitulo canones statuto tempore non praestiterint, beneficiis privent. Lappenberg Hamb. Urk. I. 266. — „Ad audientiam nostram“.
„	—	„	(10502) (Hermann) Monasteriensi et (Gerhard) Osnabrugensi episcopis mandat, ut quosdam ecclesiae Bremensis ministeriales anathematizent, si bona, eidem ecclesiae iniuste ablata, non restituerint. („Dat. X. Febr.“) Lappenberg Hamb. Urk. I. 266. — „Sicut in audientia“.
„	11.	„	(10503) Ecclesiae Pennensis bona confirmat. (Fragmentum). Ughelli It. sacr. I. 1125.
„	15.	„	(10504) Capitulo Bremensi concedit, ut cautio de indemnitate ecclesiae, ab Hartwigo archiepiscopo „tempore concordiae“ praestita, permaneat inviolata. Lappenberg Hamb. Urk. I. 267. — „Iustis petentium desiderii“.
„	15.	„	(10505) Ecclesiae S. Donatiani Brugensi asserit legatum, in testamento Margaretae,

		1195. (<i>Ind. 13, pont. a. 4—14. Apr.—5, 1194—25. Mart.—1195.</i>)
		quondam Flandriae comitissae, constitutum. Miraei Opp. dipl. II. 1331. — „Cum a nobis petitur“.
Febr. 28.	Laterani	(10506) Petente Siphredo tit. S. Praxedis presbytero cardinali, ecclesiam S. Praxedis „ab omni cura, ordinatione, subiectione et obedientia prioris et fratrum S. Mariae de Reno subtrahit, et ipsam Siphredo et successoribus eius disponendi et ordinandi tam in temporalibus, quam in spiritualibus, liberam concedit facultatem“. Lami Del. erud. 1737 p. 227, (Cocquelines III. 60). — „Quum ex iniuncto“.
Mart. 3.	„	(10507) (Adolfo) archiepiscopo, et decano cathedralis ecclesiae ac praeposito S. Andreae Coloniensibus scribit de discordia inter Adolfum comitem Schauenburgensem et Hartvigum, archiepiscopum Hamburgensem, quorum alter, Stadio castro comitatuque Stadiensi occupatis, magno ecclesiae Hamburgensis incommodo castrum Harburgense construxerit, alter iam antea comitis, Hierosolymam profecti, fines invasisse dicatur. Monasteriensi et Osnabrugensi episcopis datum mandatum esse, ut comitem, nisi illata archiepiscopo damna sarsisset, excommunicarent. Qui si audientes praecepto non fuerint, ipsi et comitem excommunicatum et episcopos dignitatibus summos declarent. Lappenberg Hamb. Urk. I. 268. — „Cum venissent“.
„ 15.	„	(10508) Monasterio Raitenhaselacensi capellam Ceidlarn asserit. Mon. Boic. VI. 360. — „Sacrosancta Romana“.
„ 16.	„	(10509) Monasterii S. Zenonis Reichenhallensis patrocinium suscipit, et possessiones iuraque confirmat. Hund III. 515, Mon. Boic. III. 552. — „Quotiens a nobis petitur“.
„ 18.	„	(10510) Hubertum, archiepiscopum Cantuariensem, petente Ricardo Anglorum rege, apostolicae sedis legatum per totum regnum Angliae declarat, „non obstante exceptione vel privilegio Gaufrido Eboracensi archiepiscopo vel alii facto“. Rogeri de Hoveden annal. 1195 ap. Savile R. A. Scr. 428 ^b , Radulfi de Diceto Im. Hist. ap. Twysden H. A. Scr. I. 679, Mansi XXII. 601. — „Sinceritas devotionis“.
„ 18.	„	(10511) (Gaufrido), archiepiscopo Eboracensi, et universis episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis per regnum Angliae constitutis praecipit, ut Huberto, archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato, debitum honorem habeant. Rogeri de Hoveden annal. 1195, p. 429, Mansi XXII. 602, (Radulfi de Diceto Im. Hist. I. 1.) — „Divinae sapientiae“.
„ 20.	„	(10512) (Anselmo), episcopo Fulginatensi, mandat, ut abbatem S. Silvestri Ospellensis ad prioris Camaldulensis obedientiam revocet. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 193. — „Dilectus filius prior“.
„ 22.	„	(10513) A(delbertum), archiepiscopum Salzburgensem, laudibus effert, „quod in morte L(eopoldi), quondam Ducis Austriae, ad satisfaciendum de excessibus, et ea, quae pro redemptione illustris Regis Anglie male accepisset, cum integritate reddenda, filium eius iurare cum maioribus terrae coegerit, patri denegans ecclesiasticam sepulturam, nisi, se de praedictis satisfactorum ad plenum, iuratoria firmaret cautione“. Ex Supplem. Chron. Reichersp. ap. Hansizium Germ. Sacr. II. 955. — „Quanto nobis“.
„ 23.	„	(10514) Ecclesiae S. Mariae in Uznam protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Hasselbach Cod. Pom. dipl. I. 175. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 27.	„	(10515) Canonicis Urgellensibus scribit, se episcopi abdicationem admisisse. Monet, successorem eligant. De quo si non consenserint, fore ut archiepiscopus Tarraconensis et episcopus Ilerdensis episcopum iis praeficiant. Marca Marca Hisp. 1383, Aguirre Conc. V. 102, Mansi XXII. 615. — „Per litteras“.
„ 27.	„	(10516) Archipresbytero et primicerio Lucensi de libera sepultura monasterio S. Petri Puteolensi concessa significat. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 194. — „Attendentes devotionem“.
Apr. 1.	„	(10517) P. abbati S. Petri et magistro Rudolpho, decano Salzburgensi, mandat, ut Rapotonem de Steine et Eberhardum comitem de Dornbach, qui sub (Leopoldo, quondam) dute Austriae militantes monasterium Baumburgense incendio ac rapina vexaverint, ad sarcium damnum cogant. Mon. Boic. II. 194. — „Dilecti filii“.
„ 5.	„	(10518) Monasterio Baumburgensi asserit praedium Anegatterperg ab Elisabetha de Ortenberg et Rapotone ac Heinrico, filiis eius, donatum. Mon. Boic. II. 194. — „Iustis petentium desideriis“.

Apr.		Laterani	
			1195. (<i>Ind. 13, pont. a. 4—14. Apr.—5, 1194—25. Mart.—1195.</i>)
	5.		(10519) Monasterio S. Petri Puteolensi „liberam sepulturam“ concedit, „ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat“. <i>Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 191.</i> — „Incumbit nobis“.
	7.	„	(10520) Monasterii Scotorum Wirzburgensis protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat. <i>Ludewig Geschichtschreiber von Wirtzburg 997.</i> — „Quoties a nobis“.
	14.	„	(10521) G(alterio) Augustodunensi et G(arnerio) Trecensi episcopis dat mandatum de dirimendo matrimonio Galcheri de Salinis et M. dominae de Borbonio. <i>Gall. Chr. IV. Instr. 93.</i> — „Cum ex assumpto“.
	17.	„	(10522) Parthenonem S. Alexandri Parmensem tuendum suscipit et eius possessiones iuraque confirmat. <i>Affò St. di Parma III. 305.</i> — „Cum pro omnibus“.
	18.	„	(10523) Abbati monasterii S. Dionysii concedit, ut, „non obstantibus frustratoris appellationibus, secundum regulam corrigat suorum monachorum excessus, et quos viderit se minus religiose gerentes ad vitam compellat regularem“. <i>Doublet Hist. de St. Denys 526.</i> — „Nobis intimare“.
	19.	„	(10524) Parthenoni S. Alexandri Parmensi ecclesiam S. Caeciliae asserit. <i>Affò St. di Parma III. 305.</i> — „Ea, quae“
	24.	„	(10524 a) Ecclesiam S. Genesii tuendam suscipit eiusque possessiones, iura, consuetudines confirmat, petente Gregorio praeposito, „subdiacono suo“. <i>Lami Eccl. Fl. Mon. I. 344, Baluzii Misc. III. 426.</i> — „Piae postulatio“.
	25.	„	(10525) Ecclesiam S. Georgii Ganacetensem tuendam suscipit eiusque bona ac privilegia confirmat. <i>Muratori Ant. It. V. 209.</i> — „Piae postulatio“.
	27.	„	(10526) „Karissimo in Christo filio, H(einrico) illustri Romanorum imperatori et semper augusto, salutem et apostolicam benedictionem. Licet ex communi debito Romanus pontifex imperatorem Romanum in visceribus caritatis habere ac deligere teneatur, nos tamen ex speciali (dilectione), qui imperialem coronam nostris manibus in capite tuo posuimus, excellentiam tuam amplexari debemus. Quam utique quoad Deum indesinenter fuimus amplexati, qui salutem anime tue intimis desideriis optavimus et optamus. Verum quod aliquamdiu stilum tibi scribendi suspendimus, tuorum hominum excessus causa fuerunt; quorum temeritati quia potentia tua non restitit, veriti fuimus, ne malefactis eorum consensus imperialis favorabilis accessisset, et ea de tuo mandato fecissent. Sed quia cor principis in manu dei est, qui quocunque voluerit vertit illud, grates sunt regi regum copiosius exhibende. Sed devotionis sinceritatem, quam erga matrem tuam Romanam ecclesiam constanter exhibere teneris, tam per litteras tuas, fratribus nostris multa plenas devotione directas, quam per legatos tue magnitudinis te plenius habere ostendisti. Etenim de pace procuranda, Iherosolimitane terre subsidio (mittendo), et in melius promovendo communi bono universi populi Christiani, verbum humiliter attulerunt, et visum est nobis ex coniectura multiplici, quod tua sit finalis intentio, quicquid a tuis actum est enormiter, correctionis studio propensius emendare, et ad eum vias tuas ex toto dirigere, in cuius dicatione sunt omnium potestates et iura regnorum, per quem reges regnant, dominantur principes, qui regibus dat salutem et imperatores via regia incedere, quos facit feliciter imperare. Sedes nimirum si apostolica sublimitati imperatorie usque ad hec tempora scribere pretermisit, non hoc fecit ex dedignatione seu fastu superbie, sed quia medullitus affectabat, ut ad satisfaciendum ecclesie, que offensa gravissime videbatur, quasi excitareris a somno et matrem tuam in his tamquam pius filius complaceres. Non enim oportuit nos aliter agere, qui alios longe positos ad ecclesie devotionem cum effectu nequaquam invitare possemus, nec aliorum scandala evitare, nisi te, qui filius et defensor debes esse Romane ecclesie specialis, et quo nullus secularium principum ei est propinquior, alloquio apostolice salutationis aliquamdiu intermisso, ad hoc ipsum inducere curarem. Quoniam igitur secundum doctrinam apostoli monemus, quos karos habemus, imperialem magnitudinem quantum possumus exortamur, ut illud attendentes, quod in evangelio suo redemptor humani generis asseverat: „Nil prodest homini, si lucratur universum mundum, anime vero sue detrimentum patiat“, ita studeas temporalia bona transire et exercere imperii potestatem in terris, ut non amittas sed potius lucreris eterna, ab eo in celis indeficiens bravium consequaris, cuius imperium permanet in eternum, qui revera non corruptibilibus auro vel argento, sed effuso sanguine proprio genus redemit

1195. (*Ind. 13, pont. a. 4—14. Apr.—5, 1194—25. Mart.—1195.*)

humanum. Hoc siquidem ab ipso Domino indubitanter impetrabis, si semper in conspectu tuo eum provideas, si eius ecclesie illibata iura conserves et que in divine maiestatis offensam atque ipsius ecclesie manifestam iniuriam praesumpta fuerunt, cum acceleratione omnimoda emendes et facias emendari. Spem utique bonam circa huiusmodi de imperiali providentia concipientes ad plenum, licet tres mittere decrevimus, venerabili tamen fratre Prenestino episcopo (Iohanne) debilitate corporis impedito, dilectos filios nostros, P(etrum) S. Cecilie presbyterum, et G(ratianum) Sanctorum Cosme et Damiani diaconem cardinalem, viros utique providos et discretos, in ecclesia Romana precipuos, qui bonum ecclesie ac imperii semper affectant, ad tuam praesentiam duximus de fratrum consilio destinandos, in eorum studiosius ore ponentes, que ex parte nostra principali excellentie diligentius intimabunt. Quorum verbis eam fidem volumus adhiberi, ac si de ore nostro presentialiter elata fuissent. Tu vero fili carissime quandoquidem vides nostrum silentium interruptum et ad scribendum tibi nostre vocis organa relaxata, sic apostolice salutationis ac benedictionis fruaris eloquio, ut in te fructum desideratum inveniat et pro tui felici statu imperii atque incolomitate persone apud Deum universalis ecclesia iugiter interpellet, celi etiam imperator tuos gressus ad preces ecclesie dirigat in viam salutis eterne. Data Laterani 5 Kal. Mai. pontificatus nostri anno quinto. Ex cod. Reichersbergensi. Dedit Wattenbach. — „Licet ex communi“.

Apr. 27.	Laterani	(10527) Monasterium Lucense (dioec. Olomucensis) tuendum suscipit, eiusque bona confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 45, Boczek C. D. M. I. 342. — „Sacrosancta Romana“.
„ 27.	„	(10528) Compositionem inter Heinricum, praepositum Hadmerslebensem, „et nobilem virum Gardulfum super situ ecclesiae S. Stephani per interventum C(onradi), Moguntini archiepiscopi, Sabinensis episcopi, factam“ confirmat. In tergo bullae Eugenii III. d. d. 26 m. Oct. a. 1145 (supra 6171), quae asservatur Berolini ap. D. G. B. I. Friedländer. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 29.	„	(10529) Monasterii Ranshovensis tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat. Mon. Boic. III. 325. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 29.	„	(10530) Parthenonem Vilichensem tuendum suscipit et eius possessiones ac iura confirmat. Lacomblet Urk. I. 380. — „Prudentibus virginibus“.
Mai. 13.	„	(10531) (Michaeli), archiepiscopo Senonensi, scribit, dolere se, quod (Philippus) Franciae rex inconsulta sede Romana cum I(ngeburga), K(anuti) Danorum regis sorore, divortium fecerit et Cent. subdiaconum, notarium suum, apostolicae sedis legatum, litterasque suas parum verecunde receperit. „Sententiam illam divortii cassat“. Mandat, ut „si rex ea vivente aliam superducere forte voluerit, id eadem inhibere firmiter procuret“. (Pro III. id. Martii legendum videtur III. id. Maii). Radulfi de Diceto Im. Hist. ad. Twysden H. A. Scr. I. 681, (Mansi XXII. 603). — „Cum in regno“ („Nos itaque, qui“).
(„) —	(„)	(10532) W(illelmo), archiepiscopo Remensi, S. Sabinae cardinali, apostolicae sedis legato, et eius suffraganeis eadem mandat, quae superiore ad archiepiscopum Senonensem epistola. Martene et Dur. Vet. Scr. I. 1004, Mansi XXII. 624, (Langebek Scr. R. D. VI. 82). — „Cum in regno“.
(„) —	(„)	(10533) (Philippo), Francorum regi, „sententiam illam divortii (cum Ingeburga facti) a sese irritatam et cassatam“ nunciat. Hortatur, ut „uxorem recipiat et maritali affectione pertractet“. Martene et Dur. Vet. Scr. I. 1007. — „Cum in regno“.
„ 15.	„	(10534) *Monasterii Weissenauensis protectionem suscipit. Lang Regesta I. 364.
„ 15.	„	(10535) Waltero, archiepiscopo Rotomagensi, concedit, ut anathema in cives Rotomagenses prolatum „singulis dominicis festivisque diebus per totas dioeceses, pulsatis campanis et candelis extinctis tamdiu nunciari faciat, donec ablata ecclesiae reddiderint“ de illisque damnis satisfecerint. Petri Blesensis Opp. 796. — „Cum universae dei“.
„ 18.	„	(10536) Vincentio, abbati monasterii S. Chrysogoni Iaderensis, usum mitrae, annuli, baculi ac sandalium concedit. Farlati Ill. sacr. V. 65. — „Cum te“.
Iun. 2.	„	(10537) Capituli Carnotensis privilegia infringi vetat. Theodori Poenitentiale II. 507. — „Curam debemus“.
„ 15.	„	(10538) Canonicis S. Quintini praecipit, ne laedant privilegium canonicis S. Pecinnae a sese concessum, „ut nullum in canonicum recipiant, donec praebendae ipsius

		1195. (<i>Ind. 13, pont. a. 4—14. Apr. —5, 1194—25. Mart.—1195.</i>)
		ecclesiae fuerint ad octavam praebendarum numerum revocatae“. Hemeraei Aug. Virom. 185, Colliette Mém. du Vermandois II. 525. — „Cum dilectis filiis“.
Iun.	19.	Laterani (10539) (Michaeli) archiepiscopo, et archidiacono Senonensi mandat, ne quaedam capituli Carnotensis privilegia infringi patiantur. Theodori Poenitentiale II. 564. — „Cum pro dilectis“.
„	—	„ (10540) Decanum et canonicos Carnotenses „ad iudicium pertrahi seculare“ vetat, „nisi ratione feodi vel alterius secularis possessionis super aliquo, quod ad eam pertineat, aliqua causa vertatur“. („Datum Laterani . . . Kal. Iulii“). Theodori Poenitentiale II. 437. — „Iustus petentium desiderii“.
„	3.	„ (10541) Sententiam latam inter Taonem, abbatem de Fontana Taonis, et plebanum Massarium confirmat. Zacharia Anecd. m. aev. 347. — „Cum a nobis“.
„	4.	„ (10542) Ecclesiam S. Mariae et S. Theobaldi Metensem qui „bis in anno et certis diebus nomine peregrinationis visitaverint, eos a peccatis patrum et matrum absolvit; remittit poenitentias et peccata, quae ab eorum memoria recesserint, ac de poenitentis quadraginta dies; praeterea iis, qui Romam adire proposuerint, viae autem expensas eidem ecclesiae contulerint, viam et peregrinationem indulget“. Hist. de Metz III. Pr. p. 160, teste Bréquigny Table chron. IV. 185.
„	11.	„ (10543) Petente Hugone archiepiscopo permittit, ut ecclesiae Sipontinae „archidiaconus, archipresbyter et primicerii et successores eorum, mitris deinceps, podiis et anulis decorentur“. Ughelli It. sacr. VII. 828. — „Cum tu frater“.
„	25.	„ (10544) Hu(berto), archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato, et eius suffraganeis mandat, ut homines ad subsidium terrae Hierosolymitanae ferendum adhortentur. Ricardum regem admoneri vult, ut „milites et pedites bene instructos“ eo transmittat. Radulfi de Diceto Im. Hist. ap. Twysden H. A. Scr. I. 684, (Mansi XXII. 603). — „Misericors et miserator“ („Vos autem fratres“).
„	31.	„ (10545) Ecclesiae Pennensi castella duo asserit petente Oddone episcopo. Ughelli It. sacr. I. 1125. — „Cum a nobis“.
Aug.	1.	„ (10546) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis per totam Allemanniam et Teutonomiam constitutis mandat, inducant populum „ut in personis et rebus secundum iustam dispositionem P(etri) S. Caeciliae et I(oannis) tit. S. Stephani in Coelio monte presbyterorum cardinalium ipsi Hierosolymitanae regioni succurrant“. Sudendorf Registrum I. 82. — „Divitiae summae divinitatis“.
„	30.	„ (10547) Litteris ad capitulum b. Martini Turonensis „prohibet, ne pensio vel modiatio rerum ecclesiae ultra decem libras sine cautione concedatur; tum statuit, ut canonici ab officiis absentes priverentur sex denariis, quos de communi percipiebant singulis diebus“. Rec. sur S. Martin de Tours 27, teste Bréquigny Table chron. IV. 185.
Sept.	12.	„ (19548) Ecclesiae Ausciensis protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Bernardo archiepiscopo. Chron. ecclés. d'Auch I. Pr. p. 40, teste Bréquigny Table chron. IV. 186.
Oct.	7.	„ (10549) Monasterii Ulsemensis protectionem suscipit ac possessiones confirmat. In tabular. Oldenstat. Ex schedis Pertzii. — „Sancta mater“.
„	9.	„ (19550) Martino, archiepiscopo Bracarensi, et eius suffraganeis scribit de Rodesindo, quondam episcopo Dumiensi, in sanctorum numerum relato. Salazar Anamnesis II. 40. — „Cum inter huius“.
„	11.	„ (10551) (Henrico) Baiocensi, (Guillelmo) Abricensi, (Lisiardo) Sagiensi, (Willelmo) Constantiensi episcopis mandat, cogant populum Rotomagensem ad conficienda ea, quae de sarcicendis damnis in canonicos illatis iuraverint. Martene Thes. I. 659, Petri Blesensis Opp. 797 (Pro „pont. a. IV.“ legendum videtur: „V.“). — „Ex conquestione“.
„	11.	„ (10552) Populum Rotomagensem hortatur, ut damna canonicis illata ex iureiurando dato compensent. Martene Thes. I. 660, Petri Blesensis Opp. 798. — „Quod vobis salutationis“.
„	20.	„ (10553) Ecclesiae S. Mariae de Novo-Castro protectionem suscipit et possessiones iuraque confirmat. Matile Mon. de l'hist. de Neuchatel I. 35.
Nov.	17.	„ (10554) Monasterium Beccense tuendum suscipit, et eius privilegia possessionesque confirmat. Lanfranci Opp. p. 333. — „Sacrosancta Romana“.
Dec.	20.	„ (10555) Monasterii S. Mariae Germerodensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. (Pro MCXIV legendum MCXCV). Kuchenbecker Anal. Hass. IX. 148. — „Quotiens a nobis petitur“.

		1195. (<i>Ind. 13, pont. a. 4—14. Apr.—5, 1194—25. Mart.—1195.</i>)
Dec.	23.	Laterani (10556) Simoni, decano Eboracensi, mandat, „cum (Gaufridus), Eboracensis archiepiscopus, qui abusus patientia sua neque ab iniquitatibus destiterit, nec ipsius se conspectui praesentaverit, ab usu pallii et episcopalis officii executione, a ministracione quoque tam spiritualium, quam temporalium et beneficiorum perceptione sit suspensus, — ut clericorum Eboracensis dioecesis excessus corrigat, et querelantium tam clericorum quam laicorum controversias canonice definiat“. Rogeri de Hoveden annal. 1196 ap. Savile R. A. Ser. 432, Mansi XXII. 604. — „Cum universalis ecclesiae“.
„	23.	„ (10557) Abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis, et aliis clericis, comitibus et baronibus et aliis in Eboracensi provincia constitutis, quid Simoni decano mandaverit, nunciat. Rogeri de Hoveden annal 1196 p. 432 ^b , Mansi XXII. 605. — „Quam misericorditer Romana“.
„	23.	„ (10558) Episcopo Lincolnensi, archidiacono Northamptonensi, priori de Ponte-fracto mandat, ut Gaufridum, archiepiscopum Eboracensem, „per omnes ecclesias Eboracensis dioecesis et provinciae suspensum publice nuncient“, sententiamque excommunicationis ab eodem in clericos quosdam prolatam rescindant. Rogeri de Hoveden annal. 1196 p. 433, Mansi XXII. 606. — „Cum sacrosancta Romana“.
—	—	„ (10559) Sententiam a M(ichaele) archiepiscopo et M. archidiacono Senonensi latam inter capitulum Carnotense et Adeliciam comitissam Blesensem confirmat. Theodori Poenitentiale II. 565. — „Si litigantibus“.
—	—	— (10560) Monasterii S. Mariae Dauleiensi protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 408. — „Quotiens a nobis petitur“.
		1196. (<i>Ind. 14, pont. a. 5—14. Apr.—6, 1195—25. Mart.—1196.</i>)
Ian.	12.	Laterani (10561) Huberto, archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato, respondet, ut „omnes illos, qui crucem susceperint, et ad votum explendum propriae suppetant facultates, ad exsequendum, quod vovisse dicantur, per censuram ecclesiasticam compellat, his vero, quos pro infirmitate corporis constiterit nullatenus posse in propria persona votum suum prosequi, iniungat, ut unam personam idoneam, vel plures ultra mare transmittant, in suis expensis per annum vel amplius ibidem moraturas“. Rogeri de Hoveden annal. 1196 ap. Savile R. A. Ser. 434 ^b , Mansi XXII. 610. — „Ex parte tua in“.
„	13.	„ (10562) (Walterio), archiepiscopo Rotomagensi, concedit, ut qui excommunicatos ab eo homines in communionem receperint, eos excommunicet. Bessin Conc. Rotom. II. 36, Mansi XXII. 617. — „Eos, qui contra“.
„	20.	„ (10563) (Alberto), episcopo Vercellensi, et abbati Locediensi mandat, sub anathematis poena interdicant monachis S. Iusti, ne contra canonicorum Ulciensium privilegium burgensibus Secusiensibus sacramenta ecclesiastica tribuant. Ulciensis eccl. chartar. p. 106. — „Significaverunt nobis“.
„	27.	„ (10564) Gerardo, episcopo Bononiensi, concedit, si sacerdotes ecclesiarum tum civitatis tum dioecesis Bononiensis decesserint, ut muneris eorum aliis mandandi habeat potestatem. Savioli Ann. Bol. II. II. 183. — „Cum in Dei“.
Febr.	9.	„ (10565) Monasterii S. Mariae Baumgartensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Würdtwein Nova subs. dipl. X. 170. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„	5.	„ (10566) Monasterii Zwifaltensis protectionem suscipit eique asserit ecclesiam ibi sitam. In tabular. Stuttgart. Misit Staelin.
„	5.	„ (10567) Abbati Marchtalensi permittit, ut decumas, excommunicatione usus, exigat. In tabular. Stuttgart. Misit Staelin.
„	6.	„ (10568) Monasterio Marchtalensi concedit, ut in causis civilibus fratrum testimonio utantur contra adversarios. In tabulario Stuttgart. Misit Staelin.
„	6.	„ (10569) Abbati Longi-pontis concedit, „ne quis in grangiis ad monasterium pertinentibus procuraciones postulet, aut homagium a servitoribus expetat“. Abbacia Longi-pontis 105, teste Bréquigny Table chron. IV. 188.
„	12.	„ (10570) (Aegidio), episcopo Mutinensi, asserit ius canonicorum in episcopatus sui ecclesiis instituendorum. Tiraboschi Mem. Mod. IV. 18. — „Cum ad universalis“.
„	13.	„ (10571) Ecclesiae S. Sepulcri Hierosolymitanae protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Rozière Cartulaire du saint sépulcre 233. — „Quotiens illud a“.
„	15.	„ (10572) Permutationem „possessionis Bocharn“, a praeposito et capitulo ecclesiae

1196. (Ind. 14, pont. a. 5—14. Apr.—6, 1195—25. Mart.—1196.)		
		Augiensis factam cum C(onrado) episcopo et canonicis Ratisponensibus, confirmat. Mon. Boic. I. 223. — „Iustis petentium desideriis“.
Febr. 21.	Laterani	(10573) Ecclesiam S. Albani Basileensem tuendam suscipit, et eius bona iuraque confirmat. Schoepflin Als. dipl. I. 302. — „Quociens a nobis petitur“.
„ 21.	„	(10574) *„Monasterio Baumburgensi exsecutores testamenti cuiusdam clerici, Conradi de Walhen, denominat“. Lang Regesta I. 366.
„ 25.	Romae ap. S. Petrum	(10575) Monasterii S. Petri Aldenburgensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Chron. mon. Aldenburgensis ed. Van de Putte 106. — „Effectum iusta postulantis“.
„ 26.	Laterani	(10576) Parthenonis S. Mariae Kluaynardensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Monast. Anglic. II. 1043. — „Prudentibus virginibus“.
„ 26.	„	(10577) Magistrum et fratres militiae Templi hortatur, ut conventionem cum priore et canonicis S. Sepulcri Hierosolymitani factam de decimis locorum ad illorum ecclesias pertinentium conservent. Rozière Cartulaire du saint sépulcre 273. — „Conquesti sunt apostolatu“.
Mart. 1.	Romae ap. S. Petrum	(10578) Comitem Tolosanum hortatur, ut damna monasterio S. Aegidii illata resarciat; alioquin eum ostendit a Bituricensi, Narbonensi, Arelatensi et Aquensi archiepiscopis excommunicatum iri. Hist. de Languedoc II. Pr. p. 181. — „Cum recolendae memoriae“.
„ 7.	Laterani	(10579) Monasterii S. Laurentii Wedinghusensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Hugo O. Pr. A. I. Pr. p. 117, (Seibertz Urkundenbuch I. 142.) — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 17.	„	(10580) Capitulo Nidrosiensi concedit, „ne aliquis laicus in dioecesi eorum ecclesiasticam iurisdictionem exerceat, vel causas audiat aut diffiniat, quae iudicio existunt ecclesiastico terminari“. Lange et Unger Dipl. Norv. I. 1, Thorkelin Diplom. Arna-Magn. II. 17. — „Cum ecclesiastice“.
Apr. 1.	„	(10581) Monasterii S. Mauritii Agaunensis possessiones et privilegia confirmat. Guichenon Bibl. Sebus. p. 262. — „Cum simus ad“.
„ 6.	„	(10582) Willelmo, abbati monasterii Agannensis, eiusque successoribus mitrae annulique usum concedit. Gall. Chr. XII. 431. — „Cum monasterium“.
„ 10.	„	(10583) Berardo, electo archiepiscopo Messanensi, „decimam integram fluminis Dionysii“ asserit. (Fragmentum). Pirri Sic. sacr. I., 400.
„ 13.	„	(10584) Decernit, ut Berardo, archiepiscopo Messanensi, paroeciam Iustranti, a Graecis et Latinis abbatibus necessaria prospiciantur. (Fragmentum). Pirri Sic. sacr. I. 400.
„ 22.	„	(10585) (Willelmo), episcopo Magalonensi, concedit, ut „si illi, quorum in archidiaconatus et sacristiae ordinatione teneatur postulare assensum, aliquid rationabile vel canonicum contra personas ab eo nominatas non obiecerint, et requisiti legitime non probaverint, liceat ei personam idoneam ordinare“. Gariel Ser. I. 245. — „Ad culmen, licet“.
„ 22.	„	(10586) (Willelmo) episcopo et capitulo ecclesiae Magalonensis concedit, „ut quicumque de dioecesi eorum episcopum, vel canonicos, vel homines Magalonensis ecclesiae ceperit aut bona eorum abstulerit, sicut excommunicatus ab omnibus arctius evitetur“. Gariel Ser. I. 247. — „Ad hoc sumus licet“.
„ 27.	„	(10587) Priori et monachis S. Pancratii de Lewes interdicat, ne pensiones quasdam solvant, neve „ecclesias antequam vacent alicui promittant“. Rymer Foedera I. 67. — „Quae in praecedentibus“.
„ 29.	Romae ap. S. Petrum	(10588) Capitulo Parmensi asserit possessionem Pontis Liviae. Affò St. di Parma III. 309. — „Cum a nobis“.
Mai. 1.	„	(10589) Parthenonis Crisenonis patrociniū suscipit et possessiones privilegiaque confirmat. Gall. Chr. XII. Instr. 140. — „Prudentibus virginibus“.
„ 6.	Laterani	(10590) Huberto, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, copiam faciat monachis Torneiensibus, ut in locum deiecti abbatis successorem substituant. Praecipit, ut remotum abbatem „capi faciat et tam diu carcerali custodiae mancipari, donec super hoc ipsius receperit beneplacitum voluntatis“. Radulfi de Diceto Im. Hist. ap. Twysden H. A. Scr. I. 696. — „Cum de agro“.
„ 11.	„	(10591) Ecclesiam S. Mariae de Portu Ravennatem tuendam suscipit et eius bona ac iura confirmat. Fantuzzi M. R. II. 167. — „Commissae nobis“.
„ 14.	„	(10592) Ecclesiae Parisiensis possessiones ac privilegia confirmat. Collection des Cartulaires IV. 26. — „Quanto nobilis et“.

		1196. (<i>Ind. 14, pont. a. 5—14. Apr. —6, 1195—25. Mart. —1196.</i>)
Mai.	15.	Laterani (10593) Capituli Matisconensis consuetudines confirmat. Severtii chronol. hist. II. 146. — „Ea, quae a“.
„	21.	„ (10594) Petente (Egidio) episcopo Mutinensi, decernit, in recipiendis tum ecclesiae Romanae legatis tum metropolita, si Mutinam venerint, quo modo impensae tolerantur. Muratori Ant. It. V. 1055. — „Per litteras“.
Jun.	4.	„ (10595) S(icardo), episcopo Cremonensi, mandat, ne ecclesiam S. Crucis Cremonensem a patronis et vicinis eiusdem administrari in monasterii Nonantulani iniuriam patiat. Tiraboschi St. di Non. II. 324. — „Conquerentibus“.
„	15.	„ (10596) Pactionem inter archiepiscopum et clericos Spalatenses factam confirmat. Farlati Ill. sacr. III. 226. — „Cum inter“.
„	15.	„ (10597) Scardonensi et Tininensi episcopis mandat, ut causam, de qua inter archiepiscopum et canonicos Spalatenses convenire non potuerit, diiudicent. Farlati Ill. sacr. III. 227. — „Cum veneralibus“.
„	17.	„ (10598) Monasterii S. Pauli in Carinthia protectionem suscipit. In tabular. Caesar. Vindob. Ex schedis Pertzii.
„	25.	„ (10599) Monasterii S. Trinitatis Fiscanensis, Romano tantum pontifici subiecti, privilegia possessionesque confirmat. Neustria pia 242. — „Licet ex iniuncto“.
„	26.	„ (10600) Monasterii S. Mariae Vangaditiensis possessiones et privilegia confirmat. Mitarelli Ann. Cam. IV. app. p. 202. — „Apostolicae sedis“.
Iul.	11.	„ (10601) Alberto, episcopo VerCELLIensi, et Petro, abbati Locediensi, mandat, ut pacem inter Bonifacium archiepiscopum et canonicos Ianuenses componant. Ughelli It. sacr. IV. 881. — „Laudabile“.
„	12.	„ (10602) Ecclesiae S. Iohannis Ambianensis possessiones confirmat. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 695.
Aug.	5.	„ (10603) Hugoni, abbati Cluniacensi, permittit, „ut in abbatibus ad Cluniacense monasterium pertinentibus, quae secundum deum et b. Benedicti regulam et statuta ordinis viderit corrigenda, corrigat“. Bullar. Cluniac. 95. — „Cum a nobis petitur“.
„	6.	„ (10604) (Michaeli), archiepiscopo Senonensi, et abbati S. Columbae mandat, cogant comitem Nivernensem, ut domum de Colenges prioratui de Charitate restituat. Bullar. Cluniac. 95. — „Ex insinuatione“.
„	8.	„ (10605) Canonicis ecclesiae S. Salvatoris Venetae asserit ecclesiam S. Bartholomaei a Marco episcopo tributam. Cornelii Eccl. Ven. XIV. 124. — „Cum a nobis“.
„	8.	„ (10606) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, decanis, aliisque ecclesiarum praelatis mandat, ut direptores et vexatores fratrum Cluniacensium laicos excommunicent, clericos a muneribus submoveant. Bullar. Cluniac. 96. — „Non absque dolore“.
„	12.	„ (10607) Magistro Leoni, procuratori Constantinopolitano, mandat, ut episcopo Castellano (Veneto) decumas de bonis Ioannis Canalo-lupi exhiberi ab haeredibus cogat. Cornelii Eccl. Ven. XIII. 223. — „Venerabilis frater“.
„	25.	Romae (10608) Ioachimi abbatis de Flore „constitutiones de vita monachorum et monasteriorum coenobio eius subiectorum et de rebus ab ipsis fratribus possessis et eorum numero“ confirmat. Acta SS. Mai. T. VII. 125. — „Cum in nostra“.
Oct.	4.	Laterani (10609) * „Commissarios denominat, ut militem R. de Staine ad resarcienda damna monasterio Baumburgensi illata compellant“. Lang Regesta I. 370.
Nov.	8.	„ (10610) (Aegidio), episcopo Mutinensi, permittit, ut clericorum quorundam inobedientiam vindicet. Tiraboschi Mem. Mod. IV. 18. — „Cum praeter“.
„	14.	„ (10611) Archiepiscopo Ravennati et eius suffraganeis mandat, sub excommunicationis poena cives Mutinenses commoneant, ut monasterio Nonantulano quae abstulerint reddant. Tiraboschi St. di Non. II. 324. — „Ad audientiam“.
„	23.	„ (10612) Episcopo Atrebatensi et abbati S. Victoris ac priori S. Martini de Campis Parisiensis mandat, ut ecclesiam Kalensem ecclesiae Parisiensi subiiciant. Dubois Hist. eccl. Paris. II. 212, Theodori Poenitentiale II. 723, Collection des Cartulaires IV. 65. — „Cum homines simus“.
„	30.	„ (10613) Litteris ad (Oddonem) episcopum Pennensem „sententiam depositionis in clericos de Arsita latam“ confirmat. Ughelli It. sacr. I. 1125. — „Aequum est“.
Dec.	3.	„ (10614) Archiepiscopo Senonensi et episcopo Nivernensi mandat, ut parthenonem S. Iuliani ab episcopo Autissiodorensis iniuriis vindicent. Gall. Chr. XII. Instr. 142. — „Transmissa“.

		1196. (<i>Ind. 14, pont. a. 5—14. Apr.—6, 1195—25. Mart.—1196.</i>)
Dec. 10.	Laterani	(10615) Ecclesiae Worgeleccensis privilegia confirmat. Beckmann Hist. v. Anhalt I. 396. — „Licet universas ecclesias“.
„ 11.	„	(10616) *Abbatibus S. Petri Salzbürgensi et Ebersbergensi ac praeposito S. Andreae Frisingensi mandat, ut fratres Garzenses contra C. comitem Medelingensem tueantur. Lang Regesta I. 366.
„ 12.	„	(10617) Abbati Hemmerodensi et scolastico maioris ecclesiae Trevirensis mandat, ut iudicent inter fratres S. Petri Moguntini et eorum praepositum Sifridum de Eppenstein. Joannis Rer. Mog. Scr. II. 488. — „Dilectis fratribus“.
„ 13.	„	(10618) Ioanni, eleemosynario monasterii S. Dionysii, concedit, ut domum et nemus Berengerii aliasque possessiones per eum domui eleemosynariae acquisitas, dum vivat, administret. Félibien Hist. de St. Denys, rec. d. pièces p. 114. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 23.	„	(10619) Canonicis Ulciensibus licentiam novae ecclesiae iuxta portam castris Brianzonii aedificandae concedit, ea lege, ut sibi suisque successoribus duos solidos Viennenses persolvant. Ulciensis eccl. chartar. p. 21. — „Cum dilectus filius“.
„ 24.	„	(10620) (Aimoni) archiepiscopo Tarantasiensi et (Nantelino) Genevensi episcopo mandat, ut a canonicis Ulciensibus rogati ecclesiam iuxta portam castris Brianzonii conditam consecrent. Ulciensis eccl. chartar. p. 22. — „Significaverunt nobis“.
		1191—1197.
Nov. 27.	Laterani	(10621) Petente decano et capitulo Rotomagensi, „antiquam eorum ecclesiae consuetudinem super annalibus praebendarum decedentium canonicorum“ confirmat. (Pro „Turonis“ leg. „Lateranis“). Bessin Conc. Rotom. II. 38, Mansi XXII. 619. — „Cum a nobis petitur“.
		1196—1197.
— —	Laterani	(10622) Abbati et conventui S. Ioannis in Vineis praescribit, „ne in ipsorum ecclesia fratres recipiantur ultra nonaginta vel aliquis, qui decimum quintum annum non attigerit“. S. Ioannes apud Vineas 120, Hist. de l'abbaye de S. Jean des Vignes 316, teste Bréquigny Table chron. IV. 210.
— —	—	(10623) Sententiam ab O(berto) archiepiscopo Mediolanensi latam inter Math. magistrum et conversos hospitalis S. Simpliciani confirmat. Augustini Tarr. Opp. IV. 422, Decr. Greg. L. V. t. 40. c. 15. — „In iis, quae“ „In his, quae“.
		1197. (<i>Ind. 15, pont. a. 6—14 Apr.—7, 1196—25. Mart.—1197.</i>)
Ian. 19.	Laterani	(10624) Monasterii Soroensis privilegia confirmat. Suhm Hist. af Danm. VIII. 706. — „Incumbit nobis ex“.
„ 23.	„	(10625) *Ecclesiam Kemnathensem confirmat. Lang Regesta I. 374.
„ 26.	„	(10626) Monasterii Cappelensis tutelam suscipit bonaque et iura confirmat. Wenck Hess. Landesg. II. Urk. 125. — „Religiosam vitam eligentibus“.
Febr. 1.	„	(10627) *Burgardo, abbati Ebersbergensi, et eius successoribus mitrae annulique usum concedit. Lang Regesta I. 370.
„ 1.	„	(10628) Ecclesiae S. Exuperii Corboliensis protectionem suscipit possessionesque corroborat, „confirmata insuper compositione inter abbatem et Mauricium, Parisiensem episcopum, circa procuratione episcopis in ecclesia Parisiensi exsolvenda“. Vies de S. Spire et de S. Leu 52, teste Bréquigny Table chron. IV. 201.
„ 1.	„	(10629) Geraldo, episcopo Cadurcensi, concedit, „ut percipiat in ecclesia S. Amatoris sumptus necessarios pro itinere ad sedem apostolicam et pro aliis ad ecclesiam suam spectantibus“. Series episcop. Cadurcens. 76, teste Bréquigny Tabl. chron. IV. 201.
„ 8.	„	(10630) Monasterio S. Georgii Augustensi ius parochiale asserit. Khamm Hier. August. V. (Pars III. Reg.) 424. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 10.	„	(10631) (Ottoni), episcopo Bobiensi, mandat, hortetur L(anfrancum), episcopum Papiensem, ne canonicos Placentinos privet decumis de territorio Portus-albarae. Campi Hist. di Piac. II. 375. — „Significarunt nobis“.

		1197. (<i>Ind. 15, pont. a. 6—14. Apr.—7, 1196—25. Mart.—1197.</i>)
Febr. 27.	Laterani	(10632) Capitulo Onoldsbacensi archidiaconatum Rangowe asserit. Ussermann Ep. Wirzeb. C. Pr. 54. — „Iustus petentium“.
Mart. 1.	„	(10633) Sororibus S. Mariae Suessionensibus concedit, „ut, non obstante iuramento quondam facto, de assensu abbatissarum sive praelatarum iis liceat quaslibet idoneas recipere moniales“. Germain Hist. de Notre-dame de Soiss. 445. — „Apostolicae dignitatis officio“.
„ 1.	„	(10634) Canonicorum S. Severini Coloniensium possessiones confirmat, a Wicfrido quondam archiepiscopo donatas. In tabular. reg. Berolin. Ex schedis Pertzi. — „Cum a nobis petitur“.
„ 7.	„	(10635) Monasterii S. Mariae et S. Iohannis apostoli Cappenbergensis protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat. Niesert Münster. Urkundens. II. 294. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 12.	„	(10636) Ecclesiae Lingonensis institutum confirmat, ne ullus canonicus „praebendae fructum praesumat accipere, nisi annuatim per sedecim septimanas in ecclesia moram fecerit, ita quod uni principalium horarum matutini vel maioris missae, sive vesperarum intersit missae“. Gall. Chr. IV. Instr. 194, Mansi XXII. 623. — „Cum a nobis petitur“.
„ 18.	„	(10637) Praeposito Brandenburgensi usum mitrae, annuli, chirothecarum, sandaliorum concedit, petente Sifredo comite et castellano Brandenburgensi. Riedel Cod. dipl. Br. I. VIII. 122, Gercken Stiftshist. v. Brand. 393. — „Licet semen“.
„ 29.	„	(10638) Capitulo S. Petri Moguntino ecclesiam Eltwilensem asserit. Würdtwein Dioec. Mogunt. II. 344. — „Iustus petentium“.
Apr. 4.	„	(10639) Parthenonis Frauenalbensis privilegia ac possessiones confirmat. Dümge Reg. Bad. 63.
„ 8.	„	(10640) Monachis S. Blasii in nigra silva permittit, ut quibusdam diebus festis cantent: „Gloria in excelsis Deo et Sequentiam“. Gerbert H. N. S. III. 113. — „Licet singulis diebus“.
„ 15.	„	(10641) Monachis S. Blasii in nigra silva decumas vicorum quorundam asserit. Dümge Reg. Bad. 65.
„ 18.	„	(10642) Monasterii Wadegozingensis iura et possessiones confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 623. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 20.	—	Philippum, episcopum Dunelmensem, consecrat „dominica, qua cantatur Misericordias domini, quae eodem anno contigit XII (Kal.) Maias“. Rogeri de Hoveden Anal. 1197 ap. Savile R. A. Scr. 437 ^b .
„ 23.	Laterani	(10643) Universis fidelibus in regno Daciae constitutis, qui ad ecclesiam Arusiensem saxeo muro construendam pecuniam dederint, „de iniunctis pro suis excessibus poenitentibus 40 dies indulget“. Thorkelin Diplom. Arna-Magn. I. 69, Langebek Scr. R. Dan. VI. 387. — „Quoniam inter varios“.
„ 23.	„	(10644) Canonicis Arusiensibus asserit praebendas sex, a Petro episcopo collatas. Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 69, Langebek Scr. R. Dan. VI. 387. — „Officii nostri debitum“.
„ 27.	„	(10645) Universis fidelibus per Burdigalensem provinciam constitutis Geraldum, monasterii Silvae-maioris fundatorem, in sanctos relatum nunciat. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. VI. P. II. 874, Cirot de la Ville Hist. de la Grande-sauve I. 531. — „Sicut phialae“.
Mai. 2.	„	(10646) (Gerardo), episcopo Bononiensi, permittit, ut excommunicet eos, qui bona ecclesiae occupaverint. Savioli Ann. Bol. II. n. 200. — „Petitionibus tuis“.
„ 5.	„	(10647) *Monasterii Huysburgensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Neue Mitth. a. d. Geb. h. a. Forsch. IV. i. 16.
„ 10.	„	(10648) Monasterium Silvae-maioris tuendum suscipit et eius possessiones ac iura confirmat. Gall. Chr. II. Instr. 316. — „Quotiens a nobis petitur“.
„ 10.	„	(10649) *Henrico, abbati Campidonensi, mitrae usum concedit. Lang Regesta I. 371.
„ 12.	„	(10650) Canonicam S. Mariae Pisarensem tuendam suscipit et eius bona confirmat. Olivieri Mem. p. l. st. d. chiesa Pes. 127, Colucci Antich. Picene IV. app. p. XXXII. — „In apostolice“.
„ 28.	„	(10651) Pactum inter moniales S. Alexandri Parmenses et magistrum Hugonem cano-

			1197. (<i>Ind. 15, pont. a. 6—14. Apr.—7, 1196—25. Mart.—1197.</i>) nicum de ecclesia S. Andreae de Fabrore constitutum probat. Affò St. di Parma III. 311. — „Ea, quae concorditer“.
Mai.	28.	Laterani	(10652) Monasterio S. Dionysii asserit patronatum ecclesiae b. Mariae de Medonta, a Philippo Francorum rege concessum. Doublet Hist. de St. Denys 527. — „Quotiens a nobis petitur“.
Iun.	2.	„	(10653) Sententiam, a Burchardo, abbate Ebersbergensi, et Conrado, praeposito S. Andreae Frisingensi, latam inter Garzenses et praepositum Owensem, confirmat. Mon. Boic. I. 64. — „Ea, que de“.
„	3.	„	(10654) Abbati monachisque Fiscanensibus interdicat, ne archidiacono Caleti annuam procurationem tribuant. Neustria pia 245. — „Cum ex iniuncto“.
„	4.	„	(10655) Monachis Nonantulanis scribit delatum sibi esse, eos „conductore vivente, possessiones monasterii, quae ipsius conductori prius locatae fuerint, alii, locationis titulo, nequaquam tradere dubitare, ita quod, si primus locator absque haerede discesserit, possessiones, quae ad ipsum monasterium debeant de iure devolvi, per successionem ad alios transeant“. Monet, ne pravum hunc morem retineant. Tiraboschi St. di Non. II. 325. — „Sicut ea, que“.
„	13.	„	(10656) Hugoni abbati fratribusque S. Dionysii concedit, ne quis „pro monachorum delictis, dummodo abbatis sui tanquam ordinarii iudicis voluerint stare mandato, in ecclesias vel homines eorum, vel in illos, qui eis decimas vel alios redditus tenentur exsolvere, suspensionis seu excommunicationis sententiam audeat promulgare, sive aliquid hac occasione in eorum praedictum attemptare“. Collection des Cartulaires IV. 137, (Doublet Hist. de St. Denys 528). — „Nobis in memoria“.
Iul.	2.	„	(10657) (Walterio), archiepiscopo Rotomagensi, concedit, „ut, si quando aliqui ecclesias provinciae invadere praesumerint, si quidem ipsi invasores de provincia eius sint, licitum ei sit, sublato appellationis obstaculo, in personas eorum, exceptis Franciae et Angliae regibus, excommunicationis et in terras eorum interdicti sententiam promulgare“. Bessin Conc. Rotom. II. 38, Mansi XXII. 620. — „Cum a nobis petitur“.
„	27.	„	(10658) Monasterii Amelunxbornensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Falke Cod. Trad. Corb. 854, Baringii Descr. Salae II. 32. — „Religiosam vitam“.
Aug.	7.	„	(10659) Monasterio Steingadensi ecclesiam Widergeltingensem asserit. Mon. Boic. VI. 503. — „Iustis petentium“.
„	7.	„	(10660) Monasterii Teplensis protectionem suscipit, et bona quaedam confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 572. — „Sacrosancta Romana“.
„	7.	„	(10661) Abbati Teplensi et eius successoribus mitrae, annuli et pontificalium usum concedit, petente Hroznata Bohemiae comite. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 573. — „Ad ecclesiastici decoris“.
Sept.	10.	„	(10662) Ecclesiae S. Mariae de Arzilla Fanensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 208. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„	27.	„	(10663) Canonicis ecclesiae S. Mariae Runcensis decumas novalium Runcensium et Stampensium asserit. Biancolini Ser. d. Vesc. 83. — „Iustis petentium“.
Oct.	22.	„	(10664) Canonicos a Guidone, domino Salionensi, in ecclesia b. Mariae institutos, eorumque bona confirmat. Plancher Hist. de Bourg. I. Pr. p. 87, Gall. Chr. IV. Instr. 25. — „Cum a nobis petitur“.
Nov.	8.	„	(10665) Fratribus Maioris-monasterii de reparanda capella quadam scribit. Morice Mém. p. s. à l'hist. de Bret. I. 728. — „Oblata nobis ex“.
„	25.	„	(10666) (Rainaldo) Matisconensi et (Roberto) Cabilonensi episcopis et decano Ledonensi mandat, compellant Rainaldum, dominum Castri-Rainaldi (dioec. Cabilon.), et Gilonem de Belfort (dioec. Vesontion.), ut prioratui de Louinco, ad monasterium Trenorciense pertinenti, ablata bona restituant. Iuenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 180. — „Querelam dilectorum“.
Dec.	11.	„	(10667) Episcopum Laudensem inter episcopum Papiensem et canonicos Placentinos iudicem constituit. Campi Hist. di Piac. II. 376. — „Significante nobis“.
„	19.	„	(10668) R(offrido) abbati, tituli SS. Petri et Marcellini presbytero cardinali, et con-

		1197. (<i>Ind. 15, pont. a. 6—14. Apr.—7, 1196—25. Mart.—1197.</i>) ventui Casinensi „ad opus altaris duo candelabra argentea“ dono dat. Tosti St. di Montec. II. 215. — „Ex devotione“.
Dec. 29.	Laterani	(10669) Monasterio S. Salvatoris Messanensi asserit decumas, a Guillelmo archiepiscopo Rhegiensi donatas. (Fragmentum). Pirri Sic. sacr. II. 981.
— —	(„)	(10670) (Huberto), archiepiscopo Cantuariensi, episcopo Lincolnensi, et (Sampsoni) abbati S. Edmundi mandat, ut, remotis canonicis saecularibus, monasterium Coventriense monachis reddant. Annales Burtonenses 1198 ap. Fell Rer. Angl. Scr. 254, Rogeri de Hoveden annal. 1198 ap. Savile R. A. Scr. 441, Mansi XXII. 612. — „Sicut ea, quae“.
		1191—1198.
— —	—	(10671) Episcopo Ambulen. (al. Abulen.) respondet, „Templariis, Hospitalariis et aliis, oratoria habentibus in domibus suis, non licere campanas in eisdem ponere publiceque pulsare“. Augustini Tarr. Opp. IV. 417, Decr. Greg. L. V. t. 33. c. 10. — „Patentibus litteris nostris“.
— —	—	(10672) Episcopo Abien. (al. Ambianensi) praecipit, ut I. presbytero ablata restituat. Augustini Tarr. Opp. IV. 382, Decr. Greg. L. II. t. 29. c. 1. — „Conquerente I.“
— —	—	(10673) Rodulpho, episcopo Andegavensi, concedit, ut eos, „qui propter impedimentum aetatis presbyterii honorem adipisci non possunt, si id solum obstare cognoverit, ad illud tempus toleret, quo eos ad suscipiendum onus sacerdotii idoneos comprobaverit“. Baluzii Misc. III. 374, Mansi XXII. 634, 550, (Augustini Tarr. Opp. IV. 360). — „Cum sacrosancta“.
— —	—	(10674) Patriarcham Aquileiensem hortatur, videat, ne „praepositi, et alii, quibus secundum morem terrae noscatur attributa potestas in loco decedentium personis aliquibus assignandi praebendas, proprios filios, quos in sacris constituti ordinibus genuerint, substituant decedentibus“. Baluzii Misc. III. 388, Mansi XXII. 642, 627, Augustini Tarr. Opp. IV. 384. — „Ad audientiam nostram“.
— —	—	(10675) Universis iudicibus Beneventanis interdicit, „ne quis eorum advocatus esse praesumat nisi in propria causa, vel fortasse si alicui ecclesiae, vel pro alicuius munificentiae debito ad impendendum patrocinium fuerit obligatus“. Augustini Tarr. Opp. IV. 365, Mansi XXII. 626. — „Ut in civitate“.
— —	—	(10676) Capitulo Bisuico respondet, si laicus „ad iussionem abbatis, in cuius servitio commoratur, in clericum vel monachum vel conversum manus temerarias praesumpsit mittere“, et abbatem et laicum, donec ad sedem apostolicam veniant, pro excommunicato habendum esse. Baluzii Misc. III. 373, Mansi XXII. 634, Augustini Tarr. Opp. IV. 421, Decr. Greg. L. V. t. 29. c. 24. — „Universitatis vestrae“.
— —	—	(10677) Episcopo Brugna (Brugnatensi) respondet, 1) „eum, qui asserat in cautionem latae sententiae incidisse, non nisi per sedem apostolicam absolutionis posse beneficium promereri“; 2) „presbyteros bigamos et viduarum maritos nec viventibus uxoribus, nec defunctis ad divinarum debere celebrationem admitti“. Baluzii Misc. III. 380, Mansi XXII. 637, Augustini Tarr. Opp. IV. 421, 361, Decr. Greg. L. I. t. 21. c. 3. — „Quod de his“ „De bigamis presbyteris“.
— —	—	(10678) (Archi)episcopo Brundisino respondet de iis, qui „sacramentum inviti pro vita et rebus servandis fecerint“. Augustini Tarr. Opp. IV. 376, Decr. Greg. L. II. t. 24. c. 15. — „Verum in ea“.
— —	—	(10679) Episcopo Caesaraugustano respondet, „quando, praebenda vacante, complures ex his, qui numerati sint ibi, in vocem appellationis erumpant, si appellationem intra quadraginta dies prosecuti non fuerint, procedendum esse ad canonicam electionem“. Baluzii Misc. III. 386, Augustini Tarr. Opp. IV. 381, (Mansi XXII. 571). — „Quia requisisti“.
— —	—	(10680) Archiepiscopo Cantuariensi respondet, „deferendum non esse appellationi illius, quem adversarius de spoliatione post appellationem legitime interpositam sibi facta paratus sit in continenti convincere“. Baluzii Misc. III. 383, Mansi XXII. 641, Augustini Tarr. Opp. IV. 382, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 42. — „An sit deferendum“.
— —	—	(10681) Archiepiscopo Cantuariensi respondet, „si in causa matrimoniali criminaliter

1191—1198.

- quaestio agitur, non per interpositam personam, sed per ipsam principalem causam matrimonii terminari oportere“. Baluzii Misc. III. 383 et 386, (Augustini Tarr. Opp. IV. 365, Mansi XXII. 551, 642). — „Si matrimonii“.
- (10682) Cuidam per W. decanum Cathalaven. consenti respondet, „mulierem, quae credens mortuum maritum, habitum religionis assumpsit et eo reverso de monasterio educta fuerit, post obitum viri ad observantiam regulae invitam non esse compellendam“. Augustini Tarr. Opp. IV. 394, Decr. Greg. L. III. t. 32. c. 12. — „Placet nobis et“.
- (10683) Episcopo Cenomanensi electum abbatem de Pelicea a sese confirmatum nunciat. Decr. Greg. L. I. t. 6. c. 13, Augustini Tarr. Opp. IV. 356. — „Cum monasterium de“.
- (10684) Monasterii Cisoniensis protectionem suscipit, et disciplinam, possessiones, privilegia confirmat. Buzelini Gallo-Flandria 364. — „Cum sitis regularem“.
- (10685) Quibusdam mandat, cogant archiepiscopum, ut ablata monasterio Dolensi restituat. Augustini Tarr. Opp. IV. 370, Decr. Greg. L. II. t. 13. c. 11. — „Gravis nos querela“ „Gravis ad nos“.
- (10686) Quibusdam mandat, cogant militem quendam, ut B. de Leun. (Dolensi) archidiacono „de molendini obventionibus decumas exsolvat“. Augustini Tarr. Opp. IV. 391, Decr. Greg. L. III. t. 30. c. 23. — „Ex transmissa querela“.
- (10687) Quibusdam mandat, ut B. archidiacono Dolensi feni decumas persolvi de terris quibusdam iubeat. Augustini Tarr. Opp. IV. 391. — „Pervenit ad audientiam“.
- (10688) Ecclesiae S. Thomae de Paracito (Ebleholtensis) protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat. Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 70, Langebek Scr. R. Dan. VI. 142. — „Ad hoc universalis“.
- (10689) Archiepiscopo Eboracensi de matrimonio quodam respondet. Augustini Tarr. Opp. IV. 407, Decr. Greg. L. IV. t. 17. c. 10. — „Deferente nobis“ „Referente nobis“.
- (10690) Episcopo Exoniensi mandat, ut locationes praediorum ecclesiasticorum a canonicis factas rescindat. Augustini Tarr. Opp. IV. 387, Decr. Greg. L. III. t. 13. c. 9. — „Ad audientiam nostram“.
- (10691) Abbati S. Facundi concedit, ut „quandocumque fuerit requisitus privilegium suum seu quamcumque indulgentiam exhibere, instrumentum ab ipso iudice, audiente parte contraria, tantummodo recitetur, ita quod privilegium ad transcribendum nullo modo tradatur“. Augustini Tarr. Opp. IV. 374, Decr. Greg. L. II. t. 22. c. 5. — „Contingit interdum“.
- (10692) Episcopo „Vamensi“ (Fanensi?) respondet, „monomachias nec super ecclesiarum praesentationibus nec in aliis casibus tolerandas esse“. Baluzii Misc. III. 370, cf. ibid. p. 385, Augustini Tarr. Opp. IV. 415, 418, Decr. Greg. L. V. t. 35. c. 1, Mansi XXII. 570, 630. — „Cura suscepti“ „Quia suscepti“.
- (10693) Episcopo Faventino concedit, ut monasterium Granden., quod inissu eius prior monasterio Cerat. subiecerit, in pristinum restituat. Augustini Tarr. Opp. IV. 417, Decr. Greg. L. V. t. 31. c. 8. — „Sicut unire“.
- (10694) Oblatis universis monasterii S. Petri de Fertum praecipit, ut abbati obediant. Augustini Tarr. Opp. IV. 393, Mansi XXII. 627. — „Qui relictis mundanis“.
- (10695) Archiepiscopo Hydruntino scribit de Io., qui a Graeco episcopo non „in quatuor temporibus“ ordinatus sacerdos sit; „nolumus“ inquit „de cetero commixtiones et consuetudines rituum in ordinibus observari“. Augustini Tarr. Opp. IV. 358, Decr. Greg. L. I. t. 11. c. 9. — „Cum secundum“.
- (10696) Episcopo Lincolnensi et abbatibus de Thaniae et de Labrere mandat, cogant G. Bochis, ut presbytero cuidam ecclesiam restituat. Augustini Tarr. Opp. IV. 376, Mansi XXII. 626. — „Constitutus in praesentia“.
- (10697) Episcopo Lincolnensi et abbati T. mandat, ut Luciam viduam filiam G. et A. „legitimam nunciant (al. iudicent)“. Augustini Tarr. Opp. IV. 407, Decr. Greg. L. IV. t. 17. c. 11. — „Pervenit sane ad“.
- (10698) Episcopo Lincolnensi et priori de Fractoponte et archidiacono de Marin. mandat, cogant G(alfridum), archiepiscopum Eboracensem, ut pecuniam a R. praeposito acceptam restituat. Augustini Tarr. Opp. IV. 412, Decr. Greg. L. V. t. 3. c. 28. — „Dilectus filius noster“.

Romae ap.
S. Petrum

1191—1198.

- (10699) Monasterii Loci-dei protectionem suscipit, possessionesque confirmat. Langebeck Scr. R. Dan. VIII. 189. — „Cum a nobis petitur“.
- (10700) Capitulo Lucensi (Lucerensi?) respondet, clericos Barenses, qui, per Vigilem (Vigiliensem?) episcopum suspensi, beneficia ecclesiastica adepti sint, beneficiis esse privandos. Baluzii Misc. III. 385, Augustini Tarr. Opp. IV. 360, Decr. Greg. L. I. t. 14. c. 8, (Mansi XXII. 570). — „Cum bonae memoriae“.
- (10701) Capitulo Magdeburgensi respondet, quum N. archidiaconus Cenomanensis, „licet sit ecclesiae eorum decanus, tamen quod in partibus Gallicanis sibi potius habitationem elegerit, iam per annorum decem spatium eorum ecclesia illius praesentiam habere nequiverit“, ut, nisi vocatus redierit, novum decanum eligant. Decr. Greg. L. III. t. 4. c. 8, Augustini Tarr. Opp. IV. 384. — „Ex parte vestra“.
- (10702) Quibusdam respondet, filium C. militis, quem pater „discretionis annos nullatenus agentem, habitum fecerit suscipere monachalem (in provinciae Moguntinae monasterio), si habitum retinere noluerit, ad hoc non esse compellendum“. Augustini Tarr. Opp. IV. 393, Decr. Greg. L. III. t. 31. c. 14. — „Cum simus“.
- (10703) Archiepiscopo Vidrosiensi (Nidrosiensi) praecipit, ut „a communione eius, qui per sacrilegam manuum extensionem in edictum excommunicationis incidit, licet denunciatus non sit, absteineat“. Baluzii Misc. III. 373, Mansi XXII. 633. — „Cum ratio ab“.
- (10704) (Canonicis Pictaviensibus) praecipit, ut Hug. Lem. subdiaconum, a Iordano tit. S. Pudencianae presb. cardinali canonicum ecclesiae eorum institutum, „in fratrem et canonicum integre admittant et eidem in choro stallum et in capitulo locum assignent“. Augustini Tarr. Opp. IV. 363, (Decr. Greg. L. I. t. 9. c. 7). — „Sane dilecto filio“.
- (10705) Priori et canonicis S. Ranerii scribit, ne dubitent iuramentum de certo canonicorum numero praestitum auctoritate apostolicae sedis migrare. Baluzii Misc. III. 373, Mansi XXII. 633. — „Ex tenore“.
- (10706) Quibusdam mandat, ut I. de Malafrena et I. filium Cavalca eorumque socios, qui ecclesiam de Miliaton. et alias episcopatus Regini ecclesias violenter fregerint, excommunicent. Augustini Tarr. Opp. IV. 421, Decr. Greg. L. V. t. 39, c. 22. — „Conquesti sunt nobis“.
- Laterani (10707) (Walterio), archiepiscopo Rotomagensi, respondet, „eos esse pro absolutis habendos, qui pro iniectioe manuum in clericos vel alias religiosas personas excommunicationem incurrerint, et a legatis cardinalibus, qui a latere Romani pontificis destinantur, sint pro tempore absoluti, cum id legati mandatam sibi super his non ostendant expressum“. Baluzii Misc. III. 369, Mansi XXII. 629, (Augustini Tarr. Opp. IV. 420, Decr. Greg. L. V. t. 39. c. 20). — „Ad eminentiam“.
- „ (10708) (Walterio) archiepiscopo Rotomagensi scribit de collegiorum iure praesentandi praelatos. Baluzii Misc. III. 369, Mansi XXII. 629. — „Agnoscitur sedis“.
- (10709) (Walterio archiepiscopo Rotomagensi?) scribit de Iacobo sacerdote pro excommunicato non habendo. Baluzii Misc. III. 369. — „Veniens ad“.
- (10710) Decano Rotomagensi variis de rebus consulenti respondet. Bessin Conc. Rotom. II. 36, Mansi XXII. 617, Augustini Tarr. Opp. IV. 368, Decr. Greg. L. II. t. 4. c. 2. — „Prudentiam tuam debitam“.
- (10711) Suffraganeis et decano Rotomagensi scribit haec: „Per falsarios, qui nuper sunt in Urbe reperti, quaedam sunt litterae destinatae, quas timemus tanquam veras ab aliquibus admitti; ideoque mandamus, si quos tales valueritis reperire, quas cognoscere poteritis ex comparatione bullae et qualitate styli, faciatis capi et tandiu sub arcta custodia detineri, donec id nobis fuerit intimatum“. Baluzii Misc. III. 383, Augustini Tarr. Opp. IV. 415, Mansi XXII. 628, 641. — „Per falsarios“.
- (10712) Quibusdam mandat, ut „quum Iudaei parochiam S. Laudi pro parte magna occupaverint, nisi Iudaei, qui in civitate Rotomagensi morentur, decimas et omnes proventus alios, quos de parochianis fidelibus, si ibi habitarent, consequerentur, S. Laudi ecclesiae et aliis, quarum parochias detineant occupatas, annis

1191—1198.

singulis recompensare curaverint: omnes Christi caractere insignitos, qui Iudaeis obsequium exhibere, aut mutuo aliquid ab eis accipere, aut restituere iam acceptum, venditiones aut locationes cum eis contrahere, seu quemlibet alium contractum inire, vel eis ave dicere, seu habere colloquium temptaverint, anathematis vinculo astringant“. Augustini Tarr. Opp. IV. 391, (Mansi XXII. 552). — „Ad audientiam nostram“.

Romae ap.
S. Petrum

- (10713) Episcopo Senogalliensi concedit, „ut, cum ab eius subditis ad sedem apostolicam fuerit appellatum, cogat appellantem, ut infra 20 dies post appellationem interpositam iter arripiat ad sedem apostolicam veniendi“. Augustini Tarr. Opp. IV. 382, Mansi XXII. 627. — „Licet sit appellantis“.
- (10714) Episcopo Teratino (Teatino?) respondet, dirimendum non esse matrimonium C., qui „postquam iurasset, quod filiam V. daceret in uxorem, voluntate mutata“ aliam duxerit. Baluzii Misc. III. 373, Mansi XXII. 633. — „Insinuasti nobis“.
- (10715) Domum leprosororum de Valle Bugnensi tuendam suscipit, iisque „partem forestae de Cantastra immunem ab omni exactione“ asserit. Hist. ecclés. d'Abbeville 387, teste Bréquigny Table chron. IV. 147.
- (10716) Abbati et conventui Vercellensi concedit, ut si archiepiscopi, archidiaconi, archipresbyteri et decani „numerum evencionis et personarum, in concilio Lateranensi constitutum, cum eorum ecclesias visitant, excedere forte praesumpserint, et pro illis procuracionem exegerint, denegent“. Baluzii Misc. III. 371, Mansi XXII. 630, (Augustini Tarr. Opp. IV. 417, Decr. Greg. L. V. t. 31. c. 7). — „Cum ad quorundam“.
- (10717) Fidelibus in Vianensi (Viennensi?) provincia constitutis praecipit, ut „antequam deducant de cunctis bonis collectis expensas, salvis privilegiis ecclesiae Romanae, decimas ecclesiis cum integritate debita persolvant“. Baluzii Misc. III. 386, Augustini Tarr. Opp. IV. 391, Decr. Greg. L. III. t. 30. c. 23, (Mansi XXII. 571). — „Non est in“.
- (10718) Hanc (ecclesiarum quarundam) consuetudinem rescindit: „ut cum alicuius praelati debeat electio confirmari, conventus duas personas nominet, auribus latenter patriarchae vel principis exprimendas, ut sic illarum vel alterius eligendas, vel totius electionis penitus irritandae habeant facultatem“. Augustini Tarr. Opp. IV. 356, Decr. Greg. L. I. t. 6. c. 14. — „Cum terra, quae“.
- (10719) Archiepiscopo cuidam respondet, „non videri esse conveniens, ut pallium suum alii commodet, cum pallium personam non transeat“. Augustini Tarr. Opp. IV. 357, Decr. Greg. L. I. t. 8. c. 2. — „Ad haec quia“ „Ad hoc quia“.
- (10720) Archiepiscopo cuidam de praesentationibus respondet. Augustini Tarr. Opp. IV. 386, Decr. Greg. L. III. t. 10. c. 6. — „Ea noscitur“.
- (10721) Episcopo cuidam respondet de iis, qui per iudices remotiores excommunicatione absoluti „in illicita consanguinitatis copula remanent“. Augustini Tarr. Opp. IV. 363, Decr. Greg. L. I. t. 31. c. 6. — „Significavit nobis tua“.
- (10722) Episcopo cuidam rescribit, ne „occasione iuramenti, de rebus ecclesiae non alienandis praestiti, praetermittat, quin populo indigenti super basilicarum instructione studeat salubriter providere“. Augustini Tarr. Opp. IV. 400, Decr. Greg. L. III. t. 48. c. 6. — „Tua nos duxit“ „Tua nobis duxit“.
- (10723) Episcopo cuidam respondet de G. matrimonio. Augustini Tarr. Opp. IV. 405, Decr. Greg. L. IV. t. 12. c. 4. — „Transmissae nobis litterae“.
- (10724) Episcopo cuidam respondet, Henricum presbyterum, „licet non ipse sed aliquis pro eo in duello pugnaverit, non debere in sacris ordinibus ministrare“. Augustini Tarr. Opp. IV. 415, Decr. Greg. L. V. t. 14. c. 2. — „Henricus presbyter“.
- (10725) Episcopo cuidam mandat, ut V. diaconum frui beneficio quodam patiatur. Augustini Tarr. Opp. IV. 361, Mansi XXII. 626. — „Ex litteris tuae“.
- (10726) Episcopo cuidam respondet de B. clerico, qui cum „puellam quandam desponsasset, canonicus sit promotus“. Augustini Tarr. Opp. IV. 383. — „Ea est sedis“.
- (10727) Episcopo cuidam concedit, ut nothus militis cuiusdam filius „ad sacros ordines promoveatur“. Augustini Tarr. Opp. IV. 360. — „Intimatum est nobis“.

1191—1198.

- (10728) Episcopo cuidam mandat, ut W. subdiaconum „tamdiu tamquam excommunicatum faciat ab omnibus evitari, donec mulierem a consortio suo dimittat“. Augustini Tarr. Opp. IV. 403, Mansi XXII. 628. — „Fraternitatis tuae litteris“.
- (10729) Magistro Columbo de causis delegatis respondet. Augustini Tarr. Opp. IV. 368, Decr. Greg. L. I. t. 30. c. 2. — „Studuisti a“.
- (10730) Cuidam respondet, „de qua impotentia illud intelligatur, quod in litteris saepe consueverit apponi: videlicet ut si duo, vel tres, vel etiam plures, quibus litterae dirigantur, ipsis exsequendis interesse simul nequiverint, unus aut plures eorum nihilominus exsequantur“. Augustini Tarr. Opp. IV. 355, (Decr. Greg. L. I. t. 3. c. 13). — „Sciscitatus es a“.
- (10731) Cuidam respondet, „si contra R. coram Dulmen. episcopo et eius coniudicibus nihil probavisset, standum tamen sententiae fuisse, nisi R. eam ostenderet irritandam“. Augustini Tarr. Opp. IV. 358, Decr. Greg. L. I. t. 9. c. 6. — „In praesentia nostra“.
- (10732) Cuidam mandat, ut D. presbytero ecclesiam quandam restitui iubeat. Augustini Tarr. Opp. IV. 409, Decr. Greg. L. V. t. I. c. 12. — „Si constiterit, quod“.
- (10733) Cuidam de matrimonio quodam respondet. Augustini Tarr. Opp. IV. 408, Decr. Greg. L. IV. t. 18. c. 4. — „Insuper adiecisti“.
- (10734) Cuidam respondet de „indulgentia fel. mem. Adriani papae, tunc Albanensis episcopi in Norvagian legati, qua permissum est omnibus illius terrae hominibus in sexto gradu coniungi“. Augustini Tarr. Opp. IV. 406, Decr. Greg. L. IV. t. 14. c. 3. — „Quod dilectio tua“.
- (10735) Ad quaestiones cuiusdam respondet. Mansi XXII. 638, Augustini Tarr. Opp. IV. 404, 405, 406, 372, 392, 394, Decr. Greg. L. II. t. 16. c. 2, t. 25. c. 1, L. III. t. 33. c. 1, L. IV. t. 6. c. 6, t. 15. c. 5. — „Laudabilem pontificalis“ „Rursus quidam“ „Sollicite quoque“ „Denique quod in“ „Cum virum te“.
- (10736) Cuidam scribit „virum mercatorem, qui ad religionis habitum tansierit, nec habitum posse abiicere, nec aliquam sibi matrimonio copulare“. Augustini Tarr. Opp. IV. 393, Decr. Greg. L. III. t. 32. c. 10. — „Consuluit nos G.“.
- (10737) Quibusdam mandat, ut, „si quas causas saeculares clerici Parisius commorantes habuerint, iure canonico decident, nec permittant iuri scripto consuetudinem praevalere“. Augustini Tarr. Opp. IV. 368, Decr. Greg. L. II. t. 2. c. 9. — „Quod clericis“.
- (10738) Cuidam respondet, ne B. mulierem ab A. relicta Petri militis vexari de domo quadam patiat. Augustini Tarr. Opp. IV. 388, Decr. Greg. L. III. t. 17. c. 4. — „Pervenit ad nos“.
- (10739) Cuidam respondet de clericis „sive in furto, sive in homicidio, vel periurio deprehensis“. Augustini Tarr. Opp. IV. 367, Decr. Greg. L. II. t. 1. c. 10. — „Cum non ab homine“.
- (10740) Cuidam respondet de „quadam cellula, quae eximi voluerit a subiectione, qua matrici domui tenebatur“. Augustini Tarr. Opp. IV. 364, Decr. Greg. L. I. t. 36. c. 10. — „Praeterea quarto loco“.
- (10741) Cuidam de causis delegatis respondet. Augustini Tarr. Opp. IV. 368, Decr. Greg. L. I. t. 8. c. 2. — „Praeterea in tuo“.
- (10742) Cuidam de iudicibus deputatis respondet. Augustini Tarr. Opp. IV. 369, Decr. Greg. L. II. t. 12. c. 2. — „Ad ultimum interrogati“.
- (10743) Cuidam de appellationibus respondet. Augustini Tarr. Opp. IV. 381, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 40. — „Praeterea requisiti“.
- (10744) Cuidam de testimoniis respondet. Augustini Tarr. Opp. IV. 373, Decr. Greg. L. II. t. 20. c. 27. — „Praeterea cum quis“.
- (10745) Cuidam de testibus publicis respondet. Augustini Tarr. Opp. IV. 374, Decr. Greg. L. II. t. 21. c. 7. — „Praeterea si testes“.
- (10746) Quibusdam respondet de P. acolyto, qui „cum quibusdam hominibus ad resistendum praedonibus arma sumpserit“. Augustini Tarr. Opp. IV. 416, Decr. Greg. L. V. t. 25. c. 4. — „Continentia literarum“.
- (10747) Cuidam respondet de eo, qui „iuraverit, quod acciperet aliquam in uxorem et ipsum postea poenituerit iurasse“. Augustini Tarr. Opp. IV. 376. — „Item si quis“.
- (10748) Cuidam respondet de Iohanne, qui „vivente Alitia, legitima uxore, moechae

			<p>1191—1198. cohabitare praesumpserit et. Alitia de praesenti luce subtracta, cum adultera per decennium sit moratus“. Augustini Tarr. Opp. IV. 404, Decr. Greg. L. IV. t. 7. c. 5. — „Cum haberet uxorem“.</p>
			<p>1192—1198. (10749) H(uberto) archiepiscopo Cantuariensi de „appellationis inhibitione“ respondet. Augustini Tarr. Opp. IV. 382, Mansi XXII. 627. — „Appellationis inhibito“.</p>
Ian.	8.	Romae	<p>1198. (Ind. 1, pont. a. 7.) Moritur. Epist. Innocentii III. L. I. ep. 1. ed. Baluz. I. p. 1: „VI. Id. Ian.“ Rogeri de Hoveden Annal. 1198 ap. Savile R. A. Scr. 442: „6 id. Ian., feria sexta“ (leg. quinta). Chron. de Mailros 1198 ap. Fell R. A. Scr. 181: „VII. id. Ianuar.“. Sigeberti Cont. Aquicinct. 1198 ap. Pertz M. G. Scr. VI. 434: „6 Kal. Ian.“. Chron. Foss. novae 1197 ap. Muratori R. It. Scr. VII. 883: „XVII. Kal. Febr.“</p>

APPENDIX.

LITERAE SPURIAE.

S. Petrus. . . — 67?

- (1) Iubet haec: „Profer imaginem domini nostri Iesu Christi et eam in turricula exprime, ut cernant populi, qualem formam assumpserit filius dei“. Mansi I. 71. — „Εξέστυξε τὴν εἰκόνα“ „Profer imaginem“.

S. Anacletus. 79? — 91?

- (II) § Omnes episcopos et ceteros fideles iubet patientia niti. Detractorum et accusatorum in sacerdotes iniurias pertinere ad Christum; cuius legem qui negligant, iis neque accusare neque esse testes licere. Episcopis sacrificantibus plures quam aliis sacerdotibus testes assint. Improbat iudicia peregrina, iudices externos, alienos, nisi ab apostolica sede missos; apud duodecim provinciae iudices agantur causae. Ad sacerdotes provocare cuique licere. Causae difficiles, negotia maiora referantur ad maiorem sedem, ubi si facile discerni non possint, ad summorum congregationem bis in anno convocandam. In commune apud patriarcham aut primatem ecclesiasticum et patricium secularem tractanda negotia esse; in difficilioribus quaestionibus appellari ad sedem apostolicam posse. Mansi I. 598, Blondelli Pseudo-Isidorus 101. — „Benedictus deus et“.
- (III) § Universa Italiae episcopis consulentibus responsam, valetudine sua tardatum, reddit. Episcopi die dominica ab episcopis provinciae omnibus, reliqui sacerdotes a suo episcopo ordinantur. Episcopi, ecclesiae columnae, apostolorum successores, nisi a probatissimis viris ne accusentur; a deo iudicentur; quos qui recipiat, ab eo recipi deum. In provinciarum capitibus, ubi summi iudices civiles quondam fuerint, patriarchas vel primates instituendos esse; in reliquis civitatibus metropolitanis, ubi minores fuerint iudices, metropolitanos aut archiepiscopos. Ad primates appellare episcopos posse; ad eosque „post sedem apostolicam summa negotia convenient“. Mansi I. 608, Blondelli Pseudo-Isidorus 120. — „Quoniam apostolicae sedis“.
- (IV) § Omnibus episcopis ac reliquis Christi sacerdotibus scribit, sacerdotum ordines non esse nisi duos, 1) episcopos, qui vice apostolorum, 2) presbyteros, qui discipulorum LXXII vice fungantur. Ordinem episcoporum unum esse, quamquam episcopi urbium earum, quae primatum olim tenuerint, primates vel patriarchae, reliquarum vero metropolium archiepiscopi aut metropolitani, non patriarchae aut primates, appellentur. Romanam vero ecclesiam obtinuisse primatum et eminentiam potestatis super universas ecclesias ac totum Christiani populi gregem; secundam sedem Alexandriae esse, tertiam Antiochiae. Difficiliores episcoporum causae ad Romanam sedem referantur. Inimicos non debere accusatores esse. Alieno iudicio ne committantur causae. Doctorem vel pastorem ecclesiae pro moribus reprobis magis tolerandum, quam distringendum esse. Mansi I. 615, Blondelli Pseudo-Isidorus 136. — „Benedictus deus et“.
- (V) Omnes episcopos, „apostolicae sedis ordinationi subiacentes propinquos“, iubet quotannis circiter idus Maias Romam venire. E longinquo chirographa mitti vult. Gratiani decr. I. D. 93. c. 4, Mansi I. 622. — „Iuxta sanctorum“.
- (VI) Episcopum vetat in episcopi dioecesim „ad alienos clericos ordinandos vel consecranda altaria irruere“. Gratiani decr. C. VII. qu. 1. c. 28. — „Episcopus in“.
- (VII) „Laicos in accusatione episcoporum audiendos non esse“ decernit. Gratiani decr. C. II. qu. 7. c. 14, Mansi I. 622. — „Laici in accusatione“.
- (VIII) „Episcopum universosque sacerdotes debere tam pro ecclesiasticis, quam etiam pro suis actionibus (excepto publico videlicet crimine) habere advocatum“, iubet. Gratiani decr. C. V. qu. 3. c. 3. — „Quia episcopus“.

S. Clemens. 91? — 100?

- (IX) Iacobum, episcoporum episcopum, regentem Hebraeorum sanctam ecclesiam Hierosolymis, certiore facit, Petrum morientem invito sibi manum imposuisse, traditaque tum praedicationis cathedra, tum ligandi solvendique potestate, praecipisse: 1) ut ipse, vacuus negotiis secularibus, in solius ecclesiae rebus versetur; 2) ut presbyteri casti sint, pupillis, viduis, egentibus, aegrotis, iis qui in carcere sint, peregrinis consulant, avaritiam defugiant, vivant concorditer, futuri iudicii sint memores; ut lites fratrum ab ecclesiae presbyteris, non a civilibus magistratibus iudicentur; 3) ut diaconi, episcoporum oculi, vigilant, ne quis peccet, neve sacrorum usum negligat cet.; 4) ut populus obediat episcopo; hunc enim qui

S. Clemens. 91?—100?

contristaverit, eum in Christum peccare. — § Exposito symbolo apostolico scribit, se episcopos et misisse et missurum esse ad Gallias, Hispanias, Germaniam, Italiam atque ad reliquas gentes. In civitatibus, ubi ethnicorum archiflammes olim fuerint, episcoporum primates vel patriarchas, qui reliquorum episcoporum iudicia et maiora negotia agitent, constituendos esse; ubi minores archiflammes fuerint, archiepiscopos, in singulis civitatibus reliquis (non vero in villis, aut castellis, vel modicis civitatibus) singulos, non binos vel ternos aut plures, episcopos esse collocandos. Episcopos apostolorum, presbyteros reliquorum discipulorum esse vicarios. Accusari aut iudicari nec maiorem a minore, nec sacerdotem a laico debere. Episcopos a solo Domino esse aut iudicandos aut removendos; omnes terrae principes obedire iis debere; eorum adversarios, velut homicidas, excommunicandos esse. Mansi I. 111, 91, Constant append. 3, Leonis M. Opp. III. 455, Blondelli Pseudo-Isidorus 1. — „Notum tibi facio“.

- (x) Iacobo, Hierosolymorum episcopo, nunciat Petri de corporis dominici sacramentis ac de vasis vestibusque sacris praecepta. — § Addit de poenitentia agenda, de ecclesiis condendis et consecrandis, de sacerdotibus colendis. Mansi I. 126, 157, Leonis M. Opp. III. 674, Blondelli Pseudo-Isidorus 60. — „Quoniam sicut a“.
- (xi) § Omnes coepiscopos, presbyteros, diaconos et reliquos clericos et cunctos principes maiores minoresve omnesque generaliter fideles edocet, dominum episcopos vice sua et loco apostolorum ad docendos omnes misisse; itaque et populum et principes ut deo obedire iis debere, quique iis resistat, eum resistere domino. In iussu episcopi ne presbyteri, diaconi, alii clerici quidquam agant, neve aut sacra procurent, aut baptizent cet. Addit de baptizate dando, de propaganda veritate, de libero arbitrio cet. Mansi I. 130, Blondelli Pseudo-Isidorus 72. — „Urget nos, fratres“.
- (xii) § Iulium et Iulianum ac reliquos consodales suos gentesque, inter quas habitent, ab errore revocat. De baptizate scribit, „omnibus festinandum esse sine mora, (per aquam) renasci deo et demum consignari ab episcopo, i. e. septiformem gratiam spiritus sancti percipere“. Addit de castitate. Mansi I. 138, Blondelli Pseudo-Isidorus 87. — „Oportet, fratres, omnes“.
- (xiii) § Fratres et discipulos, Hierosolymis cum Iacobo coepiscopo suo habitantes, docet de communi bonorum usu et de sanctis libris non aliter ac secundum traditionem interpretandis. Mansi I. 143, Blondelli Pseudo-Isidorus 97. — „Communis vita, fratres“.
- (xiv) Corinthiis scribit de Christi dei erga homines misericordia, de praeceptis eius custodiendis, de morte non timenda, de futura vita aeterna, de agenda poenitentia, de exercenda virtute, de fide promissis dei habenda, de regno dei exspectando. (Cf. Eusebii Eccl. hist. L. III. c. 38). Constant 40, Mansi I. 222. — „*Ἀδελφοὶ οὐτως δεῖ*“ „Fratres ita sentire“.
- (xv) Virginitatem qui servare constituerint, iis de vera fide proponit, de bonis operibus, de continentia, de amore dei, de Christi aemulatione, de cura egentium et aegrotorum, de otio vitando cet. Wetstenii Nov. testamentum graecum II. append. p. 1, (Mansi I. 144). — „Unicuique virginum“.
- (xvi) Fratres hortatur, ut vitae suae consuetudines imitentur, maximeque mulierum conversationem fugiant. Wetstenii Nov. testamentum graecum II. append. p. 15, (Mansi I. 151). — „Volo autem, sciatis“.
- (xvii) Laicos, dum fiant sacra, vetat in presbyterio esse. Gratiani decr. III. D. II. c. 30, Mansi I. 158, 235. — „Sacerdotum aliorumque“.
- (xviii) „Monogamiam naturae atque legi consentaneam; digamiam post promissionem esse illegitimam, trigamiam intemperantiae iudicium; quae autem trigamiae addatur, apertam fornicationem esse“ scribit. Constant 49, Mansi I. 235. — „Monogamia quidem“.

S. Evaristus. 100?—109?

Mart. 24.

- (xix) § Universis Africae episcopis respondet de diaconis VII in unaquaque civitate constituendis, de matrimoniis legitimis. Non solum patrem sine filio lucem inaccessibleem habitare. Mansi Conc. I. 623, Blondelli Pseudo-Isidorus 147. — „Consulentibus vobis, fratres“.

Nov. 1.

- (xx) § Omnes per Aegyptum domino conglutinatos fratres hortatur, ut expulsos episcopos revocent, quosque in eorum locum substituerint, pellant. Episcopo

S. Evaristus. 100?—109?

iunctam ecclesiam esse, ut marito uxorem. Querelas si in episcopos habeant, ad sedem apostolicam deferant. Ne inordinatum quidem episcopum debere a plebe aut vulgaribus hominibus accusari. Mansi I. 627, Blondelli Pseudo-Isidorus 151. — „Unum nos, fratres“

(xxi) „Omnes basilicas cum missa, altarfa vero non solum unctione chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari“ iubet. Mansi I. 631, Constant 51, (Ivonis decr. III. c. 32; cf. Gratiani decr. III. D. I. c. 3, ubi decreti pars Hygino tribuitur). — „Omnes basilicae“

(xxii) Decernit, „ut presbyteri de oculis peccatis iussione episcopi poenitentes reconcilient et infirmantes absolvant et communicent“. Ivonis decr. XV. c. 38, Gratiani decr. C. XXVI. qu. 6. c. 4, Mansi I. 632. — „Ut presbyteri de“ „Presbyteri de“

S. Alexander I. 109?—119?

Iul. 24.

(xxiii) § Omnibus orthodoxis per diversas provincias scribit: „omnes, qui sanctos patres (episcopos) persequantur, aut amovere vel dilacerare manifeste nitantur, infames esse et alienos a liminibus ecclesiae usque ad satisfactionem“. Confessoria scripta metu vel fraude extorta episcopis non posse damno esse; eosdem „ad alios iudices prius non debere quam ad sacerdotes vel auditores ecclesiae accusari“. Addit de pane et vino aquae permixto in eucharistia offerendis; de benedicenda aqua sale aspersa; de trinitate. Mansi I. 634, Blondelli Pseudo-Isidorus 159. — „Cogitantibus nobis metum“

Sept. 25.

(xxiv) § Omnes episcopos per diversas constitutas regiones hortatur, ut unanimes sint, et alius alium in arcendis iniuriis adiuvet. Mansi I. 643, Blondelli Pseudo-Isidorus 172. — „Nulli, fratres, dubium“

Mai. 1.

(xv) § Omnibus divino sacerdotio fungentibus scribit, fratres detrahere et accusare summam iniquitatem esse, quam qui commiserint, eos esse vitandos. Mansi I. 645, Blondelli Pseudo-Isidorus 175. — „Gratia dei sumus“

(xxvi) Interdicit presbyteris, ne donis ad celanda peccata moveantur. Ivonis decret. XV. c. 112, Mansi I. 647. — „Ut nemo presbyterorum“ „Ut nullus presbyter“

(xxvii) Eundem vetat et accusatorem et iudicem et testem esse. Burchardi decr. XVI. c. 15. — „Nemo simul“

S. Sixtus I. 119?—128?

Apr. 16.

(xxviii) § Omnibus in deo patre et domino Iesu Christo fratribus scribit, esse „unum verum deum patrem et filium; a quibus etiam spiritum sanctum non esse discretum“. „In accusatione domini ministrorum, primo persona, fides, vita et conversatio blasphemantium perscrutetur, nam dubium in fide infidelem esse“. „Accusatoribus suspectis non esse credendum“. Mansi I. 650, Blondelli Pseudo-Isidorus 177. — „Carissimi, fideliter agite“

Mart. 24.

(xxix) § Omnibus episcopis scribit, „sacra vasa ne ab aliis quam a sacratis dominoque dicatis contrectentur hominibus“. Episcopus pulsatus ad sedem apostolicam appellet; „si appellare minime ausus fuerit, et vocatus a sancta sede fuerit, venire festinet“, neve „ad ecclesiam suam prius revertatur, quam literis apostolicis vel formatis pleniter instructus atque purgatus sit“. „Nemo pontificum aliquem suis rebus exspoliatum episcopum, aut a sede pulsum excommunicare aut iudicare praesumat“. Mansi I. 653, Blondelli Pseudo-Isidorus 181. — „Cognoscat vestra sapientia“

(xxx) Iubet, „presbyteros cavere, ne animas per suam incuriam a caelesti beatitudine separent, et, si evenerit, gravi poenitentiae luctui diebus vitae suae submittere“. Burchardi decr. IV. c. 46, Ivonis decr. I. c. 240, Mansi I. 656. — „Perpendant presbyteri“

S. Telesphorus. 128?—139.

Febr. 15.

(xxxi) § Episcopis scribit, clerici „septem heptomadas ante pascha ieiunent; et sicut laici et saeculares homines nolint eos recipere in accusationibus et infamationibus suis, ita nec clericos debere eos recipere in impulsationibus suis; nocte nativitatis domini salvatoris missas celebrent et hymnum angelicum decantent“. Episcopos „esse audiendos, obediendos atque timendos, non dilacerandos aut detrahendos“. Dei ordinationem accusare eum, qui sacerdotes accuset vel damnari cupiat“

S. Telesphorus. 128?—139.

„Accusatori ne credatur, qui absente adversario causam suggerat, nec hi, qui non sint idonei, suscipiantur ad accusationem“. Mansi I. 657, Blondelli Pseudo-Isidorus 183. — „Credimus sanctam fidem“.

S. Hyginus. 139—142?

- Sept. 15. — (xxxii) § Cunctis in apostolica fide et doctrina degentibus scribit, „filium non secundum deitatem solam a patre missum esse, sed etiam secundum carnem“. Nullus metropolitanus absque caeterorum omnium comprovincialium episcoporum instantia aliquorum causas audiat eorum“. „Criminationes maiorum natu per alios non fiant nisi per ipsos, qui crimina intendant“. „Peregrina negotia et iudicia prohibet, quia indignum sit, ut ab externis iudicentur, qui provinciales et a se electos debeant habere iudices“. Mansi I. 664, Blondelli Pseudo-Isidorus 189. — „Carissimi, deus filium“.
- Febr. 20. — (xxxiii) § Atheniensibus de vitanda infidelium societate exponit. Mansi I. 667, Blondelli Pseudo-Isidorus 192. — „Multa mihi fiducia“.
- — — (xxxiv) Decernit haec: „Si qua mulier transierit ad secundas nuptias et ex eis prolem habuerit, ipsa proles non potest se copulare cognationi prioris viri usque ad quartam generationem“. Gratiani decr. C. XXXV. qu. 10. c. 4, Mansi I. 668. — „Si qua mulier“.
- — — (xxxv) „Omnes basilicas cum missa consecrari“, ecclesiasque conservari ab episcopis iubet. Gratiani decr. III. D. I. c. 3, Ivonis decr. III. c. 26, Mansi I. 668. — „Omnes basilicae“ „Ut ecclesiae destructae“.
- — — (xxxvi) Praecipit haec: „Si motum fuerit altare, denuo consecretur ecclesia, si parietes moventur et non altare, salibus tantum exorcizetur; si homicidio vel adulterio ecclesia violata fuerit, diligentissime expurgetur, et denuo consecretur“. Ivonis decr. III. c. 13 et 14, Gratiani decr. III. D. I. c. 19, Mansi I. 668. — „Si motum“ „Si homicidio“.
- — — (xxxvii) Vetat „ligna ecclesiae dedicate ad aliud opus iungi, nisi ad aliam ecclesiam“. Ivonis decr. III. c. 44, Gratiani decr. III. D. I. c. 38, (Mansi I. 668). — „Ligna ecclesiae“.
- — — (xxxviii) „In catechismo et in baptismo et in confirmatione unum patrinum fieri posse“, decernit. Ivonis decr. I. c. 218, Gratiani decr. III. D. IV. c. 100, Mansi I. 668. — „In catechismo“.
- — — (xxxix) Iubet haec: „Si quis ecclesiam igne combusserit, quindecim annis poeniteat et eam sedule restituat et pretium suum pauperibus distribuat“. Gratiani decr. C. XVII. qu. 4. c. 14. — „Si quis ecclesiam“.

S. Pius. 142?—157?

- Apr. 7. — (xl) § Omnibus ecclesiis significat, secundum revelationem Hermae factam pascha dominico die agendum esse. Addit de episcopis per subditos non accusandis; de accusatorum fide et conversatione scrutanda. Inssum apostolicae sedis qui neglexerit, eum infamem esse. Mansi I. 672, Blondelli Pseudo-Isidorus 194. — „Gratias agimus fratres“.
- Mart. 15. — (xli) § Italicis fratribus scribit, praedia divino usui destinata qui ad humanum usum transferat, eum sacrilegum esse. Qui clerici episcopo non obediant, aut insidias vel contumeliam vel calumniam parent, ii „curiae tradantur“. Mansi I. 675, Blondelli Pseudo-Isidorus 197. — „Scitis, fratres, quia“.
- — — (xlii) Iusto (al. Vero), episcopo Viennensi, significat, se domum, ante eius a Roma discessum ab Euprepia sorore sua tributam pauperibus, incolere. In senatoria urbe Viennensi quid iam egerit, scire cupit. „Presbyteros illos, qui ab apostolis educati usque ad hoc tempus pervenerint, a domino vocatos in cubilibus aeternis clausos teneri; sanctum Timotheum et Marcum per bonum certamen transisse“. Addit haec: „Salutant te Soter et Eleutherius digni presbyteri; Cerinthus primarches Satanae multos a fide“. Bosco Bibl. Flor. xystou laev. 22, Coustant appendix 19, Mansi I. 677, Blondelli Pseudo-Isidorus 199. — „Antequam Roma exiisses“.
- — — (xliii) Iusto, episcopo Viennensi, scribit, ex Atalo, qui martyrum epistolas attulerit, se accepisse, eum in Veri locum apud senatoriam urbem Viennensem constitutum episcopum esse. „Revelatum sibi esse, citius se finem huius vitae facturum“.

S. Pius I. 142?—157?

Bosco Bibl. Flor. xyston laev. 24, Coustant appendix 20, Mansi I. 678, Blondelli Pseudo-Isidorus 200. — „Atalus epistolas“.

- (XLIV) Decernit haec: „Virgines non velentur ante 25 annos, nisi forte necessitate periclitantis pudicitiae virginalis, et non sunt consecrandae, nisi in epiphania, et in sabbato paschae, et in apostolorum natalitiis, nisi causa mortis urgente“. Ivonis decr. VII. c. 39, Gratiani decr. C. XX. qu. 1. c. 15, Mansi I. 679. — „Ut virgines non“ „Virgines non“.
- (XLV) Ecclesiasticum, qui per capillum dei vel caput iuraverit, removeri, laicum anathematizari iubet. Ivonis decr. XII. c. 72, Gratiani decr. C. XXII. qu. 1. c. 10, Mansi I. 679. — „Si quis per“.
- (XLVI) Edicit haec: „Qui compulsus a domino sciens periurat, utrique sunt periuri; — si liber est, 40 dies in pane et aqua poeniteat et septem sequentes annos, si servus est, tres quadragesimas et legitimas ferias poeniteat“. Ivonis decr. XII. c. 61, Gratiani decr. C. XXII. qu. 5. c. 1, Mansi I. 679. — „Qui compulsus“.
- (XLVII) Decernit haec: „Qui peierat se in manu episcopi aut in cruce consecrata, tres annos poeniteat; si vero in cruce non consecrata, annum unum poeniteat; qui autem coactus fuerit et ignorans se peieraverit et postea cognoscit, tres quadragesimas poeniteat“. Gratiani decr. C. XXII qu. 5. c. 2, Mansi I. 679. — „Qui peierat“.
- (XLVIII) Sancit haec: „Quicumque propriam uxorem absque lege, vel sine causa et certa probatione interfecerit, aliamque duxerit uxorem, armis depositis publicam agat poenitentiam, et, si contumax fuerit et episcopo suo inobediens extiterit, anathematizetur, quousque consentiat; eadem lex erit illi, qui seniore suum interfecerit“. Ivonis decr. X. c. 166, Gratiani decr. C. XXXIII. qu. 2. c. 7, Mansi I. 679. — „Quicumque propriam“.
- (XLIX) Iubet haec: „Si per negligentiam aliquid de sanguine (al. calice) domini stillaverit in terram, lingua lambetur et tabula radetur“ cet. Ivonis decr. II. c. 56, Gratiani decr. III. D. II. c. 27, Mansi I. 680. — „Si per negligentiam“ „Si vero per negligentiam“.
- (L) Decernit, „ut nullus de iis, qui aut in terra(m) arrepti a daemonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeat altaribus ministrare, vel indiscusse se divinis ingerat sacramentis“. Ivonis decr. II. c. 125, Gratiani decr. I. D. 33. c. 3, Mansi I. 680. — „Bene siquidem“ „Communiter diffinimus“.
- (LI) Decernit de eulogii populo a presbytero tribuendis. Ivonis decr. II. c. 37, (Mansi I. 680). — „Ut de oblationibus“.
- (LII) Quibusdam respondet, quae consuetudines fidei catholicae non adversentur, eas servandas esse. Ivonis decr. IV. c. 66, Gratiani decr. I. D. 11. c. 6, Mansi I. 680. — „Petistis enim per“ „Consuetudinem laudamus“.
- (LIII) Praecipit haec: „Poenitentes non debent communicare ante consummationem poenitentiae; poenitentes a conviviis et ornamentis atque alba veste abstinere debent et discordes ab ecclesia pellantur, donec ad pacem redeant“. Mansi I. 681. — „Poenitentes non“.

S. Anicetus. 157?—168.

- (LIV) §Universis ecclesiis per Galliae provincias constitutis respondet, archiepiscopum ab omnibus suffraganeis consecrandum esse, „reliquos comprovinciales episcopos, caeteris consentientibus, a tribus iussu archiepiscopi consecrari posse episcopis“. „Archiepiscopus nihil de eorum causis aut de aliis communibus absque cunctorum illorum agat consilio“, alioquin „ab omnibus districte corrigatur, si vero incorrigibilis eisque inobediens apparuerit, ad apostolicam sedem eius contumacia referatur, aut ad eius primatem causa deferatur“. „Similiter si aliquis episcoporum proprium metropolitanum suspectum habuerit, apud primatem dioeceseos aut apud apostolicam sedem audiatur“. „Nulli archiepiscopi primates vocentur, nisi illi qui primas teneant civitates, quarum episcopos apostoli et successores apostolorum regulariter patriarchas et primates esse constituerint“. De clericorum tonsura addit. Mansi I. 683, Blondelli Pseudo-Isidorus 201. — „Bonorum operum et“.

			S. Soter. 168—176.
Mai.	7.	—	(LV) § Campanis omnibus de incarnatione exponit. „Filius secundum carnem dici, nam secundum divinitatem a patre nusquam legi factum sed genitum; non doceri filium praecepto patris fuisse locutum, sed magis proprium exercuisse in loquendo sermonem“. Mansi I. 688, Blondelli Pseudo-Isidorus 205. — „Gaudere vos oportet“.
„	23.	—	(LVI) § Fratribus per Italiae provincias sanctis constitutis episcopis scribit, ne monachae „sacra vasa vel sacratas pallas contingant, neve incensum circa altaria deferant“. Mansi I. 689, Blondelli Pseudo-Isidorus 207. — „Divinis praeceptis et“.
—	—	—	(LVII) Sancit haec: „Si aliquid forte incautius nos iurasse contigerit, quod observatum peiorem vergat in exitum, illud consilio salubriore mutandum noverimus, et magis instante necessitate peierandum nobis, quam pro facto iuramento in aliud crimen maius esse divertendum“. Ivonis decr. XII. c. 75, Gratiani decr. C. XXII. qu. 4. c. 16, Mansi I. 691. — „Si aliquid forte“.
—	—	—	(LVIII) Praecipit, „ut ubi temporis vel loci sive cleri copia suffragatur, habeat quisquis canens deo atque sacrificans post se vicini solaminis adiutorem“. Ivonis decr. II. c. 126, Gratiani Decr. III. D. I. c. 58, Mansi I. 691. — „Ut illud divini“.
—	—	—	(LIX) Vetat „presbyterum missarum solennia celebrare, nisi duobus praesentibus sibi que respondentibus ipse tertius habeatur“. Ivonis decr. II. c. 127, Gratiani decr. III. D. I. c. 61, Mansi I. 692. — „Hoc quoque statutum“.
—	—	—	(LX) Die coenae domini percipi eucharistiam iubet. Ivonis decr. II. c. 30, Gratiani decr. III. D. II. c. 17, Mansi I. 692. — „In coena domini“.
			S. Eleutherus. 177—190?
Iul.	11.	—	(LXI) § Universas ecclesias per Galliae provincias domino militantes hortatur, ne „refutent escas communes“. „De accusationibus clericorum“ respondet, „quamvis liceat apud provinciales episcopos et metropolitanos atque primates episcoporum ventilare accusationes vel criminationes, non tamen licere diffinire“, nam „finitiva episcoporum iudicia ad sedem apostolicam deferenda esse“. „Reliquorum vero clericorum causas apud provinciales et metropolitanos ac primates et ventilare et iuste finire licere“. Reus in provincia sua dicat causam, neu „alibi aut longius ad iudicium protrahatur“. Mansi I. 695, Blondelli Pseudo-Isidorus 209. — „Magno munere misericordiae“.
—	—	—	(LXII) Lucio Britanniae regi, nuper Christianae fidei conciliato, respondet, leges Romanas et Caesaris, quarum exemplum petierit, reprobari posse, legem dei non posse; itaque ex utraque pagina legem sumat. Coustant Appendix 23, Mansi I. 698. — „Petiistis“.
			S. Victor I. 190? — c. 202.
Iul.	20.	—	(LXIII) § Theophilo episcopo et cunctis fratribus in Alexandria domino famulantibus scribit de paschate die dominica et „a quarta decima luna primi mensis usque ad vicesimumprimum eiusdem mensis diem“ agendo. De rebus incertis ne iudicetur. Episcoporum causas definiri nisi a sede Romana non debere; ubi dum causae agantur, non posse successores iis substitui. Mansi I. 700, Blondelli Pseudo-Isidorus 215. — „Multa mihi gratulatio“.
Sept.	1.	—	(LXIV) § Episcopis per Africam constitutis sub excommunicationis poena praecipit, ut unanimes sint, inimicitiasque de sacramentis deponant. Mansi I. 703, Blondelli Pseudo-Isidorus 230. — „Semper enim in“.
—	—	—	(LXV) Desiderium, episcopum Viennensem, monet, sequatur praeceptum, „a presbyteris qui apostolos in carne viderint“ ei datum, ut pascha „non decima quarta luna cum Iudaeis, sed (a) decima quinta usque ad vigesimamprimam“ agatur. Eubolum, „qui epistolam fert Viennam“, commendat. Bosco Bibl. Flor. xyston laev. 24, Coustant appendix 21, Mansi I. 704, Blondelli Pseudo-Isidorus 232. — „Sicut sancta fraternitas“.
—	—	—	(LXVI) Paracodae episcopo scribit, ecclesiam orientalem ab occidentali propter paschae celebrationem disiunctam esse. Hortatur, doceat eam a decima quinta luna esse agendam. Salutatur fratres cum eo Viennae degentes. Bosco Bibl. Flor. xyst. laev. 26, Coustant appendix 22, Mansi I. 705, Blondelli Pseudo-Isidorus 233. — „Collega noster Dionysius“.

- Sept. 20. — **S. Zephyrinus. c. 202—218.**
 (LXVII) § Omnibus per Siciliam constitutis episcopis scribit, „patriarchae vel primates accusatum discutientes episcopum non ante sententiam proferant finitivam, quam apostolica fulti auctoritate, aut reus se ipsum confiteatur aut per innocentes et regulariter examinatos vincatur testes septuaginta duo“. Nullum episcopum „sententia a non suo iudice dicta constringat, quia et leges seculi id ipsum fieri praecipiant“. „Duodecim iudices quilibet episcopus accusatus eligit; finis vero eius causae ad sedem apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur“. „Ad eam ab omnibus, maxime tamen ab oppressis, appellandum esse“. Mansi I. 730, Blondelli Pseudo-Isidorus 234. — „Divinae circa nos“.
- Nov. 7. — (LXVIII) § Fratres per Aegyptum domino militantes edocet, episcopos pulsos et exspoliatos, antequam ius de iis fiat, in integrum restituendos esse. Presbyteri ac levitae solemniter ordinentur. Mansi I. 732, Blondelli Pseudo-Isidorus 247. — „Tantum a domino“.
- Nov. 21. — **S. Callistus I. 218—223.** •
 (LXIX) § Benedicto episcopo respondet de ieiuniis „per quatuor anni tempora“ agendis ac de episcopis non accusandis. „Nulli imperatori licere aliquid contra mandata divina praesumere; iniustum ergo iudicium et diffinitionem iniustam, regio metu aut iussu, aut cuiuscumque episcopi aut potentis, a iudicibus ordinatam vel actam, non valere“. Mansi I. 737, Blondelli Pseudo-Isidorus 252. — „Fraternitas amore“.
- Oct. 8. — (LXX) § Fratribus per Gallias constitutis universis episcopis scribit, in episcopum qui conspiraverint clerici removeantur, laici excommunicentur, utrique infames „in nullius accusationem recipiantur“. Pari poena teneantur, qui excommunicatis communicaverint. „Nemo alterius terminos usurpet, nec alterius parochianum iudicare aut excommunicare praesumat“; quae si primas vel metropolitanus „sine consilio ac voluntate omnium comprovincialium episcoporum agere tentaverit, gradus sui periculo subiaceat“. Consanguineorum liberos, raptos, et eos „qui seniores impetant, sacerdotes vel legitime coniunctos criminari vel in eos testificari minime posse“. Ne quis accusetur absens, ne per libellum, sed viva voce; testes quoque praesentes testimonium dicant, cet. Mansi I. 740, Blondelli Pseudo-Isidorus 256. — „Plurimorum relatu“.
- Sept. 5. — **S. Urbanus I. 223—230?**
 (LXXI) § Omnibus Christianis de puniendis sacrilegis scribit. Addit de episcoporum auctoritate, de voto baptismali, de spiritu sancto „per manus impositionem episcoporum post baptismum accipiendum“. Mansi I. 748, Blondelli Pseudo-Isidorus 265. — „Decet omnes Christianos“.
- Ian. 23. — **S. Pontianus. 230?—235.**
 (LXXII) § Felicem Succribonum de defensis sacerdotibus laudat. „In sacerdotibus dominum honorari, cuius legatione fungantur“, eos „accusandos non esse ab infamibus, aut sceleratis, vel inimicis, aut alterius sectae vel religionis hominibus; si peccaverint, a reliquis arguantur sacerdotibus, sed et a summis pontificibus constringantur, et non a saecularibus aut malae vitae hominibus arguantur“. Mansi I. 756, Blondelli Pseudo-Isidorus 271. — „Oppido cor nostrum“.
- Apr. 28. — (LXXIII) § Omnibus recte dominum colentibus de caritate fraterna exponit. „Suspectos, aut inimicos, aut facile litigantes, et eos, qui non sint bonae conversationis, aut quorum vita sit accusabilis, et qui rectam non teneant et doceant fidem, accusatores esse et testes“ vetat. Mansi I. 759, Blondelli Pseudo-Isidorus 273. — „Gloria in excelsis“.
- Mart. 21. — **S. Anterus. 235—236.**
 (LXXIV) § Fratribus per Baeticam atque Toletanam provincias episcopis constitutis „de mutatione episcoporum“ respondet, licere eum „transferri de minori civitate ad maiorem, qui hoc non ambitu, nec propria voluntate fecerit, sed aut vi a propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut utilitate loci aut populi, non superbe sed cum humilitate ab aliis translatus et inthronizatus sit“. Mansi I. 763, Blondelli Pseudo-Isidorus 278. — „Optarem fratres charissimi“.

S. Fabianus. 236—250.

- | | | | |
|------|-----|---|---|
| Iul. | 1. | — | (LXXV) § Catholicae ecclesiae comministris praescribit, in civitatibus omnibus ut Romae diaconi septem, subdiaconi septem, totidemque notarii, qui martyrum gesta perscribant, esse constituendos. Novatum narrat ex Africa venisse, a fideque Novatianum et alios avertisse. „Hos et omnes, qui rectam non doceant doctrinam vel rectam non teneant fidem, neminem recte credentium accusare posse“. Qui excommunicatis communicaverit, eum ipsum excommunicandum esse. Mansi I. 771, Blondelli Pseudo-Isidorus 286. — „Divinis praeceptis et“. |
| — | — | — | (LXXVI) § Omnibus orientalibus episcopis scribit de chrismate singulis annis in coena domini conficiendo; et de iis, quibus accusare sacerdotes non liceat. Qui clerici adversentur vel insidientur episcopis, vel conspirent, ii „curiae tradantur, cui diebus vitae deserviant et infames absque ulla restitutionis spe permaneant“. Episcopum, nisi aberraverit a fide, accusandum non esse. Mansi I. 775, Blondelli Pseudo-Isidorus 293. — „Exigit dilectio vestra“. |
| Oct. | 16. | — | (LXXVII) § Hilario episcopo exponit de iis, qui sacerdotum accusandorum iure careant, ac de peregrinis iudiciis (salva in omnibus apostolica auctoritate) prohibendis. „Episcopus super certis accusatus criminibus, ab omnibus audiatur, qui sint in provinciae episcopis“, et appellationem habeat. „Omnis, qui crimen obiiciat, scribat se probaturum revera; semper ibi causa agatur, ubi crimen admittatur; et qui non probaverit, poenam, quam intulerit, ipse patiatur“. Mansi I. 781, Blondelli Pseudo-Isidorus 303. — „Divinae circa nos“. |
| — | — | — | (LXXVIII) Decernit haec: „Si quis contristatus noluerit reconciliari fratri suo, satisfaciente eo, qui contristavit, acerrimis maceretur inediis, usque dum gratanti animo satisfactionem recipiat“. Ivonis decr. XIII. c. 60, Gratiani decr. I. D. 90. c. 10, Mansi I. 785. — „Si quis contristatus“. |
| — | — | — | (LXXIX) Decernit ita: „Quicumque sciens se peieraverit, 40 dies in pane et aqua et 7 sequentes annos poeniteat, et nunquam sit sine poenitentia, et nunquam in testimonium recipiatur; communionem tamen post haec percipiat“. Ivonis decr. XII. c. 65, Gratiani decr. C. VI. qu. 1. c. 18, Mansi I. 785. — „Quicumque sciens“. |
| — | — | — | (LXXX) Edicit haec: „Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt; sed, si contractum fuerit, non separentur“. Ivonis decr. VIII. c. 168, Gratiani decr. C. XXXII. qu. 7. c. 26, Mansi I. 785. — „Neque furiosus“. |
| — | — | — | (LXXXI) Sancit haec: „De propinquis, qui ad affinitatem per virum et uxorem veniunt, defuncta uxore vel viro, in quinta generatione coniungantur; in quarta si inventi fuerint, non separentur; in tertia vero propinquitate non licet uxorem alterius accipere post obitum eius“. Gratiani decr. C. XXXV. qu. 2 et 3. c. 3, Mansi I. 785. — „De propinquis, qui“. |
| — | — | — | (LXXXII) Praescribit haec: „Qui propinquam sanguinis uxorem ducunt et separentur, non licebit eis, quamdiu utrique vivunt, alias uxores sibi in coniugio sociare, (nisi ignorantia excusentur)“. Gratiani decr. C. XXXV. qu. 2 et 3. c. 4, Mansi I. 785. — „Qui propinquam“. |
| — | — | — | (LXXXIII) Decernit ita: „Consanguineos extraneorum nullus accuset, vel consanguinitatem in synodo computet, sed propinqui, ad quorum notitiam pertinet, id est pater, mater, frater, soror, patruus, avunculus, amita, matertera, et eorum procreatio; si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus et veracioribus episcopus canonicè perquirat, et, si inventa fuerit propinquitas, separentur“. Ivonis decr. IX. c. 57, Gratiani decr. C. XXXV. qu. 6. c. 1, Mansi I. 786. — „Consanguineos extraneorum“. |
| — | — | — | (LXXXIV) Decernit haec: „Ut, si non frequentius, saltem in anno ter (laici) homines communicent, — in pascha videlicet, in pentecoste et natali domini“. Ivonis decr. II. c. 27, Gratiani decr. III. D. II. c. 16, Mansi I. 786. — „Ut si non“ „Etsi non“. |
| — | — | — | (LXXXV) Sancit, ne quis nisi confectis annis 30 presbyter ordinetur. Ivonis decr. VI. c. 30, Mansi I. 786. — „Si quis triginta“. |
| — | — | — | (LXXXVI) „Decernit, ut omnibus dominicis diebus oblatio altaris ab omnibus viris vel mulieribus fiat tam panis quam vini, ut per has immolationes a peccatorum suorum fascibus liberentur“. Ivonis decr. II. 34, Mansi I. 786. — „Decrevimus, ut“. |
| — | — | — | (LXXXVII) „Sacrificium accipi“ vetat „de manu sacerdotis, qui orationes vel lectiones et reliquas observationes in missa secundum ritum implere non possit“. Ivonis decr. II. c. 44, Mansi I. 786. — „Sacrificium non est“. |

		S. Cornelius. 251?—252.
Sept. 7.	—	(LXXXVIII) § Fratribus, sanctae dei ecclesiae filiis et omnibus domino recta fide famulantibus nanciat de translatis SS. Petri et Pauli corporibus ac de Novato haeretico. Concordiam suadet. Mansi I. 811, Blondelli Pseudo-Isidorus 308. — „Videns charitatis vestrae“.
Mai. 22.	—	(LXXXIX) § Rufo episcopo rescribit, episcopos dare iusiurandum non debere. „Ne pastorem suum oves reprehendere neque accusare praesumant; tales accusationes vim non habere“. „Nullus sacerdotum causam suam alieno committat iudicio, nisi ad sedem apostolicam fuerit appellatum“. „Omnia, quae adversus absentes in omni negotio aut loco agantur aut iudicentur, omnino evacuentur“. Mansi I. 814, Blondelli Pseudo-Isidorus 313. — „Exigit dilectio tua“.
—	—	(xc) Lupicino, archiepiscopo Viennensi, significat, Christianos Romae ab imperatoribus vexari. Bosco Flor. Bibl. xyston laev. 27, Coustant appendix 25, Mansi I. 829, Blondelli Pseudo-Isidorus 320. — „Scias, frater charissime“.
—	—	(xci) Cyprianum, rebaptizantem episcopum Carthaginensem, vituperat. Cypriani Opp. 167, Coustant appendix 26, Mansi I. 832. — „Dilectionis tuae non“.
—	—	(xcii) Decernit, „ut qui in sanctis audeat iurare, hoc ieiunus faciat cum omni honestate et timore dei; et ut pueri ante quatuordecim annos non cogantur iurare“. Ivonis decr. XII. c. 69, Gratiani decr. C. XXII. qu. 5. c. 16, Mansi I. 864. — „Sed et nobis honestum“ „Honestum etiam“.
		S. Lucius I. 252—253.
Apr. 1.	—	(xciii) § Omnibus fratribus in partibus occidentalibus, tam in Galliis, quam in Hispaniis consistentibus scribit, „duo presbyteri vel tres diaconi in omni loco episcopum ne deserant propter testimonium ecclesiasticum“. „Episcopos non esse leviter accusandos; criminationes maiorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos, qui crimina intendant; a iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, ubi sit maior auctoritas, si fuerit provocatum, audientia non negetur“. „Si quis metropolitanus episcopus sine consilio et voluntate omnium comprovincialium episcoporum extra aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subiaceat“. „Ne posteriores episcopi se prioribus suis praeferant, nec eis inconsultis, nisi quantum ad propriam pertineat parochiam, aliquid agant“. Sacrilegos anathematizandos esse. Mansi I. 875, Blondelli Pseudo-Isidorus 321. — „Litteras dilectionis vestrae“.
		S. Stephanus I. 253—257?
Mai. 3.	—	(xciv) § Hilario respondet, „qui sint infames et qui ad gradus ecclesiasticos non sint admittendi, nec summos sacerdotes possint accusare“. Addit de „obedientia praepositis exhibenda“ et de vestimentis ecclesiasticis. Mansi I. 885, Blondelli Pseudo-Isidorus 329. — „Quamquam sperem dilectionem“.
Apr. 5.	—	(xcv) § Omnibus per diversas provincias constitutis episcopis scribit, „quidquid in episcopis iniuste agatur, pro sacrilegio putatum iri“. „Nullum episcopum dum suis fuerit rebus exspoliatus, aut a sede propria pulsus, debere accusari, priusquam integerrime restauretur“. „Nullus alienigena aut accusator episcoporum fiat aut iudex“ cet. „Nulli metropolitani aut alii episcopi appellentur primates, nisi hi, qui primas sedes teneant“. „Episcopum aliter non debere audiri aut iudicari, nisi in praesentia omnium comprovincialium; ultra provinciae terminos accusandi licentia non progrediatur, nisi ad sedem apostolicam fuerit provocatum“. „Clericus, qui episcopum suum accusaverit, infamem effectum a gradu debere recedere, aut curiae tradi servitutum“. „Laicis de ecclesiasticis facultatibus aliquid respondendi nunquam attributam facultatem esse“. Mansi I. 889, Blondelli Pseudo-Isidorus 333. — „Plurimum gaudemus in“.
		S. Sixtus II. 257?—258.
Sept. 1.	—	(xcvi) § Grato episcopo respondet, „omnes episcopi, qui in quibusdam gravioribus pulsantur vel criminentur causis, libere apostolicam appellent sedem, cuius dispositioni omnes maiores ecclesiasticae et episcoporum iudicia reservata sint“. „Dum pontifex causam suam agat, nullus alius in eius loco ponatur aut ordinetur episcopus“. „Si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud primatem dioeceseos aut penes universalis apostolicae ecclesiae papam iudicetur“. Mansi I. 995, Blondelli Pseudo-Isidorus 342. — „Laetari et gaudere“.
Iul. 16.	—	(xcvii) § Fratribus per Hispaniarum provincias constitutis scribit, „si quis contra epi-

			S. Sixtus II. 257?—258.
			scopum vel actores ecclesiae se proprium crediderit habere negotium, non prius adeat iudices, quam ad eos recurrat charitatis studio, ut familiari colloquio commoniti ea sanare debeant, quae in querimoniam deducantur“. „Nemo pontificum aliquem episcopum, suis exspoliatum rebus aut a sede pulsum, excommunicare aut iudicare praesumat“. „Nullus episcopus alterius parochianum praesumat retinere, aut ordinare, vel iudicare“. Mansi I. 998, Blondelli Pseudo-Isidorus 346. — „Magno munere misericordiae“.
			S. Dionysius. 259—269.
Febr.	2.	—	(xcviii) § Urbani praefecti erga fideles S. Petri studium laudat et confirmat. Mansi I. 1004, Blondelli Pseudo-Isidorus 349. — „Summum bonum est“.
Sept.	9.	—	(xcix) § Severo episcopo, „ecclesiae parochianae qualiter sint custodiendae per Cordubensem provinciam“ consulenti, ecclesiae Romanae exemplum proponit, ubi „ecclesias singulas“ inquit „singulis presbyteris dedimus, parochias et coemeteria cis divisimus et unicuique ius proprium habere statuimus“. Monet, ne „crimina episcopis per alios sinat ullo modo fieri, nisi per ipsos, qui crimina intendant“. Mansi I. 1006, Blondelli Pseudo-Isidorus 350. — „Olim et ab initio“.
			S. Felix I. 269—274.
Iun.	5.	—	(c) § Paterno episcopo scribit, „detractores et fautores inimicorum ab episcopali submovendos esse accusatione“. „In re dubia certam iudicandam non esse sententiam“. „Si quis clericum pulsandum crediderit, in provincia, in qua consistat ille, qui pulsetur, suas exercent actiones; illi vero, qui pulsatus fuerit, si indices suspectos habuerit, liceat appellare primates“. „Primates accusatum discutientes episcopum non ante sententiam proferant damnationis, quam apostolico freti auctoritate“. „Ne absente eo, cuius causa ventiletur, sententia proferatur“. Mansi I. 1105, Blondelli Pseudo-Isidorus 353. — „Gaudere me plurimum“.
Aug.	9.	—	(ci) § Universis episcopis per Galliae provincias constitutis significat, quid synodus episcoporum amplius LXX de accusationibus episcoporum decreverit. Mansi I. 1108, Blondelli Pseudo-Isidorus 357. — „Bonorum operum et“
Febr.	5.	—	(cii) § Benigno episcopo respondet, in errore versari eos, qui dicant, „filium non posse proprie videre patrem, quia scriptum sit, deum nemo vidit unquam“, et „ideo minorem esse patre filium, quoniam pater illi perhibeat testimonium“ cet. Mansi I. 1111, Blondelli Pseudo-Isidorus 362. — „Suscipientes fraternitatis tuae“.
			S. Eutychianus. 275—283.
Apr.	12.	—	(ciii) § Ioanni et omnibus per Baeticam provinciam constitutis episcopis utramque Christi naturam explicat. Mansi I. 1117, Blondelli Pseudo-Isidorus 365. — „Hortatur nos aequitas“.
Sept.	19.	—	(civ) § Universos episcopos per Siciliam constitutos edocet, in accusandis clericis quae ratio adhibenda sit, quibusque hominibus accusare Christianos religiosos non liceat. Mansi I. 1120, Blondelli Pseudo-Isidorus 370. — „Benedictus deus et“.
—	—	—	(cv) Presbyteros ad severam disciplinam munerisque tuendi studium adhortatur. Varia praecepta addit. Maii Vet. script. nova coll. VI. 124. — „Fratres et sacerdotes“.
—	—	—	(cvi) Instituit poenitentias eorum, qui haereticis communicaverint missamque pro iis cantaverint. Ivonis decr. XV. c. 117, Iulio ascribitur in Gratiani decr. C. XXIV. qu. 1. c. 40; (cf. Gratiani decr. C. IX. qu. 3. c. 91, Mansi I. 1125). — „Si quis dederit“ („Si quis episcopus“).
—	—	—	(cvii) Abbatissas et sanctimoniales, quae viduam aut puellam velaverint, excommunicandas esse statuit. Ivonis decr. VII. c. 38, (Gratiani decr. C. XX. qu. 2. c. 3.), Mansi I. 1125. — „Nihilominus etiam“ „Statuimus, ut“.
—	—	—	(cviii) Iubet „stalem de periurio poenitentiam imponi, qualem et de adulterio, et de fornicatione, et de homicidio sponte commisso, et de ceteris criminalibus vitiis“. Ivonis decr. XII. c. 71, Gratiani decr. C. XXII. qu. 1. c. 17, Mansi I. 1126. — „Praedicandum est“.
—	—	—	(cix) Incendarios, et eos, qui membris aliquem truncaverint, excommunicari iubet.

S. Eutychianus. 275—283.

Ivonis decr. XIII. c. 40, Gratiani decr. C. XXIII. qu. 8. c. 31, Mansi I. 1126. — „Si quis membrorum“.

(cx) Statuit haec: „Si quis gentilis gentilem uxorem dimiserit ante baptismum, post baptismum in potestate eius erit, eam habere vel non habere. Simili modo, si unus ex coniugatis baptizatus est, et sequi non vult, discedat“. Ivonis decr. VIII. c. 195. 196, Gratiani decr. C. XXVIII. qu. 1. c. 2. 3, Mansi I. 1126. — „Si quis gentilis“ „Simili modo“.

(cxI) Iurisiurandi synodalis verba instituit. Gratiani decr. XXXV. qu. 6. c. 7, Mansi I. 1126. — „Episcopus in synodo“.

(cxII) Ebriosos excommunicari iubet. Ivonis decr. XIII. c. 70, Mansi I. 1127. — „Malum magnum“ „Magnum malum“.

(cxIII) „Episcopis et dei ministris“ interdicat, ne „comessionibus et vinolentiis nimis incumbant“. Ivonis decr. XIII. c. 71, Mansi I. 1127. — „Episcopi et dei“.

(cxIV) Sacerdotibus praescribit, „ut se ab ebrietate abstineant et, ut plebes subditae abstineant, praedicent; et neque per tabernas eant bibendo et comedendo, neque domos aut vicos curiositate qualibet peragrent, neque cum feminis aut cum quibuslibet personis impuris convivia exerceant, nisi forte paterfamilias quilibet eos ad domum suam invitaverit“ cet. Ivonis decr. XIII. c. 78, Mansi I. 1128. — „Observandum est nobis“.

S. Caius. 283—296.

Mart. 1. — (cxv) § Felici episcopo scribit, „paganos et haereticos non posse Christianos accusare; nemo unquam episcopum apud iudices seculares aut alios clericos accusare praesumat“. Qui episcopo, diacono, clericove crimen obiecerit, quod probari non possit, eum infamem esse. Addit de incarnatione, de duabus Christi naturis, de episcoporum et presbyterorum, diaconorum et clericorum ordinationibus. Mansi I. 1231, Blondelli Pseudo-Isidorus 377. — „Directas ad nos“.

S. Marcellinus. 296—304.

Sept. 6. — (cxvi) § Salomoni episcopo exponit, patrem non esse filio maiorem. Mansi I. 1239, Blondelli Pseudo-Isidorus 385. — „Quam laudabiliter“.

„ 9. — (cxvii) § Universis episcopis per orientales provincias constitutis scribit, „contentiones inter Christianos ab ecclesiasticis viris terminentur; maiorem autem non posse a minore iudicari“. „Clericus absque pontificis sui permissu nullum praesumat ad seculare iudicium attrahere; nec laico clericum liceat accusare“. „Non licere imperatori aliquid contra mandata divina praesumere; iniustum iudicium et definitio iniusta, regis metu vel iussu ordinata, non valeat“. Mansi I. 1241, Blondelli Pseudo-Isidorus 389. — „Quid tam dulce“.

S. Marcellus. 308—310.

Apr. 1. — (cxviii) § Universos episcopos per Antiochenam provinciam constitutos hortatur, ut h. Petri praecepta sequantur. Ad sedem Romanam „cuncta maiora ecclesiastica negotia iussa esse referri; ad eam omnes episcopos suffugere eamque appellare debere, ut inde accipiant tuitionem et liberationem, unde acceperint informationem atque consecrationem“. „Nulla synodus fiat praeter eius sedis auctoritatem, nec ullus episcopus nisi in legitima synodo suo tempore apostolica auctoritate convocata super quibuslibet criminibus pulsatus audiatur vel iudicetur“. Mansi I. 1262, Blondelli Pseudo-Isidorus 393. — „Solicitudinem omnium ecclesiarum“.

Ian. 17. — (cxix) § Maxentium a Christianorum insectatione dehortatur. Addit praecepta de sacerdotibus tractandis, de episcopis accusandis et iudicandis, de synodis iniussu sedis apostolicae non convocandis, de appellatione ad sedem apostolicam cet. Mansi I. 1265, Blondelli Pseudo-Isidorus 397. — „Magistra bonorum omnium“.

— — (cxx) Pueros monasterio oblatos, quum ad annum quintum decimum pervenerint, detineri invitos vetat. Gratiani decr. C. XX. qu. 1. c. 10, Mansi I. 1270. — „Illud autem statuendum“.

S. Eusebius. 310.

Iul. 27. — (cxxi) § Episcopis omnibus per Gallicanas provincias constitutis respondet, haereticos ad ecclesiam redeuntes manu imposita esse recipiendos. „Laicos, servos, libertos

		S. Eusebius. 310.
		atque censibus publicis vel privatis subiugatos, omnes infames a clericorum accusatione vel tergiversatione submotos esse“. „Infames esse impugnatores episcoporum“ cet. Mansi II. 412, Blondelli Pseudo-Isidorus 403. — „Scripta sanctitatis vestrae“.
Sept. 23.	—	(cxxxii) § Fratres per Alexandriam et Aegyptum domino militantes hortatur, ut errorem deponant, neve episcopos infament aut accusent. „Episcopos rebus suis exspoliatos, aut a propria sede pulsos nec ad synodum comprovincialem, nec ad generalem posse vocari, nec in aliquo iudicari, antequam cuncta, quae eis sublata sint, potestati eorum redintegrentur“. Mansi II. 416, Blondelli Pseudo-Isidorus 408. — „Benedictus deus et“.
Aug. 25.	—	(cxxxiii) § Universis episcopis per Campaniam et Tusciam constitutis scribit, „criminationes adversus doctores non debere suscipi, nec peregrina iudicia fieri, nec quemquam alterius iudicis, quam sui, sententia debere constringi“. „Homicidas, maleficos, fures, sacrilegos, raptores, adulteros, incestos, veneficos, suspectos, criminosos, domesticos, periuros et eos, qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sacrilegos concurrerint, nullatenus ad accusationem vel testimonium esse admittendos“. Addit de cruce Christi die 3 m. Maii inventa, ac de haereticis imposita manu recipiendis. Mansi II. 420, Blondelli Pseudo-Isidorus 415. — „Benedictus dominus deus“.
—	—	(cxxxiv) „Episcopum moderatis epulis contentum esse“ iubet. Ivonis decr. XIII. c. 75, Mansi II. 426. — „Oportet episcopum“.
—	—	(cxxxv) Ieiunia in ecclesia a sacerdotibus constituta sine necessitate rationabili solvetat. Ivonis decr. IV. c. 49, Gratiani decr. III. D. V. c. 17, Mansi II. 425. — „Ut in ecclesia“ „Ieiunia in ecclesia“.
—	—	(cxxxvi) Praecipit, „ut sacrificium altaris non in serico panno aut tincto quisquam celebrare praesumat, sed in puro linteo ab episcopo consecrato, terreno scilicet lino procreato atque contexto“. Ivonis decr. II. c. 134, Gratiani decr. III. D. I. c. 46, Mansi II. 425. — „Consulto omnium“ („Hic inter caetera“).
—	—	(cxxxvii) Decernit haec: „Desponsatam puellam non licet parentibus alii viro tradere, licet tamen illi monasterium sibi eligere“. Ivonis decr. VII. c. 40, Gratiani decr. C. XXVII. qu. 2. c. 27, Mansi II. 425. — „Desponsatam puellam“.
—	—	(cxxxviii) Haec iubet: „Si evenerit fames aut pestilentia aut inaequalitas aeris, vel alia qualiscunque tribulatio, statim ieiuniis et elemosynis et obsecrationibus misericordia domini deprecetur“. Ivonis decr. IV. c. 50. — „Si evenerit fames“.
		S. Melchiodes. 311 — 314.
Mart. 1.	—	(cxxxix) § Marino, Benedicto, Leontio et ceteris Hispaniarum ac in illis partibus episcopis scribit, „episcopos nolint iudicare, nolint condemnare absque sedis apostolicae auctoritate“. „Maiores causae, sicut sint episcoporum et potiorum curae negotiorum, ad unam b. Petri sedem confluant“. Addit de appellatione ad sedem apostolicam, de sacramentis manus impositionis et baptismi, de ieiunio dominici diei et feriae quintae non agendo. Mansi II. 428, Blondelli Pseudo-Isidorus 426. — „Apostolici praecepti verba“.
—	—	(cxxx) § Decretum edit „de primitiva ecclesia et munificentia Constantini magni imperatoris erga eandem“. Mansi II. 600, Blondelli Pseudo-Isidorus 422. — „Nemo, qui divinas“.
		S. Silvester I. 314 — 335.
Oct. 28.	—	(cxxxxi) Concilii Nicaeni decreta confirmat. Addit de Victorino, qui „cyclos paschae pronuntiaverit fallaces“. Coustant append. 54, Mansi II. 720, Blondelli Pseudo-Isidorus 434. — „Gaudeo promptam vos“.
Dec. 27.	—	(cxxxii) Concilio Nicaeno significat, se quoque synodum coegisse, damnasseque Victorinum episcopum et Hippolitum diaconum, socios Manichaeorum, Iobianumque et Calixtum, „qui dixerint non pascha venire die suo, nec mense, sed X. Kal. Maii custodiri“. Anathematizat Photinum, Sabellium, Arium. Iubet iudicia sua rata haberi. Leonis M. Opp. III. p. CXC., Mansi II. 721. — „Gloriosissimus atque“.
Mai. 30.	in Traianas thermas	Synodus episcoporum 284. Mansi II. 619. (Praecedunt § „Excerpta ex synodalibus gestis S. Silvestri“ ibid. 615).

		S. Silvester I. 314—335.
—	Romae	(cxxxiii) Una cum Constantino imperatore inicit foedus Tiridatis, regis Armeniorum, et Gregorii „martyris ac strenui confessoris, orientalium et septentrionalium illuminatoris“. Gregorium constituit summum Armeniorum omnium patriarcham, eique concedit, ut Georgianorum patriarcham ordinet aliisque privilegiis utatur“. (Fragmenta). Mansi II. 461.
—	—	(cxxxiv) Universis episcopis per Gallias et per septem provincias constitutis scribit, qui sacerdos „de qualibet Galliarum parte“ ad sedem apostolicam aut alio proficiscatur, a Paschasio, episcopo Viennensi, aut eius successoribus „documentum formatarum“ sumat. Ecclesiae Viennensis provincias septem enumerat. Bosco Bibl. Flor. xyst. laev. 27, Coustant appendix 88. — „Placuit apostolicae sedi“.
—	—	(cxxxv) Epistolae praecedentis exempla, in quibus pro „Paschasio Viennensi“ legitur „Retitio Austudunensi“, invenerunt in mss. Coustant appendix 35 et Ballerini Leonis M. Opp. III. p. CXXXV.
—	—	(cxxxvi) Ecclesiae Treverensis „super Gallos et Germanos prioratum“, a S. Petro per baculum Euchario, Valerio et Materno concessum, „per patriarcham Antiochenum Agricum“ confirmat, „ad honorem“ inquit „patriae domnae Helenae augustae, metropolis eiusdem indigenae, quam ipsa felix per apostolum Mathiam Indea translatum (cum tunica et clavo domini et dente S. Petri et scandalis S. Andreae apostoli et capite Cornelii papae) ceterisque reliquiis — ditavit“. Gesta Treveror. C. 19. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 152, Hugonis Flavin. chron. ibid. p. 298, Hontheim H. Tr. I. 17. — „Sicut in gentilitate“.
—	—	(cxxxvii) Decernit haec: „ut imprimis paternaliter vocentur, et per septem dies expectentur, nullius ecclesiasticae rei interdicta licentia; huic vero expectationi iterum addantur septem dies, interdicta ecclesiam intrandi licentia et omnia divina officia audiendi; post vero addantur duo dies, quibus a pace et communione sanctae ecclesiae sint suspensi; deinde vero iterum aliis duobus diebus sub eadem expectatione deportentur; quibus uno die superaddito, omni expectatione veluti iam desperata, reus mox anathematis gladio feriatur“. Gratiani decr. C. V. qu. 2. c. 2. — „Praesenti decreto“.
		S. Marcus. 336.
Nov. 25.	—	(cxxxviii) § Athanasium et universos Aegyptiorum episcopos versantes in malis consolatur. Mittit exemplum septuaginta concilii Nicaeni capitulum. Mansi II. 1165, Blondelli Pseudo-Isidorus 438. — „Doleo fratres et“.
		S. Iulius. 337—352.
Oct. 1.	—	(cxxxix) § Universis orientalibus episcopis scribit, concilium Nicaenum statuisset: „ut nullus episcopus, nisi in legitima synodo et suo tempore apostolica auctoritate convocata pulsatus, audiatur, id est indicetur vel damnetur“. „Accusatores et accusationes, quas saeculi leges non admittant, a sacerdotali funditus avertantur nocumento“. Qui „episcopum praeter Romanae sedis sententiam damnare aut propria pellere sede praesumpserit, sciat se irrecuperabiliter esse damnatum“. Mansi II. 1173, Blondelli Pseudo-Isidorus 443. — „Decuerat vos fratres“.
Nov. 1.	—	(cxl) § Eusebium, Theognium, Theodorum, Berinthum et ceteros orientales episcopos reprehendit, quod vocati ob iniurias Athanasio illatas ad sese non venerint. Episcopos, quos in synodo iniussu suo coacta deiecissent, restitutos a se esse. Addit de concilii Nicaeni decretis. Mansi II. 1182, Blondelli Pseudo-Isidorus 457. — „Decuerat vos adversus“.
Sept. 30.	in ecclesia Constanti- niana	§ Synodus episcoporum 121, in qua symbolum Nicaenum confirmatur, Arianique anathematizantur. Mansi II. 1269.
—	—	(cxli) Annonam flagellari vetat. Ivonis decr. VI. c. 201, Gratiani decr. C. XIV. qu. 4. c. 9, Mansi II. 1266. — „Quicumque tempore“.
—	—	(cxlii) Edicit, qui presbyter morientibus poenitentiam abneget, eum animarum reum esse. Ivonis decr. XV. c. 43, Gratiani decr. C. XXVI. qu. 6. c. 12, Mansi II. 1266. „Si presbyter poenitentiam“.
—	—	(cxliii) Constituit haec: „Si quis desponsaverit uxorem vel subarrhaverit, et sive praeviente die mortis, sive irruentibus quibusdam aliis causis minime eam cognoverit, neque eius superstes frater, neque ullus de consanguinitate eius ean-

S. Iulius. 337—352.

dem sibi tollat in uxorem ullo umquam tempore“. Gratiani decr. C. XXVII. qu. 2. c. 15., Mansi II. 1266. — „Si quis desponsaverit“.

(CXLV) Libertae cum domino matrimonium legitimum esse censet, dirimique servorum matrimonia vetat. Ivonis decr. VIII. c. 156, Gratiani decr. C. XXIX. qu. 2. c. 3, 1, Mansi II. 1266, 1269. — „Si quis ancillam suam“ „Omnibus nobis unus“.

(CXLV) „Nullum in utroque sexu permittit ex propinquitate sui sanguinis vel uxoris usque ad septimum generis gradum uxorem ducere vel incesti macula copulari“. Gratiani Decr. C. XXXV. qu. 2. et 3. c. 7, Mansi II. 1267. — „Nullum in utroque“.

(CXLVI) De innovatis ecclesiis iterum consecrandis statuit. Ivonis Panormiae L. II. c. 14, Mansi II. 1267. — „De fabrica“.

(CXLVII) Episcopis per Aegyptum praecipit de pane vinoque cum aqua permisto in eucharistia offerendis. Ivonis decr. II. c. 11, Gratiani decr. III. D. II. c. 7, Mansi II. 1267. — „Quum omne crimen“.

(CXLVIII) Docet haec: „Ecclesia Graecum nomen est, quod in Latinum vertitur convocatio; — catholica, id est universalis, ideo dicitur, quia per universum mundum est constituta, vel quoniam catholica, id est generalis, in eadem doctrina est ad instructionem“. Ivonis decr. III. c. 3, Mansi II. 1268. — „Ecclesia Graecum“.

(CXLIX) Qui ecclesiam combusserit, ei poenitentiam quindecim annorum imponit. Ivonis decr. III. c. 127, (Gratiani decr. C. XVII. qu. 4. c. 14, ubi hoc fragmentum Hygino tribuitur), Mansi II. 1268. — „Si quis ecclesiam“.

(CL) „Statuit, ut relictam patris uxoris suae, relictam fratris uxoris suae, relictam filii uxoris suae, relictam consanguineorum uxoris suae usque in tertiam progeniem nemo in uxorem sumat“. „Aequaliter“ inquit „vir coniugatur consanguineis propriis et consanguineis uxoris suae“. Gratiani decr. C. XXXV. qu. 2. et 3. c. 12 et 13, Ivonis decr. IX. c. 43. — „Et hoc quoque“ „Aequaliter vir“.

S. Liberius. 352 — 366.

(CLI) Episcopis per orientem constitutis significat, acceptis eorum ad Iulium litteris, se per Lucium, Paulum, Helianum presbyteros, Alexandriam missos, per litterasque Athanasium evocasse, eumque, quum adire Romam recusasset, secundum eorum ad sese epistolam excommunicasse. Hilarii Opp. II. 668, Coustant App. 95, Mansi III. 208. — „Studens paci et“.

(CLII) Athanasio, episcopo Alexandrino, significat, quid de incarnatione et de individua trinitate sentiat. Sabellii Ariique dogmata anathematizat. Coustant app. 98, Mansi III. 211 et 226. — „Est igitur“ „Εστω οὐν“.

Febr. 15. (CLIII) § Universos episcopos monet, ut iniurias patienter ferant, neve relictis ecclesiis in monasteria concedant. Mansi III. 216, Blondelli Pseudo-Isidorus 477. — „Nihil est, quod“.

Mai. 25. (CLIV) § Athanasium omnesque Aegyptiorum episcopos vexatos esse dolet, eorumque fidem, in concilii Nicaeni praeceptis positam, laudat. Mansi III. 221, Blondelli Pseudo-Isidorus 485. — „Olim et ab initio“.

(CLV) Praecipit haec: „In ieiuniorum diebus nullae lites, nullae contentiones esse debent“. Ivonis decr. IV. c. 46, Mansi III. 229. — „In his ieiuniorum“.

(CLVI) Iubet, „abstinendum esse sacratissimis quadragesimae diebus a coniugibus et caste et pie vivendo istos dies transigendos, et sic perveniendum ad diem sanctae paschae“. Ivonis decr. IV. c. 47, Mansi III. 230. — „Abstinendum est“.

(CLVII) Praescribit haec: „Si evenit fames, pestilentia, inaequalitas aeris, vel alia qualiscunque tribulatio, statim ieiuniis, elemosynis et obsecrationibus domini misericordia deprecetur“. Burchardi decr. XIII. c. 18, Mansi III. 230. — „Si evenit fames“.

Felix II. 355—365.

Febr. 13. (CLVIII) § Athanasio et universis Aegyptiorum, Thebaidorum, Libyorum episcopis in sancta Alexandrina synodo congregatis scribit, „nemo episcopum penes seculares arbitros accuset, sed apud summos primates, nec prius quam familiariter ei suam indicet querelam et ab eo aut iustam emendationem aut rationabilem percipiat excusationem“. Ante iudicium, quae episcopo ablata sint, restituantur. Neque infames neque sacrilegos posse aut testes aut accusatores esse. Petitam

Felix II. 355—365.

iudicii prolationem dandam episcopo esse cet. Addit de primatibus et metropolitanis cet. Mansi III. 409, Blondelli Pseudo-Isidorus 499. — „Sacram vestram synodicam“.

Oct. 25. — (CLIX) § Episcopus oppressos, ut insectationes patienter ferant, hortatur. Mansi III. 415, Blondelli Pseudo-Isidorus 511. — „Gratia vobis et“.

S. Damasus I. 366—384.

Mai. 17. — (CLX) § Aurelio, episcopo Carthaginiensi, decreta suorum decessorum mittit; quae ut servanda curat hortatur. Mansi III. 423, Blondelli Pseudo-Isidorus 544. — „Scripta sanctitatis tuae“.

Oct. 28. — (CLXI) § Ab Hieronymo petit, ut „Graecorum psallentiam“ sibi mittat. Mansi III. 428, Blondelli Pseudo-Isidorus 515. — „Dum multa corpora“.

„ 25. — (CLXII) § Stephano, archiepiscopo concilii Mauritaniae, scribit, „fundamentum a deo fixum et immobile atque titulum lucidissimum omnium episcoporum apostolicam sedem esse constitutam et verticem ecclesiarum“. „Discutere episcopos et summas ecclesiasticorum negotiorum causas metropolitanano una cum suis comprovincialibus, ita ut nemo ex eis desit, licere, et definire summas querularum causas vel damnare episcopos absque a. sedis auctoritate nemini licere“. „Synodum sine eadem auctoritate fieri non esse catholicam“. Addit de accusatoribus episcoporum et testibus, de eiectis episcopis ante iudicium restituendis, de iudicii mora concedenda, de „criminum discussione ibi agenda, ubi crimen admissum sit“. Mansi III. 431, Blondelli Pseudo-Isidorus 520. — „Lectis fraternitatis vestrae“.

Iun. 1. — (CLXIII) § Prospero, Numidiae primae sedis episcopo, Leoni, Reparato, Alexandro, Benedicto, Rufo et omnibus ceteris orthodoxis episcopis scribit de chorepiscopis, in quorum mania, ad diminuendam episcoporum dignitatem pertinentia, acerbè invehitur. Mansi III. 437, Blondelli Pseudo-Isidorus 530. — „Licet fratres carissimi“.

Apr. 11. — (CLXIV) § Universos episcopos per Italiae provincias constitutos hortatur, ne „accusationes fratrum per scripta suscipere absque legitimo accusatore“ pergant, neve „unquam prius per scripta eorum, qui accusentur, causam discutiant, quam per querulantium institutiones vocati canonice ad synodum veniant, et praesens per praesentem intelligat, quae ei obiciantur“. Mansi III. 444, Blondelli Pseudo-Isidorus 541. — „Optaveram dilectissimi“.

(CLXV) Hieronymo significat, „contentionem ortam esse in tota ecclesia Romana de sacrificio, qua hora liceat sacrificare“. Querit, de ea re quid sentiat. Theineri disqu. crit. 301. — „Dirigimus vestrae“.

(CLXVI) Decernat haec: „Calumniator, si in accusatione defecerit, talionem recipiat“. Gratiani decr. C. II. qu. 3. c. 2, Mansi III. 446. — „Calumniator“.

(CLXVII) „Si quis episcopum, aut presbyterum aut diaconum falsis criminibus appetierit et probare non potuerit, nec in fine dandam ei communionem censet“. (Gratiani decr. C. II. qu. 3. c. 4.), Mansi III. 446. — „Si quis episcopum“.

(CLXVIII) „Oblationes, quae intra sanctam ecclesiam offeruntur, sub dominio laicorum detineri“ vetat. Gratiani decr. C. X. qu. 1. c. 15, Mansi III. 446. — „Hanc consuetudinem“.

(CLXIX) „Violatores canonum voluntaries blasphemare spiritum sanctum non incongrue videri“ scribit. Gratiani decr. C. XXV. qu. 1. c. 5, Mansi III. 446. — „Violatores canonum“.

(CLXX) Decernit, „ut quisquis metropolitanus infra tres menses consecrationis suae ad fidem suam exponendam palliumque suscipiendum ad apostolicam sedem non miserit, commissa sibi careat dignitate“. Burchardi decr. I. c. 25, Mansi III. 447. — „Quoniam quidam metropolitanorum“.

S. Siricius. 384—398.

(CLXXI) Decernit haec: „Si sanus vir leprosam duxerit uxorem, aut postmodum ei supervenerit lepra, separentur, ne concepti filii lepra maculentur“. Constant 709, Mansi III. 676. — „Si sanus vir“.

(CLXXII) Statuit haec: „Presbyter, qui dicit se nescire, an episcopus fuit, qui eum ordinavit, et aliquanto tempore missas fecit, et postea dimisso officio uxorem duxit, hunc pseudo-presbyterum — in monasterio ad poenitentiam omni tempore

S. Siricius. 384—398.

vitae suae retrudendum. Coustant 709, Mansi III. 676. — „Presbyter, qui dicit“.

(CLXXIII) Haec iubet: „Presbyter, qui in vino baptizat, proxima necessitate, ut aeger non periclitetur, pro tali re nulla ei culpa adscribatur; si vero aqua aderat et necessitas talis non urgebat, hic communione privetur et poenitentiae submittatur; infans vero — in eo baptismo permaneat“. Coustant 709, Mansi III. 676. — „Presbyter, qui in vino“.

(CLXXIV) Praescribit haec: „Si (presbyter) infantem in periculo constitutum proxima necessitate cum vase aut cum manibus atque in nomine s. trinitatis baptizaverit, firmiter permanebit“. Coustant 710, Mansi III. 676. — „Si infantem in“.

(CLXXV) Decernit haec: „Presbyter, qui orationem dominicam non tenet, nec symbolum, neque psalmos, si episcopus fuit, qui eum benedixit, hic primum omnium dignitatem quam illicite praesumpsit, amittat, et sub districta poenitentia omni tempore vitae suae in monasterio degat“. Coustant 710, Mansi III. 676. — „Presbyter, qui orationem“.

(CLXXVI) Decernit haec: „Qui ita baptizant, ut dicant: In nomine patris mergo, in nomine filii mergo, et spiritus sancti mergo, ii, qui ita sunt baptizati, ac si rustice, tamen in nomine s. trinitatis baptizati sunt“. Coustant 710, Mansi III. 676. — Qui vero ita baptizant“.

S. Anastasius I. 398—401?

Oct. 7. — (CLXXVII) § Cunctis Germaniae et Burgundiae episcopis respondet, „dum SS. evangelia in ecclesia recitentur, sacerdotes et ceteri omnes non sedentes sed curvi stantes audiant et fideliter adorent“; ne „transmarinos homines in clericatus honore suscipiant, nisi quinque aut eo amplius episcoporum chirographis sint designati“; ne manichaeos recipiant. Mansi III. 940, Blondelli Pseudo-Isidorus 557. — „Exigit dilectio vestra“.

Iun. 7. — (CLXXVIII) § Neriani erga sacerdotes studium laudat, eumque parentibus orbatum consolatur. Mansi III. 942, Blondelli Pseudo-Isidorus 560. — „Multa mihi in“.

S. Innocentius I. 402—417.

(CLXXIX) Arcadium imperatorem et Eudoxiam, quod Ioannem (Chrysostomum) episcopali dignitate privaverint, excommunicat, itemque Arsasium, Ioannis successorem, et Theophilum, episcopum Alexandrinum, anathemate afficit. Nicephori Callisti Hist. eccl. L. XIII. c. 34, cf. Mich. Glycae Annales p. 480, Coustant appendix 105. — „Φωνή“ „Vox“.

(CLXXX) Arcadium imperatorem excommunicatione liberat. Mich. Glycae Annales p. 482, Coustant app. 109. — „Ἀπεδείξιμην“ „Studium“.

S. Zosimus. 417—418.

Oct. 1. — (CLXXXI) Simplicio, archiepiscopo Viennensi, concedit, „si ita sit, ut scripta eius sibi missa contineant“, ut „potestate antiqua“ utatur et „viciniores sibi intra provinciam civitates vindicet“, quamquam ante legati eius adventum episcopi Arelatensis „ius et pontificium super tres provincias“ a sese confirmata sint. Addit de Lazaro episcopo damnato. Bosco Bibl. Flor. xyst. laev. 29, Acta SS. Febr. T. I. 354, Coustant app. 111, (Theineri disqu. crit. 201). — „Revelatum“ „Relatum est nobis“.

S. Bonifacius I. 418—422.

(CLXXXII) Episcopis Galliae haec scribit: „Si inter episcopos eiusdem concilii dubitatio emergerit de ecclesiastico iure vel de aliis negotiis, primum metropolitanus eorum cum aliis quibusdam in concilio considerans rem diiudicet, et si non acquiescat utraque pars iudicatis, tunc primas regionis inter ipsos audiatur et quod ecclesiasticis canonibus et legibus nostris (al. vestris) consentaneum sit, hoc definiat“. Ivonis decr. V. c. 167, Gratiani decr. C. VI. qu. 4. c. 3, Mansi IV. 397. — „Si inter episcopos“.

(CLXXXIII) Sancit haec: „Si quis triginta aetatis suae annos non impleverit, nullo modo presbyter ordinetur, etiamsi valde sit dignus“. Gratiani decr. D. LXXVIII. c. 1, Mansi IV. 397. — „Si quis triginta“.

(CLXXXIV) Res ecclesiasticas qui abstulerit, eum excommunicari iubet. Ivonis decr.

S. Bonifacius I. 418—422.

XIV. c. 87, Gratiani decr. C. XII. qu. 2. c. 3, Mansi IV. 397. — „Nulli liceat ignorare“.

(CLXXXV) Decernit haec: „Nullus episcopus neque pro civili, neque pro criminali causa apud quemvis iudicem sive civilem sive militarem producat vel exhibeatur; magistratus enim, qui hoc inbere ausus fuerit, amissionis cinguli condemnatione plectetur“. Ivonis decr. V. c. 278, Gratiani decr. C. XI. qu. 1. c. 8, Mansi IV. 398. — „Nullus episcopus“.

(CLXXXVI) Episcopis Galliae sic scribit: „Si episcopus expulsus ausus fuerit ingredi civitatem, qua expulsus est, vel exire de loco, in quo degere iussus est, iubemus eum in monasterium in alia provincia constitutum tradi“. Ivonis decr. V. c. 300, Mansi IV. 399. — „Si episcopus expulsus“.

(CLXXXVII) Scribit de discordia sacerdotum reprimenda. Mansi IV. 398. — „Sicut omnis, qui“.

(CLXXXVIII) Eleutherio comiti respondet de oblationibus et decimis fidelium disper-tiendis. Mansi IV. 399. — „Requisivit pia tua“.

S. Coelestinus I. 422—432.

(CLXXXIX) Decernit, ut sacerdos, qui spiritualement filiam vitiaverit, „ab omni officio deponatur, et peregrinando duodecim annis poeniteat, postea vero ad monasterium vadat“. Gratiani decr. C. XXX. qu. 1. c. 9, Mansi IV. 472. — „Si quis sacerdos“.

(cxc) Edicit, „non debere episcopum aut presbyterum commiseri cum mulieribus, quae ei fuerint confessae peccata. Si forte“ inquit „hoc contigerit, sic poeniteat, quomodo de filia spirituali, episcopus 15 annos, presbyter 12, et deponatur; si tamen in conscientiam populi devenerit“. Gratiani decr. C. XXX. qu. 1. c. 10, Mansi IV. 472. — „Non debet episcopus“.

(cxcI) Scribit haec: „Videtur nobis, quod secunda, quam contra prohibitionem ecclesiae duxit, non sit uxor, etiamsi primam non haberet desponsatam“, cet. Gratiani decr. C. XXXV. qu. 6. c. 2, Mansi IV. 472. — „Videtur nobis quod“.

S. Sixtus III. 432—440.

Apr. 1. — (cxcII) § Omnibus orientalibus episcopis respondet, se in synodo per Valentinianum imperatorem sua auctoritate congregata accusationes a Basso institutas exar-masse. Addit ea, quae leguntur in Fabiani epistola, supra LXXVII. Mansi V. 1154, Blondelli Pseudo-Isidorus 563. — „Gratias vestrae referimus“.

S. Leo I. 440—461.

(cxcIII) § Universis Germaniarum et Galliarum regionum episcopis praecipit, ne diutius contra canones sinant a chorepiscopis altaria erigi, ecclesias consecrari, baptismum tribui, chrisma confici, poenitentes reconciliari, epistolas formatas dari“. Leonis M. Opp. II. 1270, Mansi VI. 431, Blondelli Pseudo-Isidorus 567. — „Cum in dei nomine“.

Ian. 6. — (cxcIV) Episcopis per Gallias et Viennensem provinciam constitutis nunciat, Hilarium, episcopum Arelatensem, qui suum iudicium pertinaciter effugisset, „a privilegio civitatis eius submotum esse, et redintegratum Viennensi archiepiscopo privilegium et ius antiquum, quod apostolica benignitas ad Arelatensem ex parte transtulisset civitatem“. Bosco Bibl. Flor. laev. xyston 30, Leonis M. Opp. I. 1469, Conc. Gall. I. 503, Mansi VI. 431. — „Quali pertinacia“.

S. Hilarus. 461—468.

(cxcV) Censet haec: „Ubi pars est corporis, est et totum; eadem ratio est in corpore Domini“. Gratiani decr. III. D. II. c. 78, Mansi VII. 941. — „Ubi pars est“.

(cxcVI) Decernit haec: „Si quis videtur contentiosus esse, dicente apostolo, nos talem consuetudinem non habemus, sed neque ecclesia dei; si quis facit, notetur, usquequo se corrigat“. Ivonis decr. XIII. c. 56, Mansi VII. 942. — „Si quis videtur“.

(cxcVII) Scribit haec: „Si non sunt tanta peccata, ut excommunicetur quis, non se debet a medicina corporis et sanguinis Domini separare“. Gratiani decr. III. D. 2. c. 15. — „Si non sunt tanta“.

S. Hilarus. 461—468.

(cxviii) Viduam qui in matrimonium duxerit, eum censet non posse sacerdotem esse. Regino II. app. III. c. 61. — „De digamis autem“.

S. Felix III. 483—492.

(cxci) In synodo Petrum Fallonem, episcopum Antiochenum, in Valentini, Manichaei, Arii, Apollinaris, Pauli Samosatemi haereses dilapsam, monet, ut ad fidem revertatur. Mansi VII. 1037, cf. Leonis M. Opp. III. p. CXLIV. — „Τὴς δόξαις“ „Quis dabit“.

(cc) Petrum, episcopum Antiochenum, erroris tenacem, anathematizat atque ab ecclesia civitateque Antiochena remotam declarat. Mansi VII. 1045, cf. Leonis M. Opp. III. p. CXLIV. — „Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἔστιν“ „Quoniam importabilibus“.

(cc) Zenonem imperatorem hortatur, ut Petrum Fallonem, haereticum damnatum, exigi Antiochia iubeat. Mansi VII. 1049, cf. Leonis M. Opp. III. p. CXLIV. — „Ἠρέσει“ „Convenit“.

S. Anastasius II. 496—498.

(ccii) Decernit haec: „Qui potest obviare et perturbare perversos, et non facit, nihil est aliud quam favere eorum impietati“. Gratiani decr. C. XXIII. qu. 3. c. 8, Mansi VIII. 198. — „Qui potest obviare“.

(cciii) Fragmenta tria, ex Gelasii I. ep. 377 sumpta, Anastasio perperam tribuuntur ap. Mansi VIII. 193, 194. — „Nam principium deus“ „Confitemur ergo“ „Nunquam autem per“.

S. Symmachus. 498—514.

ante confessionem b. Petri apostoli

§ Synodus, quae fertur „post consulatum Avieni“ habita esse, Symmachique synodus quinta appellari solet. Ennodii contra synodi palmaris oppugnatores libellus approbatur. Deinde non solum „illi, qui papam Symmachum accusaverint et damnationem ei inferre tentaverint, et illi, qui eum iudicaverint“, damnantur, sed id etiam sancitur, „ne unquam talia non solummodo in apostolicae sedis praesulem a quoquam praesumantur, sed nec in ullo Christianorum episcopo usurpentur“. „Nec ullos episcopos, suis rebus exspoliatos, vel a sedibus pulsos, aut ad synodum tam provincialem, quam generalem posse convocari, aut in aliquo iudicari, antequam cuncta, quae eis ablata sint, legibus potestati eorum redintegrentur“, decernunt. „Accusatoribus vero inimicis, vel de inimici domo prodeuntibus, vel iis qui suspecti sint, ne credatur“. Mansi VIII. 295, cf. Leonis M. Opp. III. p. CCXVIII, et Knust p. 76.

apud b. Petrum apostolum

§ Synodus, quae sexta vocatur. Decernunt, ne „oblaciones fidelium praesumantur absque consensu et voluntate episcopi, in cuius dignoscuntur esse parochia et potestate, possideri“. Mansi VIII. 309, cf. Leonis M. Opp. III. p. CCXVIII. et Knust p. 76.

(cciv) „Laurentio Mediolanensis ecclesiae archiepiscopo“ inscriptae sunt litterae, Symmacho perperam tributae. Continent enim epistolae nihil, sed orationem, eamque Ennodii. (V. Ennodii Opp. p. 473, cf. ibid. Sirmondi annot. p. 76.) Mansi VIII. 210. — „Prodit religiosae“.

(ccv) Theodoro, fundatae ab apostolis ecclesiae Laureacensis archiepiscopo, pallium mittit „ad ostendendum, eum magistrum et archiepiscopum, eiusque S. Laureacensem ecclesiam provinciae Pannoniarum sedem fore metropolitanam“. Ludewig Scr. R. Germ. II. 352, Mon. Boic. XXVIII. n. 195, Fejér Cod. D. H. I. 123, Mansi VIII. 228. — „Diebus vite tue“.

S. Hormisda. 514—523.

(ccvi) Remigio, episcopo Remensi, „vices suas per omne regnum dilecti et spiritalis filii sui Ludovici (al. Chlodovei), nuper cum gente integra“ conversi, „salvis privilegiis, quae metropolitanis decreverit antiquitas, praesenti auctoritate committit“. Concil. Galliae I. 883, Mansi VIII. 383 et 525, Cocqu. I. 77. — „Suscipientes plena“.

(ccvii) Universis provinciis exponit de adulteris clericis removendis. Gratiani decr. I. D. 50. c. 29, Mansi VIII. 527. — „Ecce manifestissime“.

(ccviii) Nuptias occulte fieri vetat. Ivois decr. VIII. c. 141, Gratiani decr. C. XXX. qu. 5. c. 2. — „Nullus fidelis“.

S. Hormisda. 514—523.

(ccix) Omnibus episcopis per universas provincias constitutis scribit, „qui invitus ad poenitentiam agendam mittitur in monasterium, ad sacerdotium venire“ non debere. Gratiani decr. I. D. 50. c. 58. — „Si ille, qui“.

(ccx) Statuit, „ut nullus presbyter in ecclesia consecrata aliud altare erigat, nisi quod ab episcopo loci sanctificatum est, vel permissum“. Ivonis decr. III. c. 20, Gratiani decr. III. D. I. c. 25. — „Ut nullus presbyter“ „Nullus presbyter“.

S. Ioannes I. 523—526.

Oct. 18. — (ccxi) § Zachariae archiepiscopo respondet, „episcopos accusatos aut suis rebus exspoliatos, aut pulsos nec ad synodum comprovincialem nec ad generalem posse convocari, antequam cuncta, quae eis ablata sint, potestati eorum redintegrentur“. Addit, quibus accusatoribus non credatur. Mansi VIII. 603, Blondelli Pseudo-Isidorus 570. — „Exigit dilectio tua“.

Iun. 11. — (ccxii) § Omnes per provincias Italiae constitutos episcopos hortatur, ut haeresim Arianam impugnent, ecclesiasque Arianorum ad catholicam rationem redigant. Idem narrat a sese, Theoderici regis legato, Constantinopoli factum esse monitu Iustini imperatoris. Ne Theoderici minis moveantur. Mansi VIII. 605, Blondelli Pseudo-Isidorus 573. — „Saepiasime multo iam“.

S. Felix IV. 526—530.

Mart. 1. — (ccxiii) § Omnibus episcopis per diversas provincias constitutis scribit, ne sacra nisi sacratis in locis fiant; ecclesiae, si iamne consecratae sint, tolli dubitatio non possit, consecrentur. Mansi VIII. 658, Blondelli Pseudo-Isidorus 578. — „Magno munere“.

Oct. 21. — (ccxiv) § Sabinae virtutem laudat et confirmat, eamque venire Romam cupit. Mansi VIII. 664, Blondelli Pseudo-Isidorus 586. — „Singulare membrum“.

Bonifacius II. 530—532.

— — (ccxv) § Eulalio, episcopo Alexandrino, significat, ecclesiam Carthaginiensem ad suam communionem rediisse. Eulalii episcopi Carthaginiensis libellum et Iustiniani imperatoris litteras adiungit. Mansi VIII. 731, Blondelli Pseudo-Isidorus 589. — „Olim ab initio“.

Ioannes II. 532—535.

Aug. 5. — (ccxvi) § Valerio episcopo rescribit, patrem filio maiorem non esse. Mansi VIII. 794, Blondelli Pseudo-Isidorus 596. — „Scripta tuae sanctitatis“.

S. Agapetus I. 535—536.

Mai. 1. — (ccxvii) § Anthimo episcopo scribit de duabus Christi naturis. Mansi VIII. 853, Blondelli Pseudo-Isidorus 598. — „Multo gaudio essem“.

S. Silverius. 536—537.

Iun. 24. — (ccxviii) § Vigilium, invadere sedem apostolicam iam Bonifacio II. pontifice conatum, iterumque nunc nitentem, sacerdotali dignitate privat ac damnat. Mansi IX. 6, Blondelli Pseudo-Isidorus 603. — „Multis te transgressionibus“.

Nov. 23. — (ccxix) § Amatoris episcopi in se officia laudat. Exponit, se per falsos testes postulatam, exsilio affectum esse; neque tamen pontificatu abdicasse, imo etiam inimicos anathematizasse ac statuisse: „nec falsos nec inimicos suspectos accusatores vel testes unquam super episcopos suscipi, eisque nocere nullatenus posse“. Mansi IX. 7, Blondelli Pseudo-Isidorus 606. — „O quam bona“.

— — (ccxx) Decernit haec: „Singulis diebus dominicis in quadragesima, praeter hos, qui excommunicati sunt, et praeter illos, qui in publica poenitentia sunt, sacramenta corporis et sanguinis Christi sumenda sunt, et in coena domini, in vigilia paschae, et in die resurrectionis domini et in pentecoste et in natali domini penitus ab omnibus communicandum est“. Ivonis decr. II. c. 29, Mansi IX. 10. — „Singulis diebus“.

— — (ccxxi) Statuit haec: „Nemini regum aut cuiquam homini proprium liceat monasterium tradere nisi ad aliud monasterium, vel commutare nisi cum alio monasterio, vel quocumque modo vendere“. Ivonis decr. III. c. 28. — „Nemini regum“.

		Vigilius. 537—555.
Mart. 1.	—	(ccxxii) § (Additamenta epistolae ad Profutarum, v. supra ep. 589): De primatu ecclesiae Romanae, „ad quam tam summa episcoporum negotia et iudicia atque querelae, quam et maiores ecclesiarum quaestiones, quasi ad caput, semper referenda sint“. Mansi IX. 32.
		Pelagius I. 555—560.
Mart. 3.	—	(ccxxiii) § Vigilio episcopo exponit, patrem et filium esse unum et verum deum, nec spiritum sanctum ab iis discretum. Mansi IX. 709, Blondelli Pseudo-Isidorus 609. — „Gaudeo fidei devotione“.
		Ioannes III. 560—573.
Jul. 19.	—	(ccxxiv) § Universis per Germaniae et Galliae provincias constitutis episcopis scribit, ne chorepiscopi „donum s. spiritus per impositionem manuum tradant et alia, quae solum pontificibus debentur, contra fas peragant. Mansi IX. 756, Blondelli Pseudo-Isidorus 613. — „Optaveram siquidem“.
Mart. 11.	in ecclesia S. Silvestri	(ccxxv) Monasterium S. Medardi Suessionense monasteriorum totius Galliae caput constituit. Possessiones eius, suadente Clothario rege confirmat, et abbatibus „inter missarum solemniam benedictionem concedit agere et praedicationem ad populum facere“. (Dat. anno dom. inc. 562, ind. 10). Concil. Gall. I. 1143, Abaelardi et Heloisae Opp. 1168, Pardessus diplomata I. 122. — „Totius orbis“.
Mai. 3.	—	(ccxxvi) Ecclesiam duodecim apostolorum (Romanam), aedificari a Pelagio coeptam, a seque consummatam et die 1 m. Maii dedicatam, constituit titulum cardinalem. Paroeciam eidem ecclesiae tributam, suppellectilemque ex suo vestuario datam accurate describit. Marini I papiri 1, Cocquelines I. 93. — „Quoniam primitivam“.
		Benedictus I. 574—578.
Apr. 2.	—	(ccxxvii) § David episcopo respondet, „Trinitatem unitam fieri“. Mansi IX. 861, Blondelli Pseudo-Isidorus 619. — „Respondere literis“.
		Pelagius II. 578—590.
Aug. 13.	—	(ccxxviii) § Benigno archiepiscopo scribit, „quod in canonibus legatur, non debere episcopum de civitate ad civitatem transire vel transferri, non de his dici, qui aut vi expulsi, aut necessitate coacti, aut auctoritate maiorum hoc agant; sed de his, qui avaritiae ardore inflammati, sponte sua prosiliant, et potius ambitioni, quam utilitati ecclesiae servire cupiant“. Mansi IX. 881, Blondelli Pseudo-Isidorus 623. — „Lectis fraternitatis“.
Dec. 1.	—	(ccxxix) § Universis episcopis et cunctis specialiter per Campaniae et Italiae provincias militantibus domino scribit de iis, per quos accusari episcopi non debeant. „Dum ecclesiae alicuius episcopi aut possessiones detineantur, aliquid illi non debere aut posse ante redintegrationem omnium rerum suarum obiici“. Mansi IX. 887, Blondelli Pseudo-Isidorus 631. — „Sollicitudinem omnium“.
Mart. 1.	—	(ccxxx) § Universis episcopis, qui illicita vocatione Ioannis Constantinopolitani episcopi ad synodum Constantinopolim conveniunt, scribit, hanc synodum non legitimam esse, quaeque constituerit, irrita fore; „non enim debere absque sententia Romani pontificis concilia celebrare“. Docet, provincia quid sit. „Majores et difficiliore quaestiones ad sedem apostolicam semper referri“ vult. Addit de iis, a quibus non debeant episcopi accusari. Mansi IX. 900, Blondelli Pseudo-Isidorus 636. — „Manifesto sicut optavimus“.
„	—	(ccxxxi) Paulo, patriarchae Aquileiensi, subiectum a Feroce abbate monasterium S. Mariae ad Organum confirmat „per interventum atque petitionem serenissimi Tiberii Constantini Imperatoris, consentiente quoque Solatio Veronensis ecclesiae episcopo“. (Scriptum indict. III). Ughelli It. sacr. V. 697, Cocqu. I. 95. — „Cum magna nobis“.
Apr. 20.	—	(ccxxxii) Heliae, patriarchae Aquileiensi, propter „rabiam furentium Longobardorum“ concedit, ut „Gradense castrum totius Venetiae fiat et Istriae metropolis“. Danduli chron. ap. Muratori R. It. Scr. XII. 99, Ughelli It. sacr. V. 27, Mansi IX. 924. — „Condecurit apostolica“ „Convenit apostolico“.
—	—	(ccxxxiii) Universis Germanicarum ac Galliarum (regionum) episcopis consulentibus exponit de „novem praefationibus in sacro catalogo tantummodo recipiendis,

Pelagius II. 578—590.

quas longa retro veritas in Romana ecclesia hactenus servaverit“. Ivonis decr. II. c. 77, Mansi IX. 905, Blondelli Pseudo-Isidorus 645, (Gratiani decr. III. D. 1. c. 71). — „Cum in dei“ („Invenimus has“).

S. Gregorius I. 590—604.

- (ccxxxiv) § Felici, episcopo Messanensi, respondet de cognatorum nuptiis; de episcopis non vexandis; de ecclesiarum consecratione. (Regest. Greg. L. XIV. ep. 17; L. XII. ep. 32). Gregorii Opp. ed. Benedict. II. 1276, ed. Gallic. VIII. 435, Mansi X. 425, Blondelli Pseudo-Isidorus 668. — „Caput nostrum, quod“.
- Mart. 24. Romae (ccxxxv) Mariniano, archiepiscopo Ravennati, eiusque successoribus privilegia mirum quanta concedit. Rubei Hist. Rav. 189, Ughelli It. sacr. II. 339, Cocqu. I. 97. — „Cum omnis ecclesia“.
- Iun. 28. — (ccxxxvi) Monasterii S. Benedicti et S. Scholasticae Sublacensis possessiones confirmat et auget. Haec addit: „Praeterea ego ipse Gregorius, S. R. E. presul, S. Benedicti vitam scripsi et eius perlegi regulam, quam ipse sanctus manu propria scripserat, laudavi eam, et in sancta synodo, edita apud S. Petrum Rome in Vaticano viginti quatuor episcoporum, confirmavi, et per diversas Italiae partes et ubicumque latine litere legerentur, precepi diligentissime eam a monachis observari“. (Script. ind. 14; dat. pont. a. 6). Cocquelines I. 99, Muratori Ant. It. IV. 1054, R. It. Scr. XXIV. 945. — „Si semper ea concedenda“.
- Mai. 27. — (ccxxxvii) Monasterio S. Medardi Suessionensi rogatu „regum Brunechildis ac nepotis eius Theodorici“ privilegia exquisita concedit. (Dat. an. inc. 593, ind. 11). Pardessus Diplomata I. 163, Launoii Opp. III. n. 91, 130, Gregorii Opp. ed. Bened. II. 1284, ed. Gallic. IX. 3, Mansi X. 430, Blondelli Pseudo-Isidorus 647. — „Quando ad ea“ „Quando catholicorum“.
- Apr. — (ccxxxviii) Monasterii Ferrariensis seu Bethleemitici possessiones confirmat privilegiaque constituit, petente Dagoberto, Francorum rege; „cum gallicanam adentes regionem, ad gloriosum devenissemus regem Francorum Dagobertum“. (Dat. ind. 7). Pardessus Dipl. I. 191. — „Quoniam ex apostolica“.
- — (ccxxxix) Augustino, Anglorum episcopo, scribit, 1) clericos debere „a quinquagesima propositum ieiunandi suscipere; 2) in vitio quidem esse laicos die dominico ebriositati servientes, sed „ideo cum venia suo ingenio relinquendos esse, ne forte peiores existant, si a tali consuetudine prohibeantur“; 3) „par esse, ut quibus diebus a carne animalium abstineamus, ab omnibus quoque, quae semen tinam carnis trahant originem, ieiunemus, a lacte videlicet, caseo et ovis“; 4) „piscium esum ita Christiano relinqui, ut hoc ei infirmitatis solatium, non luxuriae pariat incendium“, itaque „sumptuosiora marinarum beluarum convivia praeparari“ non debere; 5) ebrietatem esse fugiendam. Ivonis decr. IV. c. 29, Gratiani decr. I. D. 4. c. 6, Greg. Opp. ed. Bened. II. 1302. — „Denique sacerdotes“.
- — (ccxli) Decernit, „non licere particularem synodum congregare, sed quoties aliqua de universali synodo dubitatio nascatur“, apostolicam sedem consulendam esse. Gratiani decr. I. D. 17, c. 4, Mansi X. 437. — „Nec licuit alicui“.
- — (ccxli) Quosdam monet, ut „Paulinum, pseudoepiscopum Aquileiensem, et illum Mediolanensem ad clementissimum principem sub digna custodia dirigant“. Gratiani decr. C. XI. qu. 1. c. 20, Mansi X. 438. — „Istud est, quod“.
- — (ccxlii) „Regulas sanctorum patrum pro tempore, loco et persona et negotio, instante necessitate, traditas esse“ scribit. Gratiani decr. I. D. 29. c. 2, Mansi X. 438. — „Regulae sanctorum“.
- — (ccxliii) Praescribit, clericorum in numerum qui homines asciscendi non sint. Gratiani decr. I. D. 33. c. 2, Mansi X. 439. — „Maritum duarum“.
- — (ccxliv) Sacerdotes vetat cum feminis habitare. Gratiani decr. I. D. 81. c. 23, Mansi X. 439. — „Oportet sacerdotes“.
- — (ccxlv) Decernit haec: „Quicumque sacros ordines vendunt vel emunt, sacerdotes esse non possunt“. Gratiani decr. C. I. qu. 1. c. 12, Mansi X. 439. — „Quicumque sacros“.
- — (ccxlvi) Scribit haec: „Non nocet malitia episcopi neque ad baptismum infantis, neque ad ecclesiae consecrationem“. Gratiani decr. C. I. qu. 1. c. 89, Mansi X. 439. — „Non nocet malitia“.

S. Gregorius I. 590—604.

- (CCXLVII) „Ecclesiam, quae pactione consecrata fuerit, potius exsecratam, quam consecratam dici debere,“ scribit. Gratiani decr. C. I. qu. 4. c. 11, Mansi X. 440. — „Ecclesia, quae“.
- (CCXLVIII) Censet haec: „Quatuor modis perverti humanum iudicium, timore, cupiditate, odio, amore“. Gratiani decr. C. XI. qu. 3. c. 78, Mansi X. 440. — „Quatuor modis“.
- (CCXLIX) Decernit, „ut monachi, si presbyterii honore dedicati sint, cum ligandi solvendique potestate, decimarum, primitiarum, oblationum, donationum portionem — non minus quam ceteri sacerdotes sibi vendicent“. Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 23, Mansi X. 440. — „Moderamine apostolicae“.
- (CCL) Concedit „sacerdotibus monachis apostolorum figuram tenentibus, ut praedicent, baptizent, communionem dent, pro peccatoribus orent, poenitentiam imponant, atque peccata solvant“. Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 24, Mansi X. 440. — „Ex auctoritate huius“.
- (CCLI) Decernit hoc: „Reos sanguinis defendat ecclesia, ne effusione sanguinis particeps fiat“. Gratiani decr. C. XXIII. qu. 5. c. 7, Mansi X. 440. — „Reos sanguinis“.
- (CCLII) „De ecclesiis, quae inter coheredes divisae sint“, decretum edit. Gratiani decr. C. XVI. qu. 7. c. 35, Mansi X. 440. — „Considerandum est de“.
- (CCLIII) Praecipit hoc: „Si quis uxorem desponsaverit vel eam subarrhaverit, quamquam postea praeviente die mortis eius nequiverit eam ducere in uxorem, tamen nulli de consanguinitate eius licet accipere eam in coniugio“. Gratiani decr. C. XXVII. qu. 2. c. 14, Mansi X. 441. — „Si quis uxorem“.
- (CCLIV) Quem Christi odio infidelis matrimonio exturbat, ei permittit, ut ad novas nuptias transeat. Gratiani decr. C. XXVIII. qu. 2. c. 2, Mansi X. 441. — „Si infidelis discedit“.
- (CCLV) Praecipit, ne uxor in adulterio deprehensa secundo umquam nubat, neve ea viva maritus alteram in matrimonium ducat. Gratiani decr. C. XXXII. qu. 7. c. 22, Mansi X. 441. — „His vero, qui“ „Hi vero, qui“.
- (CCLVI) Qui sacerdos peccata poenitentia enuntiaverit, eum privari sacerdotio iubet. Gratiani decr. II. D. VI. c. 2, Mansi X. 441. — „Sacerdos ante omnia“.
- (CCLVII) Scribit haec: „Qui regiminis in se rationem habuit, nec sua delicta detersit, nec crimen filiorum correxit, canis impudicus magis dicendus est, quam episcopus“. Ivonis decr. V. c. 317, Mansi X. 441. — „Qui nec regiminis“.
- (CCLVIII) Apostolicae sedis sententiam immutari vetat, „nisi forte sic prolata sit, ut retractari possit vel immutanda secundum praemissae tenorem conditionis existat“. Gratiani decr. C. XXXV. qu. 9. c. 4, Mansi X. 441. — „Apostolicae sedis sententia“.
- (CCLIX) „Solennitates dedicationum ecclesiarum et sacerdotum per singulos annos“, ipsaque „encaenia octo diebus celebrari“, iubet. Gratiani decr. III. D. I. c. 17, Mansi X. 442. — „Solennitates dedicationum“.
- (CCLX) Monachos monachasque habitare in eodem monasterio vetat. Gratiani decr. C. XVIII. qu. 2. c. 22, Mansi X. 442. — „In nullo loco“.
- (CCLXI) Qui „venerit contra decretum episcopi, eum ab ecclesia abiici“ iubet. Ivonis decr. XVI. c. 15, Mansi X. 442. — „Si quis venerit“.
- (CCLXII) Qui bona ecclesiae abstulerit, eum et quadruplum reddere et annis duobus agere poenitentiam iubet. Mansi X. 442. — „Si quis terram aut“.
- (CCLXIII) Qui „ad se ditandum, aliis fraudandum, aquam cum musto vel cum vino miscuerit, eum vetat per annos quinque vinum bibere“. Mansi X. 442. — „Si quis ad se“.
- (CCLXIV) Decernit haec: „Quicumque tanquam amore cuiuslibet sancti feria II vel VI ieiunium ruperit, nisi pro eiusdem sancti reverentia in vigilia ipsius sancti ieiunaverit, septem dies in pane et aqua poeniteat“. Mansi X. 442. — „Quicumque tanquam“.
- (CCLXV) Qui episcopalem vel sacerdotalem dignitatem simoniace „acceperit, et non sponte reliquerit, eumque insperata mors poenitentem non invenerit, eum proculdubio in aeternum periturum“, dicit. Gratiani decr. C. I. qu. 1. c. 115, Mansi X. 442. — „Si quis neque sanctis“.
- (CCLXVI) De archidiaconorum munis constituit. Mansi X. 443. — „Ministerium archidiaconi“.

S. Gregorius I. 590—604.

- (cclxvii) Archipresbytero quae sint administranda, docet. Mansi X. 444. — „Ministerium archipresbyteri“.
- (cclxviii) Venerio, episcopo Caralitano, de propinquitatis gradibus exponit. Mansi X. 444, (Gratiani decr. C. XXXV. qu. 5 c. 3). — „De gradibus propinquitatis“ („Porro de affinitate“).
- (cclxix) Venerio, episcopo Caralitano, respondet, „mulierem copula nuptiali extraneo viro coniunctam cognationi eius pertinere; eo defuncto cognationem manere, nec sub altero viro cognationis vocabula dissolvi, nec susceptas soboles posse legitime ad prioris viri cognationis transire copulam“. Gratiani decr. C. XXXV. qu. 10 c. 1, Mansi X. 444. — „Fraternitatis vestrae studiosae“.
- (cclxx) De „quatuor ieiuniis quatuor temporum genti Anglorum praedicandis praecipit“. Mansi X. 446. — „Sunt quatuor“.
- (cclxxi) Randulpho, principi Salernitano, respondet „de his, qui ob causam frigidae naturae se dicant non posse invicem operam carnis dantes commisceri“. Mansi X. 446, Ivonis decr. VIII. c. 182, Gratiani decr. C. XXXIII. qu. 1. c. 2. — „De his requisisti“ „Requisisti de his“.

Bonifacius IV. 608—615.

- Febr. 27. (cclxxii) Monasterio SS. Petri et Pauli (Dorovernensi) varia privilegia tribuit. (Dat. a. 610). Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. Scr. II. 1766. — „Omnipotentis dei“.
- (cclxxiii) In concilio decernit, „a sacerdotibus monachis ligandi solvendique potestatem atque officium haud indigne administrari, si eos digne contigerit ad hoc ministerium sublimari“. Ivonis decr. VII. c. 22, Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 25, Holstenii Coll. Rom. I. 242, Mansi X. 504, 506. — „Non ullo fulti“ „Sunt nonnulli nullo“.

Deusdedit. 615—618.

- (cclxxiiii) Gordiano, episcopo Hispalensi (al. „Hispaniarum ecclesiae episcopo“), scribit, qui suos liberos ex lavacro sancto ipsi susceperint, eorum matrimonia esse dirimenda. Burchardi decr. XVII. c. 44, Ivonis decr. I. c. 305, Gratiani decr. C. XXX. qu. 1. c. 1, Mansi X. 536, Blondelli Pseudo-Isidorus 675. — „Pervenit ad nos“.

Honorius I. 625—638.

- (cclxxv) Instituit, ut ab episcopis „excommunicatorum nomina tam vicinis episcopis quam parochianis pariter indicentur“. Ivonis decr. XIV. c. 113, Gratiani decr. C. XI. qu. 3. c. 20, Mansi X. 584. — „Curae sit“.

Ioannes IV. 640—642.

- Mart. 1. Romae Lateran. in apostolica sede (cclxxv) Monasterium S. Crucis et S. Mariae Meldense „soli sancto Petro subesse“ iubet, „nitens familiari consilio filii sui Chlotarii Francorum regis“. (Nomina episcoporum 26 sunt subscripta). Du Plessis Hist. de Meaux I. 656, Pardessus diplom. II. 71. — „Quum Angelus“.
- Iul. 11. (cclxxvi) Monasterii SS. Petri et Pauli Resbacensis privilegia instituit, „Chlodoveo, excellentissimo filio suo, rege Francorum“, per litteras rogante. Du Plessis Hist. de Meaux I. 675, Pardessus diplom. 74. — „Quamquam priscae“.
- (cclxxvii) Parthenonis S. Mariae vel S. Columbae atque S. Agathae seu aliorum sanctorum martyrum in Gallia siti privilegia constituit, „Chlodoveo rege, excellentissimo filio suo, principe Francorum“, per litteras petente. Mabillon Ann. ord. Ben. I. 687, Acta SS. ord. Ben. saec. IV. P. I. 747, Pardessus dipl. II. 65, Cocqu. I. 110. — „Quamquam priscae“.
- (cclxxviii) Monasterii S. Petri Luxoviensis privilegia constituit, „Chlodoveo, excellentissimo filio suo, rege Francorum“, per litteras petente. Mabillon A. O. B. I. 689, Pardessus diplom. II. 67, Cocqu. I. 111. — „Quamquam priscae“.
- (cclxxix) Parthenonem Romarici montis, potestate omnium episcoporum liberatum, in sedis apostolicae ditionem redigit, Clotario rege Francorum per ipsum Romaricum, parthenonis conditorem, petente. Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 253, 254, Pardessus diplom. II. 76, 78, Gall. Chr. XIII. Instr. 445. — „Quamquam priorum“ „Quamquam priscae“.

			Martinus I. 649—653.
Ian.	19.	—	(CCLXXX) Monasterii Elnonensis possessiones confirmat privilegiaque statuit, Amando (episcopo Traiectensi) „cum consensu et petitione Dagoberti, Francorum regis, sive filii eius Sigeberti“ rogante. Acta SS. Febr. T. I. 819, Miraei Opp. dipl. I. 334, Pardessus diplom. II. 90, Cocqu. I. 124. — „De quotidiano sanctae matris“.
„	19.	—	(CCLXXXI) Monasterii Blandiniensis possessiones confirmat iuraque constituit, Amando (episcopo Traiectensi) „cum consensu et petitione Dagoberti, Francorum regis, sive filii eius Sigeberti“ petente. Acta SS. Febr. T. I. 822, Miraei Opp. dipl. I. 333, Pardessus dipl. II. 89, Cocqu. I. 125. — „De quotidiano sanctae matris“.
Apr.	24.	—	(CCLXXXII) Monasterii Resbacensis defensionem suscipit, privilegiaque confirmat et auget. Du Plessis Hist. de Meaux I. 677, Pardessus dipl. II. 85. — „... Quapropter agnoscat“.
			Eugenius I. 654—657.
—	—	—	(CCLXXXIII) Monasterio S. Mauritii (Agaunensi), petente Clodoveo, rege Francorum, concedit, „ut nullatenus super illos monachos sine illorum electione abbas ibi mitatur; omnem cuiuslibet ecclesiae sacerdotem in praefatum monasterium nullum sui prioratus pontificium permittit habiturum, neque illum, qui in civitatem Valesiam nunc habere dignoscatur, vel fuerit postea acquisiturus, quamlibet ditionem seu potestatem in eis ostendere prohibet“. Pardessus diplom. II. 104. — „Igitur quia postulavit“.
			Vitalianus. 657—672.
Iul.	28.	—	(CCLXXXIV) „Heremitis in Floriacensi coenobio commorantibus, eorumque Cynocephalo Mumulo, non abbati“, sub excommunicationis poena praecipit „ex parte dei et septem universalium conciliorum“, ut, quas Aygulfus, „coenobii gyrovagus“, e monasterio Casinensi abstulerit, reliquias b. Benedicti restituant. Muratori R. It. Scr. II. I. 355, Mansi XI. 21. — „Audivimus, quod“.
Nov.	1.	—	(CCLXXXV) „Clodoveo, regi Francorum, si filius obedientiae fuerit, salutem“ scribit. Nunciat, se „Aurelianenses et Cenomannenses ac monasterium Floriacense et falsum abbatem Strumbolum, non Mumolum et Aygulphum, filium Satanae“, excommunicasse, donec b. Benedicti reliquias monasterio Casinensi reddiderint. Rogat, ut latrones illos Romam ad reddendam rationem mittat. „Sin autem“ inquit „et vos et illos perpetuae maledictionis anathemate damnamus“. Muratori R. It. Scr. II. I. 355, Mansi XI. 22. — „Sancti et magni“.
Iul.	16.	Romae	(CCLXXXVI) „Archiepiscopos, episcopos et abbates in Hispania, Baetica, Lusitania, Galicia, Aquitania, Britannia, Germania, Gallia Belgica, Gallia Togata, Gallia Cisalpina, Gallia Transalpina et Gallia Transcampana constitutos“ docet, „Mumolum haereticum et Floriacenses, olim quidem monachos, nunc vero Sarabaitas, gyrovagos ac primogenitos Satanae“, a sese esse damnatos, quoad b. Benedicti reliquias monasterio Casinensi restituerint. Constituant diem, quo illi reliquias Romam perferant. Addit haec: „quidquid vero exinde statueritis, dilecti filii nostri, Clodovei regis erit, adimplere“. Muratori R. It. Scr. II. I. 356, Mansi XI. 23. — „Vestrae universitati“.
—	—	—	(CCLXXXVII) „Dilectis filiis sub patris Benedicti et Placini dominio in Sicilia constitutis“ commendat monachos Casinenses, missos ad „subdita beato Benedicto in Sicilia monasteria restauranda et civitates, castra, possessiones et villas recuperandas“, quas dolet „paganorum incursionibus desolatas esse“. Mansi XI. 21. — „Ad hoc nos“.
Ian.	30	—	(CCLXXXVIII) Ecclesiae Beneventanae possessiones, in his et Sipontinam et S. Michaelis archangeli in Gargano monte ecclesiam, petente episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. VIII. 19. — „Cum sicut“.
			Agatho. 678—681.
Febr.	28.	—	(CCLXXXIX) „Sancto Edicto, Viennensi archiepiscopo“, scribit de synodo, „ubi centum pene episcopi residebant Romae“. Episcopum Antiochenum remotum nunciat, in eiusque locum Theophanium suffectum. Mittit libellum de rebus Constantinopoli gestis. „Haec“ inquit „omnibus Galliarum episcopis legenda et cavenda ac tenenda transmittite“. Bosco Floriacen. bibl. laev. xyst. 39. — „Presbyter tuus“.

- Leo II. 682—683.**
- Aug. 19. — (ccxc) Childeberto Francorum regi sub interdicti poena praecipit, ut reliquias monasterio Casinensi surreptas intra dies 20 restitui iubeat. „Epicuro Floriacensi omnem monasterii praelationem prohibet, quoadusque praefatam restitutionem cum integritate adimpleat“. Muratori R. It. Scr. II. i. 356. — „Dum nos regnum“.
- Ioannes V. 685—686.**
- — (ccxci) Edaldum, archiepiscopum Viennensem, hortatur, ut more Romano „officia missarum“ agat. Pallii usum ei concedit, mittitque „de capillis S. Pauli“. Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. 40, Mansi IX. 760; Acta SS. Iunii T. V. 250, ubi Ioanni VII. epistola attribuitur. — „De officiis missarum“.
- Mai. 8. — (ccxcii) Ecclesiae S. Mariae Atrebatensis libertatem et possessiones confirmat, petente Vinditiano episcopo. (Subscripserunt „Marinus vicarius sedis apostolicae“ et episcopi 16). Gesta episcop. Camerac. L. I. c. 26 ap. Pertz M. G. Scr. VII. 411, Miraei Opp. dipl. IV. 2. — „Audite sententiam“.
- Nov. — (ccxciii) Monasterii Divionensis perturbatores anathematizat. (Fragmentum). Marini I papiri 3, Pardessus diplomata II. 202, cf. Mabillon de re diplomatica 436.
- Sergius I. 687—701.**
- Mart. 25. — (ccxciv) Heroni, episcopo Lingonensi, scribit, ne monachis S. Benigni Divionensis coemeterium adimi a clericis castri patiat. D'Achery Spic. II. 369, Marini I pap. 4, Pardessus diplom. II. 249, Mansi XII. 7. Cf. Mabillon de re dipl. 436. — „Quamprimum nobis“.
- Ioannes VI. 701—705.**
- Apr. 10. — (ccxcv) Monachis SS. Petri et Pauli et S. Bercarii Dervensibus liberum abbatis eligendi arbitrium asserit, monasteriique bona confirmat. Pardessus diplom. II. 260. — „Cum omnis iusticia“.
- Constantinus I. 708—715.**
- Nov. 15. — (ccxcvi) Chilpericum, Francorum regem, de inobedientia graviter obiurgat. Haec addit: „nisi sanctae reliquiae P. Benedicti eiusque sororis nobis redditae fuerint, omnia divina in regno vestro officia interdiciamus, et, sicut Aurelianenses, et Cenomannenses perpetuae maledictionis anathemate condemnamus; quod si et ipse apostolici mandati contemptor esse volueris, in personam vestram post 20 dierum spatium anathematis gladium intentamus“. Muratori R. It. Scr. II. i. 257. — „Quanto maiori patientia“.
- — (ccxcvii) Eoaldo, archiepiscopo Viennensi, reliquias quasdam mittit. Bosco Floriac. Bibl. laev. xyst. 42, Acta SS. Iun. T. V. p. 250. — „Reliquias ecclesiae“.
- Gregorius II. 715—731.**
- Aug. 31. — (ccxcviii) Austroberto, archiepiscopo Viennensi, „statum ecclesiae catholicae pietate firmum apud ecclesiam Gallorum manere“ significanti, de muneribus missis gratias agit. „Fratrem Bonifacium, rudibus gentibus episcopum designatum“, principibus Francorum commendari vult. Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. 42. — „Desiderabiles literas“.
- Ian. — (ccxcix) Fratribus monasterii S. Maximini Trevirensis arbitrium creandorum abbatum, Basinoque abbati et eius successoribus mitrae, dalmaticae, sandaliorum usum concedit, aliis privilegiis additis. Hontheim Hist. Trev. I. 117, Zyllesius Def. 10, Mansi XII. 250, Marini I Papiri 4, Miraei Opp. dipl. I. 129, Pardessus diplom. II. 358. — „Si semper sunt concedenda“.
- Zacharias. 741—752.**
- Mart. 7. — (ccc) Austrobertum, archiepiscopum Viennensem, „concussione gentium turbatas ecclesias provinciae suae“ nunciantem, consolatur, haec addens: „Nam et Langobardi ita nostros fines devastant, sicut de rege Babyloniae propheta dicit: Exossaverunt nos“. Mittit acta synodi, die 22 Martii Romae habitae. Episcopos simoniace ordinatorum docet corrigendos, non dejiciendos esse. Dalmaticae usum ei concedit. Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. 43, Mansi XII. 352. — „Venit ad nos“.
- Nov. 12. — (ccci) Petente Pipino rege, privilegia a Landerico, episcopo Parisiensi, monasterio S. Dionysii tributa confirmat et amplificat. Doublet Hist. de St. Denys 445, Lannoii Opp. III. i. 159. — „Cum sanctam et apostolicam“.

			Zacharias. 741—752.
			(cccii) Omnibus sacerdotibus et presbyteris ecclesiae Francorum commendat monachos, ab Optato, abbate presbytero monasterii S. Benedicti (Casinensis), et Carolomanno, „deo amabili monacho, germano Pippini excellentissimi maioris domus“, missos, tum concordiam inter Pippium et Griphonem fratrem suum, tum furtive ablatum b. Benedicti corpus repetitum. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. II. 373, Mansi XII. 350. — „Egregius apostolus“.
Ian.			(ccciii) S. Benedicti regulam in monasterii Casinensis dedicatione, praesentibus archiepiscopis 13 et episcopis 68, confirmat. Benedicti et Mauri et Scholasticae virginis festos instituit. Tertulli patricii, ac Placidi et Gregorii III. commemoratio- nem agi quotannis iubet. Margarini Bull. Cas. I. 5, Cocquelines I. 147. — „Omnipotenti deo“.
„	21.		(ccciv) Monasterii Casinensis possessiones Siculas confirmat. Margarini Bull. Cas. II. 5. — „Apostolico moderamini“.
Febr.	18.	Aquini	(cccv) Monasterium Casinense, a Gregorio III. per Petronacem abbatem restitui coe- ptum, ab ipsoque perfectum et praesentibus archiepiscopis 13 ac episcopis 68 dedicatum, privilegiis amplissimis ornat, eiusque possessiones confirmat. Tosti St. di Montec. 82, Margarini Bull. Cas. I. 3. — „Omnipotenti deo“.
			(cccvi) Qui virginem aut viduam, alii desponsam, rapuerit, eum anathematizat. Re- gino II. c. 179. — „Ut virginem aut“.
			Stephanus III. 753—757.
			(cccvii) Omnibus episcopis, cunctisque Christianis deo servientibus in regno Italico et patriarchatu Romano significat, se in plurimorum episcoporum „synodali concilio ad beatorum Petri et Pauli apostolorum principum limina, praesente ac pe- tente Flavio Aistulfo, rege Italici regni, corpus sanctissimi papae Silvestri mona- sterio Nonantulano concessisse, abbatemque Anselmum consecratum cucula induisse, et baculo pastorali pedibusque donasse atque Sergio archiepiscopo Ravennati mandasse, ut eum et eius monasterium „sub suo regimine ab episcopo Mutinensi tueretur“. Muratori R. It. Scr. I. II. 189, Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. IV. P. I. 5, Ughelli It. sacr. II. 84, Mansi XII. 567. — „Residentibus nobiscum“.
Ian.	13.		(cccviii) Monasterium S. Silvestri Nonantulanum „hac hora praesenti XIV. indictione“ privilegiis ornat ad „praeceptum D. piissimi regis Aistulfi“. Muratori R. It. Scr. I. II. 190, Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. IV. P. I. 6, Ughelli It. sacr. II. 85, Mansi XII. 568. — „Quaecumque ad laudem“.
Apr.	25.		(cccix) Monasterii S. Salvatoris Fuldensis privilegia confirmat, et Sturmioni abbati praescribit, ut „nihil ex his, quae deo sint oblata et consecrata cuiquam laico vel clerico in beneficium concedat vel praestet“. Dronke Cod. dipl. Fuld. 5; Schannat Dioec. Fuld. 236, Cocqu. I. 151. — „Quoniam semper sunt“ „Cum semper sint“.
Iul.			(cccx) Monasterii S. Vincentii Vulturvensis possessiones et privilegia confirmat. Mu- ratori R. It. Scr. I. II. 355, Cocqu. I. 149. — „Cum magna nobis“.
Nov.	7.	in monaste- rio Figiacensi	(cccxi) Monasterium Figiacense, praesente Pepino, principe piissimo Francorum, con- secrat, privilegiisque auget, et miracula, quae ante consecratam ecclesiam accide- rint, exponit. Gall. Chr. I. Instr. 43. — „Principis piissimi“.
			(cccxii) Testatur, se, comitante Pippino rege, reliquias Patris Benedicti eiusque sororis e Francia in monasterium Casinense retulisse. Muratori R. It. Scr. II. I. 363. — „Sicut nemo“.
			Paulus I. 757—767.
			(cccxiii) Karolo regi afflictam ecclesiam Viennensem commendat. Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. 45. — „Humanae substantiae“.
			Stephanus IV. 768—772.
Iun.	24.		(cccxiv) Proculo, archiepiscopo Viennensi, respondet, se de vexata eius ecclesia valde dolere, „non solum quod eadem perantiqua, sed quod etiam Romano senatui pec- liariter chara sit“. Significat, se eam principibus Francorum commendasse. Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. 44. — „Lectis literis“.
Iun.	1.		(cccxv) Monasterium Hersfeldense, petente Lullo archiepiscopo Moguntino, de cuiusvis ecclesiae iurisdictione eximit, bonaque eius confirmat in „synodali concilio Romae in ecclesia b. Petri, anno VI. regnante Carolo gloriosissimo rege Francorum et

Stephanus IV. 768—772.

- Langobardorum, ac patricio Romanorum“. Wenck Hess. Land. III. Urk. p. 2 et 4. — „Quoniam semper concedenda“.
- Oct. 27. — (cccxvi) Monachis Hersfeldensibus, rogatu Lulli archiepiscopi Moguntini, optionem eligendi abbatis concedit in „synodali concilio Romae in eccl. b. Petri, anno VI. regnante Carolo gloriosiss. rege Fr. et Lang. ac patricio Rom.“ Wenck Hess. Land. II. Urk. p. 4. — „Quoniam semper concedenda“.

Hadrianus I. 772—795.

- Ian. 1. — (cccxvii) Bertherio, episcopo Viennensi, significat, se cum Karolo rege apud S. Petrum die paschali constituisse, ut metropolitanorum iura ac possessiones, a Francis per octoginta fere annos imminuta, restituerentur. Hugonis Flav. chron. ap. Pertz M. G. Scr. VIII. 344, Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. 46, Severtii chronol. hist. II. 26, Bouquet Rec. V. 595, Mansi XII. 847. — „Dilectus ac gloriosus“.
- — — (cccxviii) *Monasterii Nonantulani privilegia confirmat. V. Innocentii III. litteras ap. Marini I papiri 9, cf. Tiraboschi St. di Non. 191.
- Mart. 9. Roma Lateranensis (cccxi) Ecclesiae Ferrariensi, „de manu rapacis ac sacrilegi Desiderii regis Langobardorum per summam victoriam potentissimi Caroli regis arreptae“, episcopum praeficit Iohannem, ecclesiae Romanae cardinalem, et massas duodecim eidem ecclesiae tribuit. Muratori Ant. It. III. 11. — „Cum in principio“.
- Apr. 4. Rome (cccxx) Episcopatus Argentinensis archidiaconatus septem, ab Ethone episcopo constitutos, legesque de canonicorum bonis praesente Karolo rege Francorum confirmat. Grandidier Hist. de l'ég. de Str. II. 111, (Schoepflin A. D. I. 46). — „Convenit apostolico“.
- Iul. — Lateranensi palatio (cccxxi) Monasterii Fuldensis privilegia ac possessiones confirmat, rogante Baugulfo abbate. Dronke Cod. dipl. Fuld. 47. — „Quoniam novimus concedenda“.
- Iun. — — (cccxxii) Monasterii S. Martini (Turonensis) privilegia confirmat, in his, „ut liceat ibidem habere episcopum“. Launoii Opp. III. II. 28, Le Cointe Annal. ecclesiast. VI. 295. — „Innotuisti profecto“.
- — — (cccxxiii) Monasterii S. Mauritii Agaunensis privilegia et possessiones confirmat, postulante Carolo Francorum rege. Gall. Chr. XII. Instr. 424, Guichenon Bibl. Sébus. p. 322. — „Quia dominus noster“.

Leo III. 795—816.

- Iul. 15. — (cccxxiv) Volferio, archiepiscopo Viennensi, et cunctis episcopis per Viennensem provinciam constitutis, significat, se petente Karolo Augusto iura Gallicanorum episcoporum confirmasse. Privilegia Viennensia servari iubet „et licet Tarentasiae episcopus“ inquit „aliquibus oppidis videatur praelatus, tamen provincia Alpium Graiarum ditioni Viennensis ecclesiae submissa manebit“. De suis angustiis addit. Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. 47. — „Petente inclito“.
- — — (cccxxv) Monasterium S. Emmerami privilegia augeat, testaturque, episcopalem sedem Ratisponensem ab Adalvino episcopo „in praesentia piissimi imperatoris Karoli recta ratione in synodali concilio“ ex eodem monasterio ad ecclesiam S. Stephani translata esse. Pez Thes. An. I. III. 3, Mansi XIII. 990, Cocqu. I. 162, Udalt. Bab. cod. c. 16. ap. Eccard Corp. Hist. II. 33. — „Agnitum esse“.
- Dec. 24. Eresburg (cccxxvi) Capellam in monte Eresburg, a „Carolo magno Romanorum imperatore cum tota Saxonia deo oblatam“, consecrat, privilegia augeat, in his: „ne quis unquam bellica in ipso monte praesidia collocare aut praedia aut decimas circa montem per duas Saxonicas rastas audeat diripere“. Seibertz Urkundenb. I. 1, (Mansi XIII. 962). — „Piae tuae petitioni“.
- Mart. 14. Paderbornae (cccxxvii) Monasterium Fabariense tuendum suscipit. Eichhorn episc. Cur. C. Pr. 12. — „Dignum valde est“.
- — — (cccxxviii) Monasterio S. Anastasii ad Aquas Salvias Leo et Carolus imperator complures possessiones eadem tabula conferunt. Ughelli It. sacr. I. 50, Margarini Bull. Cas. II. 20, Cocqu. I. 161, (Maii Scr. vet. nov. coll. V. 229.) — „In nomine“.
- — — (cccxxix) Parthenonem Horreensem (Treviris) privilegio donat, ut abbatissae ex sororum numero eligantur. Gest. Trev. I. 69, Miraei Opp. dipl. I. 245, Mansi XIII. 989. — „Ego Leo“.
- Nov. 25. Romae in monasterio S. Anastasii (cccxxx) Eustasium ex monacho S. Benedicti Barensi factum monasterii S. Benedicti Cupersani abbatem confirmat, eique mandat, ut invasas „post exactos Langobardos“ monasterii possessiones recolligat, „vigente in omnibus partibus Italiae

Leo III. 795—816.

piissimi dilecti filii principis regis Francorum sanctione, ut comites, iudices quoque isthic stratigo et cathapani absque figura iudicii ad ecclesias res ecclesiarum revertantur“. Monasterii privilegia confirmat. Iubet „praesentium seriem a dilecto fratre suo bibliothecario in registris referri“. Ughelli It. sacr. VII. 702, Cocqu. I. 161. — „Apostolicae sedis“.

(cccxxxI)* Bertrando, episcopo Pictaviensi, et metropolitanis Aquitaniae et episcopis totius Galliae significat, se monasterio Caroffensi („quod nuper“ inquit „una vobiscum dedicavimus per suggestionem Rotgeri comitis, qui ex praecepto D. Karoli Augusti coenobium fundavit“) immunitatem et exemptionem et ius eligendi abbatis concessisse. Labbé N. B. M. II. 757.

Apr. 9. — (cccxxxII) Ecclesiae S. Martini Turonensis privilegia confirmat. Monsnier de statu S. Martini Turon. p. 136, teste Bréquigny Tabl. chron. I. 138.

Paschalis I. 817—824.

Apr. 21. Laterani (cccxxxIII) Stephano, episcopo Cadurcensi, commendat Aymarum abbatem missum, ut destructum monasterium Figiacense restauret, monachosque dissipatos recolligat. Gall. Chr. I. Instr. 43. — „Fiacense“.

Iul. — — (cccxxxIV) Monasterii S. Vincentii Vulturvensis possessiones et privilegia corroborat. Muratori R. It. Scr. I. u. 384, Cocquelines I. 168. — „Divinis praeceptionibus“.

Eugenius II. 824—827.

— — — (cccxxxv) Monasterii Agaunensis privilegia confirmat, „quia postulavit a nobis Ludovicus, pronomine pius, excellentissimus rex Francorum“. Gall. Chr. XII. Instr. 425. — „Quia dominus noster“.

Gregorius IV. 827—844.

Apr. — — (cccxxxvi) Monasterii Floriacensis bona confirmat, eique privilegia varia tribuit, sic praefatus: „cum, propter multiplices ecclesiae dei curas Gallicanam adeuntes regionem, ad gloriosum devenissemus imperatorem Hludovicum, inter alia suggestit auctoritati nostrae, quod idem monasterium quidam religiosus abbas, Leodebodus nomine, monachis exstruxerit, quodque revelatione divina per monachos eiusdem loci a Capuana provincia corpus illuc S. Benedicti fuerit allatum, ibique reverenter humatum, sicut manifestissima constat historia; unde postulavit, privilegium nostrae auctoritatis eidem monasterio conferri“. Id quoque statuit: „si contigerit, ut abbas accusetur de criminalibus causis, non unius episcopi iudicio determinetur sententia, sed provincialis concilii expectetur censura, aut si forte maluerit appellare sedem apostolicam, res ad Romani pontificis differatur audientiam“. Baluzii Misc. III. 4, Cocqu. I. 175. — „Quoniam ex apostolica“.

Apr. 9. — (cccxxxvii) Monasterii Hersfeldensis privilegia confirmat. Wenck Hess. Landesg. II. Urk. p. 23.

Iun. 20. Romae (cccxxxviii) Monasterii S. Iustinae Patavini possessiones „per auctoritatem domini Lotharii imperatoris augusti, spiritualis in Christo dilectissimi filii sui“, confirmat. Muratori Ant. Ital. III. 39, Pez Thes. auecd. VI. i. 304, Cocquelines I. 173. — „Quia iuste et rationabiliter“.

Sergius II. 844—847.

Apr. — — (cccxxxix) Anschario, archiepiscopo Hamburgensi, concedit, „sicut a Gregorio (IV.) concessum est, scilicet ut gentes Wimodiorum, Norblingorum, Danorum, Noruegorum, Suenorum, vel quascunque septentrionalium nacionum iugo fidei praedicatione subdidit, ad sedem Hamburgensem spirituali dominatione possideat“. Eundem et eius successores pallii et mitrae ac crucis praeferendae iure ornat, et possessiones ecclesiae confirmat. Lappenberg Hamb. Urk. I. 18, Liljegren dipl. Suec. I. 7. — „Quoniam apostolicae“.

— — — (cccxl) Omnibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, clericis, comitibus atque cunctis fidelibus significat, se „mandante sibi domino atque invictissimo rege suo Ludovico, pro coenobio (Gandersheimensi), quod avus et postea eius genitor in honorem omnipotentis dei dedicaverint, ad eundem sanctum locum“ per Lutholphum comitem misisse „Innocentii et Anastasii papae nec non reliquias domini ac salvatoris nostri sanctaeque eius genitricis Mariae atque duodecim apostolorum“.

		Sergius II. 844—847. Leuckfeld Antiqu. Gandersb. 28 et Antiqu. Walckenr. I. 289. — „Omnis itaque Christianorum“.
		Leo IV. 847—855.
Mart. —	—	(cccxli) Anscarii, archiepiscopi Hamburgensis, privilegia confirmat. Lappenberg Hamb. Urk. I. 20, Liljegren dipl. Suec. I. 9. — „Quoniam apostolicae“.
		Benedictus III. 855—858.
Mai. —	—	(cccxlii) Interamnensibus ipsam civitatem cum territorio asserit. Ughelli It. sacr. I. 753, Cocqu. I. 189. — „Honestum nimis“.
		Nicolaus I. 858—867.
Apr. 18.	in Lateranen- si basilica	(cccxlvi) Tabulas subdititias, quas monasterio Lebracensi dedisse Carolus M. fertur, confirmat. Grandidier Hist. de l'égl. d. Str. II. 151. — „Quoniam iuxta scripta“.
Aug. 20.	—	(cccxliv) Monasterii S. Benedicti et S. Scholasticae virginis Sublacensis bona confirmat. Cocquelines I. 198, cf. Muratori Ant. It. V. 774. — „Cum piaie voluntatis“.
— —	—	(cccxlv) Adonem, archiepiscopum Viennensem, apostolicae sedis in septem provinciis vicarium confirmat, ut „iuri Viennensis ecclesiae Gratianopolis, Valentia, Dia, Alba Vivarium, Geneva et Tarentasia perpetuo subiectae maneant, ita et Mauriana“.
		Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. 53. — „Decretum perpetuum“.
		Hadrianus II. 867—872.
Nov. —	—	(cccxlvi) Reinberti, archiepiscopi Hamburgensis, privilegia confirmat. Lappenberg Hamb. Urk. I. 31, Liljegren Dipl. Suec. I. 15. — „Quoniam apostolicae“.
Oct. 15.	—	(cccxlvi) Monasterium SS. Stephani et Viti Corbeiense (dioec. Paderbornensis) tuendum suscipit, et eius bona confirmat, petente Adalgario abbate. Erhard Regesta Hist. Westph. I. cod. dipl. p. 23, Falke Cod. trad. Corb. 734, Schaten Ann. Pad. I. 171. — „Convenit apostolico“.
— —	—	(cccxlvi) Salomoni Britanniae duci brachium S. Leonis, et Festiniano episcopo (Dolensi) pallium mittit. Martene Thes. III. 866, Morice Mém. p. s. à l'hist. de Bret. I. 324 et 303. — „Sublimitas vestrae“ „Largitas vestrae“.
		Ioannes VIII. 872—882.
Apr. 29.	—	(cccxlvi) Monasterii Tornutiensis possessiones et privilegia confirmat. Juenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 99, Bouquet Rec. IX. 180. — „Anno dominicae“.
		Stephanus VI. 885—891.
Nov. —	—	(cccl) Reinuardo, episcopo Hamburgensi, pallium mittit. Lappenberg Hamb. Urk. I. 32. — „Si pastores“.
Mai. —	—	(cccli) Ecclesiae Hamburgensis privilegia, petente Adalgario archiepiscopo, confirmat. Lappenberg Hamb. Urk. I. 34, Liljegren Dipl. Suec. I. 16. — „Cum piaie“.
— —	—	(ccclii) „Selvae et Hermemiro atque Frodoino Barcinonensi“ significat, se „ex praecepto gloriosissimi et catholici imperatoris Oddonis“ cum episcopis 52 Trecae convenisse. Invehitur in Selvam, quod contra ipsius S. Pauli praeceptum, qui omnem Hispaniam archiepiscopis Narbonensibus subiecerit, ecclesiam Tarraconensem eripere Theotardi, archiepiscopi Narbonensis, auctoritati conetur; eumque et „maledictum Hermemirum et Frodoinum periurum et apostatam antiepiscopum“ excommunicatum et anathematizatum iri denunciat, nisi ante festum S. Michaelis ablata Theotardo restituerit. Marca Marca Hisp. 813, Labbé N. B. M. I. 802, Aguirre Conc. IV. 361, Mansi XVIII. 19. — „Noveris inquam“.
		Ioannes IX. 898—900.
Ian. 13.	—	(cccliii) Monasterii S. Silvestri Nonantulani privilegia „a praesenti XIV. indictione“ confirmat. Marini I papiri 9.
		Sergius III. 904—911.
Iul. 17.	—	(cccliv) Parthenonem S. Sixti Romanum variis bonis muneratur. Marini I papiri 30, cf. ibid. p. 223.

		Sergius III. 904—911.
Mai. —	—	(ccclv) Monasterii S. Martini Turonensis privilegia confirmat. Launoi Opp. III. n. 36. — „Arcanum divinae“.
		Ioannes X. 914—928.
Sept. —	—	(ccclvi) Monasterium S. Mariae in Organo Veronense, ex episcopi Veronensis potestate exemptum. Popponi, patriarchae Aquileiensi, restituit, „ut fuit tempore Pauli et Ecclesiae (Eliae) patriarcharum et Ferocis abbatis“. Monasterii bona confirmat. Cocqu. I. 240. — „Benedicto Veronensi“.
Oct. 29.	—	(ccclvii) Wenni, archiepiscopo Hamburgensi, pallium mittit, et privilegia Hamburgensia confirmat. Lappenberg Hamb. Urk. I. 39, cf. ibid. p. 797, Liljegren Dipl. Suec. I. 21. — „Convenit apostolico“.
		Stephanus VIII. 929—931.
Apr. 27	Romae	(ccclviii) Monasterii S. Mariae Broniensis privilegia confirmat. Miraei Opp. dipl. I. 257, Cocqu. I. 241, Mansi XVIII. 382. — „Notum cupimus“.
		Marinus II. 942—946.
Mai. —	—	(ccclix) Ecclesiae Hamburgensis privilegia, petente Adalago archiepiscopo, confirmat. Lappenberg Hamb. Urk. I. 43. — „Cum pia desiderium“.
Iun. 11.	patriarchio Lateranensi	(ccclx) Ecclesiae Adriensis possessiones confirmat. Muratori Ant. It. I. 947. — „Convenit apostolico“.
— —	—	(ccclxi) Monasterii S. Silvestri Nonantulani privilegia „a praesenti prima indictione“ confirmat. Marini I papiri 11. — „Quaeque ad laudem“.
		Agapetus II. 946—955.
Sept. 27.	Romae	(ccclxii) Regibus, principibus et ducibus, nec non universis aliis aquilonaria regna inhabitantibus suscepta sacra Christiana gratulatur. Amundi Upsaliensis congressus et Sveinotto proregis Daciae „de primatu ac regnorum terminis“ pactum confirmat, „cuius formulam“ inquit „more eorum patrio vernaculoque sermone exaratam, nobisque transmissam, a verbo ad verbum genere scribendi curiae nostrae Romanae usitato hic allegamus“. Liljegren Dipl. Suec. I. 24. — „Quantum ad regnorum“.
		Ioannes XII. 955—963.
Nov. 28.	—	(ccclxiii) Ioanni archipresbytero et Ioanni secundo atque Ioanni tertio presbyteris, eorumque successoribus „concedit et confirmat, ecclesiam S. Triphonis esse tutam et liberam ab omni condicione cum omnibus, que ad eam pertinent; que per Crescentium nobilissimum Romane urbis prefectum, seu per ceteros eiusdem ecclesiae vicinos, a noviter est constructa“. Marini Dipl. Pontif. 65. — „Convenit apostolico“.
Iul. —	—	(ccclxiv) Monasterii S. Vincentii Vulturvensis possessiones et privilegia confirmat. Muratori R. It. Scr. I n. 447, Cocqu. I. 258. — „Cum magna nobis“.
Apr. 22.	—	(ccclxv) Aedredum regem monet, ut veterrimi Angliae monasterii SS. Petri et Pauli Cantuariensis privilegia tueatur. Wilkins Conc. I. 223, Mansi XVIII. 455. — „Studio divini“.
— —	—	(ccclxvi) Monasterii SS. Petri et Pauli privilegia, petente Aedredo rege, confirmat, eaque ab Odone, archiepiscopo Cantuariensi, conservari iubet. Wilkins Conc. I. 224, Mansi XVIII. 456. — „Inter praeclaras“.
		Leo VIII. 963—965.
Nov. 10.	iuxta altare	(ccclxvii) Monasterii Schutterani de presbyterorum beneficiis privilegium confirmat, praefatus, Widonem, episcopum Albanensem, quum „ad sanctam Magdeburgensem ecclesiam ex apostolica auctoritate sublimandam“ missus esset, redeuntem in monasterium venisse abbatemque Romam secum duxisse. Scripta bulla est „coram domino Ottone imperatore, filio quoque eius Ottone, atque imperatrice Adelheida, ac Hattone S. Moguntinensis ecclesiae et Brunone Coloniensis eccles. archiepiscopis, Annone Wormatiensi, Othwino Hildensi, Okkero Argentinensi, Conrado Constantiensi, Hartperto Curiensi episcopis“ cet. Grandidier Hist. d'Alsace I. 132. — „Quoniam vicarium“.

Nov. 11.	iuxta altare S. Petri	Leo VIII. 963—965. (ccclxviii) Cellae Meginradi consecrationem divinitus factam, ratam habet praesente Ottone imperatore filioque Ottone atque Adelheida imperatrice, petente Cunrado, episcopo Constantiensi, suadentibus Hattone Moguntino, Brunone Coloniensi archiepiscopis, Annone Wormatiensi, Otduino Hildesheimensi, Okkone Mindensi, Erkenbaldo Argentinensi, Hartberto Curiensi episcopis. Hartmann Annal. Her. 71, Orig. Guelf. II. 249. — „Convenit apostolico“.
—	—	(ccclxix) Ottoni imperatori et Adeleidae coniugi eius et eorum successoribus omnia in perpetuum restituit, quae „domnus Karolus rex Francorum ac Longobardorum et patricius Romanorum, nec non Pipinus pater eius de regalibus rebus huius regni Italiae tribuerunt in sancta Romana ecclesia b. Petri apostoli, sive per instrumenta quae scripta fuerunt per Etherium notarium suum, sive per sacramenta vel per donationem, seu per alios modos, sive obvenerunt per donationes de Iustiniano imperatore et de Ariperto rege“. Pertz M. G. Leg. II. 168. — „Quod domnus“.
—	—	Ioannes XIII. 965—972. (ccclxx) Bolezlao (Bohemorum duci) permittit, ut „ad ecclesiam SS. Viti et Wenczlai (Pragensis) fiat sedes episcopalis; ad ecclesiam vero S. Georgii congregatio sanctimonialium, verumtamen non secundum ritus aut sectam Bulgariae gentis, vel Ruziae aut Sclavonicae linguae, sed magis sequens instituta et decreta apostolica“. Cosmae chron. 967. ap. Pertz M. G. Scr. IX. 49, Annalista Saxo 967. ap. eund. VI. 619, Mabillon Acta SS. O. Ben. saec. V. 833, Boczek C. D. M. I. 86, Cocqu. I. 267. — „Iustum est“.
—	—	(ccclxxi) Yterio Arelatensi, Thethbaldo Viennensi, Aymerico Primae Narbonensis, Sylverio Secundae Narbonensis archiepiscopis et Lauderio, Theoderico, Ayrando, Honorato, Pontio et Humberto episcopis, scribit, se vehementer dolere, „quia Primas Arelatensium, quae principatum et caput obtineat caeterarum ecclesiarum, secunda a Romana sede, multimodis lacerationibus eviscerata iaceat“. Archiepiscopo Arelatensi datam licentiam esse „abominandi, gladio quoque excommunicationis feriendi eos, qui ei contrario obstiterint“. Ecclesiae eius inimicos devovet. Bouche L'Hist. de Provence II. 36. — „Scitote vos rectores“.
—	—	Benedictus VI. 972—974. (ccclxxii) Monasterii S. Caeciliae Montisserrati privilegia possessionesque confirmat. Marca Marca Hisp. 895, Bouquet IX. 241, Cocqu. I. 271. — „Quoniam concedenda“.
—	—	Benedictus VII. 974—983. (ccclxxiii) Nobili Petro, Bonicollo dicto, militi, terraeque Mudanae in suburbio Gandavensi Comarcho, per Balduinum, „abbatiae S. Bavonis in pago prope Gandam, Boerheim dicto, monachum,“ mittit „cum praesenti bulla tria ossicula SS. Marcellini, Maximini et Quirini, de quibus disponere liceat pro ecclesiis nempe S. Bavonis, S. Ioannis, necnon aulae S. Pharahildis in ipsa civitate Gandensi“. Messenger des sciences de la Belgique, Gand 1837 p. 491. — „Nos insigne necnon“.
Dec. 21.	—	(ccclxxiv) Ecclesiae Tiburtinae bona, petente Iohanne episcopo, confirmat. Marini I papiri 229. — „Cum magna nobis“.
—	—	Ioannes XV. 985—996. (ccclxxv) Ecclesiae Hamburgensis privilegia, petente Liuezone archiepiscopo, corroborat. Lappenberg Hamb. Urk. I. 60, Liljegren Dipl. Suec. I. 33. — „Cum pia desiderium“.
—	Romae	Silvester II. 999—1003. (ccclxxvi) Ottoni imperatori significat, se Widoni, episcopo Papiensi, parthenonem S. Mariae commendasse „non ad dominium per subiectionem, sed ad solam consecrationem et defensionem“. Rogat, ut constitutionem hanc confirmet. Muratori Ant. It. V. 991. — „Pastorali cura“.

Benedictus VIII. 1012—1024.		
Apr. —	—	(CCCLXXVII) Unwanno, archiepiscopo Hamburgensi, pallium mittit, eique successoribusque eius „legationem et archiepiscopalem potestatem in omnia regna septentrionalia, Danorum scilicet, Suenorum, Noruenorum, Hislandicorum et omnium insularum his regnis adiacentium“ in perpetuum concedit. Lappenberg Hamb. Urk. I. 66. — „Si pastores ovium“.
Iun. 29.	—	(CCCLXXVIII) „Constitutum praedecessoribus (leg. successoribus) suis hoc facit: ut nunquam de consecratione Casinensis abbatis (quam hodie a serenissimo filio nostro Henrico imperatore suscepimus) praetium aut censum aut dationem requirant aut exigant“. Tosti St. di Montec. I. 255. — „Constitutum praedecessoribus“.
Iul. 28.	—	(CCCLXXIX) Heinrico imperatori sanitatem a S. Benedicto restitutam esse testatur, monasterioque Casinensi asserit dona ab imperatore delata. Margarini Bull. Cas. I. 7; Tosti St. di Montec. I. 251. — „Notum volumus“.
Apr. 13.	Romae	(CCCLXXX) *Monasterii S. Petri Luxoviensis privilegia „a Ioanne papa IV. quondam concessa totidem verbis interventu Heinrici imperatoris renovat“. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 256.
Benedictus IX. 1033—1048.		
Mart. —	—	(CCCLXXXI) Adelberto, archiepiscopo Hamburgensi, pallium mittit, ac „legationem et archiepiscopalem potestatem in omnia regna septentrionalia, regna Danorum scilicet, Suenorum, Noruenorum, Hislandicorum et omnium insularum his regnis adiacentium concedit“. Lappenberg Hamb. Urk. I. 71, Liljegren Dipl. Suec. I. 34. — „Si pastores ovium“.
Leo IX. 1048—1054.		
Oct. 11.	Metis	(CCCLXXXII) Monasterium S. Anulfi Metense consecrat, privilegiisque, assentiente Henrico imperatore, donat. Meurisse Hist. de Metz 354, Gall. Chr. XIII. Instr. 394, (Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 442.) — „Quamvis omnium“.
Ian. 25.	Romae	(CCCLXXXIII) Udonem, episcopum Tullensem, hortatur, ut libertatem praebendae canonicorum S. Deodati, a sese confirmatam, conservet. Ecclesiae Tullensi privilegia quaedam asserit. Defense de l'église de Toul Pr. p. 122, Gravier Hist. de St.-Dié 342. — „Dominus noster Iesus“.
Mai. 11.	—	(CCCLXXXIV) Leodegario, archiepiscopo Viennensi, parere „Galliarum per VII provincias episcopos“ iubet. Ecclesiae Viennensis privilegia a Silvestro I. et eius successoribus instituta confirmat. Bosco Flor. bibl. laev. xyst. 68. — „Privilegia ecclesiae“.
Iun. 8.	in patriarchio Lateranensi	(CCCLXXXV) In synodo, parthenonis S. Gratae possessiones et privilegia, petente Conrado imperatore, confirmat. Mansi XIX. 727. — „Ego Leo“.
Aug. 2.	Patavii	(CCCLXXXVI) Iohanni, abbati monasterii S. Iustinae Patavini, sandaliorum, dalmaticae et mitrae chirothecarumque usum concedit. Pez Thes. anecd. VI. 244. — „Ex principalitate sedis“.
Oct. 4.	—	(CCCLXXXVII) Monasterio Besuensi privilegia tribuit. D'Achery Spicil. II. 425. — „Convenit apostolico moderamini“.
Oct. 7.	Ratisponae	(CCCLXXXVIII) Regi Francorum significat, corpore b. Wolfgangi Ratisponae translato, se et testimoniis scriptis et prodigiis cognovisse, verum b. Dionysii Areopagitae corpus in ecclesia b. Emmerani quiescere. Dubois Hist. eccl. Paris. I. 651, Mansi XIX. 674. — „Deus omnipotens“.
Alexander II. 1061—1073.		
Febr. 2.	—	(CCCLXXXIX) Liemaro, archiepiscopo Hamburgensi, pallium mittit, et privilegia ecclesiae eius confirmat, „inclinatus petitionibus domni H. Francorum et Romanorum regis“. Liljegren Dipl. Suec. I. 39, Lappenberg Hamb. Urk. I. 99. — „Convenit apostolico moderamini“.
Apr. 19.	—	(CCCXC) Parthenonis S. Salvatoris et S. Iuliae Brixienensis privilegia possessionesque confirmat. Margarini Bull. Cas. II. 98. — „Convenit apostolico“.
Apr. 26.	Laterani	(CCCXCI) Parthenonis S. Mariae Papiensis possessiones et privilegia confirmat. Muratori Ant. It. V. 993. — „Quoniam universae“.
Mai. 9.	in palatio Lateranensi	(CCCXCI) Ecclesiam S. Salvatoris Wissegradensem, a Wratislao duce conditam, „totius provinciae caput dici, venerari sancit“. Alia privilegia addit. Cosmae chron. ap. Pertz M. G. Scr. IX. 84, Mansi XIX. 999. — „Ea, quae dominus“.

		Alexander II. 1061—1073.
Oct. 1.	in castro Casino	(cccxciii) Monasterii Casinensis possessiones confirmat. (Subscripserunt episcopi 46 praeter alios testes.) Tosti Stor. di Montec. I. 408, (Margarini Bull. Cas. II. 103). — „Pastoralis sollicitudinis“.
Dec. 27.	Anagninae	(cccxciv) Monasterium S. Severi Classense tuendum suscipit eiusque possessiones et privilegia confirmat. Mittarelli Ann. Cam. II. append. 179. — „Quotiens a nobis“.
		Gregorius VII. 1073—1085.
Apr. —	—	(cccxcv) Monasterii Vindocinensis privilegia et possessiones confirmat. Launoii Opp. III. I. 367. — „Iustis petitionibus“.
— —	—	(cccxcvi) *Heinricum regem tuetur omnibusque commendat. — De hac epistola sic est in Bertholdi Annal. 1077: „Ibi (Ulmae) patriarcha (Aquilensis) cum litteris pseudographis, quasi a domno apostolico in has partes per illum transmissis, coram populo recitatis, regem suum omnimodis defensitando et quasi authentica hac maiestate eum cunctis commendando, ipsum in regni fasces dignissimum assentatorie satis idoneavit“.
Mart. 6.	—	(cccxcvii) Petente Warumundo archiepiscopo, ecclesiae Viennensis primatum „super septem provincias: Viennensem, Bituricam, Burdegalam, Auxionensem, quae appellatur Novem-Populana, Narbonam, Aquensem et Ebrudunum“ confirmat. Haec addit: „Et ut ad potestatem eiusdem ecclesiae secundum antiquam auctoritatem catalogi X et VIII pertineant, definitum est, ut VII oppida vel civitates, Gratianopolis videlicet, Valentia, Dia, Alba Vivarium, Tarentasia, Geneva, Maurienna, Viennensi ecclesiae interim subiectae permaneant, donec quae residuae sunt, certius discussae et plenius ventilatae sub potestate Viennensis ecclesiae redigantur“. Alia privilegia corrob. Bosco Flor. bibl. laev. xyst. 71, Cocqu. II. 41. — „Cum ex apostolicae“.
— —	—	(cccxcviii) Clerum et populum Viennensem hortatur, ut Warmundo „ex dono divinae propitiationis ordinato bono et iusto episcopo“ obediant, et „studeant cuncta, quae iuris ecclesiae eorum, sicut ipsa ecclesia antiquitus tenuerit, tenere, et quae violenter ablata sint, eum recuperare iuvare, nominatim autem abbatiam S. Bernardi“. Bouquet Rec. XIV. 609. — „Non solum vobis“.
— —	—	(cccxcix) *Litterae „ex nomine Gregorii VII praenotatae“, quas confinxit Frotarius, episcopus Albiensis, memorantur in Notitia de ecclesia de Viancio ap. Baluzium Misc. I. 124.
		Urbanus II. 1088—1099.
Apr. 1.	Capuae	(cccc) Testatur, se die 20 Martii in monasterio Casinensi a b. Benedicto sanatum esse. Praecipit, „ne quis ulterius falsam patris Benedicti translationem celebrare praesumat“. Monasterii bona confirmat. Tosti St. di Montec. II. 83, Margarini Bull. Cas. I. 12. — „Scriptum est“.
Apr. 16.	Romae	(cccci) Petro, Hispaniarum regi, eiusque successoribus rite substituendis concedit, „ut ecclesias villarum, tam earum, quas in Sarracenorum terris capere potuerint, quam earum, quas ipsi in regno aedificare fecerint, per quae voluerint monasteria, sedibus dumtaxat episcopalibus exceptis, distribuant; regni proceribus eandem licentiam concedens, ut ecclesias, quas in Sarracenorum terris iure belli acquisierint, vel in propriis hereditatibus fundaverint, sibi suisque heredibus cum primitiis et decimis proprietarum dumtaxat hereditatum retineant, vel quarumlibet capellarum vel monasteriorum dictioni subdant“. Arruego Cat. ep. 659, Ayusa Fundacion de Huesca 55. — „Tuae dilectissime“.
— —	—	(ccccii) Clero et populo universo Lemovicensi praecipit, ut Humbaldo episcopo, de simonia purgato, a seque in integrum restituto, obediant. Baluzii Misc. II. 182, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 382, Bouquet Rec. XIV. 700. — „Universos eos“.
Oct. 10.	Pisis	(cccciii) Clero et populo universo Lemovicensi Humbaldum episcopum iterum commendat. „Milites et ecclesiarum bonis violenter abuti et honores tanquam possessionem hereditariam exigere“ vetat. Baluzii Misc. II. 182, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 383. — „Veniens ad nos“.
Apr. 30.	Rome	(cccciv) Abbatiae Weingartensis, beato Petro a Guelfone duce oblatae, protectionem suscipit, possessiones confirmat, privilegia instituit. Wirtemb. Urkundenb. I. 310, — „Prout iniusta petencium“.

		Paschalis II. 1099—1118.
Aug. —	Laterani	(ccccv) Ecclesiae Christi Colcestriensi privilegia varia tribuit, et eius possessiones confirmat. Monast. Anglic. II. 45. — „Singulare semper“.
Dec. 27.	„	(ccccvi) Ecclesiae S. Salvatoris Lateranensis parocciam confirmat. Cocquelines II. 134. — „Quanto Lateranensis“.
		Calixtus II. 1119—1124.
Mart. 19.	Laterani	(ccccvii) Monasterii S. Blasii in nigra silva possessiones quasdam et „dispositionem illam, quam filius suus carissimus imperator Henricus de coenobii advocatia constituit“, confirmat. Wirtemb. Urkundenb. I. 344, (Gerbert Hist. nigr. silv. III. 48). — „Ad hoc nos disponente“.
		Honorius II. 1124—1130.
Mart. 22.	Laterani in palatio	(ccccviii) Monasterii Altabensis (superioris) libertatem confirmat, imposito monachis nummi aurei censu annuo. Hund Metr. Sal. II. 50, Mon. Boic. XII. 98. — „Privilegium“.
Oct. 10.	Laterani	(ccccix) Ecclesiae S. Mariae Buronensis privilegia confirmat. Petri Suev. eccl. 213. — „Sicut irrationabilia“.
		Eugenius III. 1145—1153.
Mart. 18.	Romae ap. S. Petrum	(ccccx) Spurium, quod Conradus III. rex ecclesiae Ultrajectensi tribuisse fertur, diploma confirmat. Miraci Opp. dipl. I. 532, Cocqu. II. 284. — „Supplicatio charissimi“.
Mart. 23.	Remis	(ccccxi) Monasterii Ilseburgensis possessiones et privilegia confirmat. Wedekind Noten III. 297, Neue Mitth. a. d. Geb. hist. ant. Forsch. II. 300. — „Quia sollicitudini“.
Dec. 15.	Romae ap. S. Petrum	(ccccxii) Ecclesiae S. Mariae et S. Verenae Rothensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, imposito monachis unius bizantii censu annuo. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 446, Stadelhofer Hist. Roth. 44. — „Quoniam sine vere“.
		Hadrianus IV. 1154—1159.
Mart. 19.	Lateranis	(ccccxiii) H(ilino) Trevirensi, A(rnoldo) Moguntino, F(rideric) Coloniensi et omnibus suffraganeis eorum scribit, „necessariam esse divisionem spiritus et animae inter se et (Fridericum) regem, cuius pars sit extra hereditatem domini; scisma enim, quod adversus sese commoverit, redundaturum in caput eius“. „Ipse enim“ inquit „in primo introitu suo, dum nos de promotione per ducem Saxoniae et per vos duos metropolitanos Trevirenses et fel. mem. Coloniensem convenisset, quidquid promisit, vos scitis si persolvit, imo totam Urbem adversus nos concitavit, quia sanguinem Romanorum, quem habunde in nos fudit, cervici nostre imposuit; publice feriemus eum anathemate; ecce plus Ierobeam hic: iugum iniquitatis suae conatur vobis imponere et vos in ruinam damnationis suae trahere; — Iactitat se parem nobis, quasi potestas nostra in solo suo angulo, videlicet in Teutonico regno, et non in aliis regnis aequae timeatur, amplectatur, diligatur; — Nonne translatum est imperium a regno Graecorum in Alemannos, ut rex Teutonicorum non antequam ab apostolico consecraretur, imperator vocaretur; notate verba: ante consecrationem solummodo rex, post consecrationem vero Augustus et imperator; unde ergo habet imperium nisi a nobis? per nos imperat; — Iste dicit nos de camera regni Viterbam in novam Romam et apostolicam transtulisse sedem, cum tota nostrae auctoritati Apulia spectet et non suae; divisum itaque habemus nos cis Alpes, ille trans Alpes; — Nonne habet sedem suam Aquis in Arduenna, sicut et nos Romae: quanto Roma dignior et maior quam Aquisgrani, tanto apostolicus maior et dignior est vestro rege; — Nonne poterimus imperium referre de Teutonico in Graecum? — Quid gloriatur rex vester, quasi posset imperium revocare ab exteris nationibus, cum vix aliquem de principibus suis possit armis compescere; numquid imperatores Teutonici poterunt evellere Rucherum de Sicilia sive de Calabria et Apulia? numquid poterit iste eruere eadem (de quo vera poesis est: parturient montes, nascetur ridiculus mus) de manibus filii eius? qualiter constringet Graeciam, dum non potuit (al. posset) subiicere Daciam? dum Fresiam per vim virtutis suae et robur exercitus sui, ducem videlicet Saxoniae et Bavariae non potuit alio anno debellare? —

		Hadrianus IV. 1154—1159.
		Haec vobis scripsimus ut regem vestrum ad cor revocetis“. Hahn Coll. Mærum. I. 122, Pertz Archiv IV. 428. — „Quoniam absque quiete“.
		Alexander III. 1159—1181.
Ian. 23.	Anagniae	(ccccxiv) Ecclesiae S. Martini Gamundiensis protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat. Moriondi Mon. Aqu. I. 61. — „Quoties a nobis“.
Ian. 26.	Ianae	(ccccv) Ecclesiae Pisanæ privilegia, petente Villano archiepiscopo; confirmat. Ughelli It. sacr. III. 395.
Mai. 10.	Venetis ap. S. Marcum	(ccccxvi) „Omnibus vere poenitentibus et confessis et contritis, qui die ascensionis domini, S. Marci ecclesiam (Venetam) devote visitaverint annuatim, et manus ad eius conservationem porrexerint adiutrices, plenam omnium peccatorum absolutionem concedit“. Verci St. di marca Tr. I. docum. p. 24. — „Licet ad omnes“.
Dec. 2.	Romae	(ccccxvii) Excellentissimo principi christianissimoque filio suo domino regi, collegio Cantuariensi et omnibus archiepiscopis et episcopis in eodem collegio existentibus significat, se „quendam Thomam, Cantuariensem archiepiscopum, ab omni ordine ecclesiastico et archiepiscopatu degradare et stultissimum declarare“. Praecipit, ut „poenam condignam eidem imponant, scilicet ut in arcto monasterio recludatur“. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 109. — „Sancta et catholica“.
		Clemens III. 1187—1191.
Iun. 2.	Lateranis	(ccccxviii) Petro, abbati Hasteriensi, scribit ita: „Ex litteris sigillatis domni Stephani Metensis episcopi et conventus eiusdem ecclesiae didicimus, cartas sigillis Benedicti papae septimi et Eugenii papae tertii et imperatorum Ottonis primi et Conradi confirmatas et contra antiquam libertatem Hasteriensis ecclesiae falsa suggestionem acquisitas, Mettis iudicio esse damnatas; quod comprobantes, ecclesiam vestram liberam esse confirmamus“. Miraei Opp. dipl. III. 368. — „Ex litteris sigillatis“.
		Coelestinus III. 1191—1198.
Mai. 22.	Laterani	(ccccxix) Monasterii Morbacensis possessiones, libertatem, privilegia confirmat. Martene Thes. I. 633, Schoepflin Als. dipl. I. 293. — „Convenit apostolico“.
Apr. 3.	Romae ap. S. Petrum	(ccccxx) Monasterium S. Modesti Beneventanum tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat. Ughelli It. sacr. VIII. 127. — „In eminenti“.
—	—	(ccccxxi) Philippo, episcopo Bellocacensi, respondet, merito eum in malis versari, quod „praesulem pacificum exuens militem bellicosum induerit“, eoque adiutore „rex Galliae, qui regi Anglorum sacramento corporaliter praestito tenebatur astrictus super indemnitate tam oppidorum, quam terrarum observanda, contra fidem et sacramentum impudenter veniens oppida regis violenter occupaverit, terram hostili manu crudeliter vastaverit“. „Ab ergastulo tandem redientem regi Francorum regem Angliae viriliter occurrisset; pro quo contra superbiam humilitatem, contra iniuriam ius et aequitatem, contra arrogantiam et intemperantiam modum et modestiam dimicasset“. Addit, „se regi Anglorum pro eo litteras direxisse supplicatorias“. Rogeri de Hoveden annal. 1197 ap. Savile R. A. Scr. 438 ^b , Mansi XXII. 611. — „Sinistre licet tibi“.
Mai. 8.	Lateranense	(ccccxxii) Altare S. Mariae ecclesiae S. Stephani Bononiensis qui „visitaverint et manus pro ipsius ecclesiae statu et conservatione porrexerint adiutrices“, iis peccata condonat. Acta SS. Febr. T. II. 48. — „Vitae perennis gloria“.